

ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΝ ΠΡΟΧΕΙΡΟΝ

ΑΜΦΟΤΕΡΩΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ

ΤΗΣ ΤΕ ΑΝΑΤΟΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΥΤΙΚΗΣ.

KALENDARIUM MANUALE

UTRIUSQUE ECCLESIAE

ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS.

Imprimi permittitur et commendatur.

Brixinae, 19. Octob. 1895.

† Simon,
Eppus.

KALENDARIUM MANUALE

UTRIUSQUE ECCLESIAE

ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS

ACADEMIIS CLERICORUM ACCOMMODATUM

AUSPICIIS COMMISSARII APOSTOLICI

AUCTIUS ATQUE EMENDATIUS ITERUM EDIDIT

NICOLAUS NILLES S. J.

S. THEOLOGIÆ ET SS. CANONUM DOCTOR, HORUMQUE IN CÆSAREO-REGIA
UNIVERSITATE ŒNIPONTANA PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

SUPERIORUM PERMISSU.

TOMUS II.

ŒNIPONTE.
TYPIS ET SUMPTIBUS FELICIANI RAUCH (K. PUSTET).

OXONIAE,
apud J. Parker et soc., Bibliopolas.

PARISIIS,
apud Lethielleux, Bibliopol.

NEO-EBORACI et CINCINNATII,
apud Fr. Pustet et soc., Bibliopolas.

1897.

Πολλοὶ τὰς μὲν ἑορτὰς ἄγουσι καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἴσασι, τὰς δὲ ὑποθέσεις, ὅθεν ἐτέχθησαν, ἀγνοοῦσιν . . . ὅπερ ἐσχάτης αἰσχύνης ἂν εἴη καὶ πολλοῦ τοῦ καταγέλωτος (ΧΡΥΣΟΣΤΟΜ. Εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ι. Χ.).

Multi quidem festa celebrant, et nomina eorum noverunt, historias autem et occasiones, unde orta sunt, non noverunt . . . quod summa notandum ignominia risuque dignum est (S. J. Chrysost. *In s. baptisma Salvatoris nostri J. Ch.,* apud Migne, Patr. gr. t. 49, p. 365).

ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΥ ΠΡΟΧΕΙΡΟΥ

ΜΕΡΟΣ Β'.

ΠΕΡΙΕΧΟΝ

τὰς κινητὰς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἑορτάς.

KALENDARII MANUALIS

PARS II.

COMPLECTENS

mobilia totius anni festa.

VOS, QUORUM NOSTRIS CELEBRATUR LAUREA CHARTIS,
ADSITIS CLARO EX AETHERE, COELICOLAE.

MORC. *K. CP.*

De rationibus novae editionis.

Ex literis encyclicis

Rmi. D. D. Jos. Stadler, archiepiscopi Vhrbosnensis, Commissarii Apostolici,

ad universum ven. clerum intra fines sui Commissariatus constitutum d. d. 2. Februarii 1895.

Sanctissimus D. N. Leo PP. XIII, qui suprema e specula in salutem omnium late gentium intentus, dum ejus obtinendae quascunque init rationes ac vias, tenuitatem quoque nostram, nullis licet praecedentibus meritis, in partem tanti operis vocare dignatus est, deferendo nobis munus *Commissarii Apostolici* ad pacem et unionem cum Ecclesia romana in istis gentibus reconciliandam, quas a centro unitatis avulsas moerens intuetur. „*Nos equidem*", verba sunt SSmi. Dni. in epistola ad nos data d. 12. Octob. 1894, „*Nos equidem, quibus antiquius nihil est, quam ut alienati ab romana professione fratres ad Ecclesiae complexum revocentur, quique summis precibus a Deo flagitamus omnique ope contendimus, ut unitas haec populorum sub uno pastore maturetur, . . . te hortamur enixe, ut in incoepto (labore pro unitate) permaneas idque pro virili parte coneris prosequi. Placet quinimmo, . . . hoc tibi in istis gentibus reconciliandae pacis cum Ecclesia Romana praecipuum veluti ac proprium demandare munus. Tuae igitur erunt partes, venerabilis frater, qua meliore poteris industria, consulere, ut qui a nobis infelici discordia sejunguntur, radiis illustrati sapientiae coelestis, diuturnas simultates deponant . . . Erit etiam tuum pavidis timorem eripere, ne ex conjunctione nobiscum quidquam ipsorum jura, privilegia vel rituales consuetudines captura sint detrimenti . . . Optamus igitur, venerabilis frater, ut si qua tibi praeclari operis urgendi consilia suppetunt, ea Nobis fidenter aperias . . . persuasum habens, te a Nobis studio quovis auxilioque juvandum.*"

Pro eo, quod episcopum decet, religionis catholicae amplificandae studio, proque sacrosancto illo, quod Supremo Pastori omni ex parte perfectum debemus, obsequio statim pronissima voluntate considerationem de exequendo gravissimo munere nobis demandato suscipientes, primam veluti conditionem gratiae inter dissidentes componendae in eo collocandam esse censemus, ut ambae partes, sincera fide atque ex animo reconciliandae, ante omnia se inter se propius noscant ac vicissim recte intelligant; ut altera alterius ritum et res omnes, quae eo spectant, dies festos, jejunia, caeremonias omneque pietatis genus, diligenter addiscat, benevole interpretetur, ex aequo aestimet, meritoque honore prosequatur.

Deinde vero necessarium esse judicamus, ut, omni polemica disceptatione longe relegata, placido ac quieto stylo variae discrepantes opiniones dilucide explicentur ex textibus liturgicis et ex libris Sanctorum ipsius orientalis ecclesiae: qui ut caeteris solent esse accessu faciliores, sic et christianis orientalibus apertiores sunt ad intelligendum atque inde ad vulgarem popularemque sensum prae aliis accommodati.

Quod utrumque ut obtineatur, patet opus esse idoneo aliquo commentario, in quo cuncta, quae memoravimus, capita etsi breviter, accurate tamen, ut par est, tractentur.

Jam vero ejusmodi librum gratulamur nobis invenisse in *Kalendario utriusque Ecclesiae,* ante hos 15 annos a R. P. Nilles, S. J., professore oenipontano, ad usum junioris cleri variorum rituum, duobus tomis in lucem edito: quod unanimo praestantissimorum virorum judicio quam maxime probatum atque a plurimis diversarum nationum episcopis, uno omnium conspirante consensu, clericis suis majorem in modum fuisse commendatum, res est publico testimonio celebrata. Quum vero, exemplaribus universis primae editionis dudum distractis, pro usibus nostris jam alia cudere necesse sit, rogavimus auctorem, ut praeclarissimum opus iterum typis evulgando exspectatam opem nobis in explendo amplissimo Commissarii Apostolici officio ferre vellet. Optatis nostris auctor lubens annuit, tum quod ejusmodi labor non esset a propria ipsius professione alienus, tum vero maxime, quod preces Commissarii Apostolici ad extremum revocari posse viderentur ad executionem mandati Summi Pontificis, cujus nutus et consilia homini Societatis Jesu nunquam non lex essent atque imperium. Addidit immo (quandoquidem id nobis probari sciret), mentem sibi esse, nonnulla ex eis, quae post absolutam primam editionem de eodem argumento esset in variis Actis literariis commentatus, quaeque uberiori clericorum in re liturgica eruditioni non inopportuna censeret, in nova hac editione nostra sparsim adjicere, quo liber auctior atque emendatior prodiret.

Non quidem est, quod nostris laudationibus famam *Kalendarii* tanta omnium eruditorum acclamatione excepti nunc augere velimus; verum id nobis omnino praestandum restat, ut cunctis viris ecclesiasticis, qui intra fines Apostolici Commissariatus nostri cum christianis rituum orientalium permixti vivunt, studium hujus operis etiam atque etiam commendemus, quo et ipsi exactam rituum orientalium notitiam sibi acquirant, et acquisita pro temporis opportunitate prudenter uti valeant ad eos, quos adhuc a nobis sejunctos dolemus, ad sacram Unionem alliciendos. Hanc, quam diu optamus, pacem ut ecclesiis suis sanctis D. O. M. quantocius restituere dignetur, enixe humiliterque oremus quotidie cum ecclesia graeca: *Περὶ τῆς εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν:* h. e., *Pro felici statu sanctarum Dei ecclesiarum, et pro omnium unione: Dominum deprecemur;* sive, ut fratres nostri ritus graeci slavice cantant in sacra liturgia: „O blagosostojanii svjatih Božiih cerkvej i sojedinenii vsěh, Gospodu pomolimsja“.

Sarajevi d. festo Purificationis B. M. V. 1895.

† **Josephus,**
archiepiscopus.

Praefatio et occasio scribendi.

Quum studium heortologiae utriusque ecclesiae praesertim in propriis lectionibus atque exercitationibus literariis, quas *academias* vocant, excoli promoverique soleat, operae fuerit pretium, de origine atque indole ejusmodi academiarum pauca praefari.

Academias, quae aliis *seminaria* vocantur, Josephus Seybold, clarus olim in alma hac literarum Universitate juris canonici professor, cum multis scriptoribus *ὁδηγηταῖς* definit *Jurisprudent. part. 2, fund. 2*, „exercitationes dogmatum seu principiorum alicujus disciplinae, in coetu auditorum ad hoc exercitium convenientium, sub uno praeside, qui conventum dirigit".

Pervetus est academiarum in universitatibus institutio: eas quippe ordinariis magistrorum praelectionibus subsidio esse illisque inservire atque ancillari voluit antiquitas.

Praelectiones, quae a professore compositae in scriptis ad calamum traduntur, certis tantum dogmatis constare ac modicis regionibus circumscriptae esse solent; in academiis contra accuratius expenduntur, quae strictim tantum a magistro sunt auditoribus praelegendo tradita; ad omnem rerum verborumque excurritur originem, historiam, sensum; variae quaestiones affines, quae nostrorum veluti temporum sunt, ac vel primum nunc excitatae vel majori dissidentium partium contentione agitatae, ideoque prae caeteris scitu necessariae, attinguntur; quo una cum seminibus propago quoque studiosis atque seges occurrat materiarum ad vitam perutilium. Haec de academiis generatim.

Academiam ἑορταστικήν speciatim quod attinet, ea in scholis theologicis instituta ad hunc finem est, ut sacrae theologiae auditores utriusque ecclesiae, statis per hebdomadem diebus in coetum collecti, variis exercitationibus genuinam Kalendarii formam, secretiores dierum festorum rationes atque inde omnem interiorem ac recònditam anni ecclesiastici notitiam arctissimamque occurrentium solemnitatum cum catholico dogmate connexionem addiscerent: qua in re nihil est, quod non sit cum divino cultu ac vera pietate conjunctum.

Plura quidem sunt sacrarum disciplinarum genera, in quibus *heortologia* versatur, ut puta: historia ecclesiastica [1]), archaeologia christiana [2]), jus canonicum [3]), theologia polemica [4]), pastoralis [5]), liturgica [6]); verum qui iis tradendis constituti sunt professores, propter multitudinem rerum explicandarum, solemnium dierum vix aliter mentionem facere solent, quam rei aliunde jam notae, aut certe alibi pertractandae, extremis, ut ajunt, digitis materiam attigisse contenti. Inde non raro fieri videmus, ut multis omnino utriusque ecclesiae ministris nobilissima haec scientia peregrina ignotaque maneat provincia. Cui incommodo ut efficaciter occurratur, satagendum sane est, ut clerici, discendi cupidi, in academicis conventibus iis plene instruantur, quae in ordinariis professorum scholis succincte tantum aut omnino non audierunt.

Accedit in Austro-Hungaria nostra, quod Armeni Graecique, propriis utentes ritibus, magno numero cum Latinis permixti habitent eademque Kalendaria composita adhibeant, ad regulas utriusque stili exacta, ac Christi Domini Sanctorum-

---

[1]) Cfr. De Smedt S. J., *Introductio generalis in hist. eccles.* tract. 2, c. 2. Gandavi, Poelman, 1876.

[2]) Cfr. Mannhart S. J., *De antiquitatibus christianorum*, § 5. Augustae Vindel., Rieger, 1767. Itemque vide Augusti, *Denkwürdigkeiten aus der christl. Archaeologie,* tt. 1—3. Lipsiae, Dyk, 1817—1820.

[3]) Cfr. Zech S. J., *De jure rerum eccles.* sectio 2, tit. 22. Ingolstadii, Craez, 1758.

[4]) Cfr. Gretser S. J., *De festis Christianorum libri duo:* oper. tom. 5, pars 2, Ratisbonae, Peez et Bader, 1735.

[5]) Cfr. Azor. S. J., *Institution. moral.* pars 2, l. 1. Coloniae Agrippinae, Hierat, 1608.

[6]) Cfr. Ferd. Tetam., *Diarium liturgico-theologico-morale,* tt. 1—8, Venetiis, Savioni, 1779—1784.

que solemnia in pluribus, ad perpendiculum juxta positis et secundum diversorum rituum varietatem distinctis, columnis exhibentia: quorum omnium rationes nisi adolescentes tempore studiorum accurate perdidicerint, postea, e scholis semel egressi, nunquam amplius, quae aut ipsi in Kalendariis suis legerint, aut ab aliorum rituum fidelibus circum se fieri oculis viderint, mente intelligent. Ea de causa nostratibus diligentia quadam praecipua curandum est, ut juniores clerici per serias academiarum exercitationes hisce materiis exquisitius erudiantur: quo etiam dissensiones de festis celebrandis, quas identidem propter Kalendariorum diversitatem incidere necesse est, facilius dijudicari sedarique possint; ac generatim ministri altaris in sacris aliorum rituum negotiis pondus et pondus adhibere discant, nec paleam simul cum tritico, zizania cum segete (quod dum interdum factum dicimus, dolenter potius quam contumeliose dicimus) eradicare contendant; immo vero ea probent, ea tolerent, ea damnent, quae in aliis ritibus probari, quae tolerari, quae damnari authentico Ecclesiae magisterio edocti cognoverint.

Atque haec omnia a fortiori de iis regionibus valent, ubi quinque vel sex nationes catholicae propriis servatis ritibus promiscue habitantes, eodem Kalendarii codice juxta utrumque stilum exarato singularumque festa exhibente, omnes utuntur. Exemplum ejusmodi Kalendarii quincupliciter compositi, in urbe Aleppo editi, tomo 1. subjiciendum curavimus pp. 428—438. — *Taqvîm* Beryti a P. Damiani arabice vulgatum Chaldaeorum festa addit, ut adeo usibus sex nationum sit accommodatum: Latinorum, Graeco-Melchitarum, Syrorum purorum, Maronitarum, Chaldaeorum et Armenorum.

Modum quod spectat *academiam istam festorum* habendi, hunc ferme tenemus. Initio anni scholastici una alterave hora selecta quaedam documenta pontificia de nobilitate ac veneratione diversorum rituum ecclesiae orientalis explicamus; deinde per tempus competens nonnulla capita et prolegomena ex Bollandianis aliisque scriptoribus hagiologis afferimus, unde excitari possint adolescentium ingenia ad negotium hoc liquidius concipiendum.

Pro singulis vero academiarum coetibus lex generalis est, ut quotquot ad eos conveniunt sacrae theologiae candidati,

stata vice atque ordine suam proferant brevem aliquam lucubrationem. Quod reliquum est temporis ita dividimus, ut partem alteram expleat rubricae seu canonis ἑορταστικοῦ expositio, alteram vero repetitio ac diversorum rituum inter se facta collatio, additis etiam variis quaestionibus kalendariis ad temporis nostri genium accommodatis.

Designata denique materia, de qua proxime sit disserendum, conventus solvitur. Quo nimirum ad fructum efficaciores evadant academiae, earundem materia auditoribus privato studio domi est paranda; qui enim imparati ad coetum veniunt, dispositione carent ad solidum fructum ex academicis discussionibus capiendum.

Hanc autem praeviam coetuum praeparationem ut faciliorem reddamus, eorum imperat conditio, qui academias frequentant. Etenim eo etiam omisso, quod paucis bibliothecae praesto sunt locupletes, clerici, dum eodem tempore gravissimis theologiae studiis distinentur, tempus procul dubio non habent, plura eaque non exiguae molis volumina evolvendi atque ex iis non sine labore sat molesto conquirendi, quae ad disputationem proxime indictam pertinent. Quapropter rem bonam facturi nobis videbamur, si in ipsorum commodum atque utilitatem hoc *Ἑορτολόγιον πρόχειρον*, quasi expeditam et obviam cuique Heortologii totius methodum, ederemus, quum praesertim ejusmodi *Ἐγχειρίδιον*, quod in promptu ac veluti *ad manum* omnibus esset, ne tentatum quidem ab ullo alio videre nobis licuisset. Huc igitur spectavimus, quum Kalendarium ecclesiae catholicae orientalis, quae cum occidentali uno fidei caritatisque spiritu informata intimeque colligata est, ex ipso archetypo orientalium rituum brevibus quibusdam annotationibus, factaque cum latinis fastis collatione, pro usibus academicis conati sumus paucis interpretari adhibito titulo: *Ἑορτολόγιον πρόχειρον ἀμφοτέρων τῶν ἐκκλησιῶν τῆς τε ἀνατολικῆς καὶ τῆς δυτικῆς, πρὸς χρῆσιν τῶν πρωτοπείρων κληρικῶν, Kalendarium manuale utriusque ecclesiae, orientalis et occidentalis, in usum clericorum tironum.*

Quo in labore ante omnia necessariae serviendum erat brevitati; praeter enim quam quod ingenii et eruditionis nostrae tenuitas fecit, ut nec magna, nec recondita proferre possemus, ipse scriptionis scopus exegit, ut tot res ac tantas

tamque varias in Kalendario occurrentes nec subtilius pertractare, nec uberius exponere tentaremus, ne onerasse potius lectorem elementarium, quam adlevasse videremur.

Ita vero omnia studuimus facili ac plana methodo nec voluminosa mole complecti, ut labor noster aliis quoque clericis externis, in quorum manus devenerit, neque ingratus, neque inutilis esset futurus.

Sed et ipsis Orientalibus, qui praejudicatis erroribus ac consuetudine magis, quam veri odio a sancta Romana Ecclesia discedunt, sacra alioquin omneque pietatis genus nobiscum colunt, exilia haec nostra forte lectione dignaturis, quodam etiam modo consulere voluimus, dum aestu omni et quibusvis verborum acerbitatibus longe relegatis, certae probataeque fidei testimoniis ex Actis et scriptis Sanctorum ecclesiae orientalis depromptis, divinum Romani Pontificis Primatum caeterasque veritates ab ipsis in dubitationem vocatas ostendimus: a Christo Deo humiliter enixeque deprecati, ut, quam diu optamus, pacem ecclesiis sanctis ac unionem aliquando tandem restituat.

Sanctos hos ecclesiae orientalis Doctores uno studio nos quoque et amplectimur et colimus et celebramus, quum in una omnes majorum nostrorum sancta et catholica Ecclesia floruerint; eorum ubique hodie reviviscat doctrina, eorum vestigiis omnes insistant: et pax conciliabitur, foedus stabit, una rursum utriusque populi laus et gloria vigebit, quemadmodum recte animadvertit Morcelli *Kal. CP.* § 2, ubi de cultu Sanctorum ecclesiae CP. apud Latinos agit.

Ut autem quae variis locis disperse sunt in utroque volumine dicta commodius transferri in usus sive academicos sive privatos possint, studiosis lectoribus ad extremum id praesidii comparamus, ut locupletiori quodam indice generali, si non omnia (— quis enim omnium memoriam habeat? —), praecipua tamen eaque idoneis instructa notis brevi in conspectu posita habeant, quo materias, quas quisque voluerit, reperire facile valeat.

Quas habuimus consilii nostri rationes, paucis significandas esse duximus, ne quis in commentario nostro alia quaerat, quam quae ipsi attingere cogitaverimus. *Sed et si cujus peritorum* (— liceat hunc cum Helperico, in simili materia kalendaria scribente, praefationi finem imponere —), *si cujus*

peritorum haec aures offenderint, his se uti si quis fastidierit, non sibi esse edita sciat, sed τοῖς στοιχειωμένοις tantum, iis scilicet, *qui majora adhuc penetrare nequeunt, ut his primum, quasi quibusdam alphabeti characteribus inducti, illa deinceps facilius assequantur* (apud Migne, Patr. lat. tom. 137, p. 48). *Candidi benevolique lectoris curiosa vestigatio autem habebit in his, etsi non copiam satietatis, qua delectetur, qualemcunque nihilominus inquisitionis, qua melius exerceatur* (Praef. in gl. ord. s. script.).



Additamenti loco ex introductione ad nostrum commentarium

De vocatione ad statum ecclesiasticum

enotari pauca haec possunt:

Academiae ergo sunt coetus scholarium in Universitate aut in alio publico literarum instituto, in quo majorum disciplinarum studia exercentur, commorantium, qui profundioris scientiae vel peculiaris artis cupidi ad exercitationes literarias conveniunt . . . Ita descriptae academiae apud nostrates *seminaria* diei consueverunt, quod in ejusmodi coetibus literariis semina in praelectionibus ordinariis professorum jacta veluti inarentur et colantur, ut ubi ad debitam quantitatem excreverint, inde transferantur atque ad varios vitae usus accommodentur: qua in re seminarli finem positum esse docuimus in *Commentar. in Concil. Baltimor.*, part. 2, pp. 200—201. Sed vide, si placet, illum *Com. de vocatione,* ubi praecipua, quibus seminaria nituntur, principia copiosiori pertractatione ad usum ipsum conferre studuimus pp. 3—9.

Oeniponte.

Κυριακῇ τῶν προπατόρων. *Dominica III. Adventus.*

1896.

INTRODUCTIO.

Festa mobilia, *ἑορταὶ κινηταί* (slav. *prazdniki dwižimyi* sive *podwižnie;* rumen. *serbatori schimbatorie* sive *mobile*) dies festi vocantur, qui stati non sunt, sed certis inter se spatiis divisi varium Paschatis recursum ordine sequuntur. Et quoniam ipsum Pascha a luna 14. primi mensis pendet [1]), eos dies in Oriente etiam *festa lunaria (komarija)* dicta leguntur.

Festa mobilia veteres *festa conceptiva* appellabant, quod a magistratibus vel sacerdotibus quotannis *conciperentur* in dies certos vel etiam incertos, ut auctor est M. Terent. Varro, *de ling. lat.*, l. 5, c. 3; *diem concipere* enim tantundem valet ac *conceptis verbis*, h. e., determinata aliqua ratione certaque verborum formula *diem indicare.* Hinc et feriae *conceptivae* seu *conceptae* appellabantur, l. c., quod non haberent certos constitutosque dies, sed varie pro anni vice cum auctoritate dicerentur, ut Compitalia, Latinae, Sementivae. Quodsi vero ibidem addatur, *conceptivas esse, quae non sunt annales,* non hoc significatur, non fuisse eas quotannis observatas, sed non recurrisse eodem die quovis anno seu intra ipsum anni spatium, at modo antea, modo postea, quotannis tamen.

Latinos secuti festa, quae certis statisque anni diebus non haerent, in commentario hoc nostro *dies conceptivos* et *mobiles* indiscriminatim ac promiscue dicemus.

---

[1]) V. inferius notata pp. 282—285 et 642.

In festis mobilibus dies eminent, qui a Christo *Domino*, *ἀπὸ τοῦ Κυρίου*, *(ἡμέραι) κυριακαί* sive *κυριώνυμοι*, et a gloriosa ejus *resurrectione*, *ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως*, *(ἡμέραι) ἀναστάσιμοι* vocantur.

Apud Latinos primum locum dies dominicus in hebdomade sibi vindicat, ut adeo feriae omnes praeeuntem Dominicam respiciant totaque hebdomas ab ea nomen accipiat; Graecorum hebdomadi contra subsequens Dominica plerumque nomen et numerum tribuit Sed de his erit, data occasione, in ipso commentario fusius agendum.

Libro I. conceptivos anni dies tripartito distinguimus graeco more[1]. *Τριῴδιον* festa mobilia complectitur a Dominica publicani et pharisaei ad Sabbatum sanctum; *Πεντηκοστάριον*, quae exinde occurrunt ad Dominicam omnium Sanctorum; quae residua sunt *Ὀκτωήχῳ* respondent, qui liber in ecclesia graeca Pentecostarion excipit.

Ut vero uno in conspectu omnia lector statim videat, varias materiarum synopses, quae in commentarii cursu disperse ac diffuse explicantur, ab initio unum sub aspectum subjicimus.

---

[1]) „More graeco" dicimus, quia hodiernus ritus graecus, ut in multis aliis rebus, ita et in festis mobilibus celebrandis ab antiquioribus ritibus Orientis et Occidentis magnopere discrepat. Dissimilitudinem paucis declarat Rmus. Archiepisc. Syror. Clem. David, in epistola inferius afferenda p. 735. ejusmodi notatione adscripta: „Dans tous les rites d'Orient et d'Occident la fête de Noël est précédée d'un mois qui est consacré au mystère de l'incarnation; les Grecs seuls se contentent des deux dimanches qui précèdent cette fête. — Tous les rites désignent les dimanches de l'année par les grandes fêtes, qui les précèdent, ou par les mystères du temps, tels que *Avent, Epiphanie, Pâques, Pentecôte;* le seul rite de Constantinople les désigne presque tous par les chapitres de l'évangile qu'on y lit. — Dans tous les rites du monde l'Église est célébrée par une ou plusieurs fêtes sous le titre de dédicace ou consécration. Le seul rite grec fait exception à cette règle. Entre tous les rites du monde celui des Grecs de Constantinople seul fait précéder le grand carême par une semaine d'abstinence au frommage. — Toutes les Églises d'Orient et d'Occident commencent le jour liturgique par les premières Vêpres. Les Grecs seuls le commencent par Matines."

A.

Diagramma dierum dominicorum
anni ecclesiastici graeci
veteris stili
occurrente Paschate die 12. Aprilis.

I.
ΤΡΙΩΙΔΙΟΝ.

α΄. Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου.	1. Dominica IV. post Epiphaniam.	
β΄. Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου.	2. D. Septuages.	
γ΄. Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω.	3. D. Sexages.	
δ΄. Κυριακὴ τῆς τυροφάγου.	4. D. Quinquag.	
ε΄. Κυριακὴ πρώτη τῶν νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας.	5. D. I.	Quadragesimae.
ς΄. Κυριακὴ δευτέρα τῶν νηστειῶν.	6. D. II.	
ζ΄. Κυριακὴ τρίτη τῶν νηστειῶν.	7. D. III.	
η΄. Κυριακὴ τετάρτη τῶν νηστειῶν.	8. D. IV.	
θ΄. Κυριακὴ πέμπτη τῶν νηστειῶν.	9. D. V.	
ι΄. Κυριακὴ τῶν βαΐων.	10. D. Palmarum.	

II.
ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΑΡΙΟΝ.

ια΄. Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	11. D. Resurrect.
ιβ΄. Κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ.	12. D. in Albis.

ιγ'.	*Κυριακὴ τρίτη ἀπο τοῦ Πάσχα, ἤτοι τῶν μυροφόρων.*	13. D. II.	post Pascha.
ιδ'.	*Κυριακὴ τετάρτη τοῦ παραλύτου.*	14. D. III.	post Pascha.
ιε'.	*Κυριακὴ πέμπτη τῆς Σαμαρείτιδος.*	15. D. IV.	post Pascha.
ιϛ'.	*Κυριακὴ ἕκτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τοῦ τυφλοῦ.*	16. D. V.	post Pascha.
ιζ'.	*Κυριακὴ ἑβδόμη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ.*	17. D. infra Oct. Ascensionis.	
ιη'.	*Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς.*	18. D. Pentecost.	
ιθ'.	*Κυριακὴ πρώτη μετὰ τὴν Πεντηκοστήν, ἤτοι τῶν ἁγίων πάντων ἤτοι α' τοῦ Ματθαίου.*	19. D. I. post Pentecosten.	

III.

ΟΚΤΩΗΧΟΣ.

κ'.	*Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ: de doctrina Christi.*	20. D. II.	post Pentecosten.
κα'.	*Κυριακὴ τρίτη τοῦ Ματθαίου· ὁ λυχνὸς τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός: lucerna corporis est oculus.*	21. D. III.	post Pentecosten.
κβ'	*Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου: de centurione.*	22. D. IV.	post Pentecosten.
κγ'.	*Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων: de duobus vexatis a daemone.*	23. D. V.	post Pentecosten.
κδ'.	*Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ παραλυτικοῦ: de paralytico.*	24. D. VI.	post Pentecosten.

κε΄.	*Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν δύο τυφλῶν: de duobus caecis.*	25. D. VII.	
κς΄.	*Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων: de quinque panibus et duobus piscibus.*	26. D. VIII.	
κζ΄.	*Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου: de ambulatione in mari.*	27. D. IX.	
κη΄.	*Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ σεληνιαζομένου: de lunatico.*	28. D. X.	
κθ΄.	*Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ βασιλέως: de parabola regis.*	29. D. XI.	
λ΄.	*Κυριακὴ δωδεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν πλουσίου: de divite Jesum interrogante.*	30. D. XII.	post Pentecosten.
λα΄.	*Κυριακὴ δεκάτη τρίτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀμπελῶνος: de parabola vineae.*	31. D. XIII.	
λβ΄.	*Κυριακὴ δεκάτη τετάρτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸν γάμον: de vocatis ad nuptias.*	32. D. XIV.	
λγ΄.	*Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως.*	33. D. XV.	
λδ΄.	*Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν.*	34. D. XVI.	
λε΄.	*Κυριακὴ πρώτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων: de venatione seu captura piscium.*	35. D. XVII.	
λς΄.	*Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἀγάπης: de diligendis inimicis.*	36. D. XVIII.	

λζ'.	*Κυριακὴ τρίτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας: de filio viduae.*	37. D. XIX.	post Pentecosten.
λη'.	*Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου: de parabola seminis.*	38. D. XX.	
λθ'.	*Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου: de divite et Lazaro.*	39. D. XXI.	
μ'.	*Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ ἔχοντος τὸν λεγεῶνα: de habente legionem.*	40. D. XXII.	
μα'.	*Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης: de filia Archisynagogi et de sanguinis profluvio laborante.*	41. D. XXIII.	
μβ'.	*Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Κύριον νομικοῦ: de jurisconsulto Jesum interrogante.*	42. D. XXIV.	
μγ'.	*Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ οὗ ἐφόρησεν ἡ χώρα πλουσίου: de divite, cujus regio exuberavit.*	43. D. ultima	
μδ'.	*Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας: de muliere habente spiritum infirmitatis.*	44. Dominica I. Adventus.	
με'.	*Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸ δεῖπνον: de vocatis ad coenam.*	45. D. II.	Adventus.
μς'.	*Κυριακὴ τῶν προπατόρων.*	46. D. III.	
μζ'.	*Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· τῶν πατέρων.*	47. D. IV.	

μη'. Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.	48. D. infra Oct. Nativitatis.
μϑ'. Κυριακὴ πρὸ τῶν φώτων.	49. D. infra Oct. Circumcisionis.
ν'. Κυριακὴ μετὰ τὰ φῶτα.	50. D. infra Oct. Epiphaniae.
να'. Κυριακὴ δεκάτη πέμπτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ Ζακχαίου: *de Zachaeo.*	51. D. II. post Epiphaniam.

De necessitate Kalendarii Juliani emendandi
per hanc occasionem in aprico posita.

Quoniam Breviaria latina non amplius habent temporarias tabulas paschales *vet. stili,* aliquot Paschata Juliana censemus hic indicanda cum diebus, quibus legitimum Pascha genuini Kalendarii Gregoriani a vitioso Paschate Juliano differt, quo et lector occidentalis ipse sibi Graecorum annum ecclesiasticum in forma extensa describere possit, et omnibus simul evidentius adhuc appareat, quantum a priscis Ecclesiae sanctionibus in celebrando Paschate decursu temporis Orientales sint aberraturi, qui antiquum Kalendarium Julianum retinent.

Pascha Julian.	Diff.	Pascha Julian.	Diff.
1897 — 13. Apr.	— 7	1916 — 10. Apr.	— 0
1898 — 5. Apr.	— 7	1917 — 2. Apr.	— 7
1899 — 18. Apr.	— 28	1918 — 22. Apr.	— 35
1900 — 9. Apr.	— 7	1919 — 7. Apr.	— 0
1901 — 1. Apr.	— 7	1920 — 29. Mart.	— 7
1902 — 14. Apr.	— 28	1921 — 18. Apr.	— 35
1903 — 6. Apr.	— 7	1922 — 3. Apr	— 0
1904 — 28. Mart.	— 7	1923 — 26. Mart.	— 7
1905 — 17. Apr.	— 7	1924 — 14. Apr.	— 7
1906 — 2. Apr.	— 0	1925 — 6. Apr.	— 7
1907 — 22. Apr.	— 35	1926 — 19. Apr.	— 28
1908 — 13. Apr.	— 7	1927 — 11. Apr.	— 7
1909 — 29. Mart.	— 0	1928 — 9. Apr.	— 7
1910 — 18. Apr.	— 35	1929 — 22. Apr.	— 35
1911 — 10. Apr.	— 7	1930 — 7. Apr.	— 0
1912 — 25. Mart.	— 0		
1913 — 14. Apr.	— 35	4931 — 22. Apr.	— 49
1914 — 6. Apr.	— 7	4932 — 6. Apr.	— 42
1915 — 22. Mart.	— 0	4933 — 29. Mart.	— 14

Et sic Pascha Julianum progredientibus saeculis in aestatem atque auctumnum incidet. Sed vide sodes ea de re dicta in *Computo ecclesiastico,* ubi de mendis Kalendarii Juliani fuse egimus.

B.

Diagramma omnium totius anni festorum mobilium.

CAPUT I.

De festis mobilibus ante Pascha.

§ 1.

De festis mobilibus, quae Quadragesimam antecedunt.

Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου.	Dominica ultima post Epiphaniam.
Ἑβδομὰς προςφωνήσιμος ἤτοι τοῦ ἀρτζιβουρίου.	
Ἰστέον ὅτι ἐν ὅλῃ τῇ ἐφεξῆς ἑβδομάδι γίνεται κατάλυσις εἰς πάντα.	Sabbat. Alleluja clausum.
Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου.	Dominica Septuagesimae.
Ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω.	*Statio ad s. Laurentium extra muros.*
Ψυχοσάββατον· τῶν κεκοιμημένων.	Hebdomada Septuagesimae. Feria III. Oration. D. N. J. Chr. in monte Oliveti.
Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω.	Dominica Sexagesimae.
Ἑβδομὰς τῆς τυροφάγου.	*Statio ad s. Paulum.*
Παρείςβασις τῶν νηστειῶν.	Hebdomada Sexagesimae.
Τρίτη τῆς κατηχήσεως.	Feria III. Passionis D. N. J. Ch.
Ψυχοσάββατον· τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων.	
Κυριακὴ τῆς τυροφάγου.	Dominica Quinquagesimae.
Ἑβδομὰς πρώτη τῶν νηστειῶν.	*Statio ad s. Petrum.* *Expositio SS. Sacramenti.*
Δευτέρα· ἄρχεται ἡ μεγάλη τεσσαρακοστή.	Hebdomada Quinquages. Feria IV. cinerum.

§ 2.

De festis mobilibus in Quadragesima occurrentibus.

Κυριακὴ τῆς τυροφάγου.	Dominica Quinquagesimae.
Ἑβδομὰς α΄. τῶν νηστειῶν ἣν καθαρὰν ἑβδομάδα καλοῦσι.	Hebdomada Quinquages.
	Fer. IV. Cinerum. Caput jejunii.
Δευτ· Ἄρχεται ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή.	*Statio ad s. Sabinam.*
Σαβ. Τοῦ ἁγίου Θεοδώρου.	Fer. VI. Spineae Coronae D. N. J. Ch.
	Statio ad ss. Joannem et Paulum.
Κυριακὴ α΄. τῶν νηστειῶν· τῆς ὀρθοδοξίας. — Ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικόν.	Dominica I. Quadragesimae.
	Statio ad s. Joan. in Lat.
Ἑβδομὰς β΄. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada I. Quadrages.
	Fer. IV. Quatuor temporum.
	Statio ad s. Mariam Majorem.
	Fer. VI. Quatuor temporum. Lanceae et Clav. D. N. J. Ch.
	Statio ad ss. 12 Apostolos.
	Sab. Quatuor temporum.
	Statio ad s. Petrum.
Κυριακὴ β΄. τῶν νηστειῶν.	Dominica II. Quadragesimae.
	Statio ad s. Mariam in Domnica.
Ἑβδομὰς γ΄. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada II. Quadrages.
	Fer. VI. Sindonis D. N. J. Ch.
	Statio ad s. Vitalem.

Κυριακὴ γʹ. τῶν νηστειῶν· τῆς σταυροπροσκυνήσεως·	Dominica III. Quadrages. *Statio ad s. Laurentium extra muros.*
Ἑβδομὰς δʹ. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada III. Quadrages. Fer. VI. Quinque Vulnerum D. N. J. Ch. *Statio ad s. Laurentium in Lucina.*
Κυριακὴ δʹ. τῶν νηστειῶν· Ἰωάννου τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος.	Dominica IV. Quadrages. *Statio ad s. crucem in Jerusalem.*
Ἑβδομὰς εʹ. τῶν νηστειῶν	Hebdomada IV. Quadrages.
Πεμ. τοῦ μεγάλου κανόνος.	Fer. VI. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Ch.
Σαβ. τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου.	*Statio ad s. Eusebium.*
Κυριακὴ εʹ. τῶν νηστειῶν· Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.	Dominica Passionis. *Statio ad s. Petrum.*
Ἑβδομὰς τῶν βαΐων.	Hebdomada Passionis. Fer. VI. Septem Dolorum. B. M. V. *Statio ad s. Stephanum in Coelio monte.*
Σαβ. τοῦ Λαζάρου.	
Κυριακὴ τῶν βαΐων.	Dominica Palmarum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη ἑβδομάς.	Hebdomada major.
Ἡ ἁγ. κ. μεγ. πέμπτη Ἀγρυπνία τῶν ἁγίων παθῶν.	Fer. V. in Coena Domini. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Ἡ ἁγ. κ. μεγ. παρασκευή.	Fer. VI. in Parasceve. *Statio ad s. crucem in Jerus.*
Τὸ ἅγιον καὶ μέγα σάββατον.	Sabbatum Sanctum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	Dominica Resurrectionis.



CAPUT II.

De festis mobilibus post Pascha.

Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	Dominica Resurrectionis.
Ἀρχὴ τοῦ Πεντηκοσταρίου καὶ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.	*Statio ad s. Mariam Maj.* Incipit Quinquagesima paschalis.
Ἑβδομὰς διακαινήσιμος.	Hebdomada paschalis.
Ἀργία καὶ κατάλυσις πάντων καθ' ὅλην τὴν ἑβδομάδα.	Sabbato in Albis. *Statio ad s. Joan. in Laterano.*
Κυριακὴ (β'.) τοῦ Ἀντιπάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ.	Dominica in Albis in Octava Paschae. *Quasimodo.* *Statio ad s. Pancratium.*
Ἑβδομὰς β'. ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ.	Hebdomada I. post Octavam Paschae.
Κυριακὴ γ'. ἀπὸ τοῦ Πάσχα· τῶν μυροφόρων.	Dominica II. Paschae. *Misericordia.*
Ἑβδομὰς γ'. ἀπὸ τοῦ Πάσχα.	Hebdomada II. post Octavam Paschae.
Κυριακὴ δ'. τοῦ παραλύτου.	Dominica III. Paschae. *Jubilate. Patrocin. s. Josephi.*
Ἑβδομὰς δ'. ἤτοι τοῦ παραλύτου. *Τετάρτη τῆς μεσοπεντηκοστῆς.*	Hebdomada III. post Octavam Paschae.
Κυριακὴ ε'. τῆς Σαμαρείτιδος.	Dominica IV. Paschae. *Cantate.*
Ἑβδομὰς ε'. ἤτοι τῆς Σαμαρείτιδος.	Hebdomada IV. post Octavam Paschae.

Κυριακὴ ϛ'. τοῦ τυφλοῦ.	Dominica V. Paschae. *Vocem jucunditatis.* — Dominica Rogationum.
Ἑβδομὰς ϛ'. ἤτοι τοῦ τυφλοῦ. Ἑβδομὰς ἀναλήψιμος.	Hebdomada V. post Octavam Paschae. — Hebdomada Rogationum sive Litaniarum minorum.
	Fer. II. Rogationum. *Statio ad s. Mariam Maj.*
Τῇ γ'. Ἀπόδοσις τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα.	Fer. III. Rogationum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
	Fer. IV. Rogationum. *Statio ad s. Petrum.*
Τετάρτη πρὸ τῆς Ἀναλήψεως.	Vigilia Ascensionis.
Πέμπτη τῆς Ἀναλήψεως.	Ascensio Domini. *Statio ad s. Petrum.*
Κυριακὴ ζ'. τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη' πατέρων.	Dominica infra Octavam Ascensionis.
Ἑβδομὰς ζ'. ἤτοι τῶν πατέρων.	Feria V. Octava Ascensionis.
Ψυχοσάββατον. Εὐλόγησις τῶν κολύβων.	Vigilia Pentecostes.
Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς. Ἀκολουθία τῆς γονυκλισίας.	Dominica Pentecostes. *Statio ad s. Petrum.*
Δευτέρα αὐτοῦ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος.	Feria IV. Quatuor temporum Pentecostes. *Statio ad s. Mariam Maj.*
Ἀργία τριήμερος καὶ κατάλυσις εἰς πάντα καθ' ὅλην τὴν ἑβδομάδα.	Feria VI. Quat. temp. Pent. *Statio ad ss. duodecim Apostolos.*
Ἑβδομὰς α'. τοῦ Ματθαίου.	Sabbat. Quat. temp. Pent. *Statio ad s. Petrum.*
Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων.	Festum SS. Trinitatis.

CAPUT III.

De festis mobilibus post Pentecosten.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων· α΄. τοῦ Ματθαίου.	Dominica SS. Trinitatis, I. post Pentecost.
Ἄρχεται ἡ ἀκολουθία τῶν ἕνδεκα ἀναστασίμων ἑωθινῶν.	
Ἡ ἀπόκρεως τῶν Ἀποστόλων.	
Δευτ. Ἄρχεται ἡ νηστεία τῶν Ἀποστόλων.	
Πεμπτ. Ἡ τοῦ Σώματος τοῦ Χριστοῦ ἑορτή.	Fer. V. Solemnitas Corporis Christi.
Κυριακὴ β΄. τοῦ Ματθαίου. Ἄρχεται ἡ Ὀκτώηχος.	Dom. infra Octav. Corporis Christi, II. post. Pent.
Παρ. τῆς γ΄. ἑβδ. τοῦ Ματθ. Slav. *Pamjat sostradanija presvjatyja Bogorodicy.*	Fer. VI. post Octav. Corp. Ch. Festum SS. Cordis Jesu.

Mense Julio.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν ταῖς ς΄. οἰκουμενικαῖς συνόδοις.	Dom. I. Festum pretiosiss. Sanguinis D. N. J. Ch.
Μνήμη τῆς ἐν ΚΠ. κατὰ Σευήρου συνόδου.	Dom. III. Festum SS. Redemptoris.

Mense Augusto.

	Dom. infra Octav. Assumpt. S. Joachim, patris B. M. V.
	Dom. post Oct. Assumpt. Fest. puriss. Cordis M.

Mense Septembri.

Κυριακὴ ὑστάτη τοῦ Ματθαΐου.	Dom. I. SS. Angelorum custodum.
Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως.	Dom. infra Octav. Nativ. B. M. Virg. SS. Nominis Mariae.
Παρασκ. μετὰ τὴν ὕψωσιν· Τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.	Quatuor tempora autumni.
Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν. Δευτ. Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.	Dom. III. Septem dolorum B. M. Virginis.
Κυριακὴ α΄. τοῦ Λουκᾶ.	

Mense Octobri.

Κυριακὴ α΄. Ἡ τοῦ ῥοδαρίου ἑορτή.	Dom. I. Festum SS. Rosarii.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῆς ζ΄. οἰκουμ. ἐν Νικαίᾳ συνόδου.	Aliis Dom. festa Maternitatis et Puritatis B. M. V.

Mensibus Novembri et Decembri.

Κυριακὴ πρὸ τῆς ς΄. Νοεμ. Μνήμη τῆς κονέως.	Dom. I. Adventus. Quatuor tempora hyemis.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων προπατόρων.	Dom. III. Adventus.
Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· τῶν πατέρων. Παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων.	Dom. IV. Adventus.
Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.	Dom. infra Octav. Nativ.



Icones festivae rarioresque scripturae peregrinae

altero hoc tomo doctrinae et ornatus ergo adhibitae.

Icones.

Scripturae.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Quae in elogiis illustrium servorum Dei, nondum Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate Sanctorum, Beatorum aut Martyrum catalogo adscriptorum in hoc libro summatim perstringuntur de eorundem sanctitatis aut martyrii fama vel opinione, ea exacta omnino volumus ad Constit. Urbani PP. VIII. *Coelestis Hierusalem* ed. d. 5. Julii 1634 atque ad alia Decreta authentica ibidem relata, confirmata, declarata (Bullar. Roman. *tom. 5, pp. 260 seqq. edit. Luxemburg.).* Quemadmodum enim *Coelestis Hierusalem cives* rite canonizati *Sanctae Sedis Apostolicae ministerio a piis Christifidelibus honorantur in terris (Constit. cit. prooem.)*, ita solius Pontificis Romani est de sanctitate illorum judicare, qui quum heroica virtute claruisse videantur in terris, Sanctorum honores tamen hucusque non sunt adepti: *argum. c. Audivimus 1. X. de reliq. et venerat. SS. III.*, *45* (Alexand. III., an. 1170) *jcta. gl.* — Hoc tam sancte profitetur auctor, quam decet eum, qui et ipse obedientissimus Sanctae Sedis Apostolicae filius haberi, et ab ea ut in omni sua actione, ita nominatim in clericis sacro jure erudiendis dirigi cupit: a qua ubi sanctum *Domini expetitur* operi in vinea Ecclesiae aggrediendo perficiendoque, ibi *non obruta sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant, sed cespite terra foecundo dominici seminis puritatem centeno fructu refert:* C. *Quoniam vetusto 25.* C. XXIV. q. 1. (s. Hieron.).

LIBER I.

ANNUS ECCLESIASTICUS UTRIUSQUE ECCLESIAE GRAECAE ET LATINAE.



ΤΡΙΩΙΔΙΟΝ

ΠΗΡΙΕΧΟΝ

ΑΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΑΝΗΚΟΥΣΑΝ ΑΥΤΩΙ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ, ΑΠΟ ΤΗΣ ΚΥΡΙΑΚΗΣ ΤΟΥ ΤΕΛΩΝΟΥ ΚΑΙ ΦΑΡΙ-ΣΑΙΟΥ ΜΕΧΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΒΒΑΤΟΥ.

CAPUT I.

DE FESTIS MOBILIBUS ANTE PASCHA.

Brevis conspectus 10 Dominicarum, quae Pascha antecedunt.

Ante Pascha numeratur tempus quadragesimale in Ecclesia latina quidem per sex, in graeca vero per septem hebdomadas. Ejus dies Dominici apud Latinos saepe ab *Introitu,* uti vocant, qui ad missam dici solet, designantur a scriptoribus. Sunt autem Dominicae *Palmarum, Judica, Laetare, Oculi, Reminiscere, Invocavit.* Altius ascendendo per hebdomadam pervenimus ad *Dominicam Quinquagesimae,* ab Introitu dictam *Esto mihi.* Hebdomadam Quinquagesimae praecedit *Dominica Sexagesimae,* ab Introitu *Exsurge* appellata; hanc vero *Dominica Septuagesimae,* cujus Introitus incipit *Circumdederunt me.* Graecis tandem Dominica proxime antecedens Dominicam Septuagesimae *publicani et pharisaei* vocatur, a qua *Τριῴδιον* incipit; quapropter Kalendaria civilia etiam eo die pro linguarum varietate notant slav. *Triod;* rumen. *Triodulu;* germ. *Triodium;* ital. *Triodio;* arab. *Etterijûdî.*

Modus per principium missae Dominicas certas designandi, ecclesiasticus licet et sacer, in negotiis civilibus etiam Christianis erat oppido usitatus, quemadmodum ex antiquis Kalendariis atque ex variis legislationibus civilibus patet.

§ 1.

De festis mobilibus, quae Quadragesimam antecedunt.

Προγύμνασμα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς.	**Praeparatio sanctae et magnae Quadragesimae.**

Synopsis.

Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου.	Dominica ultima post Epiphaniam.
Ἑβδομὰς προςφωνήσιμος ἤτοι τοῦ ἀρτζιβουρίου.	
Ἰστέον ὅτι ἐν ὅλῃ τῇ ἐφεξῆς ἑβδομάδι γίνεται κατάλυσις εἰς πάντα.	Sabbat. Alleluja clausum.
Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου.	Dominica Septuagesimae. *Statio ad s. Laurentium extra muros.*
Ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω.	Hebdomada Septuagesimae.
Ψυχοσάββατον· τῶν κεκοιμημένων.	Feria III. Oration. D. N. J. Chr. in monte Oliveti.
Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω ἤτοι τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ κυρίου.	Dominica Sexagesimae. *Statio ad s. Paulum.*
Ἑβδομὰς τῆς τυροφάγου.	Hebdomada Sexagesimae.
Παρείςβασις τῶν νηστειῶν.	Feria III. Passionis D. N. J. Ch.
Τρίτη τῆς κατηχήσεως.	
Σάββατον· τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων.	
Κυριακὴ τῆς τυροφάγου.	Dominica Quinquagesimae. *Statio ad s. Petrum. Expositio SS. Sacramenti.*
Ἑβδομὰς πρώτη τῶν νηστειῶν.	Hebdomada Quinquages.
Δευτέρα· ἄρχεται ἡ μεγάλη τεσσαρακοστή.	Feria IV. cinerum.

Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου	*Dominica ultima post Epiphaniam*
ἤτοι	sive
Κυριακὴ ι' πρὸ τοῦ Πάσχα.	*Dominica 10. ante Pascha.*

Slav. *Nedělja mytarja i fariseja* sive *o mytari i farisei;* rumen. *Dominec'a vamesiului sî a fariseului.*

Ἄρχεται τὸ Τριῴδιον.	*Incipit Triodium.*

Slav. *Triod načinajetsja;* rumen. *Triodulu se începe.*

De ipsa Dominica.

Dominica proxime antecedens dominicam Septuagesimae *publicani et pharisaei* dicitur, quod eo die de istis parabola recitanda proponatur. De variis ejus rationibus pauca haec accipe.

Τελώνης. *Publicanus.*

Τελώνης ex nomine *τέλος, vectigal,* et verbo *ὠνοῦμαι, emo, redimo,* factum esse, docet ipsum synaxarium hujus diei. Sonat igitur *vectigalium emptor* seu potius *redemptor,* qui scilicet publica vectigalia, qualia ex legis definitione [1]) sunt vectigal portus, venalium rerum, item salinarum et metallorum, conducta habet: una voce *publicanus,* quod id conduxerit, quod populi, sive quod *publicum* est (gall. *fermier des deniers publics,* angl. *farmer of the public revenue,* germ. *Staatspächter):* eodem fere modo, quo et graece *δημόσιος* dicitur in jure [2]), a *δῆμος, populus,* quasi *δημόσια, quae populi sunt,* percipiens.

Erant autem duo genera publicanorum: alterum eorum, qui vectigalia aliaque publica suo nomine conduxerunt, qui alioquin *mancipes, ἀρχιδημόσιοι,* dicebantur (ital. *appaltatori generali,* germ. *Generalpächter)* ac plurimum potentia et auctoritate valebant; alterum subconductorum, quibus statio aliqua vectigalium a mancipe fuerat sublocata, ut ibidem vecti-

[1]) Digest. lib. 50., tit. 16. *de verb. signif.* l. 17. Cfr. lib. 39., tit. 4. *de publicanis et vectig.* l. 1, § 1.

[2]) Ibid. lib. 14. tit. 2. *de lege Rhodia, de jactu,* l. 9.

galia exigerent (gall. *percepteur d'impôts*, germ. *Zolleinnehmer)*, quique *ὑποδημόσιοι* vocabantur; et passim male audiebant non solum in legibus[1]), sed et apud scriptores classicos Ciceronem *de offic.* l. 1, c. 42, et Tacitum *Annal.* l. 13, c. 50: quod nimirum, ut citata lex *de lege Rhodia* testatur, culpa apertae violentiae, inverecundae rapinae aliorumque gravissimorum scelerum non carerent.

Prioris generis publicani maximam et potentissimam societatem in Urbe constituebant, eratque eorum munus apud Romanos honestissimum, quod ex florentissimo ordine equestri qui vectigalia populi Romani exercerent, essent delecti, ut Cicero l. 13. *ad diversos epist.* 1, et *orat. pro Planco* c. 9, et Livius l. 25, c. 3, significant. Apud Judaeos vero, praesertim Christi tempore, id muneris generatim odiosum et infame habebatur, adeoque a magistratibus publicis una cum caeteris turpibus personis prohibebatur, quin et ab eorum consuetudine ut ethnicorum, quod peccatores publici reputarentur, Judaei abhorrebant juxta illud Christi Matth. 18, 17: *Sit tibi tanquam ethnicus et publicanus.* Id ea maxime ratione, quod in publicanorum negotiatione multae fieri solerent injustitiae et vexationes debitorum[2]); quum vero Hebraeorum gens liberam se esse, utpote ex Abrahamo ortam, censeret, ad pendendum tributum per eos cogi maxime odiosum habebant, praesertim si qui ex sua gente id muneris pro Romanis administrarent; tunc enimvero *publicani negotium postremum omnium malorum*[3]) habebatur.

Φαρισαῖος. Pharisaeus.

Φαρισαῖον attenta vi originationis vocabuli (a verbo hebraeo Pharaš, *separavit*) idem synaxarium interpretatur *quasi divisum ac separatum* a plebe (*οἱονεὶ ἀποκεκομμένος τις δῆθεν*), atque inde, quod ad rem ipsam vocabulo subjectam, hominem qui puritatem, sanctimoniam *legisque cultum*

[1]) Ibid. legibus cit.

[2]) *Τελώνης*, inquit synaxarium, *ὁ τὰ τέλη ἀπὸ τῶν ἀρχόντων λαμβάνων καὶ δι' ἄκραν ἀδικίαν ὠνούμενος καὶ παρακερδαίνων ἐντεῦθεν.*

[3]) *Τὸ τελωνεῖν ἔσχατον κομιδῇ πάντων τῶν κακῶν.* Ita Theophan. Ceramen. *homil. 16. de publicano et pharisaeo*; apud Migne. Patr. gr. t. 132, p. 359.

prae aliis singularem prae se fert (*καὶ τῶν λοιπῶν ὑπερέχων τῇ γνώσει*): ea ferme ratione qua *haeretici Cathari* „propter munditiam ita se nominarunt gloriantes de suis meritis ac mundiores se caeteris praedicantes" [1]).

Primo hoc die Dominico

διὰ τοῦτο τὸ ἔσχατον ἐν ἀδικίαις, καὶ τέλειον ὅθεν ἀρετῆς ὁ σωτὴρ ἐν τῇ παραβολῇ παρεντίθησιν. Οἶδε γὰρ ἐρεθίζειν πρὸς μίμησιν τὸ ἐκ τῶν κρειττόνων παράδειγμα.

igitur, quod est postremum in vitiis quodque in virtute summum in hac parabola Dominus componit. Solet quippe exemplum ab eo ductum, quod in quaque re maxime excellit, ad imitationem animos irritare [2]).

Ἐπεὶ τοίνυν πρῶτον ὅπλον πρὸς ἀρετὴν μεταμέλεια καὶ ταπείνωσις, καὶ αὖθις ἐμπόδιον μέγιστον ἀλαζονεία καὶ ἔπαρσις, τὴν παροῦσαν ἀπὸ τοῦ θείου εὐαγγελίου ἀξιόπιστον παραβολὴν πρώτην πασῶν ἐκτιθέασιν (οἱ θεῖοι πατέρες)· διὰ μὲν τοῦ φαρισαίου, τὸ τῆς ἀλαζονείας καὶ οἰήσεως ἀποθέσθαι πάθος ἡμᾶς προτρεπόμενοι· διὰ δὲ τοῦ τελώνου πάλιν, τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους τούτου, τῆς ταπεινώσεως καὶ μετανοίας ἀντιποιεῖσθαι.

Hanc parabolam autem ea de causa quadragesimalis temporis officiis a sanctis Patribus praefixam fuisse, tradit Nicephorus Callistus in synaxario, *quod publicani poenitentia et animi demissio ceu prima arma ad comparandam virtutem habeantur, maximum impedimentum contra ad eandem afferant pharisaei superbia atque gloriatio,* utut exactissima legis observatione fulta.

Graecis etiam *Κυριακὴ τοῦ Τριῳδίου* vocatur a libro ecclesiastico, in quo officium in ecclesiis eorum recitari solitum ab eo die ad sabbatum sanctum continetur. Ipsum librum vero ideo *Τριῴδιον* appellari monuimus tomo 1, p. LII, quia canones et hymni, quos complectitur, ut plurimum ternas

---

[1]) Ita s. Isidor. Hispal. relatus in corp. jur. can. C. Quidam 39. C. XXIV. q. 3.

[2]) Theophan. l. c.

odas seu strophas non excedunt, in figuram, ut existimat Nicephorus Callist. l. c., sanctae et vivificae Trinitatis (*εἰς τύπον, οἶμαι, τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος*) a sanctis et deiferis Patribus excogitatas.

Triodii initium ex numero illorum dierum est, quorum sedem Paschalia graeca singulis annis accurate exhibent atque in Kalendariis juxta anni vices et dierum varietatem consignant, quemadmodum etiam annotatum reperies tomo 1, p. 2: 28/16 *Ἰανουαρίου: Ἄρχεται τὸ Τριῴδιον.*

Hebdomada ante Dom. Septuagesimae.

Dominica publicani et pharisaei cum sequenti hebdomade Armenis est *Aratschavor-atz*, h. e. ***praeviae abstinentiae, praeeuntium, praecedentium jejuniorum:*** cujus nominis viciniam cum recentioribus vocabulis *ἀρτζιβούριον* Graecorum et ***hartiuri*** Rumenorum facile deprehendes.

Ἑβδομὰς προσφωνήσιμος ἤτοι τοῦ ἀρτζιβουρίου.

Ruthen. *zagalnicja* sive *sedmica zagalna* (*ὁλοκρεατινός*); rumen. ***hârti*** sive ***hîrti*** sive etiam ***hartiuri.***

Hebdomas, quae Septuagesimam antecedit, Graecis est *προσφωνήσιμος* sive *τῆς προσφωνήσεως*, alias etiam *προφωνήσιμος* et *τῆς προσφωνῆς* dicta [1]).

Nominis rationem affert Nicephor. Callist. in synaxario:

Ὥςπερ γὰρ οἱ πρὸς τοὺς σωματικοὺς πολέμους ἀπιέναι μέλλοντες ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν προεκμανθάνουσιν, ὡς ἂν τὰ ξίφη διακαθάραντες καὶ στιλβώσαντες, καὶ τἄλλα πάντα καλῶς διασκευασάμενοι, καὶ πᾶν ἐμποδὼν ἐκ μέσου πε-

Quemadmodum enim, qui ad corporeos conflictus progressuri sunt, a ducibus de pugnae tempore praemonentur, ut expurgatis ensibus illustratisque, et reliquis omnibus commode praeparatis et sublato e medio quidquid impedimento esse potest, certamina alacriter

---

[1]) Cfr. *Cateches. chronic.* n. 8 (inter opera s. Theodori Studitae) apud Migne, Patr. gr. tom. 99, pp. 1697—1698, ubi ***hebdomada proclamationis*** vertitur, a Card. Mai autem per errorem cum sequenti hebdomada Septuagesimae confunditur.

ποιηκότες, πρὸς τοὺς ἀγῶνας προθύμως ἐπαποδύσωνται, καὶ τὸ πρὸς χρείαν περιποιήσωνται· πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τῆς συμβολῆς, καὶ λόγους, καὶ ἱστορίας, καὶ παραδείγματα αὐτοῖς ἐπιφέρουσιν, εἰς ζῆλον ὑπερεθίζοντες τὰς ἐκείνων ψυχάς, τόν τε ὄκνον, καὶ δειλίαν, καὶ ῥαθυμίαν, καὶ ἄλλο εἴ τι κινδυνῶδες ἀποτρεπόμενοι· οὕτω καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες προσαλπίζουσι τὴν ἐσομένην τῆς νηστείας κατὰ τῶν δαιμόνων παράταξιν, ὡς ἂν εἴ τι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν προκατειλημμένον πάθος, καὶ ἰὸν τῷ μακρῷ ἐργασάμενον χρόνῳ ἀποκαθάραντες· ἔτι δὲ, καὶ ὃ μὴ ἔχομεν τῶν ἀγαθῶν, σπουδάσαντες κτήσωμεν, καὶ ὡς προσῆκον καθοπλισάμενοι, οὕτως ἕτοιμοι πρὸς τοὺς τῆς νηστείας ἀγῶνας χωρήσωμεν.

ineant et necessaria comparent; saepe etiam ante pugnam ipsam et sermones et historias et exempla ipsis proponunt ad aemulationem eorum ingenia excitantes, et segnitiem et timorem et ignaviam, et si quid aliud est, quod discrimen afferre potest, repellentes: sic et sancti Patres subsecuturam jejunii contra daemones aciem praeintonant, ut, si quis animabus nostris affectus antea inhaeserat et rubiginem longo tempore contraxerat, eo expurgato, necnon quod nobis deest ex bonis studio et diligentia comparantes, et, ut opus est, instructi ad jejunii certamina prompte accedamus.

Dicitur ergo *προςφωνήσιμος praemonens, denuntians* hebdomas, quasi indicens subsecuturae Quadragesimae initium.

Nec dissimili ratione *ἀρτζιβούριον*, *ἀρτζηβούριον* vel *ἀρτζοβούριον* vocatur, quod, notante etiam Asseman. *Kal. Eccl. U.* tomo 6, p. 580, Armenorum dialecto *artziburium* (proprie *aratschavor)* quoque *nuntium (praevium)* significet [1]).

De jejunio *Ἀρτζιβούριον*.

A primo hoc sensu translatum artziburii vocabulum est ad ipsum jejunium primae classis, quod Armeni ea hebdo-

[1]) Sic et Isaacus, Armeniae catholicus, saeculo 12, *obscurum artziburii jejunium dictum prosphonesimum (τὴν ἐσκοτισμένην νηστείαν τοῦ ἀρτζηβουρίου τὴν λεγομένην προσφωνήσιμον)* vocat *Orat. 3. contra Armenos, haeresi 23,* apud Migne, Patr. gr. tom. 132, pp. 1233—1234.

made sancte observant, neoterici Graeci autem, quos infensissimos Armenorum hostes fuisse perspicuum est, tamquam *abominandum* et *satanicum* exsecrantur.

Ἰστέον, ὅτι ἐν ὅλῃ τῇ ἐφεξῆς ἑβδομάδι γίνεται κατάλυσις εἰς πάντα. Ita quidem recentiores Triodii et Horologii editiones Venetae, quibus consonat *εἴδησις* Typici CPolitani, editi an. 1874, cujus verba ita se habent p. 209: *Δεῖ γιγνώσκειν, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι, διὰ τὴν τῶν ἑτεροφρόνων νηστείαν τὴν λεγομένην τοῦ ἀρτζιβουρίου, ἡμεῖς καθ' ἑκάστην καταλύομεν ἅπαντα;* in antiquioribus editionibus autem rubrica legebatur his omnino concepta verbis:

Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι νηστεύουσιν οἱ τρισκατάρατοι Ἀρμένιοι τὴν βδελυρὰν αὐτῶν νηστείαν τὴν λεγομένην τοῦ ἀρτζιβουρίου· ἡμεῖς δὲ καθεκάστην ἐσθίομεν τυρὸν καὶ ᾠά, ἀνατρέποντες τὸ ἐκείνων δόγμα τῆς τοιαύτης αἱρέσεως.

Sciendum est, hac hebdomade ter quaterque exsecrandos Armenos jejunium suum abominandum, quod artziburium vocatur, jejunare; nos vero quotidie caseum et ova comedimus, eorum dogma haeresimque refellentes.

Ita scilicet Magna ecclesia CPolitana tandem, Triodio hoc usa, haereses non docendo, sed comedendo evertere se gloriabatur!

De hoc Armenorum jejunio deque rationibus dogmaticae, quae illi a Graecis opponitur, *καταλύσεως* [1]) non una neque eadem apud omnes sententia est. Alii enim asserunt, Sergii cujusdam esse jejunium vel Argii [2]), alii Ninivitarum [3]), alii Adami e paradiso ejecti [4]), alii Armeniae a s. Gregorio Illu-

[1]) *Nos contraria iis facientes,* inquit Balsamon, *Respons. 52. ad interrogat. Marci, jejunium frangimus, ne videamur cum iis consentire (Ἡμεῖς ἀντιπράττοντες τούτοις, καταλύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν ὁμοφρονεῖν αὐτοῖς)* apud Migne, Patr. gr. tom. 138, pp. 999—1000.

[2]) Cfr. Anastas. Caesarien. (al. s. Nicon.) *περὶ τῆς δυσσεβοῦς θρησκείας τῶν κακίστων Ἀρμενίων,* in Notis Cotelerii in *Constitutiones apostolicas,* apud Migne, Patr. gr. tom. 1, p. 657.

[3]) Ita, praeter Anastas. Caesarien l. c., Balsamon, in can. 69. Apostolorum, apud Migne, Patr. gr. tom. 137, pp. 177—178.

[4]) Vide Anastas. Caesarien. l. c. et Isaac. Armen. catholic. capite mox afferendo, n. 4.

minatore baptizatae [1]), alii Constantini Magni Romae a s. Silvestro susceptari baptismum [2]); plerique omnes recentiores Graeci tandem, in Armenam gentem calumniosi, jejunium luctus esse comminiscuntur, propter canem Sergii episcopi a feris devorati sancitum, eoque nomine maxime detestandum atque exsecrandum.

Prae caeteris scriptoribus late hoc argumentum persecutus est Isaacus, Armeniae catholicus saeculo 12, *oratione 1. contra Armenios,* capite 14, quod inscribitur: *Περὶ τῆς σατανικῆς νηστείας τοῦ ἀρτζηβουρίου*: ubi prioribus omnibus sententiis rejectis (nn. 1—7), posteriorem hanc neotericorum fabulam explicando artziburii jejunio *λῆρων* accommodat ita scribens n. 8 [3]):

Ἀκουέτωσαν ταῦτα πάντα ψευδοπλάσματα τῶν ἀσεβῶν, οἱ ψευδόχριστοι καὶ ψευδορθόδοξοι, οἱ τοῦτον τὸν ψυχοφθόρον Ἀρτζηβούρην μετὰ τῶν αἱρετικῶν προθύμως νηστεύοντες· καὶ νοήτωσαν τὸν δόλον αὐτῶν· ὅτι βδελυρά τίς ἐστιν ἡ τοιαύτη τούτων νηστεία· ὅτι Σέργιός τις, διδάσκαλος τῆς Ἀρμενικῆς αἱρέσεως γενόμενος, εἶχε κύνα καλούμενον οὕτω Ἀρτζηβούρην. Δηλοῖ δὲ ἡ λέξις τὸν προμηνύτορα. Τούτῳ μηνυτῇ καὶ σημάντορι τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ πολλάκις ὁ

Audiant omnia haec impiorum falsa figmenta, falsi nominis Christiani ac falso existimati orthodoxi, qui cum haereticis hunc animis exitiosum Artzeburem alacri animo jejunant, ac eorum dolum cogitent, ut nimirum exsecrandum quoddam ejusmodi sit illorum jejunium. Nempe Sergius quidam, Armeniorum haeresis magister, canem habebat sic appellatum Artzeburem. Porro ea vox *praenuntium* significat. Utebatur saepenumero Sergius eo adventus nuntio ac

[1]) Cfr. eund. Isaac., ibid. n. 5. Ita etiam vocabulum exponit s. Nerses, Clajensis, Armenorum patriarcha ab an. 1167 ad an. 1172, in *epistola,* quam absolutis cum Theoriano disputationibus dedit *ad Alexium,* Manuelis Comneni imperatoris CP. generum, apud Mai, vet. script. nov. coll. t. 6, p. 423.

[2]) Cfr. Isaac. l. c., n. 6.

[3]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 132, pp. 1203—1204. Et hic sane vehementer mirari subit, vel ipsum Leonem Allatium Isaaco caeterisque neotericis graecis propudiosam hujusce jejunii causam afferentibus ultro assentiri, atque haec, quae ex eodem auctore in textu nostro exscribimus, *docte atque accurate* ab eodem tradita esse affirmare n. 8.

Σέργιος ἐκέχρητο παρὰ δαίμονος ἐνεργουμένῳ, μέλλων ἐπιδημῆσαί τινι τῶν πολιχνίων, ἢ κωμῶν, ἢ χωρίων, ἐν οἷς ᾤκουν μαθηταί, καὶ μέτοχοι τῆς λύμης αὐτοῦ· καὶ ὅτε τὸν κύνα τοῦτον εἶδον, ἐξεχέοντο μετὰ τὴν μίαν ἡμέραν πρὸ μιλίων τινῶν εἰς ἀπάντησιν τοῦ διδασκάλου. Ποτὲ δὲ πρός τὴν συνήθη λειτουργίαν ὁ κύων ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ λύκων ἐβρώθη· καὶ μετὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐβάδισεν ὁ Σέργιος ἐφ᾽ οἷς ἀπέστειλε τὸν κύνα. Μηδενὸς δὲ κατὰ τὸν τύπον προϋπαντήσαντος, ἐδεινοπάθησε· καὶ ἐπιδημήσας αὐτοῖς, ἐπειδὴ μεμάθηκεν ὅτι οὐ παρεγένετο πρὸς αὐτοὺς ὁ πρόδρομος αὐτοῦ ὁ κύων, ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ· καὶ διαγνοὺς αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ὀστέων εὑρέσεως, λυκόβρωτον γεγονότα, προσέταξε πᾶσι τοῖς Ἀρμενίοις νηστεύειν ὑπὲρ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ κατηφιᾶν καὶ σκυθρωπάζειν ἐφ᾽ ἡμέραις ὡρισμέναις κατ᾽ ἐνιαυτόν· καὶ τὴν νηστείαν ταύτην Ἀρτζηβούρην ὠνόμασαν. Βδελυκτάσθωσαν ταῦτα καὶ ἀποστραφήτωσαν, ὁρῶντες καὶ νοοῦντες ὅτι, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν αἵρεσιν μεγάλην καί βδελυράν, διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὴν μεγαλύνουσιν οἱ παμπόνηροι.

indicatore, daemone ipsum agente, cum in oppidum aliquod, aut urbem, vel locum venturus esset, ubi ejus discipuli, ac haeresis infecti lue habitarent: cumque illi canem vidissent, postridie ad aliquot milliaria obviam magistro effusi procedebant. Porro contigit, ut canis quandoque emissus ad solitum munus, a lupis devoraretur; inque crastinum profectus est Sergius, quo canem destinarat. Quum autem nemo, ut lex erat, obviam processisset, graviter tulit: veniensque ad eos, ubi cognovit ejus praecursorem catellum minime advenisse, misit qui eum requirerent: exque inventis ossibus a lupo devoratum cognoscens, Armeniis omnibus praecepit, ut statutis quotannis diebus, pro ejus morte jejunarent, ac tristes luctum agerent, idque jejunii apellavit Artzeburem. Detestentur haec et adversentur, qui idcirco quod sit magna haeresis ac exsecranda, eam adeo pessimi se magnificare videant intelligantque.

Sed jam circa vocem *ἀρτζιβούριον* conjecturis lusum abunde. Rejectis igitur sequiorum Graecorum nugis, vera sen-

tentia haec est, ut praevia ista abstinentia vulgo *jejunium s. Sergii,* interdum etiam *jejunium Ninivitarum* a duabus commemorationibus festivis hac hebdomade fieri solitis nuncupetur; sabbatum enim in s. Sergii *τοῦ στρατηλάτου* memoria honoranda servant Armeni, praecedentem feriam VI. vero poenitentiae Ninivitarum recolendae sacrarunt: quo in ritu etiam cum Syris, Chaldaeis, et ultimi Orientis accolis omnino conveniunt.

Lectio catechesium s. Theodori Studitae.

A Dominica publicani et pharisaei catecheses s. Theodori Studitae in monasteriis ecclesiae orientalis legi, e Card. Lewicki enotavimus tomo 1, p. 322 confirmatumque videmus tum apud L. Allat. *de Dom. et hebd. Gr.* n. 9 tum ex ipsa rubrica diei [1]. Huc spectat *Ὑποτύπωσις καταστάσεως τῆς μονῆς τῶν Στουδίου,* inter consuetudines Studitarum attentam catechesium auditionem referens § 16:

Τῶν ἀδελφῶν ἱσταμένων μετὰ πάσης εὐλαβείας, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου ἀναγινώσκεται ἡ κατήχησις τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου [2]).

Astantibus cum omnimoda devotione fratribus, post absolutum matutinum legitur catechesis deiferi Patris nostri Theodori.

Quoniam s. Theodorus praecipue sermonibus suis catecheticis

καλῶς τὸ πιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον ὁδηγῶν, καὶ ἐπὶ νομὰς σωτηρίους ποιμαίνων [3]),

sibi commissi gregis praeclarus rector et ad salutaria pascua ductor exstitit,

ut hisce lector, et tu ipse divitiis quadantenus fruaris, ex eis unum saltem tibi pro temporis ratione describere operae pretium judicavimus [4]), quem nimirum ad discipulos habuit

---

[1]) Liquet igitur falli Card. Mai, dum hanc lectionem Dominica Septuagesimae incipere scribit in *notis* ad locum *τῆς ὑποτυπώσεως* jam citandum; Dominica publicani et pharisaei scilicet cum ea, quae proxime subsequitur, iterum confusa.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom 99, pp. 1709—1710.

[3]) Ita Menaee ad 11. Novemb.

[4]) Haec praefatus, ex scriptis s. Theodori, *ad haec tempora divinitus custoditis,* selecta quaedam capita exhibet Baronius ad an. 814.

Dominica τῆς ἀπόκρεω. Ad illum diem itaque magnum confessorem loquentem audias infra pp. 34—35.

Alleluja clausum hoc Sabbato signatur in libris ritualibus Ecclesiae latinae, quod hoc canticum a vesperis hujus diei cantari desinat, de quo ritu cras plura dicemus, quum lectionem s. scripturae proposuerimus.

Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου. Dominica Septuagesimae.

Slav. *Nedělja bludnago syna*, sive *o bludnom syně*; rumen. *Dominec'a curvariului*, sive *filiului retacitu.*

Dominica 9. ante Pascha apud Graecos.

Dominica Septuagesimae Graecis est *κυριακὴ τοῦ ἀσώτου*, subaudi *υἱοῦ*, *Dominica filii prodigi*, quod eo die de illo legatur evangelium ex Lucae capite 14.

Ἄσωτος autem *κατὰ ἔκθλιψιν τοῦ σ στοιχείου*, *per elisionem elementi σ*, ut Clemens Alexandrinus ait *Paedagog.* l. 2. c. 1, dicitur quasi *ἄσωστος*[1], *qui servari seu sospitari nequit, homo perditus, dissolutus, luxuriosus, prodigus*; consentitque Suidas in *Lexic.* *ἄσωτος* interpretando ὁ ἐξώλης, ὁ σώζεσθαι μὴ ὀφείλων[2], *perditus, qui servari non potest*, a verbo *σώζω*, pro quo poëtis particulare est *σώω*, *sospito, incolumem praesto, servo*[3]. In jure vero *ἄσωτος*

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 8, p. 389.

[2]) Vetus scholiastes in Sophoclem, Ajacis v. 190, expressius habet: *σώζεσθαι μὴ δυνάμενος*. Cf. edit. Brunck. t. 1, p. 404.

[3]) Dissimilia his non sunt, quae recentiores grammatici de vera nominis origine et ratione multis tradunt, deducto nimirum vocabulo a radice *σῶς* (contract. ex *σάος* sive *σόος*), *salvus, incolumis, sospes, sanus;* ut adeo *ἄσωτος* ad literam ipsa sit germanica vox *heillos*, h. e. *alienus a salute.* Vide quos in priori operis parte, p. 55, ad usus academicos jam contulimus grammaticos Benfey, t. 1. pp. 360—361; Pott, t. 1, p. 554, et t. 2. (2), p. 310; ac consule etiam sedulas curas, quas eidem investigationi ultimus impendit Curtius, *Grundzüge der griech. Etymologie,* edit. 4. Lipsien. an. 1873, p. 382, notaque eundem inter alia docere, vocis radici rectius esse subscribendum *ι (σῳζω).*

ejusdem omnino potestatis est ac vocabulum latinum *prodigus* [1]), seu homo qui est nimius in usu rei familiaris, profundendo pecuniam in epulas, ludos, venationum apparatum aliasque res viles ac futiles, quae nullius sunt pretii. Cfr. Imperatoris Leonis Philosophi constit. nov. 39, apud Migne, Patr. gr. t. 107, p. 512.

Parabolam *de filio prodigo* ideo a sanctis Patribus statim post evangelium *de publicano et pharisaeo* positam fuisse discimus ex synaxario diei, ne peccatores *gravissimorum criminum sibi conscii* (*πολλὰ τῶν ἀτόπων ἑαυτοῖς συνειδότες*), *spe propterea omni abjecta, ruant exinde in malorum praecipitia* (*εἰς βυθὸν οὕτω κακῶν ἀποπεσόντες, πρὸς ἀπόγνωσιν ἔρχονται*), sed conspecta *infinita Dei misericordia* (*τὰ φιλάνθρωπα καὶ ὑπεράγαθα τοῦ θεοῦ σπλάγχνα*), in spem salutis erecti, exemplo filii prodigi *ad contritionem et poenitentiam* (*εἰς μετάνοιάν τε καὶ μεταμέλειαν*) redeant.

Dominica 9. ante Pascha apud Latinos.

Dominica Septuagesimae seu *in Septuagesima.* Quadragesimam tres Dominicae praecedunt, quarum prior vocatur *Septuagesima,* altera *Sexagesima,* ultima *Quinquagesima. Cur autem dominici dies ante quadragesimale jejunium sic appellentur, diversa multorum opinio est.* Ita Rabanus Maurus, *Instit. cler.* l. 2, c. 34 [2]), confirmantque variorum de rationibus harum appellationum disputationes, ut ecce Alcuini et Caroli M. in epistolis ea de re scriptis [3]), Amalarii, *de ecclesiast. offic.* l. 1, c. 1 [4]); s. Ivonis Carnot., *serm.* 12 [5]); Ruperti Tuitien., *de divin. offic.* l. 4, cc. 1—4 [6]); Belethi, *Rational. div. off.* cc. 77—78 [7]); Durandi *Ration. divin. offic.* l. 6. cc. 24 seqq., aliorumque scriptorum,

[1]) Cicero ipsam vocem *ἄσωτος* pluries latine *(asotus)* usurpat, ut ecce *Fin.* II. 7, 8; *Nat. D.* III, 31.

[2]) Apud Migne, Patr. lat. t. 107, p. 346.

[3]) Ibid. tom. 100, pp. 259 seqq.

[4]) Ibid. tom. 105, pp. 993 seqq.

[5]) Ibid. 162, pp. 577 sqq.

[6]) Ibid. t. 170, pp. 87 seqq.

[7]) Ibid. t. 202, pp. 81 seqq.

quos magno numero adducit Ferd. Tetam. in *Diario,* t. 1, tract. 2, l. 3, c. 1.

De nomenclatura trium Dom. Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae.

In tanta originis praedictorum nominum obscuritate haec caeteris probabilior conjectura videtur, quam praeter alios idem Tetamus tradit l. c., denominationes *Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae* repetendas esse a veteri apud nationes christianas varietate incipiendi solemne jejunium quadragesimale, vel hebdomada una ante Quadragesimam, vel duabus, vel tribus etiam: aliis scilicet jejunium sabbati in Quadragesima minime servantibus, et in supplementum dierum sabbatinorum et dominicorum in Sexagesima et Quinquagesima jejunantibus; aliis jejunium quadragesimale ad diem palmarum finientibus ac magna hebdomada proprium jejunium servantibus propter Domini passionem; aliis tandem alia methodo dies 40 computantibus ac jejunium quadragesimale a Septuagesima auspicantibus. Qua de re legesis quae ex Socrate, Sozomeno aliisque auctoribus disputat Binterim, *Denkwürdigkeiten,* tom. 5, part. 2, pp. 46 seqq.

Ex hac opinione igitur causa appellationis harum Dominicarum non ex mystico aliquo dierum numero est repetenda, sed vero ex eo, quod quum Dominica, qua solemne quadraginta dierum jejunium in Ecclesia Romana inchoabatur, dicta jam fuisset *Quadragesima,* seu *Dominica prima Quadragesimae,* praecedentes Dominicae, a quibus idem jejunium apud alias nationes ducebatur, nuncuparentur *Quinquagesima, Sexagesima, Septuagesima,* pro varia anticipatione capitis jejunii. — Juris sacri interpretibus haec sententia probatur c. *Quadragesima 5. Dist. 4,* ubi praemissae communi doctrinae *sex esse septimanas Quadragesimae,* subjicitur, propter *additam septimam hebdomadam vocatum esse hoc spatium Quinquagesimam.*

Quoniam vero tres illae hebdomadae *Septuagesima, Sexagesima* et *Quinquagesima* exordium suum a jejunii quadragesimalis anticipatione acceperunt, in multis illi in Officio et Missa aequiparantur, totumque hunc ritum tanquam praeludium

solemnissimae observantiae quadragesimalis retinuit Ecclesia latina. Propterea a primis Vesperis Dominicae Septuagesimae deponitur *Alleluja*, omittuntur item cantica laetitiae; unde non dicitur *Te Deum* in Officio dominicali et feriali usque ad Pascha.

Mysticum appellationis sensum ex antiquorum traditione expositurus Amalarius, *Septuagesima*, inquit l. c., *computatur secundum titulationem Sacramentarii et Antiphonarii novem hebdomadibus ante Pascha Domini et finitur post Pascha Domini in septima sabbati. Die dominico habet initium et in sabbato finem.*

Postquam deinde ostendit, per hos septuaginta dies septuaginta annos captivitatis populi Dei in Babylone significari, ita pergit: *Agimus dies septuaginta, ut captivis in peregrinatione luctus poenitentiae convertatur in gaudium in resurrectione Domini; in resurrectione per sex sequentes dies perseveramus usque ad plenam Septuagesimam.*

Miserae conditionis suae in captivitate hujus saeculi memor, ingemiscens Ecclesia introitum Missae in Septuagesima incipit: *Circumdederunt me gemitus mortis*; expleta vero mystica 70 dierum periodo, nimirum sabbato ante Dominicam in Albis, quasi durae servitutis jugo a filiis suis depulso, Missam exorditur a memorabilibus verbis: *Eduxit Dominus populum suum in exultatione, alleluja; et electos suos in laetitia, alleluja, alleluja.*

Depositio cantici Alleluja.

A Dominica Septuagesimae Latini solitum laetitiae canticum *Alleluja* dimittimus ob moestam memoriam lapsus protoplasti, qui eo die in Ecclesia recitatur. *Peccato veteris hominis scilicet a conventu angelicae jubilationis expulsi in hujus miserae vitae Babylonem, super flumina ejus sedemus et flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus: idcirco a Septuagesima* Alleluja *novem hebdomadis intermittimus, scilicet usque in Pascha, ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit et* Alleluja *nobis reddit.* Haec in corpore juris sacri Can. *Hi duo 55. Dist. 1. de Cons.* In fonte vero rationem hanc reddit intermissi Alle-

luja canonis auctor Humbertus Cardinalis: *ornamenta et delicias divitis linguae tempore Quadragesimae deponentes, pauperrimum habitum nostrae linguae nobis imponimus, et stulti facti propter Christum nihil nos scire judicamus, nisi ipsum crucifixum; . . . tamquam idiotae vix audemus vel in nostro idiomate interpellare Deum; et tamen omnem creaturam ad laudem Dei die noctuque invitamus, sed patria voce tantum* [1]).

De singularibus caeremoniis *claudendi* seu *sepeliendi Alleluja* variis in locis olim adhiberi solitis praeter alios agit Du Cange, *Glossar. lat.* h. v. Nullibi vero honorificentius vale illi dictum est, quam in ecclesia Antissiodorensi, ubi ejus dimissioni integrum officium erat consecratum, quod locum tenuit officii Dominicae Septuagesimae a primis Vesperis ad Laudes saltem Dominicae. Ex eo hic fragmentum ex Vesperis cum uno alterove Responsorio Noct. adscribendum censuimus, quo cupidi sacrorum rituum juvenes ipsi videant, quanam ratione majores nostri omni ope et opera enixi sint, molliorem illum dolorem caeterosque pietatis sensus huic tempori proprios excitare ac fovere.

Allelujaticum Officium

Sabbato in Septuagesima.

Ad Vesperas.

Antiph. Alleluja, Alleluja, Alleluja.

Hymnus.

Alleluja dulce carmen,
Vox perennis gaudii,
Alleluja laus suavis
Et choris coelestibus,
Quam canunt Dei manentes
In domo per saecula.

Alleluja laeta Mater
Concinis Jerusalem;
Alleluja, vox tuorum
Civium gaudentium;
Exules nos flere cogunt
Babylonis flumina.

---

[1]) Migne, Patr. lat. tom. 143, p. 968. — Sexcenta hujus generis tum antiqua tum recentia loca afferri ex variis auctoribus possent, nisi commentarii brevitas impedimento esset. Tu ipse prae caeteris consule Ferd. Tetam, l. c., nn. 2—5, ubi totam hanc materiam ex meliorum doctorum sententia solide pertractatam invenies.

Alleluja non meremur
In perenne psallere,
Alleluja vox reatus
Cogit intermittere;
Tempus instat quo peracta
Lugeamus crimina.

Unde laudanda precamur,
Te, beata Trinitas,
Ut tuum nobis videre
Pascha des in aethere,
Quo tibi laeti canamus
Alleluja perpetim. Amen.

℣. Vespertina Oratio, etc.

Ad Magnificat. Antiph.: Mane apud nos hodie Alleluja, Alleluja; et crastina die proficisceris Allel., Allel., Allel. Et dum ortus fuerit dies, ambulabis vias tuas Allel., Allel., Allel. Allel.

Oratio.

Deus, qui nos concedis Allelujatici cantici deducendo solemnia celebrare, da nobis in aeterna beatitudine cum sanctis tuis Alleluja cantantibus perpetuum feliciter Alleluja posse cantare. Per Dominum.

Responsor. 3. Alleluja, sola tenes principatum in conspectu Domini, propterea revertere in thesauros tuos, te benedicant angeli, * Quia placuisti Domino, Allel., Allel. ℣. Angelus Domini bonus comitetur tecum, et bene disponat itinera tua. * Quia.

Responsor. 5. Angelus Domini bonus comitetur tecum, Alleluja, et bene disponat itinera tua: * Ut iterum cum gaudio revertaris ad nos, Allel., Allel ℣. Multiplicentur a Domino anni tui, per viam sapientiae incedas: * Ut iterum.

Sed et Orientales hoc tempore, quamvis alia de causa, Alleluja cantando non nihil temperant. *Δεῖ γινώσκειν*, inquit Triodium, *ὅτι ἐν τῇ παρούσῃ ἑβδομάδι τῇ πρὸ τῆς ἀπόκρεω Ἀλληλούϊα οὐ ψάλλομεν. Ὡσαύτως ποιοῦμεν καὶ τῇ ἑβδομάδι τῆς τυρινῆς, ἄνευ τῆς τετάρτης καὶ τῆς παρασκευῆς· ἐν ταύταις γὰρ ψάλλομεν Ἀλληλούϊα, ποιοῦντες μετανοίας καὶ νηστείαν προσέτι, εἰ μὴ τύχῃ ἐν αὐταῖς ἡ ἑορτὴ τῆς Ὑπαπαντῆς κατὰ τὸν ἐπακολουθήσαντα τύπον.*

Hac hebdomade igitur *per quam plerique*, s. Theodoro Studita teste, *helluantur vinoque bacchantur* [1]), ea omitti jubet rubrica, quae propria sunt jejuniorum, canticum *Alleluja* scilicet et *μετάνοιαι* seu *prostrationes*. Quem ritum ecclesiae orientalis, a Latinorum more diversum, recentiores Horologii editores copiose explicant, Venetus pp. 16–17, Atheniensis pp. 14–15, in nota scilicet ad illud: *Εἰ μέν ἐστιν Ἀλληλούϊα:* quam, quia etiam Paschali cantico

[1]) *Κατεχ. ν'., ῥηθεῖσα τῇ παρασκευῇ τῆς ἀπόκρεω*, apud Migne, Patr. gr. t. 99, p. 575.

illustrando idonea est, operae pretium fuerit hic adscripsisse, inexplicatam tamen brevitatis et exercitationis causa.

Ἡ λέξις Ἀλληλούϊα, Ἑβραϊκὴ οὖσα, μεθερμηνεύεται Ἑλληνιστί· Αἰνεῖτε τὸν Κύριον. Μετεχειρίζοντο δὲ αὐτήν, ὡς σημεῖον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἐπιφώνημα, εἰς χαρμοσύνους περιστάσεις, αἰνοῦντες τὸν Θεὸν καὶ εὐχαριστοῦντες διὰ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ, ὡς γίγνεται δῆλον ἐκ τῆς ὑποθέσεως πολλῶν Ψαλμῶν, εἰς οὓς ἡ λέξις αὕτη ἐπιγράφεται. Ἔτι δὲ καὶ ἐξ ὧν ὁ Τωβὶτ λέγει περὶ τῆς μετὰ τὴν ἅλωσιν οἰκοδομηθησομένης πάλιν Ἱερουσαλήμ, ὅτι τότε πᾶσαι αἱ ῥῦμαι αὐτῆς ἐροῦσιν· Ἀλληλούϊα (ιγ' 18). Πρὸς τούτοις καὶ ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου, ὅς τις, μετὰ τὴν πτῶσιν καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῆς μυστικῆς Βαβυλῶνος, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαν συνεχῶς· Ἀλληλούϊα (ιη' 2, 20—21. ιθ', 1—6). Ἡ καθ' ἡμᾶς ὅμως τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία μεταχειρίζεται αὐτήν, οὐ μόνον εἰς λαμπρὰς καὶ χαρμοσύνους ἡμέρας, ὡς εἰς τὰ Ἀντίφωνα, φέρ' εἰπεῖν, τῶν Δεσποτικῶν ἑορτῶν, Σῶσον ἡμᾶς . . ψάλλοντάς σοι· Ἀλληλούϊα· ἀλλὰ καὶ πολλαχοῦ τῆς καθ' ἑκάστην ἡμερονυκτίου ἀκολουθίας. Πλεονάζει δὲ μάλιστα ἡ λέξις αὕτη εἰς τὰς νεκρωσίμους τελετὰς καὶ τὰς πενθίμους τῶν νηστειῶν ἡμέρας[1]), ὅτε καὶ ἐν τῷ Ἑσπερινῷ, ἀντὶ τοῦ συνήθους Προκειμένου, καὶ ἐν τῷ Ὄρθρῳ, ἀντί τοῦ Θεὸς Κύριος, ψάλλεται· Ἀλληλούϊα. Περὶ τούτου οὖν τοῦ Ἀλληλούϊα λέγει ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἡ τυπικὴ διάταξις ὅτι, Εἰ μέν ἐστιν Ἀλληλούϊα, τουτέστιν, ἐὰν ὑπάρχῃ νηστεία, ἐὰν μὴ ψάλληται Θεὸς Κύριος, ποιοῦμεν τὰς μεγάλας μετανοίας· εἰ δὲ μή, κτλ. Σημείωσον δέ, ὅτι ἡ Δυτικὴ Ἐκκλησία, ἀπ' ἐναντίας τῶν ἐθίμων τῆς καθ' ἡμᾶς, πρὸ πολλοῦ ἀπηγόρευσε καὶ τὸ Ἀλληλούϊα, εἰς τὰς νηστίμους ἡμέρας, καὶ τὰς πενθίμους τελετάς, καὶ περιώρισεν αὐτὸ εἰς μόνας τὰς χαρμοσύνους, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα, ὅτε καὶ πολλάκις ψάλλει αὐτό, ὡς ἡμεῖς τό· Χριστὸς ἀνέστη· καὶ πολλοὶ τῶν ὀπαδῶν αὐτῆς, συναπαντώμενοι καθ' ὁδόν, τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα, εὔχονται ἀλλήλοις διὰ τοῦ προσρήματος· Καλὸν Ἀλληλούϊα. ὥσπερ ἡμεῖς οἱ ὀρθόδοξοι διὰ τοῦ θριαμβευτικοῦ· Χριστὸς ἀνέστη.

Quoniam tamen ex sequioribus Graecis erant, qui diversum hunc cantici usum Latinis vitio verterent[2]), non abs re fuerit, uno saltem antiquiori testimonio allato ostendere, quomodo Occidentales in antecessum jam usum suum adversariis probarint. Audiatur ergo Joannes S. R. E. diaconus, de vera indole hujus aliorumque similium ecclesiasticae disciplinae capitum ita scribens saeculo quinto[3]):

Illud etiam quod interrogare dignatus es, cur *Alleluja* usque ad Pentecosten in Ecclesia decantatur, scire vos convenit, alia

[1]) De more Graecorum per Quadragesimam et in funeribus canticum *Alleluja* saepius frequentandi videatur Goar., *Euchol.* pp. 174 et 435.

[2]) Conferri ea de re potest Card. Humbertus, *Adversus Graecorum calumnias*, n. 57, apud Migne, Patr. lat. tom. 143, p. 968.

[3]) *Epist. ad Senarium*, n. 13, ibid. tom. 59, p. 406.

esse in fide catholica, quibus per totum mundum omnis Christianus adstringitur, veluti est auctoritas Novi ac Veteris Testamenti; alia rursus esse instituta Patrum, a quibus nulli licet catholico deviare, veluti Nicaeni canones, et si quid hujusmodi est; itemque alia esse, quae unaquaeque Ecclesia tanquam própria retinet et a suis majoribus tradita sibi custodit, quae salva fide et pace catholica cum alterius regionis non observat Ecclesia, ut est Romana, quae sabbatis omnibus jejunat, quod orientalis facere non videtur; vel quod hic septem altaria componuntur, quod alibi nullus attentat; et rursus fiant alia alibi, quae hic fieri non probantur. Haec autem omnia ita diversis ecclesiis diverso modo fiunt; ut tamen omnes illius reginae vestem faciant, de qua dictum est: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate (Psalm. 44, 10). Nihil ergo moveat, quum videntur hic aliqua in Dei laudibus fieri, quae alibi alio modo fieri comprobantur. Sive enim usque ad Pentecosten *Alleluja* cantetur, quod apud nos fieri manifestum est[1]), sive alibi toto anno dicatur; laudes Dei cantat Ecclesia. Sed reservatur aliquid apud nos paschali reverentiae, ut majoribus gaudiis et quasi mentibus innovatis ad laudem Dei recurrat affectus; propter quod *Alleluja* latino sermone *Laudate Dominum* dicitur. Quanquam et aliis verbis id quotidie populorum vox dicentium resonet: *Laudate Dominum de coelis, laudate eum in excelsis* (Psalm. 148, 1). Itemque: *Laudate Dominum, omnes angeli ejus* (ibid. 2). Et iterum: *Laudate Dominum omnes gentes* (Psalm. 116, 1). Semper ergo, quum Deus quoquo modo fideli corde laudatur, *Alleluja* cantatur.

Ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω. Hebdomada Septuagesimae.

Feria II. post Dominicum hunc diem *τοῦ ἀσώτου* initium est *ἑβδομάδος τῆς ἀπόκρεω*, cujus dies ultimus habetur Dominicus proximus, quem *κυριακὴν τῆς ἀπόκρεω* vel *τῆς ἀποκρεωσίας* appellant, nomine ex re indito, quod nimirum ab hoc die Graeci carne abstineant, qua utique laute per hanc hebdomadem, exceptis tamen feriis IV. et VI., vesci solent[2]): unde et recentiorum Graecorum ortum verbum *ἀποκρεύω* pro *comissor, epulis indulgeo.*

[1]) S. Gregorius M. demum *constituit, ut extra id tempus, quod continetur Septuagesima et Pascha,* Alleluja diceretur. (Brev. Rom. d. 12. Mart.)

[2]) Graecos jam a feria II. hujus hebdomadis a carnibus abstinere, error est, qui ex Guéranger *(Année lit., Carême,* p. 31, ed. 3) transiit in *Kirchenlexikon* s. v. Fastenzeit, t. 4, p. 1262, ed. 2.

Feriarum IV. et VI. jejunium, canone 69. Apostolorum praescriptum, praetermittere non licere, expresse quoque monet novum Typicum CP. an. 1874 proposita hac rubrica: *Τῇ τετάρτῃ καὶ τῇ παρασκευῇ τῆς ἀπόκρεω ἐν τῇ τραπέζῃ ξηροφαγία, ὡς καὶ εἰς τὰς ἄλλας τετάρτας καὶ παρασκευὰς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ κτλ.*

Sabbatum ante Sexagesimam.

Ψυχοσάββατον, σάββατον τῶν ψυχῶν sive *τῶν κεκοιμημένων.*

Slav. *Subbota o usopšich,* sive *zadušnaja subbota:* rumen. *Sambat'a strabuniloru,* vulgo *Sambat'a mortîloru;* arab. *Sibt el-emvât.*

Sabbato hujus hebdomadis *officium* celebratur *omnium fidelium defunctorum,* quod Triodium ita annuntiat:

Τῷ σαββάτῳ πρὸ τῆς ἀπόκρεω· μνήμην ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένων ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.	*Sabbato ante Dominicam τῆς ἀπόκρεω memoriam facimus omnium a saeculo defunctorum orthodoxorum Christianorum, patrum et fratrum nostrorum.*

In Horologiis austriacis quoque signatur slav. *V subbotu mjassopustnuju. Pamjat vsěch ot věka usopšich pravoslavnych Christian;* rumen. *In sambat'a lasatului de carne Amentirea parentîloru sî fratîloru nostri celoru dein veci adormiti.*

Communis utrique Ecclesiae est *commemoratio omnium fidelium defunctorum,* quamvis ea non uno eodemque die servetur. Ut in Ecclesia latina solemnitatem omnium Sanctorum exciperet, id ordo ipse officiorum ecclesiasticorum exigere videbatur; *multi* enim, inquit Amalarius *de ordin. Antiphonarii,* c. 65, *transierunt de praesenti saeculo, qui non illico Sanctis conjunguntur, pro quibus solito more officium agitur* [1]; ut vero apud Graecos hoc tempore fieret, id inde venisse ex synaxario discimus, quod hanc *ἀκολουθίαν* et cum crastino officio intime cohaerentem et fidelibus ad solemne jejunium praeparandis aptam viderent. En synaxarii verba:

[1]) Apud Migne, Patr. lat. t. 105, p. 1306.

Ἐπειδή τινες ἄωρον πολλάκις ἐπὶ ξένης ὑπέστησαν θάνατον, ἐν θαλάσσῃ τε καὶ ἀβάτοις ὄρεσι, κρημνοῖς τε καὶ χάσμασι, καὶ λοιμοῖς, καὶ λιμοῖς, καὶ πολέμοις, καὶ ἐμπρησμοῖς, καὶ κρυμνοῖς, καὶ ἄλλως παντοίους θανάτους ὑπομεμενηκότες, ἴσως δὲ, καὶ πένητες ὄντες καὶ ἄποροι, καὶ τῶν νενομισμένων ψαλμῳδιῶν καὶ μνημοσύνων οὐκ ἔτυχον· φιλανθρώπως οἱ θεῖοι Πατέρες κινούμενοι, κοινῶς μνείαν τούτων ἁπάντων τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ποιεῖσθαι ἐθέσπισαν, ἀπὸ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων διαδεξάμενοι, ἵνα καὶ οἱ μὴ τῶν νενομισμένων ἀνὰ μέρος, διά τινος συμβάματος τετυχηκότες, τῇ νῦν κοινῇ μνείᾳ κἀκεῖνοι περιλαμβάνοιντο· δεικνύντες, ὡς καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμενα μεγάλην αὐτοῖς προξενεῖ τὴν ὠφέλειαν. Καθ' ἕνα μὲν οὖν τρόπον οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία μνείαν ἐπιτελεῖ τῶν ψυχῶν. Δεύτερον δέ, ἐπειδὴ τὴν δευτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν θεῖναι τῇ ἐπαύριον ἔμελλον, ἁρμοζόντως καὶ τῶν ψυχῶν μνημονεύουσιν· ὡσανεὶ τὸν φοβερὸν κριτὴν καὶ ἀπαραλόγιστον ἱλεούμενοι, τῇ συνήθει πρὸς αὐτὰς χρήσασθαι συμπαθείᾳ, καὶ τῇ ἐπηγγελμένῃ ταύτας κατατάξαι τρυφῇ. Ἄλλως τε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἀδὰμ ἐξορίαν οἱ Ἅγιοι μέλλοντες τῇ ἐσομένῃ ἐκθεῖναι κυριακῇ, ὥσπέρ τινα κατάπαυσιν προσεπινοοῦσι, καὶ τέλος πάντων τῶν καθ' ἡμᾶς διὰ τῆς παρούσης νῦν καταστάσεως, ἵν' ἐκεῖθεν ὡς ἀπ' ἀρχῆς ἄρξωνται· τὸ γὰρ ὕστατον τῶν παρ' ἡμῖν πάντων, ἡ τῶν βεβιωμένων παρὰ τοῦ ἀδεκάστου κριτοῦ ἔσται ἐξέτασις· καὶ ἵνα τοὺς ἀνθρώπους διὰ τούτων φοβήσαντες, πρὸς τοὺς τῆς νηστείας ἀγῶνας ποιήσωσιν εὐχερεῖς.

Triodium Officio subjungit εἴδησιν:

Αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται ἀπαραλλάκτως καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ τῷ πρὸ τῆς Πεντηκοστῆς.	*Hoc Officium eadem prorsus ratione quoque fit sabbato ante Pentecosten.*

Quod praemonuimus tomo 1. p. L, justa reprehensione non carere Nicephorum Callistum, quod antiqua Triodii officia variis haeresibus aspersis depravarit ac tantum non corruperit, id ipsum in hujus diei synaxarium cadit. In eo enim duos errores [1]) proponi videmus, qui quantum a veritate catholica

[1]) Quodsi jam valde dolendum putabis, errores in multas Triodii versiones austriaco-hungaricas tum slavicas (Viennensi a. 1855 non excepta) tum rumenas (Cibinienses omnes) transiisse, multo vehementius etiam miraberis, earundem usum in plures nostrates ecclesias graeco-catholicas ir-

abhorreant, primus quisque tractatus *ἐσχατολογικός* demonstrat. Et initio quidem contra dogma *de aeternitate poenarum inferni* expresse docetur, mortuis infidelibus et peccatoribus, licet impoenitentibus, proficuas esse sanctorum preces, ut adeo iis recreari ac saepe etiam ab aeternis, ad quas jam erant condemnati, poenis omnino liberari possint. Accipe ipsa synaxarii verba (ex edit. Venet. an. 1870, p. 17):

Ὅτι δὲ ὠφελεῖ τὰς ψυχὰς τὰ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμενα, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῆς κατὰ τὸν ἅγιον Μακάριον ἱστορίας. Ὃς ἀνδρὸς ἀσεβοῦς Ἕλληνος ξηρὸν κράνιον, κατὰ τὴν ὁδὸν παριών, εὑρηκὼς ἤρετο, εἴ τινά ποτε ἐν ᾅδῃ παραμυθίας αἴσθησιν ἔχουσι; Τὸ δὲ ἀπεκρίνετο, πολλὴν αὐτοὺς ἔχειν ἄνεσιν, ἡνίκα ὑπερ τῶν κεκοιμημένων εὔχῃ, πάτερ, εἰπόν. Ἦν γὰρ τοῦτο ποιῶν ὁ μέγας καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ, μαθεῖν ἐφιέμενος, εἰ ὠφέλειά τις τοῖς προκεκοιμημένοις ἐντεῦθεν ἐγίνετο. — Ἀλλὰ καὶ Γρηγόριος ὁ Διάλογος διὰ προσευχῆς τὸν βασιλέα Τραϊανὸν σέσωκεν, ἀκούσας παρὰ Θεοῦ, μὴ ἄλλοτέ ποτε αὐτὸν ὑπὲρ ἀσεβοῦς δεηθῆναι. — Ναὶ μὴν καὶ

Res a sanctis pro animabus gestas illis proficuas esse, multis aliis, sed praecipue ex historia[1] *illa, quae de s. Macario narratur, perspicuum est. Hic siquidem infidelis hominis gentilis*[2] *exsiccatam calvariam praeteriens in via adinventam interrogavit, si quam in inferno consolationem persentiscant? Illa respondit, summopere se recreari, quum pro mortuis preces, pater, fundis. Magnus enim ille id facere consueverat, Deumque exorabat, discere appetens, si qua inde utilitas mortuis accederet. — Sed et Gregorius Dialogus precibus Trajanum imperatorem liberavit, monitus propterea a Deo, ne de caetero pro impio deprecaretur*[3]. — *Quinimmo*

repere potuisse. Et nimirum istud est, quod non ita pridem multis in locis factum nostris ipsi oculis videntes obstupuimus! — In editione catholica Triodii *(Τριῴδιον ψυχωφελέστατον)*, superiorum permissu facta Bononiae an. 1724, itemque in editione slavica, facta Leopoli anno 1775, uterque locus ex synaxario expunctus conspicitur; in ejusdem libri novissima editione Romana *(Τριῴδιον κατανυκτικόν)* immo vel ipsa synaxaria Triodii prorsus deleta sunt, ea forte de causa, quod antiquis ac genuinis ss. Patrum officiis a recentiori manu temere addita censerentur.

[1]) In aliquibus editionibus rumenis catholicis vocabulum *ἱστορία* rectius translatum legimus *povéste*, h. e., *narratiuncula, fabula,* ut vocem explicat de Cihac, *Dictionnaire d'étymologie Daco-Romaine, éléments Slaves,* verbo *véste,* p. 454; quia haec narratio revera nullum idoneum habet auctorem. Cfr. quae post Bolland. Act. SS. Jan. tom. 2, pp. 293—294, fuse scripsit Leo Allatius loco mox citando.

[2]) In iisdem, quas memoravimus, editionibus rumenis catholicis simpliciter dictum invenimus *a unui omu mortu,* h. e., *alicujus hominis mortui,* omissa versione vocabulorum *ἀσεβοῦς Ἕλληνος.*

[3]) Editio rumena catholica Balasfalvensis an. 1813 merito hanc fabulam delevit.

τὸν θεοστυγῆ Θεόφιλον. Θεοδώρα ἡ βασιλίς, διὰ τῶν ἁγίων καὶ ὁμολογητῶν ἀνδρῶν, τῶν βασάνων ἐξήρπασε καὶ διέσωσεν, ὡς ἱστόρηται.

Deo exosum Theophilum Theodora imperatrix et sanctorum confessorum ope, tormentis surripuit ac salvavit, ut historia refert[1].

Quo in textu ineptiae te non fugient, quod, quum ipsi Graeci criminosum dicant pro infidelibus et filiis perditionis preces fundere, s. Gregorius Magnus in una eademque illa impia actione, ipsi hic impacta, et in Deum deliquisset et a Deo exauditus fuisset, admonitus proinde, ne de caetero similia auderet! Alios in hunc l cum congestos a Nicephoro errores gravissime exagitat Leo Allatius, *Examen Triodii*, nn. 116—135, quem, si placet, vide[2].

Priori huic errori alterum subjicit synaxarium pagina sequenti de *sententiae, quae in judicio particulari statim post mortem fuerit pronuntiata, executione dilata usque ad finem mundi*, his conceptum verbis:

Ἰστέον δέ, ὡς νυνὶ ἔν τισιν ἀφοσιωμένοις τόποις αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων διάγουσι, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν αὖθις ἀνὰ μέρος· οἱ μὲν τῇ ἐλπίδι χαίροντες, οἱ δὲ τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ λυπούμενοι· οὐ γὰρ ἔλαβον οἱ ἅγιοι τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἀγαθῶν ἔτι, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος· τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ ἡμᾶς προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι.

Sciendum est, nunc in quibusdam locis determinatis justorum animas degere, et peccatorum similiter separatim. Illi quidem spe gaudent, hi vero tormentorum exspectatione moerent. Neque enim adhuc sancti bonorum promissionem adepti sunt, ut divinus Apostolus ait: Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur[3].

A Nicephoro Call. non dissentiunt moderni Graeci CPolitani, quemadmodum ex *Encyclicis patriarchalibus et synodicis literis* d. d. 12. Oct. 1895 liquet.

---

[1]) Cfr. synaxarium Dominicae orthodoxiae suo loco sistendum.

[2]) Apud Fabric. *Bibliothec. graec.* l. 5. Append. ad tom. 5, pp. 84—97 (Edit. Hamburg. an. 1723), ubi Allatius n. 121 inter alia etiam testimonium ex „Officio s. olei mortuorum" profert, quod licet pluribus editionibus Euchologii adjectum reperiatur, Goarius tamen Euchologico contextui non censuit inserendum, utpote quod antiquis fuisset ignotum et a multis recentioribus esset rejectum. Cfr. *Euchol.*, p. 357.

[3]) Quum eundem errorem et ex hodierno synaxario in Codicem legum ecclesiasticarum Rumenorum, quem *Pravila* dicunt, assumptum videamus cap. 162, et multorum animos in illis regionibus olim pervasisse ex relationibus missionariorum resciverimus, operae nos pretium facturos existimamus, si praedictum textum, in quibusdam punctis tamen ad fontem rumenum exactum, hic sistamus ex Papp-Szilágyi, *Enchiridion juris ecclesiae orientalis catholicae*, p. 88. Ibidem ergo ex *Pravila* referuntur verba haec: *Die 3., 9. et 40. postmortem fiat commemoratio defuncti,*

Hunc errorem a Benedicto PP. XII. Constit. *Benedictus Deus,* edit. d. 29. Januar. 1336[1]) rejectum et ab oecumenica synodo Florentina anni 1439 in *Decreto Unionis Graecorum et Latinorum*[2]) damnatum fuisse, satis norunt theologi omnes.

Praecipuas ea de causa habitas disputationes in unum veluti fascem collectas novissime dedit H. Hurter, *Theolog. Dogmat.* tom. 3, tractat. 10, ad quem, utpote omnibus obvium, lectorem sacrarum literarum studiosum remisisse sumus contenti. Nolumus tamen omittere, quae ibidem non attinguntur, praeclara quaedam de eodem dogmate testimonia liturgica ipsius ecclesiae orientalis, quae jam pridem ex libris ecclesiasticis collegit insignis theologus graecus, concilii Florentini coaevus, Joannes Plusiadenus, qui deinde episcopus Methonensis factus Josephi nomen sibi adscivit. Is ergo in egregia sua *Apologia pro quinque capitibus synodi Florentinae*[3]), popularibus suis quotidie magis ad antiquum

---

et dentur cibi pauperibus; et quidem die 3. ideo, quoniam animae defunctorum usque tertium diem a separatione a corpore solutae, in societate angeli in terra commorantur (in originali additur: *associante angelo habet facultatem visitandi omnia loca, quae voluerit,* rumenice: *atunci are vóie dóne dîle de a se duce cu angerulu unde voliesce elu),* *ac tertio solum die se coram Deo sistunt* (in originali: *angelus cum anima ascendit ad coelum, et sistitur coram splendidissimo judice;* rumenice: *ér' a treia dî se duce angerulu cu acelu suffletu si sta in antea prealuminatului judecatoriu), atque usque ad nonum diem in superioribus coeli oberrant ad videnda habitacula Sanctorum; post nonum autem diem usque ad quadragesimum ostendit eis angelus paradisum et omnem cruciatum inferni, donec quadragesimo die recepta a Deo sententia locum occupat suum usque ad secundum adventum Domini* (in originali: *et post haec collocant animam in loco quodam usque ad adventum Domini judicis mundi;* rumen.: *apoi dau-i lui locu pâna va veni Domnulu se judece lumea).*

1) Magn. Bullar. Rom. t. 1, pp. 217—218, edit. Luxemburg. an. 1742.

2) Verba concilii haec sunt: *Definimus . . . illorum animas qui, post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam quae, post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exutae corporibus, prout superius dictum est,* (scilicet in definitione de purgatorio) *purgatae sunt,*

εἰς οὐρανὸν εὐθὺς προςλαμβάνεσθαι, καὶ καθαρῶς θεωρεῖν αὐτὸν τὸν ἕνα καὶ τριςυπόστατον θεόν, καθώς ἐστιν, ἕτερον μὲν τοῦ ἑτέρου τελεώτερον κατὰ τὴν τῶν βεβιωμένων ἀξίαν.	*in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius* (Apud Hardouin. Concil. t. 9, p. 422).

3) Apologiam istam sub nomine Gennadii Scholarii, patriarchae CPolitani, passim adductam, opus esse Josephi Methonensis episcopi, post Re-

schisma delabentibus, genuinam ecclesiae graecae doctrinam *de fruitione Sanctorum (περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων)* ex precibus liturgicis demonstraturus, praeter alia bene multa, lectione dignissima, haec habet c. 4, nn. 4—5 [1]): Libri omnes de precibus id continent. . . . Magnas gratias habere vobis debemus, quod non aut delestis, aut ea fraude aliqua in codicibus obliterastis, ut quidam ante vos in tractatibus et libris de processione Spiritus sancti conscriptis effecerunt; id tamen illis inutiliter cessit; nam adhuc libri manent, qui maleficorum audaciam testantur. Apud vos igitur adhuc perbelle servantur et quotidie cum vocis modulatione concinuntur *μηναῖα, καὶ τριῴδια, καὶ λόγοι, καὶ μεταφραστής, καὶ πεντηκοστάρια, καὶ στιχηρά, καὶ τροπάρια, καὶ ἰδιόμελα, καὶ κοντάκια, καὶ οἶκοι, καὶ συναξάρια, καὶ ἐξαποστειλάρια* [2]): et ne singula enumerem, omnis fere ecclesiae nostrae scriptura ita sentit. . . .

Πόθεν οὖν ἀρξόμεθα; ἀπὸ τῆς πρώτης τοῦ μηνὸς Σεπτεμβρίου, ἐν τοῖς ἰδιομέλοις τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου· Ἡ ἁγία σου ψυχή, φησί, Πάτερ Συμεών, ἀγγέλοις συνοῦσα ἀγάλλεται. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Καὶ μετὰ τῶν ἀσωμάτων χορεύων ἐν οὐρανοῖς. Ἐν ἑτέρῳ δ' αὖθις· Καὶ σὺν ἀγγέλοις Θεῷ παριστάμενος. Τῇ εἰκοστῇ ὀγδόῃ τοῦ αὐτοῦ μηνός, τοῦ ἁγίου Κυριακοῦ· Καὶ νῦν οἰκεῖς τὸν παράδεισον, διὰ παντὸς εὐφραινόμενος. Ὀκτωβρίου πρώτῃ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ. Μετὰ δικαίων ἔνδον εἰς θείαν δόξαν κατασκηνώσας, βλέπεις τὴν τερπνότητα τὴν ἄφραστον ἐκείνην· βλέπεις τὴν τρυφὴν τὴν ἄληκτον· βλέπεις τὰ κάλλη τῶν οὐρανῶν, τὰ ὄντως ἐράσμια· βλέπεις πατριαρχῶν τὰς χορείας, μακαριώτατε. Τῷ αὐτῷ μηνὶ εἰκοστῇ

Unde igitur exordiemur? A prima die mensis Septembris in idiomelis divi Simeonis Stylitae: *Sancta tua anima*, inquit, *pater Simeon, in societate exultat angelorum;* et in alio: *Et cum incorporeis in coelo tripudians;* rursus in altero: *Cum angelis Deo assistens.* Vicesima octava ejusdem mensis de S. Cyriaco: *Et nunc paradisum incolis in omni laetitia constitutus.* Octobris prima, de divo Romano: *Cum justis intus in divina gloria inhabitans, oblectationem illam ineffabilem aspicis, aspicis indesinentes delicias, aspicis coelorum pulchritudinem, quae vere est amabilis, aspicis, beatissime, choreas patriarcharum.* Eodem mense XXVI, de divo Demetrio magno martyre: *Habet quidem tua divina anima,*

---

naudot. in *notis ad homil. Gennadii,* perspicue ostendit Cuperus, socius Bollandianus, in *Historia patriarch. CP.,* Act. SS. Augusti t. 1, p. 197*.

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 159, pp. 1283 seqq.

[2]) Horum aliorumque insolentium vocabulorum, in Graecorum libris liturgicis occurrentium notationem ac reconditos sensus ex certis antiquitatis monumentis asseruimus atque elucidavimus tomo 1, pp. LVII seqq. Porro, quam necessaria in hoc argumento sit terminorum technicorum accurata explicatio, vel ex uno hoc Josephi textu patet, etiamsi seponas, quod rem divinam ac sacram spectent.

ἕκτῃ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου· ἔχει μὲν ἡ θειοτάτη σου ψυχή, καὶ ἄμωμος, ἀοίδιμε Δημήτριε, τὴν οὐράνιον Ἱερουσαλὴμ κατοικητήριον. Καὶ αὖθις· Εἰς τὰ ὑπερκόσμια σκηνώματα τὸ πνεῦμά σου, Δημήτριε μάρτυς σοφέ, Χριστὸς ὁ Θεὸς προσήκατο ἀμώμητον. Καὶ ἀλλαχοῦ· Τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως παριστάμενος. Καὶ πάλιν τρανότερον· Τοῦ μακαρίου ἔτυχες τέλους, παριστάμενος Χριστῷ· ἐκτενῶς ἱκέτευε. Καὶ αὖ· Νῦν πρόσωπον Χριστοῦ καθορᾷς σὺ πρὸς πρόσωπον, ὦ Κύριλλε· τῶν ἐσόπτρων ἀληθείᾳ λυθέντων, ἡνώθης σου τῷ ἔρωτι. Καὶ πάλιν· Μνημόνευε καὶ ἡμῶν, Πάτερ Βασίλειε, παρεστὼς τῇ Τριάδι τῇ ὁμοουσίῳ. Ἀλλαχοῦ δέ· Καὶ νῦν ἐν οὐρανοῖς τῶν ἐσόπτρων λυθέντων, Ἀντώνιε, καθαρῶς ἐποπτεύεις τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἐντυγχάνων ἀμέσως. Καὶ ἐν τοῖς τοῦ μεγάλου Γεωργίου, πῇ μέν φησι· Καὶ ἐδέξω ἐκ Θεοῦ τὸν τῆς νίκης σου στέφανον· πῇ δέ· Συμβασιλεύεις Χριστῷ λαμπρότατα, πορφύραν ἐξ αἵματος ἐνδυσάμενος φαιδράν· καὶ τῷ σκήπτρῳ τῶν ἄθλων σου εὐκοσμούμενος, καὶ στεφάνῳ τῆς δόξης διαπρέπων ἀπεράντους εἰς αἰῶνας. Καὶ ἀλλαχοῦ· Σήμερον τοῦ Χριστοῦ ὁ μάρτυς θριαμβεύων τὴν πλάνην, καταλαμβάνει τὰ οὐράνια· καὶ ἐν θρόνῳ δόξης τῷ καθημένῳ, προσφέρει τῆς σφαγῆς τὸ αἷμα. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Ὁ λαμπρὸς ἀριστεὺς Γεώργιος, ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ ἀθλήσει τὰς ἄνω δυνάμεις εὐφραίνων, καὶ σὺν αὐταῖς ἀγαλλόμενος νῦν. Ἐν δὲ τῇ ἐνάτῃ τοῦ μεγάλου Παύλου, Ἰουνίου εἰκοστῇ ἐνάτῃ· Νῦν οὐκ ἐν αἰνίγμασιν, οὐδὲ ἐν ἐσόπτρῳ Χριστός σοι ὀπτάνεται· πρὸς πρόσωπον δὲ μᾶλλον ὁρᾶται πρόσωπον, τελείαν σοι τὴν δόξαν ἀπο-

et immaculata, gloriose Demetri, coelestem pro habitatione Jerusalem. Et iterum: *In ultramundanas sedes immaculatum spiritum tuum, sapiens martyr Demetri, Christus Deus recepit.* Et alibi: *Deo assidue assistens.* Et rursus: *Manifestius beatitudinis finem es consecutus Christo assistens, toto corde deprecare.* Et iterum: *Nunc tu Christi vultum intueris in faciem, o Cyrille, speculis vere confractis, tuo divino amori junctus es.* Et rursus: *Recordare nostri, pater Basilie, consubstantiali Trinitati assistens.* Alibi: *Et nunc in coelis, speculis effractis, Antoni, sincere sanctam inspicis Trinitatem citra medium congressus.* Et de magno Georgio partim inquit: *Victoriae tuae coronam recepisti,* partim vero: *Cum Christo regnas splendidissima ex sanguine purpura indutus, et sceptro tuorum certaminum ornatus, et corona gloriae conspicuus in infinita saecula.* Et alibi: *Hodie martyr de peregrinatione triumphans ad coelestia pervenit, et in gloriae throno sedenti offert sanguinem caedis.* Et in alio: *Insignis et strenuus Georgius in suo glorioso certamine supernas potestates laetificans et nunc una cum ipsis exultans.* In nona, de magno Paulo, Junii vicesima nona: *Nunc non in aenigmate neque in speculo Christus a te conspicitur; imo in faciem facies aspicitur, integram tibi divinitatis gloriam detegens.* Et in aliis: *Pro Christo passi, o decertatores martyres, animas in coelos habetis in manu Dei.* Et rursus: *Tui, Christe, sacerdotes justitia induti sancti a saeculo gaudent, divinam tuam pulchritudinem clarius intuentes.* Et in aliis: *Nunc non in aenigmate,*

καλύπτων τῆς θεώσεως. Καὶ ἐν ἄλλοις· Ὑπὲρ Χριστοῦ παθόντες, ὦ ἀθλοφόροι μάρτυρες, ψυχὰς μὲν ἔχετε εἰς οὐρανοὺς ἐν χειρὶ Θεοῦ. Καὶ πάλιν· Οἱ ἱερεῖς σου, Χριστέ, δικαιοσύνην ἐνδεδυμένοι, ὁσίοις τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἀγάλλονται, σοῦ τὸ κάλλος ὁρῶντες τὸ θεῖον τρανότερον. Καὶ ἐν ἄλλοις· Νῦν οὐκ ἐν αἰνίγματι, Πάτερ, οὐκ ἐν ἐσόπτρῳ κατοπτεύεις τὸν τῆς θεαρχίας φωτισμόν· πρὸς πρόσωπον δέ, πάνσοφε, πρόσωπον· τῆς ὑπὲρ νοῦν λαμπρότητος καὶ θεοπτίας ἀξιούμενος. Καὶ πάλιν· Σὺν ἀγγέλοις χορεύεις, μάκαρ Ὀνήσιμε, μαρτυρίου στεφάνῳ κατακοσμούμενος, θρόνῳ τῷ φαιδρῷ τοῦ Σωτῆρος παρίστασαι. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἁγίων τάγματα τὸν ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενον ἀσιγήτως ὑμνοῦντα, τρυφῆς ἐνθέου νῦν ἀπολαύουσι, καὶ γεγηθότες χορεύουσι. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Τῆς ὑπὲρ νοῦν λαμπρότητος, ἐμφορούμενοι ἅγιοι, θείας εὐφροσύνης τε λαμπρῶς πληρούμενοι, θεοὶ χρηματίζετε τῇ πρὸς αὐτὸν ἐγγύτητι, ταῖς θεουργικαῖς μαρμαρυγαῖς ὁμιλοῦντες, καὶ δόξης τῆς ἀφράστου φωτισθέντες ἀκτῖσι. Καὶ πάλιν· Εὐφημείσθωσαν ἱεραῖς μελῳδίαις, ὡς τῆς ἄνω βασιλείας κληρονόμοι, ὡς παραδείσου οἰκήτορες. Καὶ ἀλλαχοῦ· Συμπολῖται τῶν ἀγγέλων. Καὶ πάλιν· Αἱμάτων τιμίων σου βαφαῖς, μάρτυς κατεσκεύασας σαυτῷ πορφύραν πολύτιμον· ἣν στολισάμενος, κατοικεῖς τὰ ἄνω ἀληθῶς βασίλεια, Θεῷ παμβασιλεῖ παριστάμενος. Τὸ δὲ παρίστασθαι τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ, καὶ κατοικεῖν τὰ ἄνω βασίλεια ἀληθῶς, τί ἄλλο πρὸς Θεοῦ σημαίνει, ἢ ὅτι ἀπολαμβάνουσι καθὸ ψυχαὶ νῦν οἱ ἅγιοι; Ἐν ἄλλοις δέ· Πατράσιν ὕμνον προσοίσομεν, πρὸ νόμου καὶ ἐν νόμῳ ἐκλάμψασι, καὶ τὸν ἐκ Παρθένου Κύριον καὶ Δεσπό-

Pater, non in speculo aspicis lucem numinis omnium principii, facie ad faciem, sapientissime, qui et splendoris et visionis divinae dignus effectus es. Et rursus: *Cum angelis tripudias, beate Onesime, martyrii corona exornatus, refulgenti throno Salvatoris assistis.* Et alibi: *Sanctorum ordines eum qui inter angelos requiescit magna voce laudantes, divinis nunc fruuntur deliciis, et laetantes tripudiant.* Et in alio: *Superintellectuali splendore exsaturati sancti, et divina laetitia splendide repleti, dii vocamini, ut ei proximi inter divinos splendores versantes, et gloriae ineffabilis radiis illustrati.* Et rursus: *Sacris melodiis celebrentur, quasi coelestes haeredes regni, quasi incolae paradisi.* Et alibi: *Concives angelorum.* Et rursus: *Sanguinis tui pretiosi intinctione martyr, purpuram tibi pretiosam comparasti, qua indutus coelestem regiam vere inhabitas, Deo supremo regi assistens.* Assistere vero supremo regi, quid aliud per Deum significat, nisi quod sancti quatenus animae beatitudine perfruuntur? In aliis vero: *Patribus hymnum offeremus, qui ante legem et in lege refulserunt, et qui ex Virgine genito Domino et hero recta mente inservierunt, et inaccessibilem lucem hanc adepti sunt.* Et in alio: *Nunc, o beate, intercede apud Deum pro tuo grege.* Et rursus: *Coeleste regnum concupisti, quo nunc, beatissime, vere frueris.* Et in alio: *Super omnem virtutem positus, pater Antoni, cum angelis versaris in regno coelorum.* Et rursus: *Dei praeco, Athanasi, qui pericula et perpetuas tentationes sustinuisti, nunc deliciarum paradisi dignus es factus, divinas man-*

την γνώμῃ εὐθείᾳ τεθεραπευκόσι, καὶ ἀδύτου φωτισμοῦ νῦν ἀπολαύουσι. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Νῦν δὲ παρίστασαι, μάκαρ, πρέσβυς τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου. Καὶ πάλιν· Ἐπεπόθησας τῆς ἄνω βασιλείας, ἧς νῦν ἀπολαύεις ἀληθῶς, μακαριώτατε. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Ὑπεράνω πάσης ἀρετῆς γεγονώς, Πάτερ Ἀντώνιε, συναυλίζῃ ἀγγέλοις ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Καὶ πάλιν· Θεοκήρυξ Ἀθανάσιε, κινδύνους ὑπομείνας καὶ συνεχεῖς πειρασμούς, τρυφῆς τοῦ παραδείσου νῦν ἠξιώθης, ἔνδον γενόμενος τῶν θείων μονῶν· ξύλῳ προσπελάσας ζωῆς τῆς ἀκηράτου, δικαιοσύνης ὡς νικητής· στέφει κοσμούμενος, καὶ διαδήματι τῆς ἄνω βασιλείας ὡραϊζόμενος, καὶ κάλλει διαπρέπων. Καὶ πάλιν· Φωτὶ τῷ τρισηλίῳ καὶ τριφεγγεῖ τηλαυγέστερον νῦν ἐλλαμπόμενος· Καὶ αὖ· Οὐκ ἐν αἰνίγματι νῦν καθορᾷς δόξαν ἣν ἐπόθησας Θεοῦ ἐκ βρέφους, μάκαρ Εὐτύχιε· πρόσωπον δὲ μᾶλλον νυνὶ πρὸς πρόσωπον, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῆς σαρκός, Πάτερ ἡμῶν. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις· Ἐκ χαλεπῆς στενώσεως, καὶ φθορᾶς, πρὸς εὐρύχωρον πλάτος παραδείσου καὶ τερπνὸν κατήντησας, ἁγίων ὀψόμενος φωτοειδεῖς λαμπρότητας, καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων ἐποπτεύσων χορείας, Θεῷ παρισταμένας καὶ βοώσας ἀπαύστως. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἡ γῆ μὲν κατεκάλυψεν ὑμῶν τὰ σώματα νυνί, ὁ οὐρανὸς δέ, ἅγιοι, φέρει τὰ πνεύματα ἀεὶ τῷ θρόνῳ παρεστῶτα τῆς δόξης, μετ᾽ ἀγγέλων ἀγαλλόμενα· Καὶ ἀλλαχοῦ· Καὶ νῦν οἰκεῖς τοὺς οὐρανούς, μαρτύρων ὅσιε ἁγίων καὶ τῶν δικαίων. Καὶ ἐν ἄλλῳ· Παῤῥησίαν πλουτήσας πρὸς τὸν Χριστόν, ἱεράρχα Εὐμένιε, οὗ καὶ τῷ θρόνῳ ἅγιε ἐν δόξῃ νῦν παρίστασαι μετὰ ἀγγέλων ἁγίων.

siones consecutus, incorruptibilis vitae ligno propinquus, ut justitiae victor, corona et diademate coelestis regni exornatus, decore conspicuus et forma praecellens. Et rursus: *Splendidissimo et fulgentissimo lumine lucidius nunc illustratus.* Et rursus: *Non in aenigmate gloriam, quam a puero concupisti, vides, beate Eutychi, imo facie ad faciem nunc solutis carnis speculis, pater noster.* Et rursus: *Ex difficilibus angustiis et corruptione in amplam et jucundam paradisi latitudinem pervenisti, sanctorum visurus splendidam lucem et angelorum choreas Deo assistentes, et incessanter clamantes.* Et alibi: *Terra quidem nunc operuit corpora vestra, coelum vero, o sancti, spiritus semper fert, throno gloriae assidentes et cum angelis exsultantes.* Et alibi: *Nunc coelos incolis martyrum pie sanctorum et justorum.* Et in alio: *Princeps sacrorum Eumeni, qui libertatem tibi apud Christum comparasti, juxta cujus thronum, sancte, in gloria assistis nunc cum angelis sanctis.* Et rursus: *Ad tranquillum portum appulisti a laboribus requiescens, et coronatus tripudias in paradiso, una cum Christi martyribus, Niceta divine, merito te glorificamus.* Et rursus in alio: *Qui a dextera assistis Trinitati et immediate versaris.* Et in ode 9 canonis S. Joannis Theologi: *Nunc non in aenigmate, sed facie ad faciem deliciarum torrentem inspicere meritus es, pacis flumen et fontem immortalitatis, qua nunc irrigatus divinitate perfrueris.* Et Augusti quarta: *Non amplius in speculo conspicis summum bonorum, o sancta martyr, ad faciem aspicis faciem, jam*

Καὶ αὖ· Ὅρμῳ γαληνῷ προσωρμίσθης, ἀναπαυσάμενος τῶν πόνων, καὶ στεφανηφόρος χορεύεις ἐν παραδείσῳ μετὰ μαρτύρων Χριστοῦ, Νικήτα θεσπέσιε, πάντες ἀξίως σε δοξάζομεν. Καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ· Παραστάτης δεξιὸς τῆς ἁγίας Τριάδος ἐντυγχάνων ἀμέσως. Καὶ ἐν τῇ ἐνάτῃ ᾠδῇ τοῦ κανόνος τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου· Νῦν οὐκ ἐν αἰνίγματι, πρὸς πρόσωπον δὲ πρόσωπον, τῆς τρυφῆς τὸν χειμάῤῥουν ὁρᾷν ἠξίωσαι, καὶ τὸν ποταμὸν τῆς εἰρήνης, καὶ τὴν πηγὴν τῆς ἀθανασίας, ἧς νῦν ἀρδευόμενος ἀπολαύεις τῆς θεώσεως. Καὶ Αὐγούστου τετάρτῃ· Οὐκ ἔτι ὁρᾷς ἐν ἐσόπτρῳ καλῶν τὸ ἀκρότατον, ὁσία, πρὸς δὲ πρόσωπον μάρτυς θεωρεῖς πρόσωπον, ἤδη λυθέντων τῇ ἀληθείᾳ, Εὐδοκία, τῶν ἐμφάσεων. — Ἰδοὺ μέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ φανερώτερον εὕροι τις ἂν τῶν ἤδη ἡμῖν εἰρημένων. Τουτέστι, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ· νῦν ἀπολαύουσι τῆς θεώσεως. Καὶ ἐν παραδείσῳ νυνὶ χορεύουσι στεφανηφόροι· Καὶ νῦν παρίστανται τῷ τοῦ Θεοῦ θρόνῳ μετὰ ἀγγέλων ἁγίων. Τί ἄλλο δυνάμεθα ἐννοεῖν, ἢ ὅτι ἀπολαμβάνουσι νῦν καθὸ ψυχαί; ὡς προεθέμεθα, καὶ ἤδη διαπρυσίως ἐδείξαμεν.

Et rursus: *Tranquillo portui appulisti, requiescens a laboribus, et coronatus tripudias in paradiso cum martyribus Christi, Nicetas admirande, omnes digne te glorificamus.* Et iterum alibi: *Assecla dexter sanctae Trinitatis absque medio assistens.* Et in ode nona canonis s. Ioannis Theologi: *Nunc non in aenigmate, sed facie ad faciem, deliciarum torrentem videre dignatus es, et flumen pacis, et fontem immortalitatis, quo nunc irrigatus deificatione frueris.* Et quarta Augusti: *Non jam in speculo vides bonorum summum, sancta, sed facie ad faciem martyr contemplaris, jam* solutis vere, o Eudocia, imaginibus. — Ecce jam nihil apertius, ut mihi videtur, reperietur his quae a nobis allata sunt, id est, *facie ad faciem,* et, *nunc divinitate perfrueris,* et, *in paradiso nunc coronati tripudiant,* et, *nunc Dei throno cum sanctis angelis assistunt;* quid aliud possumus intelligere praeterquam quod quatenus animae perfruuntur, ut antea exposuimus et jam evidenter ostendimus?

Mittimus caetera, ut nunc aliquem faciamus scribendi modum[1]); et finiemus liberiorem nostrum in doctrinas synaxarii excursum argumento ex mente antiquae ecclesiae Syrorum deducto, quod ex operibus s. Ephraemi Syri primus extulit egregieque illustravit D. Bickell, perspicacissimus rerum abditissimarum atque intra ultimae antiquitatis sinus latentium indagator, e cujus thesauris nos alias jam plura in angustum penum nostrum transtulisse, grati sumus professi tomo 1. In Prolegomenis igitur ad eam, quam cl. Vir adornavit, versionem *carminum Nisibenorum*[2]), c. 6, pp. 24—28, pluribus iisque clarissimis testimoniis ostendit, doctrinam esse s. Ephraemi, animas sanctorum statim post mortem visione Dei beatifica frui, ut, quum scribit: *Deus defunctum per mortem ad lucem adduxit, ubi ab angelis et sanctis, qui praeiverunt, exspectatur; mortuus a Domino abductus et jam in regno coelorum inductus est; anima defuncti in coelo excipitur et tanquam unio in coronam Christi inseritur; defunctus jam nunc apud Deum et sanctos ejus commoratur; angeli animam demortui abstulerunt et in regnum coelorum Eden portaverunt; mortuus sanctum suum corpus in terra reliquit, sed anima ejus apud angelos habitat, et orat pro nobis; ecce sub terra sunt ca-*

[1]) Probationem dogmatis catholici nova accessione augebimus inferius in com. ad *Dom. omnium SS.*, quae est prima post Pentecosten.

[2]) Edit. Lipsiae. Typis F. A. Brockhaus. 1866.

davera sepultorum, et in coelo sunt justi. Hi enim duo loci portant deposita hominum: terra igitur et coelum reclamarent, si justis negaretur resurrectio. Verum praestat ipsa Prolegomena adire; habent enim utilissimorum argumentorum et eruditionis haud alibi facile inveniendae segetem uberrimam.

Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω ἤτοι τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου[1]. *Dominica Sexagesimae.*

Slav. *Nedělja mjasopustnaja ili o vtorom prišestviji Gospoda*; rumen. *Dominec'a lasatului de carne seau Dominec'a venirei a dou'a.*

Παρείςβασις τῶν ἁγίων νηστειῶν. *Introitus sanctorum jejuniorum.*

Dominica carnisprivii.

Graecis appellatur *κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω*[2], *Dominica carnisprivii,* non quod illo die sit carnis privium, sed quod ultimus sit dies, quo carnes comedere liceat.

Repetendum est vocabulum ex nomine *κρέας*, *caro,* et praepositione *ἀπό*, quae saepe privationem denotat, ut quum vidua vocatur *ἡ ἀπὸ ἀνδρὸς οὖσα*, quasi *ἡ ἄνευ* vel *χωρὶς ἀνδρὸς οὖσα.* Sunt etiam qui, priori syllaba apice notata, *ἄπο* adverbialiter sumendum putent pro *ἄπωθεν*, *procul, longe*, ut in vulgatis locutionibus *ἄπο θυμοῦ non ex animi*

[1]) In antiquis manu exaratis exemplaribus dies hic inscribitur: *Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω. Εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Cfr. cod. Barberin. a Cardin. Quirini edit., p. 16.

[2]) Apud recentiores Graecos tonum acutum in penultima syllaba habet atque in omnibus paschaliis, Typicis ac Hemerologiis in Oriente editis *παροξυτόνως* scribitur *ἀποκρέω.* In vulgatis librorum liturgicorum editionibus autem ubique est *λέξις προπαροξύτονος*, quapropter et nos, retracto in antepenultimam accentu, *ἀπόκρεω* dicimus.

sententia, h. e., *displicens; ἄπο πατρίδος, procul a patria; ἄπο πράγματος abs re;* et in vocabulo composito *ἀπόσιτος, qui se tenet procul a cibo, qui cibum aversatur.* Utrovis modo sumatur, nomen *ἀπόκρεως*[1]) commodissime usurpari patet ad significandum finem *τῆς κρεωφαγίας* sive *introitum sanctorum jejuniorum.*

Diem *τῆς ἀπόκρεω* Kalendaria nostra civilia mixti styli vulgo appellant germ. *Fleischfaschingssonntag;* serb. *mesne poklade;* croat. *mesopust;* hung. *hushagyó vasárnap;* ital. *domenica ultima di carnevale.* In paschaliis arabicis dies inscriptus legitur *marfaʿ ellachm;* in rumenis tandem, pro fluctuante incertaque conditione linguae sibi non constantis, utpote magna ex parte adhuc incultae, varie exprimitur, ut *carne lega*[2]), *cîslegi dĕ carne*[3]), hinc inde etiam voce latina *carnevalu* sive *carnavalu.*

Idcirco Graeci ab hac Dominica a carnibus abstinere incipiunt diebus ante Pascha 56, ut quadraginta dierum jejunium in solidum constet. Quum enim sabbato jejunare nefas habeant[4]), uno excepto pridie Paschatis, si de hebdomadibus 8, seu diebus 56 *ἀποκρεωσίμοις,* octo Dominicas ac sabbata septem h. e., quindecim dies *ἀνηστεύτους,* expungas, reliqui dies erunt 41 *ἀπόσιτοι,* postremum sabbatum autem extra ordinem jejunio dicatur. Quamobrem, ut *τὴν νενομισμένην ἀποχήν, praescriptam* quadragesimalem *abstinentiam* 40 dies solidos observare possent, retro jejunium promoverunt ad feriam II. *τῆς τυρινῆς.* Verum adeo molle ac laxum hujus hebdomadis jejunium est, ut vel ipsi Graeci jam feriam II. post Dominicam Quinquagesimae *ἀρχὴν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς* vocent et Dominicam Qua-

[1]) In Bononiensi editione Triodii anni 1724 constanter legitur *τῆς ἀποκρέου;* editiones Horologii Venetae et Romanae diem signant formula *ἡ ἀποκρέα* sc. *κυριακή,* reliqua Kalendaria habent vel *ἡ ἀποκρέω,* uti Hemerologia Atheniensia et CPolitana, vel *τῆς ἀποκρέω,* uti parvum Kalendarium manuale editum Venetiis typ. s. Georgii.

[2]) Ita paschalia libelli precum *Oratoriu,* ab episcopo Melchisedek auspiciis Caroli, Rumeniae principis, editi Bukaresti anno 1869.

[3]) Kalendarium Bukovinaense ab archiepiscopo Cernoviciensi approbatum hanc appellationem cum *carnevalu* conjunctim exhibet.

[4]) Ex can. apost. 65.

dragesimae demum *πρώτην τῶν νηστειῶν*. Vide quae ea de re scripsit Petavius in *Προθεωρίᾳ ad Breviarium historicum* s. Nicephori CPolitani, apud Migne, Patr. gr. tom. 100, pp. 871—872.

Κρεωφαγίας ἡμέραι.

Est igitur *ἡ κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω* sive *ἡ ἀποκρεώσιμος ἑορτή* [1]) ultimus dies *τῆς κρεωφαγίας*: quo nomine in paschaliis Graecorum tempus venit a Natali ad hanc Dominicam Sexagesimae, quo carnium esus indulgetur, uti ipso hoc anno 1896 notatum reperies: *ἡ ἀποκρέα· Ἰανουαρίου κη'*, atque inde: *κρεωφαγίας ἡμέραι λε'*. Appellatur in Kalendariis slavicis *mjasojast* sive *mjasojastija;* in rumenis *dulcele* sive *mancare de carne;* in arabicis *Elfos-chet*.

Dominica secundi adventus Domini.

Synaxarium hujus diei inscribitur: *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς δευτέρας καὶ ἀδεκάστου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ μνείαν ποιούμεθα,* totumque officium de eodem hoc *secundo et muneribus non corrupto adventu Christi* fit. Ne peccatores de infinita Dei misericordia, praecedentibus Dominicis varie illustrata, impie praesumentes peccare pergerent, sancitum est, ut hoc die *secundus et muneribus non corruptus* [2]) summi judicis *adventus* celebraretur: omnibus nimirum, qui consepulti sunt vitiis, districti judicii metu vehementer excitatis ad dignam poenitentiam hoc tempore salutis agendam. Id quomodo auctoritate Patrum pie religioseque servetur, ex ipsius synaxarii priore parte accipe [3]).

---

[1]) Ita diem hunc dominicum appellat s. Maximus martyr, *Comput. eccles.*, c. 21, definitque *τὴν παρείςβασιν τῶν ἁγίων νηστειῶν*, *introitum sanctorum jejuniorum;* quapropter eandem appellationem recte vertit Petavius *ineuntis jejunii festum diem;* apud Migne, Patr. gr. t. 19, p. 1239.

[2]) *Ἀδέκαστος*, *qui non est corruptus accipiendis muneribus,* a *δεκάζω*, *corrumpo largitione, munere,* quod secundum Curtius l. c., p. 497, frequentativi instar refertur ad verbum *δέχομαι*, *capio, accipio.*

[3]) Selectos textus graece lectu dignos non semper cum latino e regione imprimendos curamus, ut utrisque lectoribus satisfaciamus, et do-

Ταύτην οἱ θειότατοι πατέρες, μετὰ τὰς δύω παραβολὰς ἔθεντο, ὡς ἂν μή τις τὴν ἐν ἐκείναις τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν μανθάνων, ἀμελῶς διάγῃ λέγων· Φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεός, καὶ ὅταν τῆς ἁμαρτίας ἀναχωρήσω, ἕτοιμος ἔχω τὸ πᾶν ἀνύσαι. Ταύτην τὴν φοβερὰν ἡμέραν ἐνταῦθα κατέταξαν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς προσδοκίας τῶν ἐσομένων δεινῶν, φοβήσαντες τοὺς ἀμελῶς διακειμένους, πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγάγωσι, μὴ θαῤῥοῦντας εἰς τὸ φιλάνθρωπον φόνον, ἀλλ᾽ ἀφορᾷν, ὅτι καὶ δίκαιός ἐστι κριτής, καὶ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἄλλως τε, καὶ τῶν ψυχῶν προηγησαμένων, ἐχρῆν παραγενέσθαι καὶ τὸν κριτήν. Τρόπον δέ τινα καὶ ἡ παροῦσα ἑορτή, ὡσανεὶ τέλος πασῶν τίθεται νῦν· ὅτι καὶ αὕτη πάντων ἔσται τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τελευταία. Χρὴ γὰρ σκοπεῖν, ὡς ἐν τῇ ἐρχομένῃ κυριακῇ, τὴν ἀρχὴν τοῦ κόσμου, καὶ αὐτὴν τὴν ἀπὸ τοῦ παραδείσου ἔκπτωσιν θήσουσι τοῦ Ἀδάμ. ἡ δὲ παροῦσα, πάντων τῶν ἡμετέρων τέλος, καὶ τοῦ κόσμου αὐτοῦ· ἐν τῇ ἀπόκρεῳ δὲ ταύτην ἔθεντο, καταστέλλοντες, οἶμαι, τὴν τρυφὴν καὶ ἀδδηφαγίαν, διὰ τὸν φόβον τῆς ἑορτῆς, καὶ πρὸς τὴν τῶν πλησίον συμπάθειαν ἡμᾶς ἐκκαλούμενοι. Καὶ ἄλλως· Ἐπειδὴ τρυφήσαντες ἐξώσθημεν τῆς Ἐδέμ, καὶ ὑπὸ κρίσιν γεγόναμεν καὶ ἀράν, κατὰ τοῦτο ἐνταῦθα ἡ παροῦσα τέθειται ἑορτή· καὶ ὅτι μέλλομεν, διὰ τοῦ Ἀδάμ, τῆς Ἐδέμ, τῇ ἄλλῃ, κατὰ τὸν τύπον, ἐκβληθῆναι κυριακῇ, ἕως οὗ ἡμᾶς Χριστὸς ἐλθὼν πάλιν ἐπαναγάγῃ πρὸς τὸν παράδεισον. Δευτέρα δέ παρουσία εἴρηται, ὅτι καὶ πρῶτον σωματικῶς πρὸς ἡμᾶς ἐπεδήμησεν, ἀλλ᾽ ἠρέμα καὶ χωρὶς δόξης· νῦν δέ, μετὰ ὑπερφυῶν θαυμασίων ἐλεύσεται, καὶ περιφανοῦς τῆς λαμπρότητος οὐρανόθεν, καὶ μετὰ σώματος, ὡς ἂν γνωσθείη πᾶσιν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ καὶ πρῶτα ἐλθών, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ῥυσάμενος, καὶ κρῖναι πάλιν μέλλων αὐτό εἰ καλῶς τὰ δεδομένα αὐτῷ διετήρησε.

In altera synaxarii parte Nicephorus Callistus post propositam (Pseudo-) Hippolyti sententiam de *Antichristo,*

ctis, qui nullo egent adjumento legendis graecis, et graecorum rudibus, qui nisi latinum e regione viderint, a graecorum textuum lectione deterrentur. Quae animadversio semel facta latius pateat.

ex falsa virgine ex tribu Dan orituro atque in phantastica carne apparituro [1]) duos graves errores proponit [2]): alterum, quod poenae damnatorum post carnis resurrectionem non sint corporeae, sed *tenebrae tantum, et Dei privatio et animarum propter conscientiae stimulos consumptio (βάσανον δὲ καὶ σκότος καὶ τὰ τοιαῦτα, τὸν ἀπὸ Θεοῦ μακρυσμόν, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν διὰ τοῦ συνειδότος δαπάνην);* alterum, quod tempus extremi judicii, licet ex aliorum sententia, determinet ajendo, *famam esse, post septem annorum millia exacta futurum (λέγεται ὅτι μετὰ τὴν τῶν ἑπτὰ χιλιάδων χρόνων παρέλευσιν ἔσται).* Priorem errorem doctissime refutatum vide apud H. Hurter, tract. cit. c. 2, junctis auctoribus ibidem adductis; contra alterum plura egregie disputat Leo Allatius l. c., nn. 142—143.

Loco prolixae ac vitiosae Nicephori scripturae tu jam accipe brevem, sed praeclaram catechesim s. Theodori, quam nos ad hunc diem esse allaturos, paulo ante sumus polliciti p. 11.

Περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἐπιφανοῦς ἡμέρας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ῥηθεῖσα τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκρεωσίας.

De magno et illustri Domini Nostri Jesu Christi die: dicta Dominica Excarnalium seu Carnisprivii [3]).

Fratres Patresque, lex est universalis hodierno die mundanos esu carnium defungi, magnumque in iis voracitatis ac bibacitatis certamen videas agitari, nec non et foeda ludicrorum spectacula, quae vel referre turpe est; ac quos par erat frugaliter uti et de praesentibus Deo gratulari seseque ad imminens convivium, ut meretur, comparare, diabolicis acti fraudibus, alia omnia faciunt, alium se excepturos pro alio demonstrantes. Quorsum haec autem mihi dicuntur? ut ne eodem nos quoque inopes monachi mentem dimittamus, neu eorum desiderio ducamur, quod nequaquam dignum sit desiderio, sed planctu; quin oculis in Evangelio, quod hodie sit audiendum, defixis, de quo et cantatus Canon

---

[1]) Quae hic sancto martyri Hippolyto Romano tribuuntur, desumpta sunt ex opere spurio περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, *de consummatione mundi,* nn. 19 et 22. Apud Migne, Patr. gr. t. 10, pp. 919 seqq.

[2]) Ambo errores expuncti sunt ex synaxario editionis Bononiensis anni 1724.

[3]) Ex interpretatione Joannis Laevineii, n. 50, apud Migne. Patr. gr. tom. 99. p. 577.

est [1]), magnum et illustrem Domini nostri Jesu Christi adventus diem cogitemus, qui judex ovibus dextra, haedis sinistra collocatis, illas hac felici et optatissima voce compellabit: Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Matth. 25, 34), his diram ac tristissimam eam sententiam loquetur: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus (ibid. 41). Haec horrore sunt, medius fidius, et pavore, ac consternatione plena: quae nos juxta atque illos oportet reputantes accidere et allacrymari Deumque propitium parare, priusquam ad experientiam sit deventum rerum quae audiantur. Ac quum sic obeant illi, nos, cohortor, Evangelica praeconia pernices audiamus, timide atque trepide Deo servire satagentes, cuncta ex animo vitiositate remota [2]); omnique invicem praeclarae functionis inducta scientia, penita misericordia, benignitate, submissione, mansuetudine, lenitate, seu quid aliud est eximium et laudatum, quo digna obita Christi Evangelio vita coeleste regnum erciscamus per Christum Jesum Dominum nostrum: cui gloria, et imperium, cum Patre, ac Sancto Spiritu, nunc, et semper, in omnemque perpetuitatem. Amen.

Graecorum *κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω* nostrae *Dominicae in Sexagesima* respondet. Similiorem vero opinionem illorum jam diximus p. 14, qui statuunt ejus institutionem inde esse repetendam, quod, qui jejunium quadragesimale feria V. [3]) vel sabbato [4]) solverent, *in redemptionem* dierum intermissorum, ut post Belethum, *Ration. divin. offic.* c. 78 [5]) rem exprimit Durandus, *Ration. divin. offic.* l. 6, c. 24, n. 2, et c. 26, n. 1, jejunio unam septimanam addiderint et *Sexagesimam* sic instituerint. Computandi ratio patet ex iis, quae modo dicta sunt in declaratione *τῆς παρεισβάσεως τῶν ἁγίων νηστειῶν* apud Graecos.

Qui varios sensus mysticos, quibus recipiendis vocabulum *Sexagesimae* est aptum, religiose scrutantur, praeeunte Ordine Romano nomen ducere solent a diebus sexaginta, qui fluunt ab hac Dominica usque ad medium Paschae, quod

---

[1]) Incipit a verbis *τὴν ἡμέραν τὴν φρικτὴν* estque ipsius s. Theodori Studitae.

[2]) Haud dissimilia sunt varia illa pietatis exercitia, quae diebus bachanalium in Ecclesia latina fieri mox videbimus p. 69.

[3]) Can. *Jejunium* 14. Dist. 3, de Cons.

[4]) Can. *Sabbato* 13. eod.

[5]) Migne, Patr. lat. t. 202, p. 84.

est feria IV. hebdomadis paschalis. Quamvis pias ejusmodi significationes nullatenus repudiandas ac despiciendas existimamus, eas tamen hic tacemus, tum quia in auctoribus jam citatis (p. 13) facile videri possunt, tum quia ad alias disciplinas potius quam ad nostrae scriptionis rationem pertinent.

Ἑβδομὰς τῆς τυρινῆς. *Hebdomada Sexagesimae.*

Slav. *Sedmica syrnaja;* rumen. *Septeman'a brândiei.*

Quoniam Graeci hebdomadis a subsequenti Dominica appellationem tribuunt, septimana, quae Dominicam *τῆς ἀπόκρεω* excipit, nomen habet *τῆς τυρινῆς*, *τῆς τυροφαγίας*, *τῆς ἀποτυρώσεως;* ruthen. *masljanicja;* rumen. *septeman'a alba* sive *caslegi*[1]; german. vulgo *Butterwoche:* quod scilicet ultima sit, in qua caseum, butyrum ac reliquum lacticiniorum apparatum adhibere liceat; post Dominicam subsequentem enim horum esus omnino dimittitur.

Praesentem hebdomadem ab imperatore Heraclio voti causa primitus fuisse institutam multi tradunt.

Κατὰ Χοσρόου γὰρ καὶ Περσῶν ἐπὶ ἓξ ἔτεσιν ἐκστρατεύσας, ηὔξατο τῷ Θεῷ, εἰ κατ᾽ ἐκεῖνον ἰσχύσειε, ταύτην (κρεωφάγον οὖσαν τὴν πρότερον) μεταλεῖψαι, καὶ μεταξὺ νηστείας καὶ τρυφῆς καταστῆσαι.

Continuis quippe sex annis cum Chosroe et Persis dimicans, Deo vovit, ut si adversus eum praevaleret, licentiam carnes in hac hebdomade comedendi mutaret, eamque mediam inter jejunium et deliciosas epulas constitueret[2].

De ejus indole jam diximus, quum rationem *τῆς ἀποσιτίας* in ea praescriptae ex antiquorum auctoritate declaravimus pp. 31—32. Fatendum tamen, eam sententiam non omnibus recentioribus Graecis probari; iis enim *ἑβδομὰς τῆς τυρινῆς* non tam *παρείσβασις* ipsorum jejuniorum, quam

---

[1]) De perplexa hac voce cfr. de Cihac, *Dict.* I., p. 46.
[2]) Videatur Goar. *Euchologi.*, p. 175, edit. Venet. 1730.

προεόρτιον[1]) quoddam est, quo fideles mediorum ciborum usu paulatim ad quadragesimalia disponantur. Ita Nicephorus Callistus, in synaxario sabbati *τῆς τυρινῆς* § fin., in laxo, quod per hanc hebdomadem observatur, jejunio *praeviam expurgationem* videt, *ne* scilicet *ex ingluvie statim in strictum jejunium (εἰς ἄκραν ἀσιτίαν) abacti moleste ferremus et corporis constitutione laederemur, sed paulatim et sensim (ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν) a pinguefacientibus gustuique suavibus longe facti, ut effrenes equi, per diminutum cibum, jejunii fraenum excipiamus. Quemadmodum circa animam per parabolas praestiterunt, ita et circa corpus machinati sunt, jejunii impedimenta paulatim summoventes.*

Τῇ τρίτῃ τῆς τυροφάγου· τῆς κατηχήσεως.

Feria III. hujus septimanae nomen *τῆς κατηχήσεως* inde habet, quia patriarcha CP. populum eo die ad jejunium quadragesimale rite sancteque obeundum commonefaciebat, datis, loco antiquarum *rogarum*, thymiamatis seu incensis. Legi de hac caeremonia potest Theodori Balsamonis *Ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως*[2]), in qua, post longam et parumper confusam disputationem de *rogis* ac *bajis*, h. e., de pretiosis muneribus ac donis, olim ab imperatoribus et patriarchis CP. certis quibusdam diebus liberaliter distribui consuetis, conqueritur, quod hujus liberalitatis fons jam exaruerit, atque inde patriarchae, ne prorsus immunifici viderentur, *loco rogarum ac bajorum, sola populo dent incensa (ἀντὶ ῥογῶν καὶ βαΐων μόνα διδόασι τῷ λαῷ θυμιάματα).* Qui ea de re alia videre cupit, adeat Gretserum *in Codin. de offic. CP.*, c. 5[3]).

Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ ἐφεξῆς ἑβδομάδι τῆς τυροφάγου καταλύομεν ἐπίσης τετάρτην καὶ παρασκευὴν εἰς τυρὸν καὶ ὠά, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος ἡμέρας. Ita Horologium in rubrica hebdomadis currentis.

---

[1]) Sic eam vocat Symeon Thessalonicensis loco infra adducendo p. 54.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 138, pp. 1063—1070.

[3]) Ibid. tom. 157, p. 347.

De quarta sextaque feriis trium septimanarum ξηροφαγίας eximendis scribit Theod. Balsamon in can. 69 apostolorum [1]:

Ὑπέξελε τὴν τετράδα καὶ τὴν παρασκευὴν τὰς πρὸ τῆς ἀπόκρεω, ἐν αἷς νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τοὺς Νινευΐτας, καὶ τὰς τῆς τυροφάγου διὰ τοὺς Τετραδίτας, καὶ τὰς τῆς διακινησίμου· πᾶσα γὰρ ἡ ἑβδομὰς αὕτη ὡς ἡ μεγάλη κυριακὴ λογίζεται.

Excipe feriam quartam et sextam, quae sunt ante hebdomadem τῆς ἀπόκρεω, quibus jejunant Armenii propter Ninivitas; item ferias quartam et sextam τῆς τυροφάγου propter Tetraditas, ut et τῆς διακινησίμου; tota enim illa hebdomas tanquam magna Dominica habetur.

Nicon immo *a divinis Patribus prohibitum* tradit *Pandect.*, *serm.* 57 [2], *hujus et septimanarum τοῦ ἀρτζιβουρίου et τοῦ δωδεκαημέρου feriis quarta et sexta jejunium servare,*

ὅτι οἱ αἱρετικοὶ νηστεύουσιν αἱρετικῷ δόγματι καὶ ἔξω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συμμιγνύντες παράδοσιν.

quod haeretici, haeretico dogmate, atque extra catholicam Ecclesiam commiscentes traditionem, jejunant.

Τῷ σαββάτῳ τῆς τυρινῆς. Μνήμη πάντων τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν.

Slav. *V subbotu syropustnuju. Pamjat vsěch prepodobnych i bogonosnych otec našich v podvizě prosijavšych;* rumen. *In sambat'a brândiei. Amentirea toturoru cuveniosîloru sî portatoriloru de Domnedieu parenti ali nostri.*

Hoc Sabbato annuntiatur quidem officium *ascetarum* tantum; in canone festivo autem prolixus texitur catalogus non solum monachorum et eremitarum, sed etiam sanctarum mulierum, sive virginum sive poenitentium; item sanctorum patrum, pastorum atque Ecclesiae doctorum. Ut quae in synaxario de ordine officiorum hujus temporis dicuntur, facilius intelligas, pauca haec de nexu inter hodiernam solem-

[1]) Ibid. tom. 137, pp. 177—178.
[2]) Migne, Patr. gr. tom. 127. pp. 529—530.

nitatem et praecedentia festa in antecessum perpende. Quemadmodum omnis ad bene beateque vivendum institutio duobus ferme capitibus absolvitur, praeceptis nempe et exemplis: ita et ss. Patres nos utroque modo ad sacram *ἄσκησιν* perfecte informare contendunt, doctrina scilicet et praxi. Illud hucusque praestiterunt, exhibita nobis ex divinis literis perspicua et infallibili norma, ad quam exigere vitam debemus: addito etiam, quod velut in experimentum quoddam *προνήστιμον* institutum est, leviori hujus hebdomadis jejunio. Alterum, quod restat, hodie agunt; id enim praesenti officio spectant, ut heroicis sanctorum hominum exemplis ante oculos positis nos in bene coeptis roborent atque ad praeclara quaeque sublimioris *ἀσκήσεως* opera accendant. Merito quippe persuasum habent, fieri omnino non posse, quin Sanctorum innocentiae, caritatis, fortitudinis, poenitentiae caeterarumque virtutum solemnis commemoratio nobis cum perseverantia in bonis stimulos quosdam acerrimos addat, ut ad eorundem imitationem inflammati omnigena ista virtutum exempla ad usum nostrum traducamus, meliora usque charismata semper secuti. — Quibus attente, ut par est, consideratis, jam perlege synaxarium, in haec verba conscriptum:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· μνείαν ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων ἁγίων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

Ἠρέμα γὰρ, διὰ τῶν προηγησαμένων ἡμᾶς ἑορτῶν, οἱ θεοφόροι πατέρες παιδαγωγήσαντες, καὶ ἑτοίμους παρασκευάσαντες εἰς τὸ στάδιον, καὶ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ κόρου ἀπαγαγόντες, καὶ τῷ τῆς μελλούσης κρίσεως φόβῳ ἡμᾶς στοιχειώσαντες, διά τε τῆς τυροφάγου ἑβδομάδος ὡς χρεὼν προκαθάραντες, δεξιῶς καὶ τὰς δύω νηστείας ἐν μέσῳ βεβληκότες, ἵνα κατ᾽ ὀλίγον ἡμᾶς πρὸς αὐτὴν ἐρεθίσωσιν, ἰδοὺ καὶ τοὺς ὁσίως πάντας βεβιωκότας, καὶ ἄλλως, διὰ πόνων πολλῶν καὶ καμάτων, ἄνδρας τε ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, εἰς μέσον προτίθενται· ὡς ἂν διὰ τῆς αὐτῶν μνείας καὶ τῶν παλαισμάτων, εὐτονωτέρους ἡμᾶς ποιήσωσι πρὸς τὸ στάδιον, ἔχοντας τοὺς ἐκείνων βίους ὑπογραμμόν τινα καὶ ὁδηγόν, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν συμμαχίαν καὶ ἀρωγὴν ἐπισπώμενοι, πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀποδυσώμεθα· ἀναλογιζόμενοι, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως ἐκοινώνησαν. Ὥς περ γὰρ οἱ στρατηγοί,

τῶν στρατευμάτων παραταξαμένων, καὶ ἤδη κατὰ μέτωπον ἱσταμένων, λόγοις καὶ παραδείγμασι, καὶ ἀνδρῶν ἀρχαίων μνήμαις ἀρίστως στρατηγησαμένων καὶ ἀνδρισαμένων, τὸν ἴδιον στρατὸν ἐρεθίζουσι, κἀντεῦθεν ἐκεῖνοι νευρούμενοι, τῇ τῆς νίκης ἐλπίδι ὁλοψύχως ἐπαποδύονται· οὕτω καὶ νῦν οἱ θεοφόροι πατέρες σοφῶς διαπράττονται· τὸ γὰρ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ διὰ τῶν ὁσίως βιωσάντων, πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας νευρώσαντες, οὕτω εἰς τὸ τῆς νηστείας προάγουσι στάδιον, ἵνα ὡς πρὸς ἀρχέτυπον, οὐ φαῦλον τὸν ἐκείνων ἡμεῖς ἀφορῶντες βίον, τὰς πολυειδεῖς καὶ διαφόρους ἐργαζώμεθα ἀρετάς, καθὼς ἑκάστῳ δύναμις πρόσεστι· προηγουμένως μὲν τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν μετὰ νοὸς γινομένην ἀποχὴν τῶν ἀσέμνων ἔργων καὶ πράξεων, καὶ τὴν νηστείαν αὐτήν, οὐ τῶν βρωμάτων δηλαδὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γλώσσης, καὶ τοῦ θυμοῦ, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὴν παντὸς κακοῦ ἀργίαν καὶ ἀλλοτρίωσιν. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, οἱ ἅγιοι πατέρες τὴν παροῦσαν τῶν ὁσίων μνήμην ἐνταῦθα κατέταξαν, τοὺς διὰ νηστείας καὶ ἄλλων καλῶν ἔργων καὶ χρηστῶν Θεῷ εὐηρεστηκότας προσάγοντες· παρωθοῦντες ἡμᾶς διὰ τῆς τούτων εἰκόνος, πρὸς τὸ τῶν ἀρετῶν στάδιον, καὶ γενναίως κατὰ τῶν παθῶν καὶ δαιμόνων ὁπλίζεσθαι, καί τινα τρόπον ὑποτιθέμενοι, ὡς, εἰ καὶ ἡμεῖς τὴν ἴσην αὐτῶν προβαλλόμεθα σπουδάσαι, οὐδὲν ἐμποδὼν ἔσται πρᾶξαι, ὅσα καὶ αὐτοὶ διεπράξαντο, καὶ τῶν αὐτῶν ἀξιωθῆναι γερῶν· τῆς αὐτῆς γὰρ καὶ οὗτοι ἡμῖν ἐκοινώνησαν φύσεως.

Ὁ κανὼν τῶν ἁγίων πατέρων.

Ποίημα Θεοδώρου τοῦ Στυδίτου.

Quum in prolixo, quem in canone texi monuimus, Sanctorum catalogo non Photius, non Caerularius, non alius quivis ex iis percenseatur, quos schismatici ceu pastores ac magistros suos colunt, liquido certe vel ex hoc silentio hymni antiquitas ac sinceritas innotescit. Veterum manu exaratorum codicum fide innixa, eum novissima editio Romana Triodii sancto Theodoro Studitae adscribit p. 87 [1]), viro, ut omnibus

[1]) Caeterae editiones opus ἀνώνυμον καὶ ἀδέσποτον exhibere solent.

notum est, tam sanctitatis quam doctrinae nomine in ecclesiasticis tabulis celeberrimo [1]). Breviori aliqua expositione in hoc canone commorari debemus, quod praecipuum ejus argumentum ad heortologiam spectet.

Tripartitum est opus, ac primo loco celebrantur sancti ascetae, ordine alphabetico dispositi, *odis 1—6;* sequuntur sanctae foeminae, *oda 7;* tertium denique locum obtinent sancti Ecclesiae pastores ac doctores, *odis 8—9.* Eos hic recensebimus omnes ad ordinem literarum alphabeti digestos: ad illorum nomina, qui per annum speciatim coluntur, addito etiam die, quo cujusque memoria occurrit [2]).

I. *Ascetas* canere aggressurus, sanctus auctor primae canonis strophae hoc facit initium:

Πάντες ἐν ᾠδαῖς πνευματικαῖς τοὺς ἐν ἀσκήσει λάμψαντας θείους πατέρας ἡμῶν

Spiritualibus canticis divinos Patres nostros, qui in ascetica vita resplenduerunt,

---

[2]) Quoniam s. Theodori carmina potiorem in Triodio locum obtinent, non abs re fuerit, juvenis lectoris animum ad ipsius opera poëtica generatim advertisse. Mittimus autem antiquorum testimonia, quae post alios viros doctos collegit Card. Quirini in *Diatribe* a nobis adducta tomo 1. p. 322; tantum indicabimus praeclarum locum Eminentissimi Card. Pitra, viri, ut omni literarum genere excultissimi, ita nominatim nostrae hujus disciplinae ad prodigium usque peritissimi. *Quamvis,* inquit, *in aetate jam sera melodorum floruerit Theodorus Studites, haud sane inter ultimos est: immo primus fortasse recentiorum habebitur; praestat enim inter omnes, non modo canticorum copia et ubertate, sed et proprio Marte suaque Minerva invaluit. Tesseras enim suas habet solemnes, suaque dictionum symbola, quae dato consilio frequentat, ac si verborum egestate laboret, quamvis optimae linguae opulentia et peritia calleat; quin verba rara et exquisita, vix caeteris nota melodis, cumulat, ac saepe in nova feliciterque inventa exultat. Novos etiam hirmos, ut opinor, induxit, ab optimis veterum melodiis haud degeneres. In primis lucet, lucisque usura ita abutitur, ut faces, stellas, sidera plenis manibus effundat: sive autem superos sive terrenos flores excutit, diligens ut pictor, coloribus instat, nec recedit usque dum penitus, impleta periodo, penicillum exsiccaverit (Analecta sacra Spicilegio Solesmensi parata,* p. 336).

[1]) Consuli meretur Veršinski Demetrius, qui in *Kalendario ecclesiae graecae orientalis,* lingua russiaca edito Petropoli anno 1854, in illustrandis sanctis in hoc canone occurrentibus operae plurimum studiique consumpsit pp. 213 seqq.

ὑμνήσωμεν συμφώνως, οὓς ἤνεγκεν Αἴγυπτος, Θηβαῒς καὶ Λιβύη, ἅπας τόπος, καὶ πόλις καὶ χώρα.

concordi voce universi celebremus, quos tulit Aegyptus, Thebais et Lybia, locus omnis et civitas atque regio.

Quo invitatorio praemisso celebrantur sancti:

Abbacyres, Aegyptius, saeculo sexto, 12. Maji.
Abramius Magnus, 23. Octobris.
Acacius, 7. Julii et 29. Novembris.
Achillas, coaevus Arsenii Magni.
Agapitus, discipulus s. Sabae, 5. Decembris.
Agathon, s. Macarii coaevus, 2. Martii.
Alonius, Aegyptius, saeculo quinto.
Ammonius, discipulus Pambonis, anachoreta, 18. Julii.
Ammonus sed Ammonas, in Thebaide, qui tria millia monachorum rexit, 26. Januar.
Ammonus sive Ammonius, Aegyptius, s. Arsenio Magno conjunctissimus.
Ammun vel Ammon, primus Nitriae anachoreta, 4. Octob.
Amoe, flos eremi.
Amonathas, degebat prope Pelusium.
Aninas, thaumaturgus, 18. Martii.
Anthimus, discipulus s. Sabae, 5. Decembris.
Anthus, virtutum margarita.
Antiochus, Sabaita, saeculo septimo, 22. Januarii.
Antonius M. [1]), monachorum protoparens, 17. Januarii.
Anub, in Aegypto, 5. Junii.
Aphrodisius, discipulus s. Sabae, 5. Decembris.
Apollo qui et Apollonius, in Thebaide, 31. Martii.
Ares, Aegyptius.
Arsenius (*Ἄγγελος, κράτος τῆς ἡσυχίας*).
Athanasius [2]), in monte Atho, 5. Julii.

[1]) Eidem ut in antiquioribus exemplaribus sic et in Bononiensi et in novissima editione Romana an. 1879 accinitur: *Χαίροις μοναστῶν ὁ ἀρχηγός, Ἀντόνιε πανένδοξε;* in editione Veneta autem carmen habet: *Ἀντόνιε παγκόσμιε.*

[2]) Quod de gloria s. Athanasii in recentioribus editionibus canitur *τροπάριον* in multis antiquioribus codicibus desideratur. Cfr. Card. Quirini *Vetus offic. Qaadrages.*, p. 63.

Athenodorus, discipulus Pachomii M., 15. Maji.
Athres, discipulus Ori, 18. Junii.
Auxentius, in Bithynia, 14. Februarii.
Babylas, coaevus Joannis Moschi († 620), 22. Februarii.
Basianus, 10. Octobris.
Basilius quidam, qui in sepulchro degebat vivus.
Benedictus, 14. Martii.
Benjaminus, Nitriensis, † 392.
Bessarion, Aegyptius, 5. Julii.
Bytimius, Achilli et Ammoi coaevus.
Callistus.
Cassianus, 29. Februarii.
Castor, Aptensis, coaevus Joannis Cassiani.
Chariton, 28. Octobris.
Cherimon, Aegyptius, 16. August.
Copres, discipulus Patermuthii, 9. Julii.
Cyrion, Scetensis, 5. Decembris.
Dalmatus, ἔρεισμα πίστεως.
Daniel, discip. Arsenii M., 9. Octob. in Vita s. Andronici.
Daniel, stylita, 11. Decembris.
David, Thessalonicensis, 26. Junii.
Dius, 19. Julii.
Dometianus, discipulus s. Sabae, 5. Decembris.
Dometius, 8. Martii.
Elias, 8. Januarii.
Ephraem, Syrus, 28. Januarii.
Eulogius, Aegyptius, presbyter, saeculo quarto.
Euthymius M., 20. Januarii.
Gaius, servus Christi prudens.
Gelasius, Palaestinus, tempore Concilii Chalcedonensis.
Gerasimus, 4. Martii.
Germanus, Bethleemita, saeculo quinto, 1. Martii, in Vita Eudociae.
Helladius, Lucifer.
Hierax, Nitriensis, s. Joannis Chrysostomi coaevus.
Hieremias, Armenus, discipulus s. Sabae, 5. Decembris.
Hilarion M., 21. Octobris.
Hyperechius, in Aegypto, 29. Junii.
Ibistion, (Ἰβηστίων), 26. Augusti.

Joannes Colobus (parvus), 9. Novembris.
Joannes, ὁ συγγραφεὺς τῆς κλίμακος, 30. Martii et Dominica quarta Quadragesimae.
Joannes, Raithensis, quo rogante Joannes Climax scripsit suam *Scalam.*
Joannes, Sabaita, J. Climacis coaevus.
Josephus, monachus Pispiriensis in Aegypto, discipulus Antonii M., 17. Junii.
Isaac.
Isaias, Aegyptius, 3. Julii.
Ischyrion, in Scete.
Justinus M., 1. Junii.
Laurentius, Aegyptius, saeculo sexto.
Leontius, Cappadox in Lybia, saeculo sexto.
Longinus, in Aegypto, 9. Aprilis.
Lot, coaevus Arsenii M., 4. Decembris.
Macarius Magnus, 19. Januarii.
Macarius urbanus, 19. Januarii.
Malchus, 26. Martii.
Malus.
Marcellus, 29. Decembris.
Marcianus, 10. Januarii.
Marcus, mon. Celliensis, 5. Martii.
Marcus, in monte Sinai.
Martinianus, 13. Februarii.
Matoius seu Dalmatoius, Celliensis.
Maximus, 21. Januarii.
Milles, mortuorum suscitator.
Moyses, Aethiops, in Aegypto, 28. Augusti.
Nathanael, Nitriensis, † 375.
Naucratius, Studita.
Nicon, Sinaita.
Nilus, jejunator, 12. Novembris.
Nisteron, abbas in Aegypto (in Vita s. Antonii M.), 17. Jan.
Onuphrius, 12. Junii.
Orsenius, † 318, 6. Julii.
Ortisius Magnus.
Orus, seu Or, Ὧρ ὁ σοφός, in Thebaide, 7. Augusti.
Pachomius Magnus, 15. Maji.

Palamo, in Thebaide (in Vita Pachomii M.), 15. Maji.
Pambo, Nitriensis anachoreta, 18. Julii.
Paphnutius, discipulus Antonii M. (in Vita s. Onuphrii), 14. Junii.
Passarion (in Vita s. Sabae), 5. Decembris.
Patermuthius, 9. Julii.
Paulus simplicissimus.
Petronius, discip. Pachomii (in Vita Pachomii), 15. Maji, (in Vita s. Theodosii), 25. Maji.
Pharmuthius, 11. Aprilis.
Phocas, in Scete, tum in Palaestina.
Pinnuphrius, in Aegypto, coaevus Cassiani.
Pion, Nitriensis, centenarius (in Vita s. Antonii M.), 17. Jan.
Pityrun, sive Pityrmius (in Vita s. Isidorae), 10. Maji.
Poemenus seu Pimenus.
Psoes, sive Psais, discipulus Pachomii M., 9. Augusti.
Puplius, 5. Aprilis.
Rabulas, 19. Februarii.
Rufus, obedientiae praedicator.
Sabba, Sanctificatus, 5. Decembris.
Sarmata, † 362, 11. Octobris.
Serapio († 358), Nitriensis.
Seridus, 19. Februarii.
Silvanus, Palaestinensis, 18 Januarii.
Silvanus, discipulus Pachomii (in Vita Pachomii), 15. Maji.
Simeon Salus, 21. Julii.
Simeon stylita, 1. Septembris.
Simeon, in monte mirabili, stylita, 24. Maji.
Simeon, stylita in Cilicia.
Sisoes, 6. Julii.
Thalassius, coaevus s. Maximo confessori, qui obiit an. 662.
Theoctistus, pastor.
Theodorus, prope Alexandriam.
Theodorus, Phermiensis, floruit circa 387.
Theodorus, Syceota, 21. Aprilis.
Theodosius, 11. Januarii.
Theodulus, filius s. Nili jejunatoris, 14. Januarii.
Theonas, oeconomus, s. Cassiani coaevus.
Timotheus, 21. Februarii.

Tithoes, in Thebaide, discipulus Pachomii.
Vitalius *(Βιτάλιος)*, 22. Aprilis.
Xenophon cum duobus filiis, 9. Julii.
Zacharias, Cyrionis filius, 5. Decembris.
Zeno, discipulus s. Silvani, saeculo quarto exeunte.
Zoilus, discipulus Agathonis et Pachomii.
Zosimas, in Palaestina, 4. Aprilis.

II. De laudibus ss. mulierum est oda 7, cujus stropha initialis eaque pietatis invitatrix est:

Δεῦτε, προσοίσωμεν ὕμνους κατὰ χρέος γυναιξὶ, ταῖς ὁσίως βιωσάσαις καὶ ἰσαγγέλως, ὧν ἱκεσίαις κράξωμεν· ὁ Θεὸς σῶσον πάντας ἡμᾶς.	*Venite, canamus hymnos, ut par est, mulieribus, quae religiose et angelice vixerunt, quarum supplicationibus, Deus omnes nos salva, inclamemus.*

Tali adhortatione praemissa, reliquis sex tropariis[1]) celebrantur sanctae:

Anastasia, Alexandrina, 10. Martii.
Anastasia, Romana, 20. Octobris.
Bryenna (in Vita s. Febroniae), 25. Junii.
Euphrosyne, 25. Septembris.
Eupraxia, in Thebaide, 25. Julii.
Eupraxia.
Febronia *(Φευρωνία)*, 25. Junii.
Hieria (in Vita s. Febroniae), 25. Junii.
Isidora, in Thebaide, 10. Maji.
Julitta.

[1]) Editio Veneta anni 1870 in exhibenda hac oda notabiliter a vulgata lectione antiquorum codicum recedit, quemadmodum vel ex uno hoc exemplo strophae 5 apparet:

Lectio antiq. codic.	*Lectio Venet.*
Πυρσοφαὴς Θεοδούλη ἐν τῷ βίῳ, καὶ αὐγάζει ἐν ἀσκήσει Θεοδότη καὶ Ἰουλίττα, καὶ συνεκλάμπει πράξεσιν Ἰσιδώρα ἡ πανόλβιος.	*Πυρσοφαὴς Θεοδούλη ἐν ἀσκήσει, καὶ σὺν ταύτῃ αὐγάζει Θεοδότη καὶ Ἰουλίττα, καὶ συνεκλάμπει πράξεσιν Ἰσιδώρα ἡ πανόλβιος.*

Quam antiquam lectionem, quia prae altera metro convenit, etiam editores Romani sequuntur singulis troparii versibus, non quidem *στιχηρῶς* descriptis, sed appictis asteriscis evidenter distinctis.

Justa.
Maria, Aegyptiaca, 1. April.: altera Maria, quae et Marinus. 12. Februarii.
Macrina, 28. Februarii.
Matrona, 9. Novembris.
Melania, 31. Decembris.
Pelagia, 8. Octobris.
Platonis, 6. Aprilis.
Sarra, virgo, prope Alexandriam, vixit solitarie 60 annos.
Syncletica, Alexandrina, 5. Januarii.
Taisia, 8. Octobris.
Theodora, Alexandriae, 11. Septembris.
Theodora.
Theodota, mater ss. Cosmae et Damiani, 1. Novembris.
Theodula.
Thomais (in Vita s. Febroniae), 25. Junii.

III. Oda 8. tandem ab ejusmodi initio ducta legitur:

Τοὺς ποιμένας καὶ σοφοὺς διδασκάλους, ἱεράρχας Χριστοῦ τῆς ἐκκλησίας, σὺν ὁσίοις πάντες ἀνυμνήσωμεν, Κύριον ὑμνοῦντες καὶ ὑπερυψοῦντες εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Pastores et sapientes doctores, hierarchas Christi Ecclesiae cum Sanctis (ascetis) *universi concinamus, Dominum laudantes et superexaltantes in omnia saecula.*

Laudantur autem duabus odis 8 et 9:

Alexander CP., 30. Augusti; alter Hierosolymit., 12. Dec.
Ambrosius [1]), Mediolanensis, 7. Decembris.
Amphilochius, Iconiensis, 23. Novembris.
Anatolius, CP., 3. Julii.
Antipater, ep. Bostroe, in Arabia, saeculo quinto.
Athanasius Alexandrinus, 2. Maji.
Atticus, patr. CP. (406—426), 1. Augusti.
Basilius Magnus, 1. Januarii.
Clemens, *ὁ πολύαθλος.*

---

[1]) *Τίς τὴν παῤῥησίαν ἐρεύξεται Ἀμβροσίου; τοῦ Ἱεροθέου δὲ πῶς τὴν σοφίαν ἐξείποι, καὶ Ἀλεξάνδρων, τῶν θεοσόφων πατέρων, τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως στεῤῥότητα;* (od. 9, tropar. 1).

Climus seu Climatius, Ancyranus, 23. Januarii, alter Romanus, 25. Novembris.
Cyprianus, Christomartyr.
Cyrillus Alexandrinus.
Diadochus, ep. Photices in Epiro, saeculo quinto.
Dionysius, Areopagita [1], 3. Octobris; Alexandrinus, 5. Octobris.
Epiphanius Cypri, 12. Maji.
Eulalius seu Eulabius, ep. Caesareae in Cappadocia.
Eusebius, Samosatensis, 22. Junii.
Eustathius, Antiochenus, 21. Februarii.
Flavianus, patr. CP., 18. Februarii.
Gennadius.
Germanus, patr. CP., 12. Maji.
Gregorius Theologus, 25. et 30. Januarii.
Gregorius Nyssen., 10. Januarii.
Hesychius, presb. Hierosolym., 28. Martii.
Hieronymus inter *θεοφωστῆρας* relatus [2].
Hierotheus, ep. Athenar., 4. Octobris.
Ignatius, Theophorus, episc. Antioch. et martyr, 29. Jan.
Joannes Chrysostomus, 13. Novembris.
Juvenalius (*Ἰουβενάλιος*), Hierosolymitanus, 2. Julii.
Meletius, Antiochenus, 12. Februarii.
Methodius [3].
Metrophanes, CP., 4. Junii.
Michael, Synnad., 23. Maji.
Nectarius, patr. CP., 27. Septemb. et 11. Octobris.
Nicephorus, patr. CP., 2. Junii.
Nicolaus [4], Thaumaturgus, 6. Decembris.

---

[1] *Ὁ πολὺς τὰ θεῖα Διονύσιος νῦν τιμάσθω, ὡς τῶν οὐρανίων μύστης.* (Od. 9, trop. 3).

[2] In Menologio slavico Demetrii, ad 15. Junii, expresse adnotatum est sancti hujus memoriam fieri tum in Triodio, in sabbato *τῆς τυρινῆς* (hymno 9), tum etiam in paterico sinaïtico, ubi Hieronymus vocatur *abba*. At nihil habetur ad 30. Septembris.

[3] Pro *Methodio* antiquorum codicum canitur in recentioribus editionibus *Hesychius, ἄλλος θεολόγος.*

[4] S. Nicolaus *ἱεροκήρυκος, sacer orator,* praedicatur, *τοῖς πατροκορυφαίοις* accensitus.

Nonnus, ep. Heliopolitanus in Syria (in Vita s. Pelagiae), 8. Octobris.
Palladius, ep. Helenopolit., auctor *Lausiaci.*
Pambo (Pappus.), in Aegypto, 18. Julii.
Paulus CP.
Petrus, patriarch. Alexandrinus, 25. Novembris.
Phaedimus divinus.
Polycarpus, ep. Smyrnensis, 23. Februarii.
Proclus, patr. CP., 20. Novembris.
Sophronius, patr. Hierosolym., 11. Martii.
Spiridion, ep. Trimithuntis, 12. Decembris.
Tarasius, patr. CP., 25. Februarii.
Theodorus, ss. imaginum propugnator, 27. Decembris.
Theophanes[1]), frater praecedentis, 11. Octobris.

Ad extremum Sanctos omnes uno tropario paucis complexa oda 9 ita terminatur:

Ὅσιοι πατέρες, καὶ ἱεράρχαι Κυρίου, σὺν ἱερομάρτυσι καί γυναιξὶν ἁγίαις, ὀνομαστοὶ καὶ ἀνώνυμοι, πάντες εὔξασθε, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Beati patres (ascetae), *et hierarchae Domini, cum martyribus sacratis* (episcopis ac presbyteris) *et sanctis mulieribus, nominibus designati et anonymi, omnes pro animarum nostrarum salute precemini.*

[1]) Troparion antepenultimum odae 9 de laudibus *ss. Michaelis Synnad., Nicephori, Theodori* et *Theophanis* in Codice Barberiniano, a Quirini edito, desideratur.

Κυριακὴ τῆς τυρινῆς ἤτοι τῆς ἀπὸ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐξορίας τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ [1].

Dominica Quinquagesimae sive exilii protoplasti Adae e paradiso voluptatis.

Slav. *Nedělja syropustnaja ili nedělja ježe ot raja sladosti izgnanija pervozdannago Adama;* rumen. *Dominec'a brândiei* seau *dominec'a esilarei protoparentelui Adamu dein paradisulu voluptatei.*

Dominica 7. ante Pascha in ecclesia graeca.

Varia ejus nomina.

Graecis est *κυριακὴ τῆς τυρινῆς* vel *τῆς τυροφάγου* [2]), *Dominica casei comestrix:* ita appellata, quod hoc die caseo *(τυρός)* et ovis edendis finem imponant, ac postridie ejus diei jejunium strictum auspicentur, in quo haec omnia prohibita sunt.

In libris liturgicis Melchitarum arabice, e toto lacticiniorum apparatu ab hac Dominica tollendo, nominatur *achad marfa' elbîd valdschubn*, h. e., *Dominica sublationis ovorum et casei:* appellatione facta juxta formam graeci vocabuli *ἀποτύρωσις*.

In Kalendariis nostris austriaco-hungaricis mixti styli effertur germ. *Kaese-* sive *Milch-Faschingssonntag* et *Sonntag der Butterwoche;* rumen. *dominec'a lasatului de brândia;* croat. *siropust;* serb. *bele poklade;* hung. *vajhagyó vasárnap;* ital. *domenica de' latticini.*

Syris est *Dominica ingressus jejunii;* armenis *Pún paregentan,* de cujus vocabuli rationibus dicetur infra in *anno eccles. Armen.*

---

[1]) In Codice Barberiniano Cardinalis Quirini simpliciori hac formula scribitur titulus p. 78: *Κυριακὴ τῆς τυροφάγου. Εἰς τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ.*

[2]) In Triodio vocatur *τυρινή* et *τυρηνή*, in Horologio autem *τυροφάγος*, apud graecos scriptores etiam *τῆς τυροφαγίας*, et a deserendo usu casei *τῆς ἀποτυρώσεως*.

Historia hominis lapsi.

Quoniam considerata vitae humanae miseria agonibus Quadragesimae optime praeparat, historia creati lapsique hominis in utraque Ecclesia fidelibus ad solemne jejunium rite suscipiendum accommodatur. Ipsam Graeci hodie recolunt, dum Latini tamen sacrum jejunii praeludium ab ea inchoavimus Dominica Septuagesimae.

De rationibus jejunii inde erutis.

In synaxario diei non secus ac in jure sacro Ecclesiae latinae [1]) vis atque auctoritas jejunii ex quatuor adjunctis hujus historiae commendatur: *ab auctore, a loco, a tempore, ab effectibus.* Ab auctore: quia *abstinentiae lex ab ipso Domino Deo indicta est Adae et Evae* [2]); a loco: quia jejunium hoc in paradiso institutum fuit [3]); a tempore: quia *creato homini primam hanc legem constituit de jejunio* [4]), dicens ei: *de ligno scientiae boni et mali ne comedas* [5]); ab effectibus: quia Eva, quamdiu jejunavit et abstinuit, in paradiso et virgo permansit; *culpa per cibum, latebra post cibum; cognitio infirmitatis in cibo; virtus firmitatis in jejunio; serpens gulae persuadet, Dominus jejunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradisum revocavit errantem* [6]). Luculentam profecto summae necessitatis demonstrationem jejunia crastino die flagranti studio auspicandi!

Deus nimirum *τὸν πρωτόπλαστον*, quem sua ipse manu formarat, cui imperium orbis terrarum detulerat, quem plurimis naturae ac gratiae donis locupletarat, cui aeternam felicitatem promiserat, quemque in paradiso voluptatis collocarat: hunc Adamum una cum conjuge sua Eva, *ob violatum primum illud abstinentiae praeceptum,* de repente omnibus gratiae opibus exutum ejecit e summa felicitate ad summas miserias, ad laborem manuum, ad sudorem vultus, ad infirmitates,

[1]) CC. *Sexto die,* 8. Dist. 35; ex s. Ambrosii *libro de Elia et jejunio,* c. 4. (Apud Migne. Patr. lat. t. 14, p. 700.)

[2]) C. *Sexto die* cit.

[3]) Ibidem.

[4]) Ibidem.

[5]) Gen. 2, 17.

[6]) C. *Sexto die* cit.

ad mortem; et, — quod peccatorem ab instantibus jejunii laboribus declinantem salutari terrore percellat! — totam cum eo posteritatem, omnes homines qui sunt, fuerunt et futuri sunt usque ad mundi finem. Omnes hujus et futuri saeculi aerumnae, ut peccatum originale et concupiscentiae malae, morbi, paupertas, fames, bella et damnatio aeterna *ex violato illo uno jejunii praecepto* fluxerunt. *Ὁ μὴ φυλάξας τὸ τῆς νηστείας καλόν*, inquit synaxarium, *ἀλλὰ τῇ γαστρὶ εἴξας Ἀδὰμ τὸν θάνατον ἐπεσπάσατο, καὶ τῆς λύμης τῷ παντὶ γένει μετέδωκεν. . . . Ὅτι δὲ καλὸν ἡ νηστεία, δείκνυσιν ἐκ τοῦ ἐναντίου ὁ Ἀδάμ· διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ἡ τοῦ Ἀδὰμ ἐξορία ἐνταῦθα τοῖς ἁγίοις πατράσιν ἐπενοήθη.* Verum enim Triodii synaxarium multo prolixius est, quam ut integrum dari in brevi hoc commentario possit; quapropter illud paucis contractum ex Horologiis Veneto [1]), et Atheniensi [2]), usibus liturgicis pariter destinatis, huc transscribimus. En igitur authenticum ejus summarium:

Τὴν ἀνάμνησιν τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἐξορίας ἀπὸ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἔταξαν ἐνταῦθα, τῇ παραμονῇ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, οἱ θειότατοι πατέρες, δεικνύοντες οὐχὶ διὰ λόγων ἁπλῶν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, πόσον ὠφέλιμόν ἐστιν εἰς τὸν ἄνθρωπον τὸ τῆς νηστείας καλὸν καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, πόσον ἐπιβλαβὲς καὶ ὀλέθριον ἡ ἀκρασία, καὶ τῶν θείων ἐντολῶν ἡ παράβασις· καὶ ὅτι πρώτη ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶν ἡ τῆς νηστείας ἐντολή, ἣν λαβόντες οἱ πρωτόπλαστοι, καὶ μὴ φυλάξαντες αὐτήν, οὐ μόνον θεοὶ οὐκ ἐγένοντο, ὡς ἐφαντάσθησαν, ἀλλ' ἀπώλεσαν καὶ ἣν εἶχον μακαρίαν ζωήν· καὶ πεσόντες εἰς φθορὰν καὶ εἰς θάνατον, μετέδωκαν αὐτὰ ταῦτα, καὶ μυρία ἄλλα κακά, ὅσα ἐκεῖθεν ἐπήγασαν, εἰς ὅλον τὸ ἀνθρώπινον γένος. Ταῦτα πάντα βάλλουσιν ὑπ' ὄψιν ἡμῶν σήμερον οἱ θεοφόροι πατέρες· ἵνα, ἐνθυμούμενοι τό· πόθεν ἐξεπέσαμεν, καὶ τί ἐπάθομεν διὰ τὴν τῶν πρωτοπλάστων ἀκρασίαν καὶ παρακοήν, σπουδάσωμεν ἐπανελθεῖν πάλιν εἰς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην μακαριότητα καὶ δόξαν, διὰ νηστείας καὶ ὑπακοῆς εἰς πάντα τὰ θεῖα προστάγματα.

[1]) Edit. an. 1875, p. 316.
[2]) Edit. an. 1891, p. 339.

Ἐπίλογος. — Ex rebus breviter hucusque disputatis intelligi potest, quam vere trium hebdomadarum spatium *προνήστιμον* in synaxario primae Dominicae annuntietur ceu solemnis quaedam comparatio exercitiorum magni jejunii Quadragesimalis, *ὥσπερ τις προγυμνασία,* inquit Nicephorus Callistus, *καὶ παρακίνησις, ὥςτε παρασκευασθῆναι καὶ ἑτοίμους ἡμᾶς γενέσθαι πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας τῶν νηστειῶν, τὴν ἐξ ἔθους μυσαρὰν ἕξιν ἀπολιπόντες;* et quam recte pariter festa occurrentia *hoc tempore ita se habeant et a sanctis et deiferis patribus sint ita disposita, δι' ἣν αἰτίαν,* ait synaxarium, *οὕτω νῦν ἔχουσι, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεωφόρων πατέρων ἐτάχθησαν.*

Potiora Triodii capita de admirabili officiorum colligatione ex singulis synaxariis excerpta dedimus: quae quamvis jam sufficere instituto nostro possent, insuper tamen paucis confirmare placet uno tantum adducto recentiori testimonio Symeonis, Thessalonicae saeculo 15. archiepiscopi, qui festorum nostrorum dispositionem summatim declarando in *Responsis ad Gabrielem Pentapolitanum* ita scribit c. 56 [1]):

. . . Ἐπεὶ καὶ ἡ τυροφάγος ἑβδομὰς διὰ τοῦτο νενομοθέτηται εἰς προκάθαρσιν ἡμῶν, καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν νηστείαν ἑτοιμασίαν, ἵνα προκαθαρθέντες τῇ νηστείᾳ προσέλθωμεν, καὶ ἀπὸ βρωμάτων λιπαινόντων καὶ σαρκωδῶν πρὸς ὀλίγον ἐγκρατευσάμενοι, τῆς νηστείας ἁψώμεθα, καθαροὶ τῆς καθαρωτάτης καὶ ἅγιοι τῆς ἁγνῆς. Διὸ καὶ πρότερον μὲν οἱ πατέρες τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρουσιν ἐν τρισὶν ἑβδομάσιν εἰς τιμὴν τῆς Τριάδος, τὰ περί τῆς νηστείας κηρύττοντες τοῖς εὐαγγελικοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασι πρὸς τὴν

. . . Quandoquidem et hebdomas *τυροφάγος* excogitata est ad purgationem nostram, et ad sacrorum jejuniorum apparatum, ut jejunio prius expurgati accedamus, et a cibis carneis, qui pinguem hominem reddunt, ad breve tempus abstinentes, jejunium exordiamur, puri purissimum sanctique intemeratum. Hinc etiam factum est, ut patres prius tribus hebdomadibus animum expurgent in honorem Triadis, quae jejunii sunt evangelicis Salvatoris nostri verbis praedicantes, excitantesque nos ad poeniten-

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 155, pp. 903—906.

μετάνοιαν καὶ τὴν κάθαρσιν ἡμᾶς ἐκκαλούμενοι. Καὶ διὰ μὲν τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου μὴ ἐπαίρεσθαι τοῖς πόνοις, ἀλλὰ ταπεινοῦσθαι διδάσκουσι, καὶ μᾶλλον οὕτω σώζεσθαι· διὰ δὲ τῆς τοῦ ἀσώτου παραβολῆς, μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλὰ ὑποστρέφειν ἐν ἐξομολογήσει πρὸς τὸν ἀγαθὸν πατέρα τε καὶ φιλάνθρωπον. Διὰ δὲ τῆς ὑπομνήσεως τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δευτέρας παρουσίας εἰς φόβον ἐμβάλλουσι τοῦ ἀδεκάστου κριτηρίου αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦ πρὸς τοὺς πένητας ἐλέου παριστῶσιν, ὡς ἐλεηθησόμεθα. Τελευταῖον δὲ τὰ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδὰμ προτιθέασιν, ἥτις ἐγεγόνει διὰ τρυφῆς τε καὶ ἡδονῆς, πρὸς τὴν νηστείαν ἡμᾶς διεγείροντες. Ὅθεν καὶ τὴν πρὸ τῆς νηστείας ἑβδομάδα οὐ κρεοφάγον ἀλλὰ τυροφάγον εἶναι νενομοθετήκασι· καὶ προέορτιον τῆς νηστείας ταύτην φασί. Καὶ τριῴδια ψάλλειν καὶ ἰδιόμελα ὡς καὶ κατὰ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν διετύπωσαν. Καὶ τὰς δύο ταύτας μέσον τεθείκασι νηστείας τετράδος τε καὶ παρασκευῆς, ἐν αἷς καὶ προφητῶν ῥήσεις περὶ νηστείας καὶ τοὺς περὶ αὐτῆς λόγους τοῦ θεοφάντορος[1]) Βασιλείου λέγεσθαι διετάξαντο.

tiam et expurgationem. Et per publicani et pharisaei parabolam, non esse laboribus superbiendum, sed compescendos animi conatus, docent, et hac ratione potius salutem comparandam. Per prodigi parabolam non esse despondendum, sed revertendum confessione ad Patrem optimum atque humanissimum. Per recordationem Salvatoris nostri adventus, incorrupti illius judicii timorem incutiunt, et per misericordiam in pauperes instruunt, nos quoque misericordiam consecuturos. Tandem exilium Adami proponentes, quod propter luxum et voluptatem accidit, ad jejunium adhortantur. Propertereaque hebdomadem, quae ante jejunium est, ut a carnibus abstineretur, non item a caseo, lege sanxerunt. Quam jejunii profestum nuncupant, et Triodia canere, et Idiomela, ut aliis Quadragesimalis jejunii diebus praescripserunt. Et duas hasce medias ad jejunandum posuere ferias quartam et sextam, quibus et prophetarum de jejunio dicta et de hoc eodem divini Basilii orationes legendas decreverunt.

[1]) S. Basilium in libris liturgicis *κατ' ἀντονομασίαν* vulgo *οὐρανο-*

Dominica 7. ante Pascha in eccl. occidentali.

Variae ejus appellationes.

Supra jam e jure sacro enotavimus p. 14, appellationem *Quinquagesimae inde venisse,* quod canonicis illis *sex septimanis, quas Quadragesima habet, septima hebdomada sit addita:* nomine scilicet juxta eandem dicendi formulam facto, qua et Dominica subsequens semper dicta fuit *Quadragesima* et Dominicae praecedentes, ordine retrogrado, propter novas adjectiones vocatae sunt *Sexagesima* et *Septuagesima.* Hinc patet, quomodo illud sit accipiendum, quod in Ordine Romano legitur de origine Quinquagesimae *a numero quinquaginta dierum repetenda, qui decurrunt usque ad sanctum Pascha.*

Apud Latinos dicitur *carnis privium, privicarnium, Dominica ante carnes tollendas,* vulgo *carnevale* [1]), ea certe de causa, quod dies esset, quo clerici olim *carnibus privari* iisque *vale* dicere inciperent, eadem scilicet ratione qua Dominica praecedens Graecis est *κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω a tollendis carnibus.* Antiquitus enim *sacerdotes et diaconi et reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, a Quinquagesima jejunabant, quo et aliquid ad pensum sanctae institutionis adjicerent et eorum, qui in laicali ordine consistunt, observantiam sicut loco, ita religione praecellerent* [2]).

φάντορα dici, animadvertimus tomo 1. p. 48, quod nimirum *ejus splendor ad coelum usque pertingat.* Cognationem cum illo titulo habet *ἐπωνύμιον*, quod hic occurrit. Duplici sensu quippe s. Basilius *Θεοφάντωρ* appellatur, activo ac passivo; illo quidem, quia ceu verus theologus, de divinis loquendi peritus, Deum ac res divinas *manifestat (τὰ θεῖα φαίνων);* hoc vero, quia inter illos doctores eminet, qui ab ipso Deo *manifestati* ac declarati sunt theologi *(ὑπὸ θεοῦ πεφημισμένοι θεολόγοι).*

[1]) Plerisque etymologis inde ortum videtur vocabulum *carnevale,* quod christiani tunc *carni vale* dicerent. Non desunt tamen qui idem hoc tempus quasi *carn-a-val* appellatum existiment, quod *caro vadat* seu *abscedat.* Aliis nominibus, a tollendis deserendisque carnibus effectis, dicitur *carnelevamen, carnelevarium, carnelaxarium,* quemadmodum videre est apud Du Cange, *Glossar. lat.,* ubi etiam rerum singularium curiosus lector plures non injucundas caeremonias tempore bacchanalium in dimittenda carne usurpari solitas reperiet.

[2]) Ita c. *Denique* 6. Dist. 4, Gregorio M. quondam imputatus. (Apud Migne, Patr. lat. t. 77, p. 1351).

Eam observantiam quum (Pseudo-) Isidorus aliqua antiquitatis auctoritate roborare vellet, ejus institutionem duabus decretalibus, ex Libri Pontificalis capite 9. confectis [1], s. Telesphoro Papae adscripsit, quae deinde relatae sunt a Gratiano cc. 4. et 5. Dist. 4 [2]).

Verum hic peculiaris erat clericorum ritus jejunandi, aliis de populo non concessus [3]); quum enim hinc inde privatarum personarum zelo fieret, ut diutius quam reliqui fideles jejunare cupientes tempus Quadragesimae una hebdomade quasi ex lege praecurrerent, Concilium Aurelianense I. anni 511, *Quinquagesimam*, tanquam novum quiddam et insolitum, vetuit can. 24 [4]), ut nimirum uniformis jejunandi ritus ab omnibus custodiretur.

Quodsi quandoque respectu laicorum *carnisprivium novum* vocatur, id ideo fieri censendum est, quod antiquitus abstinentiae dies a Dominica Quadragesimae ducerent exordium, quae proinde *vetus carnisprivium* erat.

Bini dies Quinquagesimam subsequentes cum feria V. praecedentis hebdomadis vulgo *dies pingues* audiunt [5]), quod homines ante jejunium carnium esui potationique ultro indulgere soleant. Et quia illud saepe ultra modum faciunt, idcirco Postcommunio Missae: *Manducaverunt et saturati sunt* in memoriam ipsis revocat, quod de Judaeis scriptum legitur: *Adhuc escae eorum erant in ore ipsorum et ira Dei descendit super eos* (Psalm. 77), *ut videlicet*, verba sunt Durandi l. c. c. 27, n. 11, *incutiatur nobis timor, ne per gulam offendamus Deum. Quia* vero *solent homines magis*

[1]) Apud Migne, Patr. lat. tom. 127, p. 1175, et apud Duchesne, *Lib. Pontifical.* p. 129.

[2]) Ex duobus his canonibus, qui clerum *septem hebdomadas plenas* jejunare volunt, inductus fuisse videtur H. Alt, ut imperite assereret, clericos jam a Dominica Septuagesimae jejunium duxisse. (*Kirchenjahr*, p. 332).

[3]) Hinc appellationem traxit *carnisprivium* seu *privicarnium sacerdotum*, germ. *Herrenfasten.*

[4]) C. *Sacerdotibus* 6. Dist. 3. de cons.

[5]) Ut in nostratibus Kalendariis civilibus germ. *fetter Donnerstag; fetter Dienstag;* hung. *kövércsötörtök;* gall. *jeudi gras, mardi gras.*

intendere gulae propter carnisprivium quod imminet, de iis dicit Gregorius [1], *quod relinquendi sunt suo ingenio cum venia,* non tamen (quod est subaudiendum) sine opportunis ac salutaribus remediis, quibus s. Mater Ecclesia, de salute filiorum suorum semper sollicita, malo occurrere fidelesque juvare studet, *ne tempore tentationis a via Domini recedant* [2].

De rationibus nomenclaturae apud Slavos ritus latini in Austro-Hungaria receptae.

Quoniam Dalmatis et Croatis, qui lingua sua propria in divinis officiis utuntur [3], etiam harum Dominicarum nomenclatura liturgica curae fuit, nomina latina ad literam vertendo, Dom. Septuagesimae nuncuparunt *Ned. sedamdesetnica,* Dom. Sexagesimae *Ned. šestdesetnica,* Dom. Quinquagesimae *Ned. petdesetnica,* quemadmodum hodieque in Kalendariis Croaticis et Serbicis mixti styli referuntur.

Ab aliis Slavis vel ex relatione ad diem cinerum appellantur, ut in Styria, Carinthia et Carniola: Dom. Septuag. *Ned. 1. predpepelnična,* quasi *Dominica prima antecineralis,* Dom. Sexag. *Ned. 2. predpepelnična.* Dom. Quinquag. *Ned. 3. predpepelnična;* vel etiam a Dominica carnisprivii vocantur. ut in Polonia: Dom. Quinq. *Ned. zapustna,* Dom. Sexag. *Ned. predzapustna* vel etiam *mjasopustna,* Dom. Septuag. *Ned. starozupustna*, h. e., *Dom. veteris carnisprivii;* Polonorum Quadragesima quippe Dominica Septuagesimae incipiebat, jejunium vero feria II. proxime subsequente [4]; vel tandem ab ipso Paschatis festo, Dominicis retro numeratis, nominantur, ut in Bohemia: Dom. Septuag. *Ned. devítník*, h. e., *Dom. nona*, Dom. Sexag. *Ned. 1. po devítníku,* h. e., *Dom. I. post*

[1]) C. *Denique* cit.

[2]) Ita Clemens PP. XIII. in Decreto S. Congr. Indulg. d. d. 23. Julii 1765, apud Ferraris, Biblioth. verb. *Indulgentia,* art. 6, n. 42.

[3]) Cfr. tom. 1, pp. 502 seqq.

[4]) Quam rigida fuisset hujus Quadragesimae observatio penes Polonos, testatur Ditmarus eppus. in *Chron.* l. 8, tit. de Henrico Imperatore II. sic scribens: *Anno Dominicae Incarnationis 1018. . . . Quicunque post Septuagesimam carnem manducasse invenitur, abscissis dentibus graviter punitur. Lex namque divina, in his regionibus noviter exorta, potestate tali melius quam jejunio ab episcopis instituto corroboratur.*

nonam, Dom. Quinquag. *Ned. 2. po devítníku*, seu *Dom. II. post nonam.*

Conclusio. — Quemadmodum in praeviis Graecorum exercitationibus hujus temporis omnia pulcherrimo quodam ordine conserte contexteque fieri vidimus, ita et in ecclesia occidentali nexa inter se copulataque sunt officia, quibus Latini trium hebdomadarum spatio ad jejunium quadragesimale praeparamur [1]). Nullum nobis tempus, nulla lectori patientia sufficeret, si vel summatim huc transscriptum iremus, quae auctores pene innumeri de variis eorundem officiorum rationibus historicis, dogmaticis, allegoricis, tropologicis, anagogicis scripserunt, maxime qui commentarios *Rationale divinorum officiorum* nuncupatos [2]) in lucem emiserunt. Itaque pro more et instituto pauca dumtaxat iis addemus, quae supra jam de *προνηστίμου* ejusdem temporis charactere generatim sunt dicta pp. 14—15; lectore quoad caetera ad ipsos fontes [3]) relegato.

---

[1]) „Tribus hebdomadis Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae ecclesia praecipua redemptionis nostrae mysteria meditanda nobis proponit, nos ut efficiat ad quadragesimalis temporis severitatem alacriores." Ita Benedictus PP. XIV, mox afferendus p. 68.

[2]) Indolem horum operum ipse Durandus exponat. Liber iste, inquit in *Prooemio libri*, n. 16, *Rationalis* vocabulo describitur. Nam quemadmodum in rationali judicii, quod legalis pontifex ferebat in pectore, scriptum erat: *Manifestatio et veritas,* sic et hic rationes varietatum in divinis officiis et earum veritates describuntur, quas in scrinio pectoris sui ecclesiarum praelati et sacerdotes debent fideliter conservare. Et sicut in illo erat lapis, in cujus splendore filii Israel Deum sibi fore propitium, agnoscebant: sic et devotus lector ex hujus lectionis splendore in divinorum officiorum mysteriis eruditus, agnoscit Deum nobis fore propitium nisi forte ejus indignationem culpae offendiculo improvide incurramus. Illud quoque quatuor coloribus auro contextum erat, et hic (ut praemissum est) rationes varietatum in ecclesiasticis rebus atque officiis, quatuor sensibus, videlicet historico, allegorico, tropologico et anagogico, fide media, colorantur.

[3]) Quodsi cui aditus ad hos fontes non adeo facile patet, suadenda eidem est lectio egregii operis doctissimi abbatis Solesmensis D. Prosperi Guéranger, *Année liturgique,* in quo multa praeclara documenta, ex ipsis his fontibus desumpta, ut ad sublimem rerum sacrarum scientiam promovendam congrua, ita ad pios animi sensus excitandos alendosque comparata, apte evolvuntur. Istud vero dolendum est, quod illae operis partes, quae de ecclesia orientali tractant, manifestis erroribus immunes non sunt, quemadmodum ostendetur infra ad Dom. III. Quadrag.

Et initio quidem rationem lectionum ex divinis literis desumptarum paucis afferemus; deinde tria illa disciplinae capita, quae proposita festorum synopsis annuntiat p. 2, breviter explicabimus, scilicet *officia mysteriorum et instrumentorum passionis D. N. J. Ch.*, *stationes* in Missali Romano huic tempori assignatas, officia reparationis coram *exposito ss. Sacramento* peracta.

De lectionibus ex sacra scriptura praescriptis.

In divino officio igitur a Septuagesima ad Dominicam de Passione juxta *c. Sancta Romana 3. Dist. 15.* legitur *Genesis* et *Exodus*, quia passionem Domini celebraturi recurrere debemus ad Adae peccatum, pro quo passus est; et dum legitur de patriarchis Abraham, Isaac et Jacob, quasi de diversis aetatibus ad Christum choros Patrum deducimus. Repete etiam quae de lapsu primi hominis die dominico in Septuagesima diximus supra p. 15.

In Missa autem *Dominica Septuagesimae* proponitur, post epistolam *de bravio,* legitime currentibus debito (I. Cor. 9—10), evangelium *de denario diurno*, in vinea Domini promerito (Matth. 20), ut homines aeternae beatitudinis praemio ob oculos posito, alacri studio poenitentiam agant et majori usque contentione virium ad metam seu regnum coelorum currant.

Dominica Sexagesimae legitur evangelium *de semine verbi* (Luc. 8), ut fideles, poenitentiae operibus jam exerciti, magis excitentur ad seminanda opera misericordiae sicque *certam suam vocationem faciant,* exemplum s. Pauli secuti, cujus egregios labores epistola commemorat (II. Cor. 11—12), et ad quem etiam statio signata reperitur.

Dominica Quinquagesimae evangelium est de fide passionis et resurrectionis, per quam caeci illuminantur (Luc. 18); ideo statim sequitur caeci illuminatio, qui, notante Durando l. c. c. 27, n. 11, valde sapienter petit, dicens: *Domine, ut videam,* quia visio erit tota merces. Quoniam vero reliquae virtutes nihil valent ad hoc praemium obtinendum, idcirco praemissa est epistola *de caritate* (I. Cor. 13). — Sed adeundi ipsi auctores indicati, a quibus omnia, quae ad divinum officium missamque spectant, fusius et uberius explicantur.

De officiis mysteriorum et instrumentorum passionis D. N. J. Ch., quae inde a Septuagesima singulis hebdomadis celebrantur.

Conjunctim sive ἀϑρόως, ut dicunt Icti., concessa haec primitus erant religiosis ven. *Congregationis clericorum passionis D. N. J. Ch.*, a s. Paulo a Cruce fundatae, qui in ipsa professione conceptis verbis sancte *pollicentur, se pro viribus apud christifideles promoturos memoriam et cultum passionis et mortis Jesu Christi Domini Nostri* [1]) *modo in constitutionibus expresso* [2]).

Sed vixdum erat ista facultas PP. Passionistis data, quum pleraeque omnes religiones ac dioeceses adeo illustri certamine devotionis erga vivificae passionis et mortis Jesu sacra mysteria eadem officia sibi deposcere atque expetere properarunt, ut, quod Sacrorum Rituum Congregatio non ita pridem de communi omnium studio Sacratissimum Cor Jesu colendi edixit, ad literam hic congruat, scilicet nullam jam pene exstare ecclesiam, quae privilegium eadem festa peragendi ab Apostolica Sede se non impetrasse glorietur [3]). Et de ipsa Urbe Roma quidem id testantur plura Decreta Sacrorum Rituum Congregationis anni 1831, commemorata in Actis literariis *Correspondance de Rome* an. 1848—1849, p. 30; de aliis orbis catholici partibus vero Kalendaria seu Directoria propria, quibus eadem haec festa rite inserta reperiuntur.

Quum autem praedicta officia eo potissimum spectent, ut, (verbis juris sacri utimur) *anniversaria recordatione nobis Christi passionem repraesentante, plenius omnia quae in ejus passione acta sunt ad memoriam reducantur, sicque nos faciant moveri tanquam videamus praesentem Dominum in cruce* [4]), idcirco adeo propria sunt huic tempori, ut si pro iis

[1]) Ita Constitutio Clementis PP. XIV. *Salvatoris Domini*, edita die 15. novemb. an. 1769, in Bullar. Rom. continuat., tom. 3, p. 103.

[2]) Capite nempe 18, cujus lemma hoc est: *de voto promovendi apud christifideles religiosum cultum et gratam memoriam passionis D. N. J. Ch.* Ibid. p. 106.

[3]) Decret. d. d. 23. Aug. 1856.

[4]) Ita C. *Semel Christus* 51. Dist. 2. de cons. jcta. gl.

nullus reperitur ad Quadragesimae exitum dies liber, ultra Quadragesimam tamen sine speciali Indulto transferri nequeant, prout decretum est a S. R. C. die 11. Sept. an. 1841, ad 4. Cfr. Gardellini, n. 5114.

De stationibus Urbis Romae in Missali Romano designatis.

Veteres Romani Pontifices statis quibusdam diebus, praecipue in Quadragesima et festis, ad diversas Urbis Romae ecclesias accedebant, ubi sermone vel concione ad populum adstantem habita et oratione ad Deum fusa divina mysteria postea cum clero et populo Romano celebrantes participabant; qui actus etiam *statio* vocata est, licet de ratione hujus appellationis non satis constet inter eruditos.

Blanchinus in notis ad vitam *s. Hilari* Pontificis, quae habetur in *Libro Pontificali* [1]), putat vocabulo *stationis* jam apud Romanos alligatam fuisse ideam indicandi *conventum complurium ad sacra ritu patrio exercenda confluentium ad certum locum;* ex quo infert, illud ab exordio ferme primo christianae Ecclesiae apte fuisse translatum ad significandum coetum sacrum seu conventum fidelium.

Ad stationes Urbis Romae deinde gradum faciens, *in titulis,* inquit, *ubi etiam tempore persecutionum christiani congregari consueverant, et ubi sacrorum administrandorum jus attributum fuerat per Summos Pontifices, presbyteris ibidem constitutis, post redditam Ecclesiae pacem stationes publicae celebrabantur, quemadmodum Ordo Romanus declarat, et ad sacra per certas vices ibidem exercenda, jejuniorum praesertim solemnium aut festorum diebus tum ministeriales* [2]) *clerici, tum subdiaconi stationarii aderant, tum sacra supellex circumferenda ad usum Pontificis easdem stationes frequentantis praeparabatur.*

Alii vero ejusmodi conventum *stationis* appellationem a significatione vocabuli traxisse conjiciunt, quam Cicero *lib. 6.*

---

[1]) Migne, Patr. lat. t. 128, p. 353.

[2]) *Hilarus in Urbe Roma constituit ministeria(les), qui circuirent constitutas stationes.* Ita Liber Pontificalis c. 49, apud Migne, l. c. p. 349, et apud Duchesne, *Lib. Pontific.*, p. 244. Obiit s. Hilarus anno 468.

ad Atticum jam usurpavit, pro temporaria scilicet habitatione; alii aliter explicant, prout pluribus exequitur Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica,* t. 69, pp. 280 seqq. [1]).

Stationes s. Gregorius M. certo sub numero limitavit, totidem per totum annum statuens. *Stationes,* inquit Joannes Diac. in *Vita s. Greg.* M., l. 2, n. 18, *per Basilicas vel beatorum martyrum coemeteria, secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo vivente certatim discurrit, sollicitus ordinavit: per quas et ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui praevaleret, viginti homilias Evangelii coram ecclesia diverso tempore declamavit; reliquas vero ejusdem numeri dictavit quidem, sed, lassescente stomacho languore continuo, aliis pronuntiandas commisit* (Migne, P. l. t. 75, p. 94).

Quamvis s. Gregorius M., stationes in orbe instituendo, ordinem variarum, in quas Urbs divisa erat, regionum se-

[1]) *Stationis* vocabulum passim sensu jejunii accipiunt veteres scriptores ecclesiastici, ut Hermas, *Pastor,* l. 3, simil. 5, n. 1 (apud Migne, Patr. gr. t. 2, p. 957); Tertullianus, *de corona,* c. 11 (apud Migne, Patr. lat. t. 2, p. 92), *de anima,* c. 48 (ibid. p. 733), *de jejuniis,* c. 10 (ibid. p. 966); Cassianus *de coenob. instit.,* l. 5, cc. 20. et 24. (ibid. t. 49, pp. 236. et 243), et *collat. 21,* c. 29 (ibid. p. 1208); s. Isidorus Hispalensis, *etymolog.* l. 6, c. 19 (ibid. t. 82, p. 258). Sunt etiam, qui cum Rabano Mauro *de instit. cleric.* l. 2, c 18. ita stationem a jejunio distinguant, *ut jejunium,* verba sunt Rabani, *indifferenter sit cujuslibet diei abstinentia, non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem, statio autem observatio statutorum dierum, ut quartae et sextae feriae jejunium* (ibid. t. 107, p. 334). Cur autem statio appellatum sit jejunium, explicat auctor *sermonis 21,* qui exstat in appendice operum s. Ambrosii (ibid. t. 17, p. 644). *Castra,* inquit, *nobis sunt nostra jejunia, quae nos a diabolica oppugnatione defendunt. Denique stationes vocantur, quod stantes et commorantes in eis inimicorum insidias repellamus:* sumpta nimirum metaphora a militibus stationariis, vigilias in suis stationibus exercentibus, ipsa mansio seu mora, quam fideles in conventibus suis jejunantes ac vigilantes agebant, promiscue *jejunium* et *statio* dicebatur. De stationibus earumque varietate et aliis eo pertinentibus late quidem scripsit Onuphrius Panvinius; sed accuratius rem illustrarunt recentiores scriptores, a Moroni adducti l. c. Videri etiam possunt quae nos ipsi de eodem argumento scripsimus in com. *de rationibus festorum mobilium,* pp. 65 seqq. — Iis omnibus ad cumulum accedat insignis articulus, quem prof. Funk, vir de antiquitatibus christianis optime meritus, scripsit in doctoris Kraus *Real-Encyklopädie der christlichen Alterthümer,* t. 2, pp. 782—783.

cutus sit[1]), scriptores ecclesiastici tamen postea, singularum stationum secretiores rationes scrutando, mysticas causas invenerunt, cur tali tempore in determinatis ecclesiis agerentur. Lege Durand. lib. 6, c. 25, n. 4, ubi rationem stationis ad s. Laurentium extra muros Dominica Septuagesimae declarat.

Stationibus a s. Gregorio institutis plures alias adjunxerunt, v. g. Litanias triduanas ante Ascensionem Domini, solemnia Virginis Deiparae Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis et Nativitatis et alias, quas videre est apud scriptores rerum liturgicarum.

Stationes nunc celebrantur 87, diebus 83 a Dominica prima Adventus usque ad Sabbatum ante Dominicam SS. Trinitatis cum tribus feriis quatuor temporum.

Quod numerus stationum excedat numerum dierum, mirum videri non debet, si attendamus, nonnullis diebus plures stationes in Missali[2]) esse tributas.

Numerantur autem *ecclesiae stationales*, quas vocant, omnino 44, in quibus quatuor Basilicae Patriarchales eminent, quum in Basilica s. Petri in Vaticano stationes 13, in Basilica s. Mariae Majoris in Exquiliis 12, in Basilica Lateranensi 8 et in Basilica s. Pauli extra muros Urbis via Ostiensi 5 habeantur.

In Urbe unaquaeque ecclesia stationalis vicinam aliquam aliam aedem sacram habebat, in qua populus die stationis colligebatur; ibique dicebatur *collecta* super populum collectum, et exinde omnes simul processionaliter ad ecclesiam, in qua celebranda erat statio, pergebant solemnique Missarum sacrificio et concioni intererant. Has *collectas super populum* memorat in libro *de ecclesiasticis observationibus* Micrologus *c. 3*[3]), dum ait: *illae orationes specialius collectae vocari videntur, quae apud Romanos super collectam populi fiunt, dum colligitur, ut procedat de una ecclesia in aliam ad stationem faciendam: ut in capite jejunii illa oratio* „Con-

---

[1]) Cfr. Card. Thomasii, tom. 7, p. 188, edit. Rom. an. 1754.

[2]) Die Natalis v. gr. tres, feria V. post Dominicam IV. Quadragesimae duae stationes fiunt.

[3]) Apud Migne, Patr. lat. t. 151, p. 979.

cede quaesumus" *apud sanctam Anastasiam super collectam populi dicitur ab eo, qui stationem apud sanctam Sabinam celebraturus est.* Atque hinc factum est, ut stationes etiam *processiones ad certas determinatasque ecclesias* vocarentur, quemadmodum rem multis explicat Durandus l. 7, c. 1, nn. 20—24.

Nostra aetate stationes sunt devotae visitationes determinatarum ecclesiarum, certis diebus instituendae, quas qui fecerint, magnas indulgentias consequuntur. Consulatur, qui de indulgentiis stationum copiose agit Ferd. Tetam. Diar. tract. 2, l. 4, part. 1, c. 2, § 1, nn. 101 seqq.

Caetera, quae ad stationes Urbis Romae spectant, doceberis per egregios commentarios Hartmanni Grisar, vulgatos in Actis liter. oenipontanis „Zeitschrift für kathol. Theologie", 1885, locis in indice rerum indicatis.

De expositione SSmi. Sacramenti. De religione reparationis injuriarum Christo Deo illatarum.

Devotio haec piacularis est, pertinens ad reparandas injurias, quae Deo O. M. tempore bacchanalium inferri solent, quatenus nimirum *gloria Domini, quae perpetuis impiorum contumeliis impetitur, perpetuo quoque sibi famulantium cultu reparetur* [1]). De ea olim exilia quaedam populariter scripsimus, piis meditationibus accommodata [2]). Verum in commentario exercitationibus academicis destinato alia merito postulas; quapropter tibi illorum loco multa ac praeclara nunc dabimus ex Doctore authentico, Benedicto PP. XIV., exhibita hic una, quam de eodem argumento dedit, epistola circulari plena eruditionis, gravitatis, zeli ac prudentiae, atque inde academiarum commodis haud parum servitura.

---

[1]) Ex oratione *festi reparationis injuriarum* ipsa feria V. post Dom. Sexages. celebrandi. Hujus solemnitatis Officium et Missam exhibuimus in opere *de rationibus festorum utriusque SS. Cordis,* tomo 2, pp. 28—31 et pp. 73—85 edit. 5.

[2]) *Jesus auf dem Throne unserer Altäre. Gemeinfassliche Betrachtungen über die Aussetzung des hochwürdigsten Gutes mit Berücksichtigung unserer Zeit.* Luxemburg. Vict. Bück. 1857.

Ad archiepiscopos et episcopos ditionis temporalis pontificiae

super bacchanalibus.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Inter cetera bene multa, quae Nos vehementer commovent, quum in hoc Nostro pontificiae ditionis statu bacchanalia toleramus, duo praecipua sunt, de quibus religiosiores quidam ejusdem ditionis episcopi Nobiscum aut verbis praesentes, aut absentes epistolis conquesti sunt. Primum illud est, quod vigiliae, choreae, ludi ultima bacchanaliorum nocte celebrari soliti non semel usque ad primum Quadragesimae diluculum producantur, ita ut multi sint, qui ab hujusmodi choreis, ludis, vigiliis discedentes, deposita quidem larva, iisdem vero induti vestibus, quibus personati quaqua versus processerant, ecclesiam subeant, divinis mysteriis intersint, sacros cineres de more accipiant; domum deinde redeuntes dormiant, plerumque totum mane primi quadragesimalis diei, nec dubitent episcopum nimiae severitatis arguere, si palam queratur, ac tum maxime, si poena velit aliqua in id criminis animadvertere. Nos illud deinde commovet, quod in aliquas status ecclesiastici civitates aut irrepere videatur, aut paucis abhinc annis irrepserit perversa haec consuetudo, quae mordicus conservatur, ut festis quoque diebus personati homines pervagentur; circulatores autem, et id generis blaterones majori spectatorum frequentia diebus festis, quam ferialibus populum ludifaciant; iisdem demum diebus saltationes, et choreae publice ac per summam licentiam celebrentur.

Primi ut abusus perversitas ostendatur, nulla prorsus argumentatione opus est, cum sola illius commemoratio tanti momenti sit, ut ab eo cujusquam debeat animus abhorrere. Et quoniam illorum, qui criminis partes, ac vitii sustinent, hoc solet propugnaculum esse maximum, complures nempe episcopos extitisse sanctitate clarissimos, qui haec cum cernerent, tacuerunt, Nos facti ejusmodi, quod perperam plerumque asseritur, nec evincitur, non inquirimus veritatem, et argumenti loco esse ducimus responsionem celeberrimae cujusdum catholicae universitatis, quae rogata sententiam de quodam festo scandali pleno, quod vulgo *fatuorum* [1])

[1]) Diebus ss. Stephani protomartyris, Joannis evangelistae atque Innocentium agebatur, adhibitis *larvarum monstris aliisque ecclesiae honestatem inquinantibus turpitudinibus,* quemadmodum in jure sacro legitur C. *Quum decorem* 12. X. de vita et honestate clericorum (III, 1). De hoc festo multa cumularunt canonistae in suis ad praedictum C. *Quum decorem* commentariis. Sed et plures alii docti viri argumentum novis accessionibus auxerunt; inter quos praestat G. M. Dreves, qui cuncta,

appellabatur, quodque aliquibus in dioecesibus sustinebatur, utpote multis ab episcopis toleratum, non solum illud censuris damnandum censuit, sed objectum argumentum refellens, haec prudenter addidit: *Nolite subdolas hominum voces audire sic dicentium: Praedecessores nostri, qui erant notabiles viri reputati, istud permiserunt; sufficit nobis vivere ut ipsi: Procul dubio istud argumentum diabolicum est, infernalis haec persuasio, vos illorum exitum ignoratis, an bonus, vel malus fuerit.*

Hujus universitatis censuram refert *per extensum,* ut dicitur, Joannes Savaronius in appendice operum Petri Blesensis *pag. 782,* et in tractatu Gallico idiomate contra larvas conscripto *pag. 32 et seq.* Quamobrem Vobis omnibus, Venerabiles Fratres, omni cura mandamus, ut in dioecesibus, ubi hujusmodi scandalum aut jampridem invaluit, aut eidem aditus aperitur, nullam operam, nullumque studium praetermittatis, ut haec morum perversitas ubi deest, perpetuo desit, ubi autem invaluit, penitus exstirpetur, ac funditus evellatur, illiusque auctores, defensoresque nulla rerum humanarum ratione habita acerrime puniantur. Neque enim omnino decet hoc modo Quadragesimam inchoare, uti exclamat sanctus Basilius *Homil. 2. de jejunio,* Paris. edit. *1722. to. 2. pag. 13. Quorum autem primitiae rejiciuntur, haud dubium, quin in his totum quoque sit rejiciendum. Et pag. 15. Hodiernus dies vestibulum est jejunii; neque vero, qui in vestibulis profanatur, dignus est, qui ad Sancta introeat.* Nimis enim honori ecclesiae debito, sacroque ritui suscipiendorum cinerum nimis adversantur ii, qui tametsi absque larva, vestibus tamen personatorum propriis domum Dei ingrediuntur, ad altare accedunt, ut sacris cineribus a sacerdote aspersi, de seria mortis cogitatione admoneantur.

Ad illud interea, quod est secundo loco propositum, accedentes, fatemur, minime Nobis statutum animo esse, aut in bacchanalia invehi, aut de eorumdem impudentia dissertationem historicam instituere. Quod facere si velimus, profecto haud incommode possemus, exscribentes nimirum ea, quae in hanc rem s. Carolus Borromaeus egregie composuit in suo libro Memoriali edito in septima parte Actorum ecclesiae Mediolanensis, ea scilicet tempestate, cum illa civitas a peste importunissima liberata fuit; et pastor optimus populum studiose sapienterque hortatus est, ut in publicum grati animi monumentum, bacchanaliorum consuetudinem abrogaret. Huic quoque epistolae adjungi possent, quae monachus de l'Isle in suo recenti tractatu *de jejunio lib. 6. cap. 6.* satis erudite scripsit, ubi de ethnicorum bacchanalibus disserens, ostendit quantum nostrorum haec bacchanaliorum importunitas sanctissimis christianorum moribus adversetur. Verumtamen Nobis erit ex-

quae ad festum fatuorum pertinent, eruditissimo commentario in Actis Lacensibus *(Stimmen aus Maria-Laach)* edito 1894, t. 47, pp. 571—587, copiose, solide, accurate explicuit atque excussit.

ponere, ea, quamvis aegre, ab Ecclesia tolerari, ut omnis aditus malis longe gravioribus intercludatur, quemadmodum post solidam doctamque argumentationem, concludit celeber piusque theologus Thomas Stapletonus in sua oratione octava contra bacchanalia *to. 2. suorum operum, pag. 556.* Maximum vero discrimen intercedere inter ea, quae praecipiuntur, et ea, quae permittuntur: *Aliud est, quod docemus, aliud quod sustinemus, aliud quod emendare praecipimur, et donec emendemus, tolerare compellimur.* Verba sunt sancti Augustini *lib. 20, contra Faustum c. 21.* Unde constat, in rebus utcumque ab Ecclesia toleratis, nullum amplificationi, nullum arbitrio esse locum[1]).

Sapientissime in hac urbe a Nostris Praedecessoribus sancitum esse comperimus, ut quamvis perpauci dies bacchanaliorum licentiae concedantur, tamen diebus festis, ac sexta feria nemini omnino liceat larvam sumere, ac publice debacchari. Idem prorsus in reliquo Nostro statu observari jubemus, et voluntatis Nostrae Cardinales provinciarum legatos, praesules, locorumque gubernatores certiores facere non praetermittemus; id etiam enixe cupimus, nullum Ecclesiae diem festum circulatorum levitate, ac licentia perturbari; illa enim Isaiae verba semper Nobis ante oculos observantur *Cap. 1. Kalendas vestras, et solemnitates vestras odivit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens:* Et illa Malachiae *c. 2. Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.* Sed quoniam ab hominibus, quae expetuntur, illico impetrari haud facile possunt, etiamsi justa sint, ideo significamus mentem hanc esse Nostram, idque pro regula habendum, ut in urbium, oppidorumque plateis, vel quibuscumque in locis, nec mane, nec vespere diei festi circulatores adsint. Quod hujusmodi abusus alicubi tolerari consuevit, nunquam matutino tempore permittatur; horis pomeridianis, quantum fieri potest, removeatur. At si id sine gravi aliquo incommodo integre fieri nequeat, numquam supradicta, aut id generis solatia tolerentur, nisi post expleta vespertina officia, et doctrinam christianam; de qua quidem re nostrum erit, Cardinales legatos, et urbium gubernatores etiam admonere.

In tali rerum statu hanc plane rationem ineundam sibi judicavit sanctus Carolus Borromaeus in suo primo concilio provinciali *pag. 1. Tit. De festorum dierum cultu,* cujus decretis addenda sunt ea, quae ab eodem pastore in concilio III. provinciali sub

[1]) Per occasionem verissimae hujus sententiae iterum nos miseret illorum virorum ecclesiasticorum, maxime Americanorum, qui non ita pridem romanum decretum tolerantiae in famosa controversia scholastica editum d. 21. apr. 1892 explanaturi, monstrum interpretationis excogitarunt, simplici tolerantia pro vera approbatione rei toleratae accepta. Verum ejus quaestionis rationes late jam sumus prosecuti in proprio commentario: „Tolerari potest. *De juridico valore decreti tolerantiae.* Oeniponte, Fel. Rauch. 1893. Ea de causa h. l. nec rem nec verbum explicatum imus.

eodem titulo statuta sunt. Hoc item Clemens XI. fel. record. inculcavit duabus literis ad plurimos eodem exemplo datis, altera scilicet die 11. Januarii 1719, altera 4. Januarii 1721, quae in ejus Bullario *pag. 553.* undecima sunt et duodecima. At dum s. Caroli Borromaei vestigiis, quibus institit clarissimus Praedecessor Noster, Nos libenter inhaerere fatemur, illud monitos omnes volumus, quod quum res desuper enarratas vetamus, interdicto non liberamus caetera omnia, quae sacris canonibus, constitutionibus apostolicis, conciliis aut provincialibus, aut dioecesanis, quoad bacchanaliorum solatia, prohibentur, et praecipue quoad ecclesiasticos viros, nunquam enim oculos a concilio Tridentino deflectimus, quod *sess. 22. c. 1.* postquam sacrorum canonum mentionem fecit, qui ecclesiasticis luxum, convivia, choreas, aleas severe prohibent, sic episcopos alloquitur: *Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quamprimum in usum revocari, et ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque; ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas, Deo vindice, poenas persolvant.*

Cuilibet in ecclesiastica disciplina paulum versato facile compertum erit, quasdam ethnicorum veteres fuisse superstitiones, quae Kal. Januarii in honorem Jani, et Deae Streniae instituebantur, quibus aliquando christiani intererant, crapulae ludisque dediti, ac mulieres virorum, viri mulierum personas induebant[1]: nec sancti Patres in suis sermonibus, nec in suis conciliis Ecclesia in tam pravum morem invehi praetermisit, quin etiam poenas reis gravissimas indixit. De qua quidem re jam disseruimus in Nostro opere de festis Domini, cum de circumcisione Christi Domini ageremus.

Pravissima hac consuetudine funditus extirpata, altera enata est, spectans videlicet ad quasdam publicas relaxationes, quae plerumque hebdomadis Septuagesimae, Sexagesimae, et Quinquagesimae celebrantur, in quibus Ecclesia praecipua redemptionis nostrae mysteria meditanda nobis proponit, nos ut efficiat ad quadragesimalis temporis severitatem alacriores, quod et a Nobis fuit demonstratum in *Notificatione XIX. t. I.* inter eas, quas edidimus, cum Bononiae moraremur illius ecclesiae moderatores. Ea vero consuetudo est bacchanalium foeditas, et corruptela, quam sic describit clarae memoriae episcopus Gratianus in sua synodo Ameriae habita *1595. pag. 50.* *Hinc factum (adeo Nos prava pervertit consuetudo), ut Septuagesimam inter et Quadragesimam interjectos dies, quos s. mater Ecclesia magno mysterio veluti lugubres, funebresque habet, praevalens lasciviae risus, hilaritatis amor, non in laetitiam solum inconditumque gaudium verterit, sed pene communi cuidam insaniae*

[1]) Recolantur quae *de iniquis istis Kalendarum observationibus paganismi* e jure sacro animadvertimus tomo 1. p. 47 adhibitis cc. *Non licet* 13. et *Si quis Kalendas* 14. C. XXVI. q. 7.

dedicarit, eoque provecta licentia sit, ut ipsas quoque leges, ipsos magistratus traxerit, et quod ne privato quidem cuiquam ulla bene morata civitas concederet, id penitus jam publica auctoritate nitatur, et populi veluti obliti nominis, quo feruntur, in ipsos profanarum gentium ritus moresque degenerarunt. Quamobrem illustris Gislenius Busbequius, qui medio saeculo XVI. Ferdinandi I. imperatoris ad Solimanum II. orator fuit, scriptum reliquit, quemdam legatum Turcarum, postquam bachanaliorum tempore in quadam christianorum regione moratus esset, Constantinopolim reversum retulisse, certo anni tempore christianos sui impotes insanire; tum cujusdam pulveris arcana vi, quo eorum capita conspergebantur, redire ad bonam mentem, ac resipiscere consuevisse: *Ut non frustra creditum sit hominem Turcam, qui eo tempore ad nos publici negotii causa legatus venisset, domum reversum, retulisse, christianos certis diebus bacchari, et furere, donec genere quodam cineris in templo respersi redirent ad se, et convalescerent.*

Nec huic morum perversitati Ecclesia ut potuit non opportune consuluit, et semper precibus operibusque piis enixe Dei praesidium imploravit, ut poenas impiis debitas differret, et omnipotenti auxilio suo huic malo remedia praeberet: atque inter caetera pietatis opera ad hunc finem directa, illud fuit, ut quaedam religiosorum familiae a carnibus abstinere, et lacticiniis solummodo vesci consueverint a die Dominica aut Septuagesimae, aut Sexagesimae, aut Quinquagesimae, usque ad diem cinerum, ideoque bacchanalia *Carnis privium* nuncupantur, et in Missa Mozaraba Dominica Sexagesimae *Dominica ad tollendas carnes* appellatur[1]).

Alia quoque religionis opera, furente bachanalium insania, a sanctis viris egregie sunt instituta, inter quae publica, et solemnis illa est consuetudo, cujus auctor s. Philippus Nerius extitit, septem scilicet hujus urbis ecclesias invisendi, cujus instituti meminit Baccius in ejus vita[2]). Nostri autem Praedecessores, ut in his diebus fidelium animos ad sacramenta suscipienda inflammarent, plurimas indulgentias impertiverunt: *Nupero, sed saluberrimo invento, Pontifices summi, depromptis de thesauro Ecclesiae largitionibus, fideles ad incensam pietatem per sacramentorum participationem in diebus illis* (de bacchanalibus loquitur) *frequentandam excitarunt, et ut se dant initia, spes est diabolum inde extrusum adigendum fore*

[1]) In eundem finem monachos orientales per hos dies in meditanda terribili veritate extremi judicii versari, animadversum est supra p. 34.

[2]) Eidem devotioni piaculari s. Paulus a Cruce servire voluit Officium *Solemnis Commemorationis Passionis D. N. J. Chr.*, quod per fidelem socium suum episc. Thom. Struzzieri componendum curavit, quodque a Pio PP. VI. primum approbatum nunc jam auctoritate Leonis PP. XIII. in ven. Congreg. Passionistarum cum Octava privilegiata celebratur. De ipso Officii auctore, eppo. Struzzieri, viro non vulgaris eruditionis ac pietatis, legesis Moroni, *Dizionario,* t. 76, pp. 234—235.

ad captandas alias sordes: Verba sunt haec Theophili Raynaudi *tom. 16. oper. suor. pag. 412. num. 41.*

Vestrum est igitur, Venerabiles Fratres, hanc viam tenere, et ad hanc suscipiendam vestro exemplo caeteris incitamento esse. Praesertim vero divinis officiis bacchanaliorum tempore quotidie vos interesse cupimus, sacrosanctum Missae sacrificium coram populo celebrare, ecclesias et xenodochia invisere, et ecclesiasticos homines, laicosque vobiscum ad id muneris invitare: hujusmodi enim comitatus, et sanctus erit, maximeque laudabilis. *Curandum praeterea a vobis est, ut in una, aut in pluribus ecclesiis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum per triduum publico cultui exponatur,* et quotidie populo ad vesperam benedicatur, in Septuagesimae, aut Sexagesimae, aut Quinquagesimae hebdomadis, aut tribus omnibus. Nos interea fidelibus, hac Nostra epistola circulari, plenariam indulgentiam concedimus, quae a vobis solitis formulis promulgabitur, quaeque cum *ad opus pium* directa sit, non impeditur alia plenaria indulgentia, quam ecclesia, ubi Eucharistia exponitur, aliis de causis habere possit, plenam, inquam, culparum veniam impertimur quibuslibet christifidelibus, qui poenitentia, et sacra synaxi rite muniti, singulis diebus Augustissimum Christi Corpus visitarint, Deum orantes juxta Ecclesiae mentem, quam desuper exposuimus [1]).

Apostolicum hoc Nostrum munus exigebat, ut vobis hanc epistolam conscriberemus. Vestrum exemplum, qui Nobis propinquiores estis, longinquiores impellet, ut ad Nos recurrant; qui sane eos omni, qua possumus, ope juvabimus, easdemque indulgentias ipsis, eorumque dioecesibus, concedere non gravabimur. Et demum Vos ex animo amplectentes, et Vobis singulis, Venerabiles Fratres, et gregi Vobis commisso, apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Kal. Januarii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno VIII [2]).

---

[1]) Hanc indulgentiam ad omnes ecclesias orbis catholici pro triduo expositionis SS. Sacramenti in hebdomada sive Septuagesimae, sive Sexagesimae, sive Quinquagesimae, vel in singulis praedictis hebdomadis, vel in sola feria V. infra hebdomadam Sexagesimae extendit Clemens PP. XIII. vi Decreti S. Congreg. Indulg. supra citati p. 57.

[2]) Bullar. Benedicti PP. XIV., t. 2, pp. 170—174.

Transitio ad § 2.

Nexus inter tempus προνήστιμον et ipsam τεσσαρακοστὴν exemplo certaminis equestris illustratus.

Eleganter et commode ad curriculum salutaris poenitentiae jam ante Quadragesimam initae, sed septem hebdomadum spatio adhuc continuandae, similitudinem equestris cursus aptat Theophanes Cerameus, Tauromenii, in Sicilia, saeculo 13. archiepiscopus, *hom. 19, quae,* teste graeco codice Matritensi p. 55, *ἐλέχθη κυριακῇ τυροαποθέσεως, ipso die dominico τῆς τυρινῆς pronuntiata fuit.*

Quemadmodum enim in ludis equestribus non cursus tantummodo rectus per totum stadium circumve peragebatur, sed etiam, quum perventum ad metam, ea septies erat circumeunda: ita et in poenitentiae curriculo perficiendo fideles *ἀγωνισταί* non solum in rectum currunt usque ad solemnium jejuniorum metam, verum et praescriptos *τοὺς ἑπτὰ κύκλους περὶ τὴν πυραμίδα ἤτοι ὀβηλὸν διαπληκτίζονται, septem circuitus circa obeliscum conficiunt,* ut ita cursu septies circa metam rite agitato palmam demum obtineant.

Itaque totum illud poenitentiae tempus ante primam jejuniorum hebdomadam instar primi rectique curriculi est, septem vero hebdomadum sequentium spatia septem circa metam flexus sunt, quibus bene confectis jejunii merces datur [1]). Haec fere Scorsi in *notis ad citatam homiliam,* quae ab ipsa ejus rei demonstratione tale exordium ducit [2]):

Οἱ ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἄθλοις ἀγωνιζόμενοι, ἐπειδὰν αὐτοῖς δοθῇ τοῦ δρόμου τὸ σήμαντρον, διασχισθείσης τῆς ὕσπληγγος, θαμινὰ τοὺς ἵππους μαστίζοντες πρὸς τὴν νύσσαν ἐλαύνουσι, συχνοῖς φερόμενοι καὶ

Qui contendunt in equestribus certaminibus, simul ac signum curriculi datum est, apertis carceribus equos identidem scutica verberatos ad metam adigunt, et crebris levibusque saltibus ad eam in-

---

[1]) Eodem exemplo hominum in stadio cursu certantium utitur Ecclesia latina in Epistola missae Dom. Septuagesimae, ut scilicet perspecto, quod victori proponitur, bravio fideles onus poenitentiae libentius suscipiant, et remotis omnibus, quae cursum impedire possent, per hos dies melius ac citius ad praemium currant.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 411 seqq.

κούφοις τοῖς ἅλμασιν· οὐ μὴν μέχρι τῆς νύσσης ὁ πόνος αὐτοῖς, ἀλλὰ τελέσαι καὶ ἑπτάκυκλον δρόμον ἐπείγονται· οὗτος γὰρ δείκνυσι τὸν νικήσαντα. Ἡμᾶς δὲ σήμερον ἡ τῆς μετανοίας βαλβὶς εἰς αὐτὴν ἤγαγε τὴν τῆς νύσσης ἀρχήν. Ἦν δὲ ἡμῖν τοῦ δρόμου τῆς μετανοίας ἡ πρώτη βαθμίς, ἡ τοῦ ἀρχιτελώνου Ζακχαίου ὑπόθεσις· ὃς καλλίστῃ μάλα σπουδῇ εὐσεβῶς ἐσκόρπισεν, ἅπερ ἀσεβῶς ἐτελώνησεν. Εἶτα ἡ τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου παραβολή, ἡ τὴν ἰσχὺν ἡμῖν τῆς χριστομιμητοῦ ταπεινώσεως ὑποδείξασα. Μετὰ ταῦτα ὁ νέος ἐκεῖνος, ὁ κακῶς μὲν αὐτομολήσας πρὸς τὴν χοιρώδη ζωήν, καλῶς δὲ πρὸς τὴν πατρικὴν ἑστίαν ἐπανελθών· εἶτα τὸ μέγα καὶ φρικτὸν λογοθέσιον· διὰ τούτων οἷον προγυμνασθέντες, καὶ τὴν ἰσχὺν μαθόντες τῆς ἀρετῆς πρὸς τὴν νύσσαν, τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῶν νηστειῶν κατηντήσαμεν· τὴν ἑβδόμην ἑβδομόδα, καθάπερ δρόμον κυκλικὸν ἐντεῦθεν δραμεῖν ἐπειγόμεθα. Ἀλλ᾽ ἐν μὲν τοῖς ἱππικοῖς ἀγωνίσμασι

citati feruntur. Neque vero eorum labor in attingenda meta finitur; sed septeno circuitu conficere cursum approperant; hic enim victorem decernit. Nos vero hodierna die reseratum jam poenitentiae repagulum ad ipsum obeundae metae perduxit initium. Fuit enim nobis quasi primus gradus suscepti poenitentiae cursus Zacchaei principis publicanorum exemplum, qui praeclaro quodam studio per pietatem dispersit, quae cum impietate congesserat [1]). Proposita deinde publicani et pharisaei parabola, vim christianae humilitatis ostendens; tum adolescens ille, qui ad subulci vitam quum se sua sponte miserabiliter abjecisset, in domum patris postmodum laudabiliter se recipit: ad extremum vero magnum illud ac formidabile tribunal mentis oculis objectum est: per haec, inquam, quasi praeludentes et vires virtutis edocti ad primam jejuniorum hebdomadam [2]) veluti ad metam accessimus: et hinc jam usque ad septimam hebdomadam

[1]) Dominica, quae Triodium praecedit, legitur evangelium de Zacchaeo ex Lucae cap. 19. Hinc idem Theophanes *hom. 15,* tunc pronuntiata, auditores jam ad *appropinquantes poenitentiae et jejuniorum dies* attentos reddit, *historia Zacchaei eos docente, quantum valeat poenitentia peccatorum.* Ibid. p. 345—346.

[2]) Hanc postridie ejus diei dominici *(τῆς τυροφάγου)* incipere, ex ritu graeci jejunii patet.

δυσχερὲς πάντας τοὺς ἁμιλλωμένους νικᾶν, μόνου τοῦ προκαταλαβόντος τὸν στέφανον αἴροντος· ὁ δὲ ἡμέτερος ἀγωνοθέτης πᾶσι τοῖς βουλομένοις ἐπίσης μεταδίδωσι κατ᾽ ἐξουσίαν ἐμφορεῖσθαι τῆς νίκης· καὶ τίθησι μὲν ἑκάστῳ καθάπερ τέθριππον ἅρμα τὸ σῶμα τουτὶ τὸ τετράστοιχον, ἐφίστασθαι κελεύει τὸν λογισμὸν ὥσπερ ἡνίοχον· ἀντὶ δὲ μάστιγος τὴν συνείδησιν ἑκάστου ἐπὶ τοῖς πλημμεληθεῖσιν αἰκίζουσαν, ὡς δὲ χαλινόν, τὴν ἐγκράτειαν· προομαλίζει δὲ καὶ τὸ στάδιον διὰ τὸ τῆς ἐντολῆς ῥάδιον, εὐστίβητον παρασκευάζων τοῦ διφρηλάτου τὸν δρόμον· ἀλλὰ τίς ἡ τῆς ἀρετῆς εὐκολία, κατανοήσωμεν.

quasi circularem cursum currere studiose contendimus. Verum in ludis equestribus ab omnibus athletis victoria reportari non potest, cum unus modo, qui caeteris cursu antecesserit, corona donetur; noster vero agonotheta omnibus volentibus pro sua cuique facultate aequaliter victoria abunde potiri concedit; et singulis quidem corpus ex quatuor compositum elementis, quasi quadrijugum statuit currum, eique rationem instar aurigae praeesse jubet, scuticae loco conscientiam, quae unumquemque pro malefactis stimulat, ac denique freni vice continentiam esse voluit. Explanat porro stadium facilitate praecepti cursumque gubernatori currus expeditum reddit; sed quae haec facilitas virtutis sit, indagemus.

§ 2.

De festis mobilibus in Quadragesima occurrentibus.

Synopsis.

Κυριακὴ τῆς τυροφάγου.	Dominica Quinquagesimae.
Ἑβδομὰς α΄. τῶν νηστειῶν ἣν καθαρὰν ἑβδομάδα καλοῦσι.	Hebdomada Quinquages. Fer. IV. Cinerum. Caput jejunii.
Δευτ· Ἄρχεται ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή.	*Statio ad s. Sabinam.* Fer. VI. Spineae Coronae.
Σαβ. Τοῦ ἁγίου Θεοδώρου.	*Statio ad ss. Joan. et Paul.*
Κυριακὴ α΄. τῶν νηστειῶν· τῆς ὀρθοδοξίας. — Ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικόν.	Dominica I. Quadragesimae. *Statio ad s. Joan. in Lat.*
Ἑβδομὰς β΄. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada I. Quadrages. Fer. IV. Quatuor temporum. *Statio ad s. Mariam Majorem.* Fer. VI. Quatuor temporum. Lanceae et Clav. D. N. J. Ch. *Statio ad ss. 12 Apostolos.* Sab. Quatuor temporum. *Statio ad s. Petrum.*
Κυριακὴ β΄. τῶν νηστειῶν.	Dominica II. Quadragesimae. *Statio ad s. Mariam in Domn.*
Ἑβδομὰς γ΄. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada II. Quadrages. Fer. VI. Sindonis D. N. J. Ch. *Statio ad s. Vitalem.*
Κυριακὴ γ΄. τῶν νηστειῶν· τῆς σταυροπροσκυνήσεως·	Dominica III. Quadrages. *Statio ad s. Laur. ext. mur.*
Ἑβδομὰς δ΄. τῶν νηστειῶν.	Hebdomada III. Quadrages. Fer. VI. Quinque Vulnerum. *Statio ad s. Laur. in Lucina.*
Κυριακὴ δ΄. τῶν νηστειῶν· Ἰωάννου τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος.	Dominica IV. Quadrages. *Statio ad s. crucem in Jer.*
Ἑβδομὰς ε΄. τῶν νηστειῶν Πεμ. τοῦ μεγάλου κανόνος. Σαβ. τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου.	Hebdomada IV. Quadrages. Fer. VI. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Ch. *Statio ad s. Eusebium.*

Κυριακὴ ε΄. τῶν νηστειῶν· Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.	Dominica Passionis. *Statio ad s. Petrum.*
Ἑβδομὰς τῶν βαΐων.	Hebdomada Passionis. Fer. VI. Septem Dolorum.
Σαβ. τοῦ Λαζάρου.	*Statio ad s. Stephanum.*
Κυριακὴ τῶν βαΐων.	Dominica Palmarum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη ἑβδομάς.	Hebdomada major.
Ἡ ἁγ. κ. μεγ. πέμπτη Ἀγρυπνία τῶν ἁγίων παθῶν.	Fer. V. in Coena Domini. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Ἡ ἁγ. κ. μεγ. παρασκευή.	Fer. VI. in Parasceve. *Statio ad s. crucem in Jerus.*
Τὸ ἅγιον καὶ μέγα σάββατον.	Sabbatum Sanctum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	Dominica Resurrectionis.

Brevis notitia praeliminaris de rationibus Quadragesimae.

Τεσσαρακοστή. *Quadragesima.*

Slav. *četyridesjatnica;* rum. *paresimi, patrudiecime.*

De notione atque origine Quadragesimae.

Quadragesima appellantur *quadraginta illi dies, qui,* ut imperatores ajunt in Codice Justiniani [1]), *auspicio caeremoniarum paschale tempus anticipant.*

Christianis speciatim dicitur solemne illud maximeque sacrum jejunium quadraginta dierum ante Pascha, quod licet a Christo Domino praeceptum affirmari non possit, tamen ab apostolica traditione repetendum est.

Quodsi ejus originem plures ss. Patres ad divinam institutionem referant, id ita intelligendum est, non quod Dominus de eo disertum mandatum dederit, sed tantum proposuerit exemplum, cui insistens Ecclesia Quadragesimae jejunium instituit, uti monet s. Augustin. *epist. 55.* (alias 119) *ad*

---

[1]) Cod. lib. 3, tit. 12. *de feriis,* leg. 6. *de tempore Quadragesimae.*

Januar. c. 15[1]. Vide Thomassin. *De jejun.* part. 1, c. 4, et Berti. *Histor. eccles.* tom. 1, dissert. 6, n. 31.

De institutione Quadragesimae.

Apostolos observasse constat jejunium antepaschale, quod numero dierum a quadragesimali differt, quoniam complectebatur tres illos dies, qui inter Christi mortem atque ejus resurrectionem intercesserunt; eratque *jejunium luctus et fletus propter ablatum sponsum*[2]. Antepaschale hoc jejunium ipsa fortasse aetate Apostolorum amplificatum deinceps est, atque ita Quadragesima instituta. Et certe quum haec institutio retenta semper in universa Ecclesia fuerit atque ejus origo ignoretur, nonnisi apostolica auctoritate tradita haberi debet, quae celebris est s. Augustini regula[3], quemadmodum post Natal. Alexand. *Histor. eccles.* saec. 2, Dissert. 4, art. 4; Selvag. *Antiquit. christian.* l. 2, part. 2, c. 7, aliosque auctores recte observat Ant. Linsenmayr in egregio suo commentario *de veteri jejuniorum disciplina*[4], in quo argumentum hoc solide accurateque persequitur pp. 19—54.

De tempore Quadragesimae.

Quadragesima olim constabat *sex septimanis* (can. *Quadragesima* 5, Dist. 4), h. e. 36 diebus *ἀποσίτοις*; nam dies dominici in memoriam dominicae resurrectionis semper *ἀνήστευτοι* servabantur, quamvis tempore Quadragesimae de jure essent *ἀποχρεώσιμοι*. Mediolanenses immo tantum dies 31 jejunabant, quum et dies sabbati exciperent[5] et jejunium suum nonnisi feria II. post Dominicam I. Quadragesimae exordirentur[6].

---

[1]) Apud Migne, Patr. lat. t. 33, p. 217.

[2]) *Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt.* Matth. 9, 19. — *Maria M. vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus et flentibus.* Marc. 16, 10.

[3]) *Contra Donatistas de baptismo* l. 4, c. 24. (Migne l. c. t. 43, p. 174 et *epist. 54.* (alias 118) *ad Januar.* c. 1 (ibid. t. 33, p. 200).

[4]) *Entwickelung der kirchlichen Fastendisciplin bis zum Konzil von Nicäa.* (Von der theologischen Fakultät zu München gekrönte Preisschrift). München. Stahl, 1877.

[5]) *Quadragesima,* inquit s. Ambros. *De Elia,* c. 10, n. 34, *totis praeter sabbatum et Dominicam jejunatur diebus.* Apud Migne, Patr. lat. tom. 14, p. 708.

[6]) S. Carolus Borromaeus veterem Mediolanensis ecclesiae consuetudinem confirmavit edito synodali statuto de jejunio quadragesimali non

Quis in ecclesia Romana diem Cinerum et tres dies alios initio Quadragesimae primus addiderit, ut numerus conficeretur 40 dierum, non liquet. Id in Urbe Roma ante aetatem s. Gregorii M. non factum, plures cum Menardo conjiciunt ex ejus *homilia 16. in Evangel.*, ubi s. Doctor etiam rationem adducit, cur dies 36 jejunio transigerentur, quod nimirum *per triginta et sex dies nos affligentes, quasi anni nostri (qui per trecentos et sexaginta dies ducitur) decimas Deo damus*[1]; verum doctissimus Card. Thomasius t. 7, pp. 187 seqq. non improbabili veterum codicum auctoritate nixus judicat, aetate s. Gregorii M. quadragesimali jejunio additos jam fuisse quatuor dies istos, non quidem ut partem ipsius Quadragesimae, sed vero ut praeludium quoddam, quo Romani ipsam decimarum oblationem praevenissent: quod saeculo quinto identidem factum liquet ex testimonio s. Maximi mox afferendo. Symphos. Amalarius, auctor saeculi noni, *De ecclesiasticis officiis* disputans l. 1, c. 7: *Quarta feria inter Quinquagesimam et Quadragesimam jejunium, quod protenditur in Pascha Domini, inchoamus*[2]. Ast Ratramnus Corbejensis, qui medio eodem saeculo nono apologiam scripsit pro ecclesia latina adversus criminationes Graecorum, asserit lib. 4, c. 4, Romanos caput jejunii a Dominica I. Quadragesimae, non a feria IV. Cinerum, inchoasse[3]. In hac sententiarum diversitate cum Natali Alexandro Dissertat. 4. ad saec. 2. et Ludov. Thomassino *Tract. de jejunio* part. 2. c. 2 generatim affirmandum videtur, coepisse prius nonnullos fideles ex singulari quadam pietate quatuor dies, Dominicae primae Quadragesimae praevios, antepaschali jejunio adjicere[4].

---

prius incipiendo *in civitate Mediolanensi iisque dioecesis partibus, ubi ex divi Ambrosii instituto divina officia celebrantur* (Concil. Mediolan. I, anni 1565, part. 2, § 7. Apud Hardouin. Concil. tom. 10, p. 655).

[1]) Apud Migne, Patr. lat. tom. 76, p. 1137.

[2]) Ibid. tom. 105, p. 1002.

[3]) Ibid. tom. 121, p. 321.

[4]) *Quia nonnullorum est consuetudo,* inquit s. Maximus Taurinensis, *advenientes Quadragesimae dies devotiori jejunio praevenire, necessario praesens evangelii decursa est lectio, in qua Dominus noster, virtutum spiritualium retributor, sanctam nobis perfectamque dedit regulam jejunandi dicens:* Quum jejunatis, non eritis sicut hypocritae tristes. (Apud Migne, Patr. l. t. 57, pp. 301—302). Quibus verbis ex s. Maximo

eorumque morem, ab universo Occidente (una ecclesia Mediolanensi excepta) paulatim receptum, vim et robur legis tandem obtinuisse, quam postea in Concilio Beneventano anni 1091 firmavit Urbanus PP. II. canone 4[1]. Confersis, qui de praefato quatuor dierum additamento multis agit, Benedict. PP. XIV. *De synodo dioec.* l. 11, c. 1.

De nomine Quadragesimae.

Scribit Socrates *Histor. eccles.* l. 5, c. 22[2], veteres christianos paschale suum jejunium vocasse *Quadragesimam*, quamvis non omnes totis quadraginta diebus jejunarent, ejusque vocabuli varias a variis causas afferri dicit *(καὶ ἄλλος ἄλλον λόγον τῆς ὀνομασίας εὑρεσιλογοῦντες ἀποδιδόασιν).*

Et revera sunt, qui *τὰς πρὸ τοῦ Πάσχα νηστείας,* ut Socrates ait l. c., *τεσσαρακοστήν, Quadragesimam,* propterea dictam fuisse judicent, quod ipsis *quadraginta* diebus constaret[3].

Alii contra censent, etiam eo tempore, quo non quadraginta, sed triginta sex tantum dies jejunaretur, idcirco simpliciter *Quadragesimam* appellatam fuisse, quod hoc jejunio fideles profiterentur se Christi[4], Moysis et Eliae quadrage-

relatis, animadvertit Franc. Incontrius, archiep. Florent., *Explicatio de celebr. dierum festorum,* p. 56, in omnibus antiquissimis codicibus evangelium illud feriae IV. ante Dominicam I. Quadragesimae tributum reperiri, indeque intelligi plane posse, eo die a fidelibus plerumque exordium jejunii desumptum fuisse, praeliminaris scilicet, ut rem ven. Cardinalis Thomasius explicat, quemadmodum hodieque plures ordines religiosi ex antecedentibus hebdomadis plures dies *ἀποκρεωσίμους* servare ac solemnioris praeparationis causa, Quadragesimae jejunando praemittere solent.

[1]) Apud Hardouin. Concil, tom. 6, p. 1696.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 67, pp. 673—674.

[3]) Qui mysticos nominis sensus investigant, cum Ordine Romano Quadragesimam a 40 diebus vocatam credunt, qui a prima ejus Dominica fluunt usque ad mysticum Pascha Hebraeorum, quod Christus Dominus cum discipulis suis celebravit.

[4]) Quadragesima Christi fuit a die 6. Januarii usque ad 14. Februarii. Nos autem, inquit Bellarminus tom. 3, lib. *de bonis operibus* c. 16, ut plurimum eam incipimus, ubi ipse desiit, tum ut vere ejus vestigia sequeremur, tum ut jejunium celeberrimum cum festo celeberrimo jungeremus. Sed adeundus ipse Bellarminus, qui plures alias congruentiae rationes adducit, cur *observantia Quadragesimae,* verba sunt Augustini in *epist. 119,* c. 15. *constitueretur confinis atque contigua dominicae passioni.* (Apud Migne, l. c. t. 33, pp. 217—218).

narium, pro suo modulo, velle imitari, praesertim quum etiam Dominicis, licet non plenum et perfectum esset jejunium, tamen imperfectum saltem et *portionale,* ut vocabant, ubique servaretur, nempe abstinentia a carnibus et caeteris cibis vetitis [1]).

Aliis ea nominis ratio videtur probabilis, quod, quemadmodum apud Romanos ex usu telonii, hoc est, ex vectigalibus, decimis aliisque reditibus populi Romani, quos publicani exigebant, aut exigendos pretio exhibito venditabant, certa portio principi sive imperatori cedebat, quae et *Quadragesima* vulgo censebatur: ita abstinentiae velut vectigal annuum, quod Deo pendimus, ad illius similitudinem, *Quadragesimae* nomen sortitum fuerit [2]).

Alii vocabulum a numero horarum repetendum esse judicant, quae a morte Christi Domini ad ejus resurrectionem interfuerunt, ab hora scilicet sexta Parasceves usque ad diluculum diei dominici; totum illud spatium enim jejunio *quadraginta horarum continuarum, diurnarum simul ac nocturnarum* initio fuisse veluti sacratissimam τεσσαρακοστήν destinatum, multi ex eruditis docent, qui s. Irenaeum, ab Eusebio *Histor. eccles.* l. 5, c. 24. relatum, interpretantur [3]); exinde translatam conjiciunt appellationem ad jejunium quod 40 aut fere 40 dies complectitur.

Nec desunt, qui nomen inde ductum existiment, quod jejunium hoc inchoatum esset quadragesimo ante Pascha die, quamvis non per omnes quadraginta dies fuerit servatum [4]).

Aliis denique τεσσαρακοστῆς appellatio ab ultimo, h. e., quadragesimo jejunii die derivanda videtur, eodem modo scilicet, quo *Quinquagesimae*, quae est post Pascha. Nam ut Quinquagesima seu πεντηκοστή proprie quidem est dies ulti-

[1]) Confer Alardi Gazaei *commentar. in Cassiani collat.* 21, c. 28, cujus inscriptio haec est: *Quare vocetur Quadragesima, quum triginta et sex tantummodo diebus jejunetur.* (Apud Migne, Patr. lat. t. 49, p. 1204.)

[2]) Vide Alard. Gazaeum l. c. p. 1205.

[3]) Citatum hunc s. Irenaei locum sine ulla dubitatione unum omnium difficillimum dixeris. Doctorum de eo sententias, quae variae sunt, enumerat atque expendit Linsenmayr, pp. 25—31. Ipsum igitur adisis, quia institutae scriptionis modus nos non sinit in eo argumento tractando immorari.

[4]) Consule Zech, *De jure rerum ecclesiasticarum,* tit. 21, §. 457.

mus de quinquaginta illis diebus paschale festum subsequentibus, tamen late sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum, quod est a Pascha ad Pentecosten: sic et Quadragesima proprie quidem est *dies unus de quadraginta*, dies scilicet Parasceves, qui quidem apud Alexandrinos erat *quadragesimus*, latius tamen sumpto termino, designat etiam quadraginta dies jejuniorum, qui Pascha antecedunt. Postremam hanc sententiam praeter caeteros secutus est H. Valesius in *notis ad Eusebii Histor. eccles.* l. c.

De mystica significatione Quadragesimae,

h. e.,

de decimis per eam Deo praestandis.

Pene innumeri sunt, qui de Quadragesima ejusque varia apud christianas nationes observatione scripserunt quique a viris doctis, res ad antiquitates ecclesiasticas spectantes persequentibus passim referuntur. Ex eorum commentariis duos textus tantum hic adducemus, qui prae caeteris idonei videntur ad illustrandam utriusque ecclesiae consensionem in declarandis decimarum rationibus, quae in jejunio quadragesimali inesse credebantur: alterum ex corpore juris canonici ecclesiae occidentalis, alterum ex sanctissimo archimandrita Dorotheo, quem saeculo sexto in Palaestina floruisse, ex Janingo, socio Bollandiano, animadvertimus tomo 1, p. 174.

Priorem textum ex antiquioribus canonum collectionibus [1]) erutum Gratianus *Decreto* inseruit, part. 3, quae *de consecratione* inscribitur, Dist. 5, can. 16. Est autem in haec verba conscriptus:

De observatione Quadragesimae.

Quadragesima summa observatione est observanda, ut jejunium in ea (praeter dies dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt), nisi quem infirmitas impedierit, nullatenus solvatur, quia ipsi dies decimae sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimae usque in Pascha Domini sex hebdomadae computantur, quarum videlicet dies quadraginta et duo fiunt, ex quibus dum sex dominici dies abstinentiae subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent. Verbi gratia, si per 365 dies annus volvitur, et nos per 36 dies affligimur, quasi anni

[1]) Burchardi Wormatiensis († 1026) *Decretorum* lib. 13, c. 1. (Apud Migne, Patr. lat. tom. 140, pp. 884—885); s. Ivonis Carnotensis († 1116) *Decret.* part. 4, c. 34 (ibid. tom. 161, pp. 281—282); Gregorii presbyteri Romani (c. an. 1119) *Polycarpi* l. 3. c. 25 (ibid. tom. 163, p. 755).

decimas Deo damus [1]). Sed ut sacer numerus 40 dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro jejunio consecravit, 4 dies prioris hebdomadae ad supplementum 40 dierum tolluntur, id est quarta feria, quae caput jejunii subnotatur, et quinta feria sequens, et sexta et sabbatum. Nisi enim istos dies 4 superioribus 36 adjunxerimus, 40 dies in abstinentia non habemus. Jubemur etiam ab omnipotenti Deo omnium bonorum nostrorum decimas dare.

Alter ejusdem argumenti locus exstat inter *διδασκαλίας ψυχωφελεῖς* sancti Dorothei apud Migne, Patr. gr. tom. 88, pp. 1787—1788, et ita se habet:

Διδασκαλία ιε΄.

Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν.

Ἐν τῷ νόμῳ προσέταξεν ὁ Θεὸς υἱοὺς Ἰσραήλ, ἵνα καθ᾿ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεκατῶσι πάντα ὅσα ἂν κτήσωνται· καὶ οὕτως ποιοῦντες, εὐλογοῦντο ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐβουλεύσαντο πρὸς βοήθειαν καὶ εὐεργεσίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τοῦτο μειζόνως καὶ ὑψηλοτέρως ἡμῖν παραδοῦναι αὐτὰς τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδεκατῶσαι, καὶ οἱονεὶ ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ, ἵνα οὕτως καὶ εὐλογούμεθα ἐν τοῖς ἔργοις ἡμῶν, καὶ ἐξιλεούμεθα καθ᾿ ἕκαστον ἔτος τὰς ἁμαρτίας ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Καὶ ψηφίσαντες, ἡγίασαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ταύτας ἑπτὰ ἑβδομάδας τῶν νηστειῶν· οὕτω γὰρ ἀφώρισαν ἑπτὰ ἑβδομάδας. Ἀλλὰ οἱ πατέρες τῷ χρόνῳ συνεῖδον προστεθεῖναι αὐταῖς καὶ ἄλλην μίαν ἑβδομάδα, ἅμα μὲν διὰ τὸ προγυμνάζεσθαι, καὶ

Doctrina quinta decima.

De jejunio sancto.

In lege scriptum est, imperasse Deum filiis Israel, ut singulis annis decimas darent omnium, quae possiderent: et id facientes in cunctis operibus suis benedicebantur. Hoc agnoscentes apostoli sancti consuluere commodis et utilitatibus animarum nostrarum, quo decimationem hanc excellentius et magnificentius redderemus: dum scilicet dierum vitae nostrae decimas daremus et sic Deo nostro sacrificaremus, sic ab eo benediceremur in operibus nostris, sic quoquo anno peccata purgaremus, quae per integrum annum essent a nobis perpetrata. Atque hoc inter se tractantes consecrarunt nobis ex trecentis sexaginta diebus septem has hebdomadas jejuniorum. Quibus patres nostri aliam addere cogitaverunt, quo ad labores venturi jejunii prae-

[1]) Prior haec canonis pars totidem ferme verbis habetur apud s. Gregor. M. *hom. 16,* heic jam citat., p. 77. — Caeterum, quum rotunda haec decimarum aestimatio auctori glossae in religionem venisset, conscientiae angore et sollicitudine agitatus, ut fit, hanc notam ad textum in margine apponit: *Quum jejunamus quasi decimam partem totius anni 36 dies, remanent 5 dies et 6 horae. De istis 5 diebus jejunamus 4, sed alio respectu, scilicet ut sacer numerus compleatur; remanet ergo unus dies indecimatus et sex horae licitae, et ita sunt 30 horae indecimatae; sed pro decima istarum horarum in sabbato majori tardius coenamus etc.*

οἷον προομαλίζεσθαι τοὺς μέλλοντας εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόπον τῶν νηστειῶν, ἅμα δὲ καὶ τιμῶντες τὰς νηστείας τῷ ἀριθμῷ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ἣν ἐνήστευσεν ὁ Κύριος ἡμῶν. Αἱ γὰρ ὀκτὼ ἑβδομάδες ὑφαιρουμένων τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν, τεσσαράκοντα ἡμέραι γίνονται, τιμωμένης καθ' ἑαυτὴν τῆς νηστείας τοῦ ἁγίου Σαββάτου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἱερωτάτην καὶ μόνην νηστείαν, ἀπὸ πάντων Σαββάτων τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἱ δὲ ἑπτὰ ἑβδομάδες χωρὶς τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν γίνονται τριάκοντα πέντε ἡμέραι· λοιπὸν προστιθεμένου τοῦ Σαββάτου τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ ἡμίσεως τῆς λαμπρᾶς καὶ φωτοποιοῦ νυκτός, τριάκοντα ἓξ ἥμισυ ἡμέραι εἰσίν· ὅπερ ἐστὶ τὸ δέκατον τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. Τῶν γὰρ τριακοσίων τὸ δέκατόν ἐστι τριάκοντα, καὶ τῶν ἑξήκοντα τὸ δέκατον, ἡ ς', καὶ τῶν πέντε, τὸ ἥμισυ. Ἰδοὺ τριάκοντα ἓξ ἥμισυ ἡμέραι, καθὼς εἴπομεν· αὕτη ἐστὶν ἡ δεκατία, ὡς ἂν εἴπῃ τις, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἣν ἡγίασαν ἡμῖν εἰς μετάνοιαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καθάρσιον οὖσαν τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς εἶπον, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ.

pararemur, et ipsum jejunium numero sanctae Quadragesimae quam Dominus noster integram jejunavit, honoratius redderent. Octo enim hebdomades, subtractis Sabbatis et Dominicis, quadraginta dies perficiunt, praehonorato quoque in se ipso jejunio Sabbati sancti, quod inter caetera jejunia totius anni sanctissimum et verissimum est Septem autem hebdomadae absque Sabbatis et Dominicis triginta quinque dies complent, quibus adjecto Sabbato sancto et media parte illustris illius et splendissimae noctis triginta sex cum dimidio computantur dies; quae decima pars est, si recte numeres, trecentorum sexaginta quinque dierum anni. Trecentorum enim dierum decima pars est triginta; sexagenarii vero numeri, sex; quinarii autem dimidius dies. Haec est decimatio, quam nobis in poenitentiam et purgationem peccatorum nostrorum apostoli sancti consecrarunt.

Ab his non discrepant, quae *Τριῴδιον* de significatione et fine Quadragesimae docet[1]): *Ἰστέον δέ, ὡς ἀποδεκατισμός ἐστιν αὕτη ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστὴ τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ· ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ ῥαθυμίας τοῦ νηστεύειν καὶ τῶν κακῶν ἀργεῖν οὐχ αἱρούμεθα, ὥς τι θέρος ψυχῶν ταύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ θεῖοι πατέρες παρέδοσαν· ὡς ἄν, ὅσα διὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὅλου ἄτοπα διεπραξάμεθα, νῦν συντριβόμενοι, καὶ διὰ νηστείας ταπεινούμενοι, ἀπολείψωμεν, ἣν καὶ φυλάττειν ὀφείλομεν ἀκριβέστερον.*

De minoribus utriusque Ecclesiae Quadragesimis.

In Ecclesia graeca. — *Τεσσαρακοστάς* quatuor observant Graeci, *majorem* scilicet ante Pascha; alteram *Apostolorum;* tertiam *Assumptionis Deiparae;* quartam *Nativitatis, τεσσα-*

[1]) In Synaxar. *Κυριακῆς τῆς τυρινῆς.*

ρακονθήμερον dictum [1]. Tres posteriores Quadragesimae tamen non re sed solo nomine tales sunt, utpote jejunio paucis diebus circumscripto. Vide quae de iis scripsimus tomo 1, ad 1. Augusti pp. 230—231. et ad 15. Novemb. p. 330.

In Ecclesia latina. — A Latinis olim praeter *Quadragesimam majorem* ante Pascha duas alias observatas legimus, alteram scilicet *ante Natale Domini* vulgo *sancti Martini* dictam; alteram *ante festum s. Joannis Baptistae:* quae duae tamen, teste Durando *Ration.* l. 1, c. 9, n. 8 et l. 7, c. 14, n. 9, *propter hominum fragilitatem* ad unam sunt redactae: et iterum illa divisa est in tres hebdomadas Adventus, et tres ante Nativitatem s. Joannis, in quibus olim pari modo erat ex juris praescripto jejunandum atque a nuptiis abstinendum [2]. Sed tu repetas, quae de eodem argumento jam dedimus tomo 1, pp. 176—177. et 187—188.

Harum institutum inde profluxisse viri docti existimant, quod eae poenitentibus uno anno jejunandae indici solerent, ex Burchardo Wormatiensi *Decretorum* l. 19, c. 5, ubi varios dandae poenitentibus satisfactionis modos enumerat [3]: *Per singulos annos quatuor, qui remanent* (ex septenni poenitentia), *tres Quadragesimas per legitimas ferias debes jejunare, primam ante Pascha cum caeteris christianis; alteram ante Nativitatem s. Joannis Baptistae, et si quid remanet, post adimpleas; tertiam ante Nativitatem Domini, a vino, a medone, mellita cerevisia, a carne, sagimine, et a caseo et a pinguibus piscibus.* Confer etiam ejusdem libri c. 9 [4], et s. Ivonem Carnotensem, *Decreti* part. 15, c. 190 [5].

Caeterum de minoribus his tum Graecorum tum Latinorum Quadragesimis fusius hic agere, esset egredi fines nostros; quapropter lectorem harum rerum cupidum ad Gretserum *Notarum in Codinum* l. 3, c. 2 [6] atque ad alios auctores passim adductos [7] relegamus.

---

[1]) *Ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς λοιπὰς τρεῖς, τὴν τῶν ἁγίων, φησί, ἀποστόλων, τὴν τῆς θεοτόκου καὶ τοῦ τεσσαρακονθημέρου· πρὸς γὰρ τέσσαρας τοῦ χρόνου ὥρας καὶ τὰς τεσσαρακοστὰς οἱ θεῖοι πατέρες ἐκδεδώκασι.* Ita Synaxarium cit.

[2]) Quaelibet longiora jejunia identidem fuisse Quadragesimas vocata, docet C. *Accusasti* 8. X. de accusation. (V, 1).

[3]) Apud Migne, Patr. lat. tom. 140, pp. 951—952.

[4]) Ibid. p. 981.

[5]) Ibid. tom. 161, p. 898.

[6]) Id. Patr. gr. tom. 157, pp. 329—330.

[7]) Confersis Du Cange, *Glossar. lat.* verbo *Quadragesima.*

De ratione jejunii quadragesimalis.

Duabus veluti partibus jejunium τῆς τεσσαρακοστῆς constituitur: τῇ ξηροφαγίᾳ et τῇ μονοφαγίᾳ.

Ξηροφαγία, seu *aridus victus*, constat aut *pane et sale cum aqua*, uti tradit s. Epiphanius *Exposit. fidei*, c. 22 [1]), aut *pane, aqua, sale et oleribus*, uti eam describit auctor Constitut. Apost. l. 5, c. 7 [2]).

Ξηροφαγίαν hanc, quam per totam Quadragesimam adhiberi jubet concilium Laodicenum, canone 50 [3]), a recentioribus Graecis etiam firmiter observari, testatur Leo Allatius, *de Dom. et hebd. Graec.*, n. 12, uno tantum excepto die Annuntiationi sacro, quo usus piscium permittitur [4]). Verum ex s. Epiphanio habemus, ξηροφαγίαν ab ipso memoratam l. c. tantum in majori hebdomade ab Ecclesia universa observatam fuisse. Ipse enim triplicem jejunandi ritum distinguit, alterum sex priorum hebdomadum Quadragesimae, qui non tenebatur severa illa xerophagiorum lege, panem dumtaxat et salem cum aqua permittente; alterum eumque austeriorem majoris hebdomadis, qui ea lege erat obstrictus; postremum utroque asperiorem, pietatis causa ab iis usurpatum, qui, majoris hebdomadis partem, immo et totam sine cibo traducentes, dicebantur jejunium *superponere (ὑπερτιθέναι)* et *conjungere (συνάπτειν)*, uti praeter alios habent s. Epiphanius l. c., Tertullianus *de patient.* c. 13 [5]), Constitut. Apost. l. 5, c. 18 [6]), de cujus *superpositionis (ὑπερθέσεως)* indole consuli merentur quae post Du Cange, *Glossar. lat.* verb. *Superpositio*, et Linsenmayr l. c. pp. 28 et 27, ultimus praeclare observat D. Ferrand. Cabrol, *Étude sur la Peregrinatio Silviae* [7]), adductis etiam ad opportunam argumenti illustrationem *apotactitis* [8]),

[1]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 42, pp. 827—828.

[2]) Ibid. tom. 1, pp. 889—890.

[3]) C. *Non oportet.* 8. dist. 3. de cons. Recolas quae in hunc canonem scripsimus tomo 1, pp. 61—62.

[4]) Cfr. tomo 1, p. 6.

[5]) Migne, Patr. lat. t. 1, p. 1269.

[6]) Migne, Patr. gr. t. 1, p. 889.

[7]) Paris. 1895, pp. 135—137.

[8]) Ἀποτακτῖται, qui magna diversitate etiam vocantur ἀποτάκται, ἀποτακτικοί, ἀποτακτισταί, vi vocabuli proprie sunt, qui saeculo *re-*

jejunatoribus scilicet utraque fama tum bona tum mala celeberrimis [1]).

Μονοφαγία seu *unica* in die *comestio*, quae hora legitima capiatur, alteram jejunii partem constituit. Hanc quia Graeci diebus dominicis et sabbatinis non habent [2]), Quadragesimae tempore bis in hebdomade *jejunium solvere* dicuntur, quantumvis et istis diebus *ξηροφαγίαν* stricte servent. Reliquis diebus autem *ξηροφαγοῦντες καὶ μονοφαγοῦντες* ea ratione nunc jejunare solent, ut non solum a carnibus et lacticiniis abstineant sed etiam a piscibus, quia carnem et sanguinem habere creduntur; ovis tamen piscium, squillis, limacibus et cancris vescuntur, vinum bibunt, una refectione contenti [3]).

Latinis canones quidem praescribunt, *ut, quibus diebus a carne animalium abstinent, ab omnibus quoque, quae sementinam* (alias *sementivam*) *carnis trahunt originem, jejunent, lacte videlicet, caseo et ovis, sed piscium esus ita christiano relinquitur, ut hoc ei solatium, non luxuriae pariat incentivum. Vinum quoque ita bibere permittitur, ut ebrietatem omnino fugiamus* [4]).

Et haec quidem ex juris communis praescripto. Nunc vero in multis locis concessum propter fragilitatem humanam

nuntiarunt; ἀποτάττομαι quippe significatione neutra accipitur pro *nuntium remitto, valere jubeo, a me summoveo.*

[1]) Multis testimoniis per viros doctos coacervatis constat, bonam illam famam, ex austeritate jejunii collectam, paulatim concidisse tandemque Apotactitas infamia haereseos aspersos malo rumore flagrasse. Ex ingenti messe ipse D. Cabrol spicam legit p. 136, not. 2.

[2]) *Οὐ μονοφαγοῦσιν*, inquit Leo Allatius l. c.

[3]) Principia, quibus jejuniorum disciplina apud orientales regitur, perspicue ac catholice exponit Rmus. eppus. Magno-Varadinensis rit. gr. Josephus Papp-Szilágyi, *ὁ μακαρίτης*, in *Enchirid. juris eccles. orient.*, part. 2, sect. 2, c. 3, §§. 146—148; quod idem dici non potest de Samuele Klein, dioecesis Fogarasiensis sacerdote, cujus opusculum *de jejuniis ecclesiae orientalis* (typis Kurzbeckii editum Viennae anno 1782) identidem citatum reperies. Praeter enim quam quod commentarius iste multo verbosior quam eruditior est, plura continet parum diligenter compilata et sine sufficienti fide jactata, quem defectum etiam in ejusdem auctoris *historia ecclesiastica* carpit doctissimus Cipariu, capituli metropolitani Alba-Juliensis rit. gr. praepositus, in Collectaneis *Acte sî fragmente,* p. 142.

[4]) Can. *Denique sacerdotes* 6. Dist. 4 (S. Gregor. M. *epist. ad August. Anglorum episc.;* apud Migne, Patr. lat. tom. 77, p. 1351).

esse, ut laxius jejunetur, tum ex dispensatione pontificia, tum ex consuetudinibus legitime servatis, tum ex statutis conciliorum topicorum rite approbatis, satis norunt omnes. Relege annotationes nostras tomo 1, p. 62, ac consule etiam in Collectione Concil. Lacens., tomo 2. canones in indice rerum indicatos sub vocabulo *Jejunium*, p. 650. — Sed de his satis multa, immo plura potius, quam pro scriptionis ratione necesse fuit.

Hebdomada ante Dominicam I. Quadragesimae in ecclesia graeca.

Ἑβδομὰς πρώτη τῶν νηστειῶν ἤτοι καθαρὰ ἑβδομάς.	*Hebdomada prima jejuniorum sive pura hebdomada.*

Quemadmodum in sex hebdomadis Latinorum 36 dies jejuniorum inveniuntur, demptis Dominicis, ita etiam in septem hebdomadis Graecorum totidem dies jejuniorum continentur, detractis Dominicis et Sabbatis, uno tantum excepto paschali. Est autem septima haec jejuniorum hebdomada, cujus supplemento Graeci egent, ut 36 dies jejuniorum confiant, *ἑβδομὰς μ΄. τῶν νηστειῶν* sive *τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς*. Nominatur etiam *καθαρὰ ἑβδομάς*, quod per eam fideles olim divina ope servati essent *puri* atque incontaminati a participatione idolothytorum, quodque nunc, in gratam ejus beneficii memoriam, se utriusque puritatis, legalis ac moralis, summe studiosos profiteantur. *Οἱ χριστιανοί*, inquit Horologion [1]), *καθαίρονται μᾶλλον διὰ νηστείας τὴν πρώτην ἑβδομάδα τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ἣν καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦτο καθαρὰν ἑβδομάδα καλοῦμεν.*

Et *puritatem legalem* quidem sequuntur, dum ineunte hebdomade omnia vasa tum coquinaria tum mensalia diligentiori cura emundant ac quidquid legibus *τῆς ξηροφαγίας* adversari posset, aqua et igne religiosissime purgant; ad *munditiem cordis* obtinendam simul annituntur variis poenitentiae

[1]) Edit. Venet., p. 317; edit. Athenien., p. 340.

jejuniique exercitationibus, quas statim ab initio Quadragesimae majori fervore suscipiunt.

Est ergo τῆς καθαρᾶς nomen huic hebdomadi adscitum, quia ipsis hisce diebus custodia puritatis legalis, in delectu ciborum sitae, ita in Dei Omnipotentis tutelam visa fuit collata, ut eam Ipse insignis miraculi sanctione solemniter confirmasse merito censeretur, quemadmodum fuse narrabitur sabbato proxime sequenti.

Caeterum, eandem illam *puritatis* seu *castimoniae* appellationem etiam a nationibus christianis ritus latini huic hebdomadi ejusque diebus fuisse tributam, statim dicemus ad Feriam IV. Cinerum [1]).

Τῇ β'. τῆς α'. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν· Ἄρχεται ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τεσσαρακοστή.

Hodie igitur magnum austerumque jejunium incipiunt Graeci [2]), quod dies 36 continet, quemadmodum antiquitus etiam apud Latinos observatum fuisse diximus. Utrique in numero dierum ἀποσίτων conveniebant, licet in numero hebdomadum differrent: Graecis, uti animadversum jam est, subtrahentibus a jejunio non tantum dies dominicos, sed etiam sabbatinos, uno tamen excepto sabbato sancto, juxta canonem 66. Apostolorum:

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς	*Si quis clericus deprehendatur die dominico jejunans aut sabbato, praeter unum so-*

[1]) Conferri cum his possunt quae de rationibus appellationis *coenae purae* apud Judaeos habet Baronius, *ad annum 34,* n. 156: Parasceve Paschae, inquit, *coena pura* nominata est, quod eo die Judaei *puro* pane h. e., azymis ipsi *puri* vesci essent soliti.

[2]) Falsum est totum, quod per occasionem ineuntis jejunii quadragesimalis ad hunc diem scribit H. Alt, Doctor Berolinensis, *Kirchenjahr,* p. 211: *Nach den fröhlichen Tagen der Butterwoche* (quam hebdomadem ipsa hac pagina *mjäsopustnaja* vocat) *folgt der Sonntag der Käsewoche, so genannt, weil von nun an nicht mehr Butter, sondern nur Käse gestattet ist;* neque enim, ut alia mittamus, hebdomas τῆς τυρινῆς *(Butterwoche)* vocatur *mjäsopustnaja,* neque Dominica τῆς τυρινῆς a permittendo ab ea caseo nomen traxit, neque tandem in graeco jejunandi ritu unquam abstinentia a caseo pars jejunii quadragesimalis non fuit.

μόνον, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

lum, deponatur; si vero laicus, segregetur [1]).

Quod ab orientalibus institutum scias, ne assentiri viderentur Marcionitarum aliorumque tunc temporis exortis haeresibus, utpote qui sabbato jejunium propterea sanxerunt, ne Deo a Judaeis culto, qui eo die requievit, honorem exhibere vel ritibus illius uti viderentur, ut observat s. Epiphanius, *Haeres.*, l. 1, 42 [2]).

Graecorum morem biduum a jejunio excipiendi s. J. Chrysostom. egregie, ut solet, in usus homileticos confert *in cap. 1. Genes., hom. 11* [3]):

Καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς λεωφόροις εἰσὶ σταθμοὶ καὶ καταγώγια, ὥστε τοὺς ὁδίτας κεκμηκότας διαναπαύεσθαι, καὶ τῶν πόνων λήγοντας οὕτω πάλιν ἅπτεσθαι τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ δὲ ἀκταὶ καὶ αἰγιαλοὶ καὶ λιμένες εἰσίν, ὥστε κἀκεῖ τοὺς ναυτιλλομένους μετὰ τὸ πολλὰ κύματα διαδραμεῖν, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀνέμων ἐμβολὰς ἀντιστῆναι, μικρὸν ἀνεθέντας, οὕτω πάλιν τῆς ναυτιλίας ἅπτεσθαι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν, ἐπὶ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, τοῖς τὸν δρόμον τῆς νηστείας καταδεξαμένοις, καθάπερ σταθμούς, καὶ καταγώγια, καὶ ἀκτάς, καὶ αἰγιαλούς, καὶ λιμένας, τὰς δύο ταύτας ἡμέρας τῆς ἑβδο-

Nam quemadmodum in viis publicis sunt stationes et diverticula, in quibus fessi viatores et respirant et quiescunt, ut postea iter suum conficiant; et sicut in mari littora sunt, et portus, ut ibi nautae, postquam multos fluctus trajecerunt et ventorum impetui restiterunt, tantisper quiescant, et sic iterum navigare incipiant: ita et nunc iis, qui in Quadragesima jejunii cursum suscepere, quasi stationes et diversoria, et littora et portus, hosce duos hebdomadae dies Dominus quietem largitus est, ut et corpori aliquantulum jejunii laborem remittentes, et

[1]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 137, pp. 169—170. Consonant Constitutiones Apostolicae, l. 5, c. 15 (ibid. tom. 1, pp. 881—884) et l. 7, c. 23 (ibid. pp. 1013—1016).

[2]) Ibid. tom. 41, pp. 669—670. Post exstinctas praedictorum haereses, sabbatum etiam jejuniis celebrandis, a multis occidentalibus ecclesiis praesertim, dedicatum est, prout ex jure sacro animadvertimus tomo 1, p. 62. Orientalium consuetudinem vero nunquam damnavit ecclesia Romana; immo a Benedicto PP. XIV. Constitut. *Etsi pastoralis* edit. d. 26. Maji, 1742, § 9, nn. 8—10. extra Quadragesimam tolerandus dicitur apud Graecos usus carnium die sabbati, si sine scandalo fieri potest; in locis autem ipsorum et inter eos tantum. (Bullar. ejusdem Pontificis, tom. 1, p. 81, editionis Venetae anni 1768.) — De inexpiabili schismaticorum odio jejunii sabbatini lectu digna reperies in „*Zeitschrift für kath. Theologie*“ 1894, p. 343.

[3]) Ibid. tom. 53, p. 92.

μάδος βραχύ τί διαναπαύεσθαι κεχάρισται ὁ Δεσπότης, ἵνα καὶ τὸ σῶμα μικρὸν ἀνέντες ἀπὸ τῶν πόνων τῆς νηστείας, καὶ τὴν ψυχὴν παραμυθησάμενοι, πάλιν παρελθουσῶν τῶν δύο τούτων ἡμερῶν, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ μετὰ προθυμίας ἅπτωνται οἱ τὴν καλὴν ταύτην καὶ ἐπωφελῆ ὁδοιπορίαν ποιούμενοι. Φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ τῆς ἀνέσεώς ἐστιν ἡμέρα σήμερον, παρακαλέσωμεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, τὰ ἀπὸ τῆς νηστείας συλλεγέντα κέρδη μετὰ ἀσφαλείας φυλάττειν, ἵνα μικρὸν διαναπαυσάμενοι, πάλιν προσθήκην ἐργάσησθε τοῖς προλαβοῦσι, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν μεγάλην τὴν ἐμπορίαν ἑαυτοῖς κατασκευάσαντες, οὕτως εἰς τὴν κυρίαν ἡμέραν ἀπαντήσητε, καὶ πεπληρωμένην ὑμῶν τὴν ὁλκάδα τὴν πνευματικὴν εἰς τὸν λιμένα τῆς ἁγίας ἑορτῆς εἰςαγάγητε.

animam recreantes, exactis duobus illis diebus, in pulchre coepto itinere alacriter pergant ii, qui illud susceperunt. Age igitur, quia hodie remissionis dies est, obsecrabimus vestram caritatem, ut magna diligentia lucrum ex jejunio collectum custodiatis: et resumpto parumper spiritu, mox iterum priora novis incrementis cumuletis, et sic paulatim ad majorem negotiationem instructi, in Dominicum diem occurratis, et spiritualem vestram navim in portum sanctae festivitatis plenam adducatis.

Primis quatuor diebus primae jejuniorum hebdomadae Graeci recitant *magnum canonem poenitentialem* s. Andreae Cretensis, in quatuor *τμήματα* seu partes diurnas divisum, quem solemni ritu integrum cantant feria V. hebdom. V, ut dicetur infra. *Ἑρμηνεῖαι* Triodii ea de re hodie generatim praescribunt *ἐν τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν ἀποδείπνων: Εἶθ' οὕτως ἀρχόμεθα τοῦ μεγάλου κανόνος, ποιοῦντες αὐτὸν τμήματα δ'. καθ' εἱρμόν, ὡς πληροῦσθαι τοῦτον τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας*[1]). Typicum vero speciatim ipsum recitationis ritum ex ordine *τῆς κατανυκτικῆς ἀκολουθίας τοῦ μεγάλου κανόνος* definit: *Μετὰ τὴν δοξολογίαν ἀρχόμεθα ψάλλειν τὸν μέγαν κανόνα. Ἀφ' ϛ'. ᾠδῆς ψάλλομεν ἀργῶς Ψυχή μου, ψυχή μου*[2]). *Πληρουμένου δὲ τούτου, ψάλλ. ἡ ζ'., ἡ η'. καὶ ἡ θ'.* Sed haec omnia in ipso officio proprio magni canonis videantur[4]).

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ β'. τῆς α'. ἑβδομάδος. Eadem feria II. hebdomadis primae jejuniorum in nonnullis Kalendariis hungaricis[5]) signatur

[1]) Edit. rom. an. 1879, p. 135; edit. venet. 1870, p. 78.
[2]) Hoc *κοντάκιον* sistemus ipsa feria V. *τοῦ μεγάλου κανόνος.*
[3]) Edit. cpolitan. an. 1874, p. 214.
[4]) Edit. rom. pp. 462—493; edit. venet. pp. 258—277.
[5]) Ex his in manibus est *Szent-István-Társulat naptára.* Budapest. 1880.

vajas hét vége, h. e., *finis hebdomadis* τῆς τυρινῆς. Et id recte quidem. Verum, quod hesterna Dominica, quae hanc hebdomadem clausit, ibidem hungarice vocetur *zsirhagyó vasárnap, Dominica ablationis pinguium* sive *adipis*, et non *vajhagyó vasárnap*, id duplici de causa probari non posse videtur. Et primo quidem, quia id proprium est ritui graeco, ut hebdomas a Dominica proxime sequenti, tanquam a termino suo, nomen habeat. Unde, sicut in originali ἑβδομάδι τυρινῇ appellationem dedit sequens κυριακὴ τῆς ἀποτυρώσεως, et in versionibus authenticis apud Slavos *sedmica syrnaja* nuncupatur a propria sua Dominica, quae *nedělja syropustnaja* est, et apud Rumenos similiter *septeman'a brândiei* a *Dominec'a lasatului de brândia*: ita et hungarice, ex ejusdem ritus graeci indole, Dominica illa, a qua *vajas hét* nomen invenit, *vajhagyó vasárnap* dici debet. — Accedit eo, quod secus merito timendum sit, ne, vocabulo *zsirhagyó vasárnap* perperam accepto, insignis ille περὶ τῆς ἀποτυρώσεως κανών ecclesiae orientalis aliter omnino intelligatur, ac propositus in exemplari graeco est. Quum enim vox *zsir* indistincte omne genus *adipis* seu *pinguium*, quibus adipantur cibi, peraeque significet, nomen compositum *zsirhagyó vasárnap, Dominica tollendi adipis*, simplici bonaeque fidei homini insinuat, per hebdomadam τυρινήν, quae hac *Dominica ablationis adipum* terminatur, usum adipis bubuli, suilli, ovilli, anserini aliorumque animalium esse concessum, quod tamen genuino sensui canonum repugnat. Ad praecavendum errorem igitur retinendus est terminus originalis τῆς ἀποτυρώσεως atque ad literam vertendus *vajhagyó vasárnap*, sicque ex ipso usu liturgico omnes recte interpretabuntur *Dominicam ablationis casei, butyri* aliorumque lacticiniorum, quae sola, seclusis adipibus coctis, per eandem hanc hebdomadem τῆς τυροφάγου adhibere licet.

Nec minus improbari nobis aliam versionem profitemur, quam tabellae festorum mobilium ecclesiae orientalis ibidem insertam reperimus [1]), nimirum κυριακῆς τοῦ ἀσώτου in *hetvened vasárnap*, h. e., *Domin. Septuagesimae.* Praeter enim quam quod idea *Septuagesimae* Latinorum omnino aliena sit ab anno ecclesiastico orientalis ecclesiae eique illata non nisi confusionem pariat, per ejusmodi mixturam elementorum latinorum et graecorum peccari nobis videtur contra omnes illas juris praescriptiones, quibus utriusque ecclesiae ritus in pristina sua puritate atque integritate sartus semper tectusque servari jubetur [2]). Si ergo necessarium fuerit, in Kalendariis civilibus mixti styli annum ecclesiasticum orientalem, lingua vulgari adhibita, populi consuetudini tradere, erunt, sententia nostra, appellationes festorum, quantum fieri poterit, ad verbum ex originali exprimendae, atque inde quatuor priores Dominicae Triodii, quae Quadragesimam antecedunt, hac ferme ratione efferendae:

---

[1]) Pag. 17.

[2]) Huc faciunt, quae ex jure enotavimus tom. 1, pp. 30—31.

Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου. Ἀρχὴ τοῦ τριῳδίου.	*A farizeus és publikánus vasárnapja. A triodium kezdete.*
Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου.	*A tékozló fiu vasárnapja.*
Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω.	*Hushagyó vasárnap.*
Ἑβδομὰς τυρινή.	*Vajas hét.*
Κυριακὴ τῆς ἀποτυρώσεως.	*Vajhagyó vasárnap.*

Quae tamen omnia animadversa volumus salvo meliori doctorum judicio.

Hebdomada Quinquagesimae in Ecclesia latina.

Quoniam antiquitus observantia quadragesimalis ex jure communi ducebatur a Dominica I. Quadragesimae, strictum jejunium vero a feria II. proxime sequenti, omnes sex dies, qui medii interjacent inter Dom. Quinquagesimae et Dom. I. Quadragesimae, ad ipsam hanc hebdomadam Quinquagesimae pertinere leguntur. Sic dies, qui feriam IV. Cinerum excipiunt, quique nunc in Breviario et in Missali inscribuntur *feriae VI.* et sabb. *post cineres*, in Sacramentario a Gelasio PP. I. confecto circiter an. 495 [1]) dicti sunt: *feria VI. in Quinquagesima; Feria VII. in Quinquagesima; Dominica in Quadragesima inchoantis jejunii* [2]); atque etiamnum in Secreta hujus Dominicae ex ejusdem codicis formula *sacrificium quadragesimalis initii* immolare nos profitemur.

Quodsi postea praeviae purificationis causa [3]) quatuor dies sunt additi jejunio quadragesimali, in officiis ecclesiasticis tamen hodieque tempus quadragesimale a Dominica I. Quadragesimae incipere dicitur.

---

[1]) Cfr. Muratori *de rebus liturgicis,* c. 5; apud Migne, Patr. lat. tom. 74, p. 887.

[2]) Apud Migne, l. c. pp. 1065—1066.

[3]) *Questi quattro digiuni,* inquit Cardin. Thomasius, tom. 7, p. 188, *erano come le quattro tempora fuori di Quaresima, ed erano preparatorj per riceverla; e perciò negli ufficj non si fa menzione di Quaresima, ma solo di digiuni:* Praesidia militiae christianae sanctis inchoare jejuniis. Simili ferme ratione Durandus antea dixerat *Rational.* l. 6, c. 28, n. 4, anticipationem termini communis eo spectare, ut demum *purificati sacrum jejunium inchoemus.*

Fer. III. *Dies tollendarum carnium* saepe vocatur. Occitanis erat *carementranus (carême entrant),* h. e., *Quadragesima intrans,* dies scilicet finiendo esui carnis destinatus. Eodem sensu etiamnum inscriptus legitur in Kalendariis hungaricis *hushagyó kedd,* seu *feria III. carnis tollendae.*

Fer. IV. Cinerum. Caput jejunii.

In Martyrologio romano annuntiatur: *Dies cinerum et initium jejunii sacratissimae Quadragesimae.* — Quoniam hodie jejunium, non autem Quadragesima proprie dicta, incipit, in authenticis libris feria haec *caput jejunii* appellari solet, et non *initium Quadragesimae* [1]). In eodem Sacramentario titulum habet [2]): *In jejunio prima statio. Feria IV.;* ex quo textu, conjunctim cum pluribus aliis rationibus liturgicis sumpto, Cardinalis Thomasius l. c., pp. 187—188 contra Menardum evincit, multo ante s. Gregorium M. (590—604) quatuor posterioribus hebdomadae Quinquagesimae diebus jejunium fuisse institutum. Neque possumus nos hic non admirari, quanam ratione fieri potuerit, ut erudito hoc saeculo 19. atque in docta Germania nostra duo celebrati scriptores protestantes Mejer et Jacobson antiquam hallucinationem Socratis, *Hist. eccles.,* l. 5, c. 22 [3]) *de tribus, quibus apud Romanos saeculo quarto jejunium quadragesimale constitisset, hebdomadis,* adeo suam facerent, ut vel addubitandum putarent, utrum quadragesimalis observantia jam sub Gregorio M. ultra praetensos illos fines ad sex hebdomadas extensa fuerit [4]). Qua in quaestione in majorem etiam stuporem id nos conjicit, quod ambo, propter juris scientiam a suis magnifice collaudati ut sunt, non sine eruditionis ostentatione lectorem in erroris confirmationem ad Correctores Rom. Decreti Grat. in c. *Quadragesima* 5. *Dist. 16. de cons.* relegant, tanquam si Correctores, dum testantur, hoc caput non

[1]) Cfr. Card. Thomas. l. c., p. 189, et Tetam. *Diar.,* t. 2, pp. 4 et 17.

[2]) Apud Migne, l. c. p. 1065.

[3]) Apud Migne, Patr. gr. t. 67, pp. 631—632.

[4]) Jacobson, *Fasten in der christlichen Kirche,* in Real-Encyklopaedie für protestantische Theologie und Kirche von Herzog (an. 1855) t. 4, p. 335; Mejer, ibid. (edit. 2. anni 1879) p. 505.

integrum esse ex homilia 16. s. Gregorii M. desumptum (prout imperitus lector ex praefixa rubrica conjicere potuisset), de veritate eorum dubitassent, quae eidem ex ipsa hac homilia certo inserta videbant. Sed relege, quae annotavimus p. 81.

Socratem autem esse hallucinatum, praeter argumenta a Card. Thomasio allata, manifeste probant contraria ss. Patrum testimonia, quae magno numero congesta sunt a Natal. Alex. *Dissert 4, ad saec. 2,* art. 3. Et quoniam idem hic Socratis textus a perpaucis quibusdam antiquis auctoribus parum considerate fuit descriptus, legisse juverit Binterim, *Denkwürdigkeiten,* t. 5, part. 2, pp. 48—51, ubi etiam difficultatem ex primo illo fonte exortam sufficienter explicatam invenies.

Feria haec IV. Quinquagesimae in libris liturgicis *dies cinerum* vocatur a sacris cineribus, qui in capite jejunii, olim poenitentium, hodie fidelium omnium capitibus imponuntur, hac adhibita formula: *Memento homo, quia pulvis es, et in pulverem reverteris.* Eandem appellationem et in nostris Kalendariis civilibus retinuit, ut notum est ex nominibus germ. *Aschermittwoch;* slav. *pepelnica,* vel (bohem.) *popelečni st.,* vel (polon.) *popielec,* vel (ruthen.) *popelec,* vel (serb.) *pepelàva sreda;* hung. *hamvazó szerda;* rumen. *mercuria cenusii;* gall. *mercredi des cendres,* etc. Praeter hanc plerisque omnibus communem nomenclaturam nuncupatur in Dalmatia, Croatia et Serbia *čista sreda* vel *srieda,* h. e. *feria IV. pura,* sive quod nomen e vicinis Graecis ad Latinos transierit, sive quod initium quatuor illorum dierum sit, quos Latini temporis decursu antiquae ac canonicae Quadragesimae, *praeviae purificationis ergo,* voluerunt adjectos, prout explicatum heic est p. 87 et 91.

Salutares sacrorum cinerum utilitates ac singulare mysterium prae aliis scite pieque declarat s. Carolus Borromaeus loco mox indicando.

In nonnullis ecclesiis occidentalibus dies cinerum olim *festis intercisis* annumeratus erat, ut adeo *usque ad meridiem feriandum esset,* ac *nemini nisi audito sacro, ad labores aut negotia sua redire licuerit* [1]).

[1]) Ita concilium Trevirense an. 1549, § 10. Apud Hardouin. concil. t. 9, p. 2146.

Antiquos diei ritus ex prioribus juris collectionibus [1]) refert Gratianus c. *In capite Quadragesimae* 64. Dist. 50, quem quia paucis complectitur quae in variis auctoribus ea de re sparsa ac fuse disputata inveniuntur, ex canonum codice hic repraesentandum censemus:

In capite Quadragesimae omnes poenitentes, qui publicam suscipiunt aut susceperunt poenitentiam, ante fores ecclesiae se repraesentent episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu et vultu protestantes. Ibi adesse debent decani, id est archipresbyteri parochiarum et presbyteri poenitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, et secundum modum culpae poenitentiam per praefatos gradus injungere. Post haec eos in ecclesiam introducant, et cum omni clero septem poenitentiales psalmos in terra prostratus episcopus cum lacrimis pro eorum absolutione decantet; tunc resurgens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat, et cum gemitu et crebris suspiriis denunciet eis, quod sicut Adam projectus de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab Ecclesia abjiciuntur: post haec jubeat ministris, ut eos extra januas ecclesiae expellant, clerus vero prosequatur eos cum responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane tuo etc., ut, videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parvipendant poenitentiam. In sacra autem Domini coena rursus ab eorum decanis et eorum presbyteris ecclesiae liminibus repraesententur.

Ab hoc cilicio cum cineribus imposito Urbanus PP. II. *caput jejunii* appellat diem cineris et cilicii, *post quem nullus omnino laicus carnibus vesci audeat* [2]).

---

[1]) Refertur jam hic canon inter *Capitula* Theodori, archiepiscopi Cantuariensis saeculo 7. ad finem vergente, c. 11 (apud Migne, Patr. lat. tom. 99, p. 940); inde transiit in collectionem Reginonis Prumiensis abbatis saeculo 9, *De ecclesiasticis disciplinis*, l. 1, c. 291 (ibid. tom. 132, p. 245), et, duobus post saeculis, iterum reperitur apud Burchardum Wormatiensem, *Decretorum*, l. 19, c. 26 (ibid. tom. 140, p. 984), ex quibus eum assumpsit s. Ivo Carnotensis *Decreti*, p. 15, c. 45 (ibid. tom. 161, p. 867).

[2]) Conc. Benevent. anni 1090, can. 4. Apud Hardouin. Conc. t. 6, p. 1696.

Cineres olim ex cremiis *fasciarum confirmationis*[1]) et ramorum seu sarmentorum benedictorum conficiebantur. Eorum usum autem in Ecclesia introductum citati canones ostendunt ad significandam et excitandam poenitentiam et cordis humilitatem; quapropter s. Carolus Borromaeus *fideles a parochis suis ipso hoc die moneri vult, quam religiosa intimi animi pietate, quam humili contritoque corde, quam humili demissoque vestitu ad eam actionem conveniant; quamque serio secum statuant, illos jejunii dies in amaritudine animae suae traducere ad peccatorum satisfactionem*[2]).

Alium ritum hac feria *cum cinerum aspersione* adhiberi solitum paucis attingit b. Aelredus, abbas Rienvallensis[3]), in Anglia († 1168), in *Regula sive institutione inclusarum* c. 18[4]): *Ut sciamus etiam, quod in hoc exilio negatur nobis visio Dei, appenditur velum inter nos et sancta sanctorum*[5]). Inde rubrica nostra manavit, qua hodieque ante Vesperas Sabbati Dominicae Passionis in ecclesiis latinis cruces et imagines velari jubentur.

Feria VI. post cineres. Sacrae spineae Coronae D. N. J. Ch.

Originem duxit praesens hoc festum a solemni illa pompa, qua s. Ludovicus sacrosanctam spineam coronam a Venetis redemptam[6]) ac Parisios allatam in regia aede sacra magnificentissime extructa collocavit an. 1241. Inde vero in

---

[1]) Vide Concilium Bituricense anni 1584, tit. 20, can. 6. Apud Hardouin. conc. tom. 10, pp. 1479—1480.

[2]) Conc. Mediolan. V. anni 1579, part. 1, § 6. Ibid. t. 10, p. 972.

[3]) Colitur b. Aelredus die 12. Januarii. Vitam a Bollandianis illustratam Januarii tomo 2, pp. 30—33, exhibet Migne, Patr. lat. t. 195, pp. 195—204.

[4]) Sub titulo *De vita eremitica ad sororem* exstat inter opera s. Augustini, in Append. ad tom. 1, h. e., Patrol. citatae tomo 32, p. 1457.

[5]) Alias hujus et caeterorum velorum significationes proponit Durandus *Rational.* l. 1, c. 3, nn. 34—35.

[6]) Balduinus II., imperator CP. lat., bello a Graecis pressus gravique inopia coactus, pretiosissima dominicae passionis monumenta Venetis ingenti pretio oppignoraverat an. 1238. Ea non ita multo post s. Ludovicus IX, Galliae rex, magnis opibus redemit atque Parisiis, ducta prius sacra pompa, in sacello regio deposuit. Cfr. Act. SS. August. t. 5, pp. 372—373.

varias Galliae et Germaniae ecclesias paulatim propagatum fuit [1]), quemadmodum adductis exemplis ostendit Benedict. PP. XIV. *De serv. Dei beatific. et beat. canoniz.*, l. 4, part. 2, c. 14, nn. 13—16. Auctores ea de re tractantes, post Benedict. XIV. l. c. et Moroni, *Dizionario*, t. 68, p. 289, refert *Kirchenlexikon*, t. 3, 1889, edit. 2.

Τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῆς τεσσαρακοστῆς.

Ἀνάμνησις τοῦ διὰ τῶν κολλύβων γενομένου θαύματος παρὰ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τύρωνος [2]).

Slav. *V pervuju subbotu Četyridesjatnicy. Pamjat byvšago čudese koliva ot svjatago velikomučenika Teodora Tirona.* Rumen. *Sambata anteiei septemana a Paresemiloru. Amentirea minunii, ce s'a facutu preintru coliva de s. marele martoru Teodoru Tironu.*

Insigne hoc miraculum contigisse anno 362, furente Juliani apostatae persecutione, jam annotavimus tomo 1, p. 106; indicata etiam, quae paulo post de eo pronuntiata fertur *homilia* s. Nectarii CPolitani antistitis [3]): *Δι' ἣν αἰτίαν τῷ πρώτῳ σαββάτῳ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑορτάζομεν τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου* [4]).

In vulgata editione Triodii titulus synaxarii festum solemniter annuntiat: *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, σαββάτῳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, τὸ διὰ τῶν κολλύβων παράδοξον θαῦμα τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τύρωνος ἑορτάζομεν* [5]).

[1]) In antiquissimo „*Ecclesiasticorum rituum codice*" ecclesiae *Lugdunensis* jam exhibetur oratio „*Praesta quaesumus*", quam hodieque immutatam in Officio et Missa recitamus.

[2]) In antiquo codice bibliothecae Barberinianae titulus festi est: *Εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Θεόδωρον τὸν Τήρωνα.* Cfr. Card. Quirini, l. c. p. 134.

[3]) Apud Migne, Patr. gr. t. 39, pp. 1821—1840.

[4]) Quoniam s. Nectarius regiae urbis pontificatum gessit ab anno 381 ad an. 397 (cfr. tom. 1, p. 300), gravissimum sane testimonium est, quod ejus sermone pro antiquitate hujus solemnitatis profertur.

[5]) In novissima editione Romana, in qua omnia synaxaria deleta esse jam diximus supra pp. 21—22, hoc die cum synaxario vel ipsa festi annuntiatio omissa est: quae tamen habetur in Horologio iisdem Romanis typis edito an. 1876.

Quas in longiori synaxario, huic rubricae subjecto, Nicephorus Callistus verbose declarat festi rationes, eas ipse in brevem hanc summam collectas reddit *Ecclesiast. histor.* l. 10, c. 12:

Ὅπως ὁ ἀποστάτης τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια μιαίνειν προσέταττε· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Τήρωνος.

Ut apostata res venales in foro polluendas mandarit: et de sancto Theodoro Tirone[1].

Μικρὸν δὲ προϊὼν παῤῥησιαίτερον ὁ ἀποστάτης, μᾶλλον δὲ ἀναιδέστερον τῇ ἀσεβείᾳ χρώμενος, κατὰ τῆς εὐσεβείας ὡπλίζετο. Μὴ ἔχων δ' ὅ τι καὶ δρᾷ, τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια τοῦ μιάσματος ἐπίμπλα· περιεῤῥαίνοντο γὰρ τοῖς ἐκ τῶν θυσιῶν αἵμασί τε καὶ ἀλιγήσμασιν, ὅσα ἐδώδιμα· ἄρτοι καὶ κρέα καὶ ὀπῶραι καὶ πόπανα· ἃ δὴ τὰ πρῶτα μὴ ὑφορώμενοι οἱ τῆς τοῦ σεσωκότος προσηγορίας μετεσχηκότες, θείας ἄνωθεν προμηθείας κατηξιοῦντο. Τὸν μάρτυρα γὰρ Θεόδωρον πέμψας ἀοράτως Θεὸς τῷ τῆς πόλεως ἀρχιερεῖ (Εὐδόξιος οὗτος ἦν), ἐνεκελεύετο ἀπέχεσθαι μὲν τοὺς εὐσεβεῖν ᾑρημένους τῶν ἐπ' ἀγορᾶς τεθειμένων, σῖτον δὲ λέβησιν ἕψοντας, ἃ ἐν Εὐχαΐτοις κόλλυβα[2]) εἰώθασι λέγειν[3]), παραμυθεῖσθαι τὴν ἔν-

Paulum vero progressus apostata, liberius ac potius impudentius impietate usus, arma sua contra pietatem expedivit. Et cum quod faceret non haberet, res in foro venales inquinatione imbuit. Infecta namque sunt sacrificiorum sanguine et contaminatione esculenta: panes videlicet, caro, poma et placentae. Quae cum primum non animadverterent, qui Servatoris nomine censentur, coelitus ejus rei providentia divina sunt admoniti. Nam Deus Theodoro martyre arcano modo misso, urbis ejus episcopo (Eudoxius is fuit) mandavit, ut qui pie vivere statuissent, eos abstinere a rebus juberet, quae in foro venum propositae essent: triticum autem in ollis coquerent — κόλλυβα, hoc est, frumentum coctum, apud Euchaïtas nominare solent —, eoque

[1]) Migne, Patr. gr. t. 146, pp. 473—474.

[2]) In Triodio κόλλυβα simpliciter dicuntur ἑψητὸς σῖτος, *frumentum aqua coctum, elixatum* seu *pulmentum;* in Horologiis Veneto et Atheniensi autem βρασμένος σῖτος, quod tantumdem ferme valet.

[3]) In homilia Nectarii vocantur etiam κόλβα et κόλβια, alibi κόλυβα.

δειαν. Τοῦτο δ' ἐκέλευε κατὰ τὴν μεγάλην τῆς νηστείας ἡμέραν [1])· *ὃ δὴ καὶ ἐξ ἐκείνου ἡ Ἐκκλησία τὴν μνήμην ἀνανεουμένη τοῦ πεπραγμένου, ἐς δεῦρο πράττει πανηγυρίζουσα. Θεόδωρος δ' οὗτος ἦν, ὃς ἐκ τοῦ Τηρωνικοῦ τάγματος Τήρων ὠνόμαστο· καὶ ἐπὶ Μαξιμίνου τὸ τοῖ μαρτυρίου διήνυσε στάδιον λάβρῳ παραδοθεὶς τῷ πυρί.*

inopiam solarentur. Id vero magno jejunii die praeceptum: ex eo tempore facti memoriam renovans Ecclesia, et celebrem agens conventum, ad hunc usque diem observat. Theodorus autem iste est, qui ex Tironum ordine *Tironis* nomen accepit [2]) et sub Maximino ad ignem voracem damnatus, cursum suum in martyrii stadio pulchre peregit (die scilicet 17. Februarii, anni 306).

Sic igitur Graeci, tanti beneficii memores, hoc primo jejuniorum sabbato *insignis victoriae martyri Theodoro,* verba sunt Nectarii, *hilare ac splendidissimum festum (τῷ καλλινίκῳ μάρτυρι Θεοδώρῳ ἑορτὴν φαιδράν τε καὶ ὑπέρλαμπρον)* celebrant cum solemni collyborum apparatu, omne genus operis pistorii, panem dulciarium, placentas mellitas [3]) aliosque pre-

[1]) In Triodii synaxario habetur: *κατὰ τὴν πρώτην τῶν ἁγίων νηστειῶν ἑβδομάδα*, quam ipsam *primam jejunii Graecorum septimanam* dies festus martyris anno 362 terminabat; confecto namque calculo Paschali, in annum 362 hae notae chronographicae congruunt: Cyclus solis 7, ideoque litera dominicalis F (De computo ecclesiast. p. 84); Cyclus lunae sive Numerus aureus 2 (ibid. p. 73); atque inde Pascha 31. Mart. (ibid. pp. 109—110) et Dominica I. Quadragesimae 17. Februar. Eo anno igitur *σαβ. α'. τῶν νηστ.* erat *προεόρτιον* ipsius anniversariae solemnitatis martyrii, quod Sanctus subiit 17. Febr. an. 306, Dominica *τῆς ἀπόκρεω*.

[2]) Addit haec Nicephorus, ne cum Sancto nostro alter *Theodorus ὁ Στρατηλάτης, Euchaïta* et ipse, confundatur; hic enim ideo maxime per ea tempora erat toto Oriente celebratissimus, quod, quum christianorum armis semper favisset e coelo, praesertim Joannis Tzimiscis tempore tantae Scytharum in Graecos praeliantium stragis auctor fuisset, ut ei gratiam pro ope lata relaturus Tzimisces, templo, in quo is humatus erat, destructo aliud magnificentius exstructum amplissimis reditibus ditaverit, et urbem, Euchaneiae sive Euchaïtae nomine suppresso, *Theodoropolim* vocarit anno 971. Plura de eo e libris Coptarum a nobis eruta invenies in Actis literariis *Zeitschrift für kath. Theologie,* 1880, pp. 120—123.

[3]) Ex ipsis his, quae die collyborum multis in locis erogari solent, *mellitis* placentis inducti in errorem videntur juvenes clerici Munkacsienses rit. gr., ut in egregio suo opusculo populari *A gör. szert. kath. egyház ünepeinek értelmezése,* p. 59 (Eger, 1878) *κόλλυβα*, quae s. Theodorus

tiosos cibos e farina artificiose paratos profusa in omnes largitate erogantes.

Sed enimvero historia haec tota miraculi τῶν κολλύβων displicet Morcellio, *Kal. CP.*, qui serius confictam putat tomo 1, p. 304, causa fingendi in studio Graecorum sequiorum, in studio urbis CP. et amore erga martyrem reperta; nec aliam rationem videt, cur memoria Sancti primo jejuniorum sabbato coleretur, nisi ipsum tempus, quo anniversaria certaminis ejus solemnia recurrebant. Quum enim mense Februario agenda essent, quo jejunia inchoantur, nec horum diebus ex veteri Ecclesiae praescripto, sabbatis tantum et dominicis diebus exceptis, sanctorum martyrum celebritatibus locus esset [1]), aedificato CPoli primo martyris templo [2]) con-

parari distribuique jussit, speciem quamdam coctae placentae *mellitae* (*főzött mézes* buza) dixerint, quum ea tamen nonnisi simplex frumentum aqua coctum sive *farinam elixatam*, h. e. pulmentum, fuisse, et textus supra allati sufficienter probent et libri liturgici Melchitarum etiam sua versione confirment; in his enim κόλλυβα lingua arabica totidem verbis *elqamch elmeslûq*, h. e., *farina cocta* sive pulmentum vocantur. Idea *melleae dulcedinis* enim tunc primum notioni collyborum illata videtur, quum ea vario genere ἡδυσμάτων sive καρυκευμάτων respersa in Sancti alicujus honorem vel defunctorum memoriam ac subsidium offerri coepissent: contendentibus Graecis, per ejusmodi ἡδύσματα Sancti vel mortuorum virtutes repraesentari, quemadmodum variis Graecorum testimoniis allatis eos docuimus, qui Acta oenipontana *„Zeitschrift für kath. Theologie"* (1892, pp. 350—352) habent eaque legere non pigritantur. Alii consulere poterunt, quae de utraque hac collyborum specie disputat Goar. *Euchol.*, pp. 527—528.

[1]) Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς.

Quod non oporteat in Quadragesima martyrum natalitia celebrare, sed sanctorum martyrum facere commemorationes in sabbatis et dominicis.

Ita Concil. Laodicen. anni 372, can. 51, apud Hardouin. Concil. tom. 1, p. 790, et Migne, Patr. gr. tom. 137, pp, 1409—1410. Refertur in jure can. *Non oportet* 9. C. XXXIII. q. 4.

[2]) Sancto Theodoro Tyroni tria templa CPoli dicata fuisse constat. In iis praecipuum erat ἐν τοῖς Σφωρακίου, *in aedibus Sphoracii*, in Sophiani templi vicinia situm (cfr. Codin. *De aedificiis CPolitanis*, apud Migne, Patr. gr. tom. 157, pp. 557—558; Menaea ad d. 17. Februar., et Du Cange *CPolis christiana*, l. 4, c. 6, n. 102); alterum τοῦ Κλαυδίου dicebant, quod idem Du Cange sanctae Helenae tribuit l. c. n. 101; tertium vocabant τὰ Καρβουνάρια, quod idem Hilarii Patritii opus fuisse ait sub Leone Magno, l. c. n. 100.

stitutum existimat, ut memoria ejus, quae, si diem martyrii secuti essent, saepe omitti ex illa lege debuisset, sabbato primae jejuniorum hebdomadae quotannis pro 17. Februarii annexa haberetur.

At si consideremus, s. Nectarii homiliam non ita multo post fuisse pronuntiatam, sique diligentius examinemus, quae de eodem eventu post Baronii *Annal. ad an. 362.* inter caeteros scripsit Gallandus, *Veterum PP. biblioth.*, tom. 14, Append. p. 6 [1]), facile, opinor, cuique appareat, pleraque omnia argumenta, quibus narrationis auctoritas Morcellio elevari videtur, sufficienter esse remota. Verum haec mittimus, quia qui pleniorem de iis notitiam desideraverit, ad citatos auctores recurrere poterit. — Eorum loco fragmentum synaxarii diei 17. Februarii ex Menaeis commode hic subjectum putaveris, quod iste textus liturgicus, dum aedem in qua hodierna solemnia peragebantur, expresse designat, gratam memoriam religiosissimi ejusdem auctoris in omnem posteritatem sit propagaturus. En igitur extrema synaxarii verba: *Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Σφωρακίου, ἐν τῷ σαββάτῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν ἑβδομάδος, ὅτε καὶ τὸ θαῦμα γέγονε παρ᾽ αὐτοῦ τῶν κολλύβων, ῥυσαμένου τὸν ὀρθόδοξον λαὸν ἐκ τῆς μεμιασμένης βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων.* Est autem *Sphoracius* seu *Sporacius,* hujus templi conditor, *magnificentissimus ille ac gloriosissimus comes devotissimorum domesticorum (ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος κόμης τῶν καθοσιωμένων δομεστίκων),* cujus clara omnino et illustris memoria est inter *gloriosissimos ἄρχοντας* Concilii Chalcedonensis anni 451, ut videre est in Actis apud Hardouin., concil. t. 2, pp. 53, 273 et 381.

His de vera ratione hodiernae solemnitatis breviter propositis extremam notam ex antiquis Kalendariis desumptam adjicimus, quam, quia ex monumentis nondum in Occidente vulgatis desumitur, hic ideo proferre non parvi interesse videtur, quia nostro hoc tempore levissima quaeque e bibliothecis, vetera modo sint, in lucem emergunt.

De s. Theodoro igitur animadvertit Sergius, archimandrita russus, in *Polnyi měsjacoslov vostoka* [2]), tom. 2, p. 55, ejus in non-

[1]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 39, p. 1819.

[2]) Relege quae de hoc Kalendario e Martinov enotavimus t. 1, pp. XXXV—XXXVI.

nullis veteribus Kalendariis nullam mentionem fieri ad diem 17. Febr., quod nimirum primo jejuniorum sabbato festum ageretur. — Quod idem in aliquibus antiquis Kalendariis syriacis, ex codicibus Vaticanis a prof. Moesinger exscriptis [1]) observare est. Sic v. g. sabbato primo jejuniorum signatur in cod. 37. memoria *s. Vitalis et Mariae sororis ejus, et s. Ephraëm doctoris Syrorum et s. Theodori* [2]), et in cod. 68. memoria *s. Ephraïm et s. Theodori* [3]); in cod. 20. refertur quidem die 17. Febr.; verum expresse additur, *ejus memoriam agi in jejunio magno* [4]). In tribus codicibus 19, 69. et 77. tandem cietur ad ipsum diem suum natalem 17. Febr., quem et *diem coronationis* eleganter vocat codex 77. Interpreti arabico Kalendarii codicis 19. id humani accidit, ut *ἐπωνύμιον τοῦ Τήρωνος* pro cognomine patrio acceperit, illudque *aç-çûrî* vertendo sanctum nostrum *Tyrium* fecerit. — Aliarum nationum christianarum Orientis morem Armeni quoque sequuntur, assignato ejus honoribus primo sabbato *Karasnort-k (τῆς τεσσαρακοστῆς)* seu *Mez bah-k (τῶν μεγάλων νηστειῶν)*. Sed de his suo loco plura.

Κυριακὴ πρώτη τῶν νηστειῶν ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας.

Slav. *Nedělja 1. posta ili pravoslavija;* rumen. *Dominec'a 1. a Paresemiloru seau a ortodocsiei.*

Exacto sancti Theodori festo, aliud sequenti die agitur, quod Theophanes Cerameus *sermone mox indicando* non incongrue vocat *τῆς τῶν σεβασμίων εἰκόνων προσκυνήσεως τὰ ἐγκαίνια*, *solemnia encaeniarum adorationis venerandarum*

[1]) Ea ex variis defuncti msc. benigne fuisse nobiscum ab amico communicata, grati jam sumus professi tom. 1, p. XXXVIII.

[2]) In eodem textu syriaco notabilis haec rubrica legitur de festo *τοῦ εὐαγγελισμοῦ: Festum Annuntiationis, in quemcunque diem inciderit, celebrat Ecclesia; quod si inciderit in feriam VI. Crucifixionis, liturgia celebratur.* Quae regula quanti sit momenti in dirimenda hodierna controversia de hujus diei celebritate apud orientales, nemo ex rerum prudentibus est, cui perspicuum non sit.

[3]) S. Ephraëm, quem Graeci solitarium colunt die 28. Januarii (v. tom. 1, p. 84), etiam in Kalendario syriaco codicis Vat. 69. ad 8. Martii socium habet s. Theodorum.

[4]) Simile quid annotatur in cc. 37. et 69. *de ss. quadraginta martyribus Sebastenis,* scilicet eorum *festum semper agi die sabbati inter 7. et 14. mensis Martii.*

imaginum. Ejus objectum Graeci sequiores una voce *ὀρθοδοξίαν* appellaverunt a memoria triumphi, quem *recta fides* ex adversariis deportavit; antiquiores *τὴν ἀναστήλωσιν τῶν εἰκόνων* dixerant *imaginibus publicae venerationi palam propositis* [1]), qua eadem ratione etiamnum in Horologio Melchitarum arabice nuncupatur *sudschûd el-îqônat, προςκύνησις τῶν εἰκόνων.*

In vulgata editione synaxarium Triodii solemnitatem hac inscriptione annuntiat:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν, ἀνάμνησιν ποιούμεθα τῆς ὀρθοδοξίας ἤτοι τῆς ἀναστηλώσεως τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, γινομένης παρὰ τῶν ἀειμνήστων αὐτοκρατόρων ΚΠ., Μιχαὴλ καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Θεοδώρας, ἐπὶ τῆς πατριαρχείας τοῦ ἁγίου καὶ ὁμολογητοῦ Μεθοδίου.

Eodem die, Dominica prima jejuniorum, memoriam facimus orthodoxiae, h. e., restitutionis sanctarum et venerabilium imaginum, factae ab imperatoribus CP., aeterna memoria dignis, Michaele et matre ejus Theodora, sub pontificatu sancti confessoris Methodii (die 19. Febr. anno 842).

Qui notiori huic festi mysterio in *ἀκολουθίᾳ* diei sociatus est cultus clarissimorum fide et abstinentia prophetarum veteris testamenti, saepe etiam conjunctim cum illo annuntiatur, ut in antiquo codice Barberiniano a Card. Quirini vulgato, p. 144:

---

[1]) *Ἀναστηλόω*, compositum ex praepositione *ἀνά, super,* et *στηλόω, cippum, columnam erigo,* proprie significat super *columnam statuo, erigo, sursum attollo,* praepositione *ἀνά* scilicet in hac compositione significationem adverbii *ἄνω, sursum,* inclusam habente; *στήλη* enim, quamvis latiori sensu accipiatur pro quovis lapide e terra exstante, vel munitionis gratia vel signi erecto, pressius sumptum tamen significat *cippum,* seu *columnam,* quae aut in sepulchris statuebatur, aut in qua foedera aliaque memoria digna inscribebantur, aut *super quam* statuae, imagines, vexilla aliaque signa erigebantur. De ejus notatione videndus est Curtius, *Grundzüge der griech. Etymologie,* edit. 4. p. 212. — Caeterum, quum interdum fiat, ut praepositio *ἀνά* verbis praefixa eorum significationem dumtaxat augeat (ut in *βοάω, clamo,* et *ἀναβοάω, exclamo),* hodierna *ἀναστήλωσις τῶν εἰκόνων* simpliciter etiam explicari potest de solemni, publica, conspicua sacrarum imaginum erectione, quae in ecclesiis aliisque locis editis facta cerni ab omnibus possit atque aspectu veluti sentiatur.

Κυριακὴ α΄. τῶν νηστειῶν, καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν καὶ τῶν λοιπῶν· καὶ τῆς ὀρθοδοξίας, ἤγουν ἀναστηλώσεως τῶν ἁγίων εἰκόνων.

Dominica 1. jejuniorum et sanctorum prophetarum Moysis et Aaron atque aliorum; et orthodoxiae, seu restitutionis sanctarum imaginum.

Pietatem erga sacras imagines cum veneratione eorundem sanctorum similiter conjungit nova editio Blasiensis Horologii rumeni, *Orologiulu celu mare*, p. 208: *Amentirea santîloru profeti, a lui Moise, sî Aronu, sî a celor' alalti, sî inaltiarea s. sî onorateloru icone.*

Igitur memoriam triumphi *rectae fidei* sive *ὀρθοδοξίαν* hodie solemniter agentes Graeci simul antiquos illos heroes colunt, qui, fidei ardorem cum jejuniis sociantes, nobis agones Quadragesimae jam subeuntibus et exemplo sunt et praesidio, ut legitime pugnantes ad desideratam gloriae coronam pervenire possimus. — De utroque objecto pauca pro more; ac primo quidem *de sanctis prophetis fide et abstinentia conspicuis.*

De eorum jejunio ex multis breve hoc *ἰδιόμελον* accipe, quo Officium matutinum clauditur:

Πρωΐ, ἦχος πλάγιος β΄.

Μωσῆς τῷ καιρῷ τῆς ἐγκρατείας νόμον ἐδέξατο, καὶ λαὸν ἐπεσπάσατο· Ἠλίας νηστεύσας οὐρανοὺς ἀπέκλεισε· τρεῖς δὲ παῖδες Ἀβραμιαῖοι τύραννον παρανομοῦντα διὰ νηστείας ἐνίκησαν· δι' αὐτῆς καὶ ἡμᾶς, Σωτήρ, ἀξίωσον, τῆς ἀναστάσεως τυχεῖν, οὕτω βοῶντας· Ἅγιος ὁ Θεός, Ἅγιος ἰσχυρός, Ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

Mane, ton. obliq. 2.

Jejunii tempore suscepit Moyses legem et populum Deo conciliavit; Elias coelos jejunio aperuit; tres autem pueri Abramitae tyrannum impium jejunii virtute devicerunt; eo nos pariter ad resurrectionem pervenire, effice, Salvator, ita clamantes: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis.

Fides tandem, quae salutis initium est et radix justificationis, per sacram jejuniorum *ἄσκησιν* acquirendae, proposita lectione ex epistolae ad Hebraeos capite 11. magnifice commendatur ex actis patrum a mundi exordio usque ad David et prophetas, simulque ostenditur, quanta sancti patrarint ac passi per fidem

sint, ut et nos, eorum exemplo *patriam meliorem appetentes, id est coelestem, per fidem vincamus regna, operemur justitiam et adipiscamur repromissiones.*

De restituta veneratione sacrarum imaginum.

Ἀναστήλωσιν quidem ipsis Concilii Nicaeni II., oecumenici VII., temporibus (787) jam factam s. Tarasius refert *in epistola ad Hadrianum PP.*, de Irene et Constantino Augustis scribens:

Αὐτοὶ κατὰ παντὸς τόπου τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἀνέστησαν, ἔν τε σεβασμίοις ναοῖς καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν βασιλείων αὐτῶν [1]).

Ipsi in omni loco venerabiles imagines erexerunt, tam scilicet in celeberrimis templis, quam in caesareis palatiis suis.

Sed orthodoxorum, ac praecipue sanctae Theodorae, pietati haud satis videbatur, sanctarum imaginum venerationem semel restitutam fuisse; quapropter synodo topica, CPoli sub s. Methodio celebrata, decernente ac sancta imperatrice confirmante statutum est anno 842, ut quotannis prima hac Dominica Quadragesimae perpetua memoria tanti beneficii ageretur, recoleretur que hoc festo cum ingenti gratiarum actione restitutus in Oriente sacer imaginum cultus.

Brevem tibi *ὀρθοδοξίας* historiam descripsimus tomo 1, ad 11. Februar., in s. Theodora, p. 98; et ad 14. Jun., in s. Methodio CP., p. 182. Ornatiorem et copiosam magis invenies in multis illis sermonibus festivis, quos ex Gretsero, Lambeccio aliisque auctoribus citat Asseman. *Kalend. E. U.* tom. 6, pp. 585—586. Quibus etiam junge, qui ibidem indicatus non est, egregium *sermonem historicum (λόγον διηγηματικόν)* Theophanis Ceramei, Tauromenii in Sicilia archiepiscopi, quem ex Scorsi editione repraesentat Migne, Patr. gr. tom. 132, pp. 425—442 [2]).

---

[1]) Apud Hardouin. Concil. tom. 4, p. 511—512. et Migne, Patr. gr. t. 98, pp. 1441—1442.

[2]) In declarandis rebus ad hodiernam festivitatem pertinentibus varii varie peccarunt. Sic Junius, scholiastes Curopalatae, peccavit *in assignando tempore*, Dominicam orthodoxiae aut junctam aut proximam dicendo Pentecostae (apud Migne, Patr. gr. t. 157, pp. 384—385). Falconius peccavit *in determinando objecto*, festi mysterio in memoria septimae synodi generalis posito (apud Asseman. l. c.); Muralt (Muravieff) peccavit *in praefigendo fine*, solemnitate eo revocata, ut imago Dei in homine lapso per ardentem fidem in Christum renovetur *(Briefe*

Ex synaxario perquam verboso ac miraculis, quae somnia merito putaveris, referto [1], eam partem hic stitisse suffecerit, quae proxime ad institutionem festi nostri pertinet.

Theophilo e vivis sublato, Theodora imperatrix, revocatis illis omnibus, qui in exilio et carceribus detinebantur, ut libere agerent, illis praecepit . . . Tunc Methodius patriarcha et omnes electi Dei congregati ad imperatricem accedunt. . . . Quamprimum propterea imperatrix Deigenitricis imaginem, quam e collo pendentem gestabat, extrahens coram omnibus illam venerabatur, haec inquiens:

Εἴ τις ταύτας οὐ προςκυνεῖ καὶ ἀσπάζεται σχετικῶς [2], οὐ λατρευτικῶς, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ὡς εἰκόνας τῶν ἀρχετύπων διὰ τὸν πόθον, ἤτω ἀνάθεμα.	*Si quis has imagines non adorat et veneratur, relative quidem et habitudine, non latreutice, non ut Deos, sed tanquam imagines archetyporum, propter reverentiam ipsorum, sit illi anathema.*

Hi vero magno repleti sunt gaudio. Imperatrix propterea illos enixe rogat, ut pro Theophilo viro suo preces Deo effundant, qui conspecta illius fide, licet inviti [3], persuadentur tamen.

Quapropter s. Methodius congregato universo populo, necnon et clero, et episcopis omnibus in magna Dei ecclesia illuc advenit: inter quos erant illustres illi viri, qui ex Olympo venerant, magnus

---

über den Gottesdienst der morgenländischen Kirche, p. 61). Dr. Alt tandem peccavit in *tractanda festi institutrice,* sancta Theodora Augusta cum altera Theodora Alexandrina, poenitente saeculi quinti, ad d. 11. Sept. mire confusa *(Kirchenjahr,* p. 197).

[1]) Vitiosum hoc Nicephori opus videmus integrum retentum in Triodio Bononiensi anni 1724: quae res sane eo magis praeter exspectationem accidit, quod in eadem illa editione errorem hodierni synaxarii jam laudabiliter expunctum animadvertissemus supra ad *ψυχοσάββατον*, p. 21.

[2]) Voces *σχετικῶς*, *λατρευτικῶς*, *ἁπλῶς*, maxime propriae sunt in hac re ad explicandam differentiam inter adorationem sanctarum imaginum, quas catholici rite colimus, et adorationem idolorum, quae gentes superstitiose colebant; in idolis enim illae numen inesse censebant adeoque ipsa per se et absolute *(ἁπλῶς καὶ λατρευτικῶς)* adorabant; at vera religio in imaginibus nihil aliud agnoscit, nisi relationem et habitudinem *(σχέσιν)* ad sanctos, quorum imagines sunt, atque hoc modo illis cultum tribuit. Quod si quandoque *λατρευτικῶς* adorari dicantur imagines Christi ac vivificum crucis lignum, non est id *ἁπλῶς* intelligendum de vera adoratione, seu de adoratione absoluta, quam Concil. Nicaen. II., oecumen. VII., Act. 7. *ἀληθινὴν λατρείαν* dixit (apud Hardouin. Conc. tom. 4, p. 456), sed vero de adoratione imaginum et crucis quatenus haec objecta ad suum *πρωτότυπον* referuntur.

[3]) *Καί περ ἀπαναινόμενοι.* Ipsis quippe erat persuasum, Theophilum, iconoclastam, in haeresi obstinatum obiisse.

videlicet Joannicius[1]) et Arsacius[2]) et Naucratius[3]), discipuli Theodori Studitae, et qui ex magno agro Theophanis erant[4]), Theophanes et Theodorus, qui literis in facie scripti fuerant[5]) et Dei confessores extiterant; Michael etiam Hagiopolita et syncellus[6]), et alii plurimi, qui totam noctem pro Theophilo Deum exorant, omnes quidem cum lacrimis et frequenti oratione Deum laudantes, idque per totam primam hebdomadam Quadragesimae peragebatur. Quin et ipsa imperatrix Theodora haec eadem cum mulieribus et reliquo populo faciendum curabat.

Quae dum ita se haberent, Theodora imperatrix diluculo sextae feriae somno detenta, sibi videbatur apud columnam, quae dicitur crucis *(παρὰ τὸν κίονα τοῦ σταυροῦ)*, reperiri, et quosdam illac magno cum strepitu praeterire, diversa tormentorum genera secum ferentes, in quorum medio vinctus agebatur imperator Theophilus, manibus retro revinctis; quem quum agnovisset imperatrix, consequebatur et ipsa illos, qui eum ducebant. Quum autem ad aeneam portam *(ἄχρι τῆς χαλκῆς πύλης)* pervenissent, vidit virum quemdam aspectu mirabilem, qui ante imaginem Christi sedebat. Ad hunc quum Theophilum illi adduxissent, stiterunt eum. Quibus visis imperatrix, pedibus ejus provoluta pro imperatore intercedebat. At ille dixit aperto ore: Magna est fides tua, o mulier; scito igitur, quod propter tuas lacrimas fidemque tuam, necnon propter preces et intercessiones servorum meorum et sacerdotum, Theophilo, viro tuo, ignosco[7]). Deinde ait illis, qui eum adducebant: solvite ipsum et tradite uxori suae. Quae illo recepto, recessit exultans et gaudens, et continuo somnus illam dimisit. Haec quidem Theodora imperatrix vidit in somnis.

Patriarcha vero Methodius, dum preces et orationes ab ipso fiebant, recenti pagina accepta *(χάρτην καινὸν λαβών)*, scripsit in ipsa omnium haereticorum imperatorum nomina, inter quos et Theophilum collocavit; et hanc paginam sub sancto altari posuit occulte, ut nullus animadverteret. Feria vero sexta etiam ipse angelum quemdam terribilem conspicit, qui magnam ingrediebatur

---

[1]) Occurrit t. 1, p. 315.

[2]) Celebratur in 1. parte hujus synaxarii.

[3]) Naucratius, illustris confessor, ab exilio reversus, s. Theodori in praefectura Studitarum successor, colitur in *Men. Chiffletii* d. 8. Junii, alias Sabbato τῆς τυρινῆς in officio sanctorum ascetarum, ut diximus p. 44.

[4]) De monasterio magni agri Theophanis recole dicta t. 1, p. 120.

[5]) De ss. Theophane et Theodoro *graptis* semel atque iterum egimus t. 1, pp. 300 et 369.

[6]) S. Michael syncellus confessor, pluribus Kalendariis inscriptus est dd. 17. et 18. Decemb. De eo videatur Baron. *Annal.* an. 835, nn. 40—44.

[7]) Relegesis, quae de efficacia precum a sanctis pro salute damnatorum Deo oblatarum ex alio Triodii synaxario superius exscripsimus pp. 22—23.

ecclesiam, et quum illi appropinquasset, haec ajunt dixisse: Exaudita est oratio tua, o episcope, et veniam obtinuit imperator Theophilus; non amplius igitur pro eo Deo sis molestus. Hic autem ut experiretur an vera esset visio, ad altare accedens, accepta charta, eaque aperta, invenit (o Deum judiciorum!) nomen Theophili omnino divinitus deletum *(εὗρεν ἀπαληλειμμένον θεόθεν παντάπασι τὸ τοῦ Θεοφίλου ὄνομα).* Haec quum didicisset imperatrix, magno perfusa est gaudio et patriarchae significat, ut universum congreget populum una cum venerandis crucibus et sanctis imaginibus, in magna Dei ecclesia, ut illi sanctarum imaginum ornamentum restituatur, et novum miraculum omnibus manifestetur.

Quum itaque omnes, quae parum abest, in ecclesia essent congregati cum cereis accensis, imperatrix una cum filio accedit et facta processione cum sanctis imaginibus et sacris et venerandis sanctae crucis lignis, et sacro et divino evangelio usque ad eum locum, quod miliare nuncupatur, egressi sunt *(ἄχρι τοῦ λεγομένου Μιλλίου ἐξῆλθον)* „Domine, miserere" alta voce clamantes; et ita rursus ad ecclesiam reversi, sacram liturgiam confecerunt, erectis videlicet sanctis et venerabilibus imaginibus a praefatis sanctis viris celebrando et omnia bona imprecando piis omnibus et iis, qui recte de catholica fide sentiunt, sicut e contra impiis, et qui sanctarum imaginum respuunt interdictis et anathemate damnatis; quinimo ex eo tempore statuerunt illi sancti confessores, ut singulis annis haec sacra panegyris celebretur, ut non amplius in eandem impietatem iterum impingamus. Tu vero Christe, qui es imago Patris immutabilis, precibus sanctorum confessorum miserere nobis. Amen.

Ἀναγινώσκεται τὸ συνοδικόν.

Caeremonias festo proprias quod spectat, has *εἴδησις* Triodii praescribit:

Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου, καὶ πρὸ τῆς λειτουργίας λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, καὶ ἀπερχόμεθα ἐν τόπῳ ὡρισμένῳ, ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν. Πορευομένων δὲ καὶ ἀναστρεφόντων ἡμῶν, ψάλλομεν τὸν παρόντα κανόνα,

Finitis laudibus matutinis et ante liturgiam supplicationem in communi instituimus cum sanctis crucis lignis et venerabilibus imaginibus; et procedimus ad locum destinatum, ubi legendum est synodicum. Procedentibus vero nobis et revertentibus, canimus praesentem canonem[1]. *cujus*

[1]) Ejus *ἀρχιτέλεια* haec est: *Χαριστήριον ᾠδὴν . . . Μῆτερ πάντα δύνασαι.* Graece et latine exstat apud Baron. *Annal.* an. 842, n. 28.

ποίημα τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. *auctor est S. P. N. Theodorus Studita* [1]).

Praesenti die festo igitur elatis in sublime crucibus et venerandis imaginibus ad statutum locum processionem habent Graeci. Ibidem legitur *τὸ συνοδικὸν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας:* quo nomine cum Decreto concilii Nicaeni II. de ss. imaginibus plurimi Sanctorum *μακαρισμοί* haeresiarcharumque *ἀναθεματισμοί* veniunt; etenim patrum antiquorum, qui haereses olim scriptis, doctrina, voce, laboribus sunt insectati, habetur solemniter memoria, macarismo *αἰωνία ἡ μνήμη* ter oblato; recensitis deinde haeresibus ipsis ac perverso cujusque dogmate publicato, cunctis ter *ἀνάθεμα* inclamant et haereticorum omnium nomen exsecrantur. — Atque haec est clarissima illa victoria *rectae fidei* de omnibus adversariis gloriose reportata, ob quam solemnis hic dies *κατ' ἐξοχὴν* festum *τῆς ὀρθοδοξίας* appellatur.

In hoc *συνοδικῷ* plurima esse ferula et vituperatione digna, multis probat L. Allatius, *Examen Triodii*, nn. 144—193, repetitque *De Dominicis et hebdom. Graec.* n. 15. Praeter enim quam quod generatim haereses Gregorii Palamae continet, id nominatim in eo est reprehendendum, quod Photio, Michaeli Cerulario caeterisque patriarchis CP., qui ecclesiam catholicam et scripto et verbo invecti sunt, vario atque iterato laudum genere elatis solemniter acclametur: *αἰωνία ἡ μνήμη*, iidemque cum imperatoribus, et vita et religione pessimis, orthodoxi, sancti et omnibus imitandi pronuntientur. Verum haec omnia apud ipsum L. Allatium fuse disputata leges: ea tamen cautela adhibita, ut, quem is Pontano falso attribuit, commentarium in Catacuzeni hist. l. 2, cc. 39. et 40 de Palamitarum haeresi [2]) doctissimo Gretsero deberi memineris juxta annotata a nobis tomo 1, p. 237 [3]).

---

[1]) Videantur quae de auctore hujus canonis idem Baron. scite animadvertit l. c.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 153, pp. 677—690.

[3]) Jos. Sim. Assemani Leonem Allatium inconsiderate exscribendo ejus errorem suum fecit in *Kal. Eccles. Univ.*, tom. 6, p. 586.

ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ

τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ζ'. συνόδου ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας[1]).

Synodici, ut nunc in ecclesiis legitur, plures et varii fuerunt auctores, qui pro tempore alia atque alia addendo solemnem hanc *ἀνάγνωσιν* liturgicam, neque parvam per se, neque exiguam, majorem usque ad fastidium fecerunt, multis omnino ineptiis ac haeresibus, ut dictum est, eidem inspersis. Quapropter operae nos pretium facturos speramus, si insigne hoc pietatis monumentum ab omnibus illis, quae sequiores Graeci, propriis suis affectibus distracti intruserunt, expurgatum nitorique pristino restitutum ex probatis editionibus catholicis (Bononiensi an. 1724 et Romana an. 1879) huc transscribamus, ut ita literarum sacrarum cupidus lector videre possit, quomodo Graecia catholica, adhibito antiquo suo synodico, optime et sine ulla offensione divinas sanctorum laudes et sacrosancta fidei dogmata solemniter decantet.

Τύπος τοῦ συνοδικοῦ, καθὼς λέγεται τὴν σήμερον τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας, καταλειφθέντων τῶν προοιμιακῶν[2]).

Τίς Θεὸς μέγας, ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος.

Τοὺς φαυλιστὰς γὰρ τῆς σῆς δόξης ἐξεμυκτήρισας, τοὺς τολμητὰς κατὰ τῆς εἰκόνος καὶ θρασεῖς, δειλοὺς καὶ πεφευγότας ἀπέδειξας.

Ἀλλ' ἡ μὲν εἰς Θεὸν εὐχαριστία, καὶ τὸ δεσποτικὸν κατὰ τῶν ἀντιπάλων τρόπαιον, ἐν τούτοις· τὰ δέ γε κατὰ τῶν εἰκονομαχούντων ἆθλά τε καὶ παλαίσματα ἕτερος λόγος καὶ λογογραφία διεξοδικωτέρα δηλώσει. Ὡς ἐν καταπαύσει δέ τινι τῇ μετὰ τὴν ἐρημικὴν πάροδον, εἰς κατάσχεσιν τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ καθεστῶτες, μωσαϊκῇ τινι μιμήσει, μᾶλλον δὲ θεϊκῇ διακελεύσει, οἷα στήλῃ τινὶ ἐκ μεγίστων λίθων συνηρμοσμένῃ, καὶ πρὸς ἀποδοχὴν γραφῆς διευθετισμένῃ ταῖς τῶν ἀδελφῶν καρδίαις· τάς τε εὐλογίας, αἳ ὀφείλονται τοῖς νομοφυλακοῦσι, καὶ τὰς ἀρὰς δέ, αἷς ἑαυτοὺς ὑποβάλλουσιν οἱ παρανομοῦντες, δίκαιόν τε καὶ ὀφειλόμενον δεῖν ᾠήθημεν ἀναγράψαι. Διὸ φαμὲν τάδε·

---

[1]) Cum hoc titulo praefixo Synodicum exhibet vulgata Triodii editio Veneta.

[2]) Sic inscribitur in adductis editionibus catholicis.

Τῶν τὴν ἔνσαρκον τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίαν λόγῳ, στόματι, καρδίᾳ καὶ νῷ, γραφῇ τε καὶ εἰκόσιν ὁμολογούντων,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Τῶν εἰδότων τῆς τοῦ Χριστοῦ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως τὸ ἐν οὐσίαις διάφορον, καὶ ταύτης τὸ κτιστόν τε καὶ ἄκτιστον, τὸ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, τὸ παθητὸν καὶ ἀπαθές, τὸ περιγραπτὸν καὶ ἀπερίγραπτον· καὶ τῇ μὲν θεϊκῇ οὐσίᾳ τὸ ἄκτιστον καὶ τὰ ὅμοια προσαρμοζόντων, τῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ φύσει τά τε ἄλλα καὶ τὸ περιγραπτὸν ἀνομολογούντων, καὶ λόγῳ καὶ εἰκονίσμασιν,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Τῶν πιστευόντων καὶ διακηρυττομένων, ἤτοι εὐαγγελιζομένων τοὺς λόγους ἐπὶ γραμμάτων, τὰ πράγματα ἐπὶ σχημάτων, καὶ εἰς μίαν ἑκάτερον συντελεῖν ὠφέλειαν, τήν τε διὰ λόγων ἀνακήρυξιν, καὶ τὴν δι᾽ εἰκόνων τῆς ἀληθείας βεβαίωσιν,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Τῶν τὰς προφητικὰς ὁράσεις, ὡς αὐτὸ τὸ Θεῖον αὐτὰς ἐσχημάτιζε καὶ διετύπου, εἰδότων καὶ ἀποδεχομένων καὶ πιστευόντων, ἅπερ ὁ τῶν προφητῶν χορὸς ἑωρακότες διηγήσαντο· καὶ τὴν διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ εἰς πατέρας διήκουσαν ἔγγραφόν τε καὶ ἄγραφον παράδοσιν κρατυνόντων, καὶ διὰ τοῦτο εἰκονιζόντων τὰ ἅγια καὶ τιμώντων,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Οἱ προφῆται ὡς εἶδον, οἱ ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, ἡ Ἐκκλησία ὡς παρέλαβεν, οἱ διδάσκαλοι ὡς ἐδογμάτισαν, ἡ οἰκουμένη ὡς συμπεφρόνηκεν, ἡ χάρις ὡς ἔλαμψεν, ἡ ἀλήθεια ὡς ἀποδέδεικται, τὸ ψεῦδος ὡς ἀπελήλαται, ἡ σοφία ὡς ἐπαῤῥησιάσατο, ὁ Χριστὸς ὡς ἐβράβευσεν, οὕτω φρονοῦμεν, οὕτω λαλοῦμεν, οὕτω κηρύσσομεν, Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, καί τοὺς αὐτοῦ ἁγίους ἐν λόγοις τιμῶντες, ἐν συγγραφαῖς, ἐν νοήμασιν, ἐν θυσίαις, ἐν ναοῖς, ἐν εἰκονίσμασι, τὸν μὲν ὡς Θεὸν καὶ Δεσπότην προσκυνοῦντες καὶ σέβοντες, τοὺς δὲ διὰ τὸν κοινὸν Δεσπότην, ὡς αὐτῷ γνησίους θεράποντας τιμῶντες, καὶ τὴν κατὰ σχέσιν προσκύνησιν ἀπονέμοντες.

Αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων· αὕτη ἡ πίστις τῶν πατέρων· αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· αὕτη ἡ πίστις τὴν οἰκουμένην ἐστήριξεν.

Ἐπὶ τούτοις τοὺς τῆς εὐσεβείας κήρυκας, ἀδελφικῶς τε καὶ πατροποθήτως, εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τῆς εὐσεβείας, ὑπὲρ ἧς ἠγωνίσαντο, ἀνευφημοῦμεν καὶ λέγομεν·

Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου, τῶν ὡς ἀληθῶς ἀρχιερέων Θεοῦ, καὶ τῆς ὀρθοδοξίας προμάχων καὶ διδασκάλων,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Στεφάνου τοῦ ὁσιομάρτυρος καὶ ὁμολογητοῦ, τοῦ νέου,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Ἰγνατίου, Ἰωάννου, Νικολάου καὶ Γεωργίου, τῶν τρισολβίων ὁμολογητῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καὶ πάντων τῶν ὁμοφρονησάντων αὐτοῖς ἐπισκόπων,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Θεοδώρου, τοῦ πανοσίου ἡγουμένου τοῦ Στουδίου,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Συμεών, τοῦ ὁσιωτάτου Στυλίτου,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Θεοφάνους, τοῦ ὁσιωτάτου ἡγουμένου τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Πάντων τῶν κηρύκων τῆς ἀληθείας,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ΄.

Αὗται, ὡς εὐλογίαι πατέρων, ἀπ᾿ αὐτῶν εἰς ἡμᾶς τοὺς υἱοὺς ζηλοῦντας αὐτῶν τὴν εὐσέβειαν διαβαίνουσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ ἀραὶ τοὺς πατραλοίας καὶ τῶν δεσποτικῶν ἐντολῶν ὑπερόπτας καταλαμβάνουσι· διὸ κοινῇ πάντες, ὅσον εὐσεβείας πλήρωμα, οὕτως αὐτοῖς τὴν ἀράν, ἣ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ὑπεβάλοντο, ἐπιφέρομεν.

Τοῖς λόγῳ μὲν τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου δεχομένοις, ὁρᾷν δὲ ταύτην δι᾿ εἰκόνων οὐκ ἀνεχομένοις, καὶ

διὰ τοῦτο ῥήματι μὲν δέχεσθαι κατασχηματιζομένοις, πράγματι δὲ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἀρνουμένοις,

Ἀνάθεμα. α΄.

Τοῖς τῷ ῥήματι τοῦ ἀπεριγράπτου κακῶς προσφυομένοις, καὶ διὰ τοῦτο μὴ βουλομένοις εἰκονογραφεῖσθαι τὸν παραπλησίως ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος κεκοινωνηκότα Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐντεῦθεν φαντασιασταῖς δεικνυμένοις,

Ἀνάθεμα. α΄.

Τοῖς τὴν καθ᾽ ἑκάστην προσαγομένην θυσίαν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων ἀπὸ Χριστοῦ τὴν τῶν θείων μυστηρίων Ἱερουργίαν μὴ δεχομένοις τῇ ἁγίᾳ Τριάδι προσάγεσθαι, ὡς ἀντιφθεγγομένοις ἐντεῦθεν τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις πατράσι, Βασιλείῳ τε καὶ τῷ Χρυσοῤῥήμονι, οἷς συμφωνοῦσι καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι πατέρες ἐν τοῖς οἰκείοις λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν,

Ἀνάθεμα. γ΄.

Τοῖς τολμῶσι λέγειν, εἰκόνα εἶναι ἀντίτυπον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου τὴν διὰ τοῦ Ἱερέως προσφερομένην ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ οὐχὶ αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς κενοῦσι τὸ τῆς φρικτῆς καὶ θείας Ἱερουργίας μυστήριον, καὶ ἄλλην εἶναι ταύτην παρὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῷ Σωτῆρι τετελεσμένην εἰσάγουσι, καὶ ταῦτα τοῦ θείου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοῤῥήμονος διατρανοῦντος τῆς θυσίας τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι, φάσκοντος, ἐν πολλαῖς τῶν τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητῶν ἐξηγήσεσιν,

Ἀνάθεμα. γ΄.

Τῷ φρυαξαμένῳ συνεδρίῳ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων,

Ἀνάθεμα. γ΄.

Τοῖς δεχομένοις τὰ δυσσεβῆ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν λογίδια,

Ἀνάθεμα. γ΄.

Τοῖς ἐκλαμβάνουσι τὰς παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ῥήσεις, τὰς κατὰ τῶν εἰδώλων, εἰς τὰς σεπτὰς εἰκόνας,

Ἀνάθεμα. γ΄.

Τοῖς μὴ ἀσπαζομένοις καὶ μὴ προσκυνοῦσι τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας,

Ἀνάθεμα. γ'.

Τοῖς βλασφημοῦσι καὶ ἀποκαλοῦσι τὰς ἱερὰς εἰκόνας εἴδωλα,

Ἀνάθεμα. γ'.

Τοῖς λέγουσιν, ὅτι ὡς θεοῖς οἱ χριστιανοὶ ταῖς εἰκόσι προσῆλθον,

Ἀνάθεμα. γ'.

Πᾶσι τοῖς χριστιανοκατηγόροις, ἤγουν εἰκονοκλάσταις,

Ἀνάθεμα γ'.

Τοῖς λέγουσιν, ὅτι πλὴν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἄλλος ἡμᾶς ἐῤῥύσατο τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης,

Ἀνάθεμα. γ'.

Τοῖς τολμῶσι λέγειν, τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν εἴδωλά ποτε δεδέχθαι, ὡς ὅλον τὸ μυστήριον ἀνατρέπουσι, καὶ τὴν τῶν χριστιανῶν ἐνυβρίζουσι πίστιν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Εἴ τις Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν περιγραπτὸν οὐχ ὁμολογεῖ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ἐν εἰκόνι τοῦτον οὐ προσκυνεῖ, ἤτω

Ἀνάθεμα. γ'.

Εἴ τις τὰς εὐαγγελικὰς ἐξηγήσεις τὰς στηλογραφικῶς γινομένας οὐ προσίεται, ἤτω

Ἀνάθεμα γ'.

Εἴ τις οὐ τιμᾷ καὶ οὐκ ἀσπάζεται ταύτας εἰς ὄνομα τοῦ Κυρίου οὔσας καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ἤτω

Ἀνάθεμα. γ'.

Εἴ τις πᾶσαν παράδοσιν ἐκκλησιαστικὴν ἔγγραφον ἢ ἄγραφον ἀθετεῖ, ἤτω

Ἀνάθεμα. γ'.

Θεοδοσίῳ τῷ ψευδωνύμῳ ἐπισκόπῳ, Σισινίῳ τῷ Παστιλλᾷ, καὶ Βασιλείῳ τῷ κακεμφάτῳ τρικακκάβῳ,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἡ Τριὰς τῶν τριῶν τὰ δόγματα καθεῖλεν.

Θεοδότῳ, Ἀντωνίῳ καὶ Ἰωάννῃ ὡς Μάναντι, Ἀπολλιναρίῳ καὶ Εὐτυχεῖ, τοῖς φαντασιοσκόποις καὶ δοκήταις,

Ἀνάθεμα. γ'.

Θεοδώρῳ τῷ Συρακουσῶν τῆς Σικελίας, τῷ ἐπιλεγομένῳ Κριθίνῳ, καὶ τοῖς συναποστατοῦσιν αὐτῷ,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἀναστασίῳ, Κωνσταντίνῳ καὶ Νικήτᾳ, τοῖς ἐπὶ τῶν Ἰσαύρων κατάρξασι τῶν αἱρέσεων, ὡς ἀνιέροις καὶ ὁδηγοῖς ἀπωλείας,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἰωάννῃ Νικομηδείας καὶ Κωνσταντίνῳ Νακωλείας, τοῖς αἱρεσιάρχαις,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἐξουδένωσαν τὴν εἰκόνα τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ· ἐξουδένωσεν αὐτοὺς ὁ Κύριος.

Ἀνάθεμα. γ'.

Ὅλοις τοῖς αἱρετικοῖς,

Ἀνάθεμα γ'.

Πᾶσι τοῖς δυσσεβέσιν αὐτῶν λόγοις τε καὶ συγγράμμασιν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἀρείῳ τῷ πρώτῳ θεομάχῳ καὶ ἀρχηγῷ τῶν αἱρέσεων,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἀετίῳ, Εὐνομίῳ, Εὐδοξίῳ, Δημοφίλῳ, καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐνδίκως λεγομένοις Ἀνομοίοις τε καὶ Ἡμιαρείοις, καὶ πάσῃ τῇ μεμιασμένῃ ὁμηγύρει αὐτῶν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Μακεδονίῳ, τῷ πνευματομάχῳ, σὺν τῷ θεοστυγεῖ Ἀπολλιναρίῳ καὶ τοῖς ὁμόφροσιν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Νεστορίῳ, τῷ ἀνθρωπολάτρῃ, σὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν ξυνωρίδι, Διοδώρῳ τε καὶ Θεοδώρῳ, καὶ πᾶσι τὴν αὐτῶν τερατομυθίαν πρεσβεύσασιν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Εὐτυχεῖ, Διοσκόρῳ καὶ πάσῃ τῇ ἀκεφάλῳ αὐτῶν πληθύϊ, μετὰ καὶ Σεβήρου, τοῦ θεηλάτου, καὶ τοῦ ἀθεμίτου Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασσέως,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ὠριγένει, Εὐαγρίῳ τε καὶ Διδύμῳ, σὺν τῷ Μοψουεστίας τε Θεοδώρῳ, καὶ ταῖς αὐτῶν βλασφήμοις διδασκαλίαις,

Ἀνάθεμα. γ'.

Κύρῳ, Σεργίῳ, Πύῤῥῳ, Παύλῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς,

Ἀνάθεμα γ'.

Πέτρῳ, τῷ Κναφεῖ καὶ παράφρονι, τῷ λέγοντι· Ἅγιος ἀθάνατος, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς,

Ἀνάθεμα. γ'.

Πέτρῳ, τῷ καὶ Λυκοπέτρῳ ἐπονομαζομένῳ, Εὐτυχίῳ τε καὶ Σαβελλίῳ τοῖς κακόφροσιν,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ὅλοις τοῖς Εὐτυχιανισταῖς καὶ Μονοθελήταις καὶ Ἰακωβίταις,

Ἀνάθεμα. γ'.

Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς,

Ἀνάθεμα. γ'.

Ἐνταῦθα γίνεται τῶν τεθνεώτων ὀρθοδόξων βασιλέων ἡ φήμη[1]).

Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων βασιλέων ἡμῶν, τῶν τὴν οὐράνιον βασιλείαν τῆς ἐπιγείου ἀνταλλαξαμένων,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ'.

[1]) Ad triginta sex *μακαρισμούς* sub hoc titulo in vulgata editione relatos centies et octies accinitur *Αἰωνία ἡ μνήμη*, ter scilicet ad quodlibet praeconium ab archidiacono decantatum.

Θεοδώρας, τῆς μακαριωτάτης καὶ θεοφιλεστάτης ἡμῶν βασιλίδος, τῆς τὴν ὀρθοδοξίαν καὶ προσκύνησιν τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀνδρικῶς ἀναστηλωσάσης,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ'.

Εὐδοκίας καὶ Θεοφάνους, Θεοδώρας καὶ Ἑλένης, Ἄννης, Εὐφροσύνης, Μαρίας, τῆς διὰ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος μετονομασθείσης Ξένης, καὶ Εἰρήνης, τῆς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγγελικοῦ σχήματος Εὐγενείας μετακλεϊσθείσης, καὶ πασῶν τῶν εὐσεβεστάτων ἀοιδίμων Αὐγουστῶν,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ'.

Πάντων τῶν ἐν ὀρθοδοξίᾳ λαμψάντων, καὶ ὑπὲρ ταύτης ἔργοις καὶ λόγοις, διδασκαλίαις τε καὶ συγγράμμασιν ἀγωνισαμένων, τῆς τε τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας γενναίως προστάντων, καὶ ἀθλησάντων θεοφόρων πατέρων, διδασκάλων, ὁμολογητῶν καὶ ἱεραρχῶν,

Αἰωνία ἡ μνήμη. γ'.

Ἐνταῦθα γίνεται ἡ φήμη[1]) τῶν βασιλέων, πατριαρχῶν καὶ ὅλων τῶν ζώντων.

Ἡ ἁγία Τριὰς αὐτοὺς ἐδόξασεν.

Τούτων τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μέχρι θανάτου ἄθλοις καὶ ἀγωνίσμασι καὶ διδασκαλίαις, ἡμᾶς παιδαγωγεῖσθαί τε καὶ κρατύνεσθαι Θεὸν ἐκλιπαροῦντες, καὶ μιμητὰς τῆς ἐνθέου αὐτῶν πολιτείας μέχρι τέλους ἀναδείκνυσθαι ἐκδυσωποῦντες, ἀξιωθείημεν τῶν ἐξαιτουμένων, οἰκτιρμοῖς καὶ χάριτι τοῦ μεγάλου καὶ πρώτου Ἀρχιερέως Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

Tribus, ut vides, partibus synodicum constat: verae fidei professione seu *ἀναθέμασι*, sanctorum veneratione seu *μακαρισμοῖς*, votis principibus et patriarchis oblatis seu *πολυχρονίοις*.

[1]) Codino, *De off. CPolitanis*, c. 15. dicitur *εὐφημία* (apud Migne, Patr. gr. t. 157, p. 97). Hoc die vero imperatorem *πολυχρονίζοντες*, eidem distincte *Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους* acclamabant, quemadmodum habet Contant. Porphyrogen., *De caeremoniis Aulae Byzant.*, l. 1, c. 28: *Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῆς ὀρθοδοξίας* (ibid. t. 112, p. 396). Relege, quae de usu *πολυχρονίων* animadvertimus t. 1, pp. 361—362.

In caesarea ecclesia russiaca, ut pleraque omnia conspiciuntur insolitis novationibus ad genium societatis civilis composita, ita et synodicum in eundem habitum se coloremque convertit. In carmen laudativum regnantis familiae summaeque illius, quam *αὐτοκράτωρ* solus habet, potestatis, mire distortum, inter *ἀναθέματα* divinam potestatis caesareae originem magniloquis verbis credendam proponit, defunctos principes deinde ad unum omnes plena manu *μακαρισμοῖς* cumulat vivorumque laudes tandem immensa *πολυχρονίων* effusione ad astra attollit. — En tibi in exemplum aliquas acclamationes ex originali in germanicum translatas apud King, *Gebräuche und Caeremonien der griechischen Kirche in Russland* (Riga, 1773):

Denen [1]), *welche glauben, dass die orthodoxen Fürsten ihre Throne nicht durch eine besondere Gewogenheit Gottes gegen sie besteigen; und bei ihrer Salbung nicht empfangen die Gaben des heiligen Geistes zur Vollziehung ihres grossen Amtes, und es daher wagen, Aufruhr und Empörung wider sie zu erregen, wie Gregorius Otrepevius, Johannes Mazeppa, und dergleichen, sei Anathem* (Dreimal).

Allen, welche gestritten haben für den rechten Glauben durch ihre Worte, durch ihre Schriften, durch ihre Lehre, durch ihre Leiden und gottseliges Leben, wie auch den Beschützern und Vertheidigern der Kirche Christi, feiert die Kirche ihr Andenken jährlich, und saget öffentlich [2]) . . .

Dem frömmsten grossen Monarchen und Kaiser Peter dem Ersten, sei immerwährendes Andenken (Dreimal).

Dem frömmsten Monarchen und Kaiser Peter dem Zweiten, sei immerwährendes Andenken (Dreimal).

Den frömmsten höchsten Prinzessinnen und Kaiserinnen Catharina Alexiewna, Anna Ivannowna, Elisabeth Petrowna, sei immerwährendes Andenken (Dreimal).

Longum, qui sequitur, catalogum defunctorum principum similiter celebratorum generalis haec acclamatio claudit:

Und den übrigen von der kaiserlichen Familie, und allen, die von Grossfürsten von Russland geboren sind, sei immerwährendes Andenken (Dreimal).

---

[1]) Catharina II. jubente, Gabriel archimandrita, prolixum synodicum editionis vulgatae Triodii in breviorem formam contracturus, sexaginta, quae in originali habentur *ἀναθέματα* ad duodecim reduxit, ex quibus hoc, quod exhibemus, penultimo loco refertur. Textum slav. cum versione gallica dat Tondini, *Le Pape de Rome et les Papes de l'église orthodoxe d'orient*, pp. 164—165.

[2]) *Μακαρισμός* iste, quo publice praedicato omnibus defunctis membris Imperatoris solemniter accinitur *Αἰωνία μνήμη*, simillimus est illi, quo honorari vidimus supra in synodico Sanctos, quos coelitum honoribus dignos declaravit Ecclesia catholica.

Der frömmsten und durchlauchtigsten Monarchin (namentlich), *die eifrig annimmt, und vertheidigt die christliche Religion, und beschützt die Kirche Christi, verleih, o Herr, Glückseligkeit und Friede, und Gesundheit und Heil, Glück in allen ihren Unternehmungen, Sieg über alle ihre Feinde, und erhalte sie viele Jahre.* — Chor: *Viele Jahre* (Neunmal).

Der gottseligsten kaiserlichen Familie, viele Jahre. — Chor: *Viele Jahre* (Dreimal).

Den gottseligsten gesetzgebenden Collegio, Generals und Gouverneurs der Städte; der christlichen Armee . . . Viele Jahre. — Chor: *Viele Jahre* (Dreimal).

Ut autem ejusmodi acclamationes citius possent longe lateque diffundi, *officium orthodoxiae (čin pravoslavija)* proprio tomo separatim editum est in Russia, praefixo titulo *Poslědovanie v nedělju pravoslavija.* De eo post metropolitam Eugenium *(Slovar istoričesk., Lexicon historic.)*, auctorem operis *Istoričesk. obožren. bogoslužeb. knig greko-rossijsk. čerkvi, Notitia historica librorum liturgicorum ecclesiae graeco-russae* aliosque scriptores non ita pridem fuse tractavit Nikolski, sacerdos Petropolitanus, in opere russice scripto *de anathematibus,* in quo tamen multa reperiuntur, quae doctorum reprehensione non carebunt.

Dominica I. Quadragesimae.

Dominica prima Quadragesimae Latinis ab Introitu Missae vocatur *Invocavit;* ab Evangelio diei *Diabolus recessit;* ab ordine quem tenet a passione Domini *Quintana.*

In Kalendariis croaticis et serbicis ritus latini nuncupatur *nedjelja čista,* h. e., *Dominica pura,* nomine, ut videtur, ab orientalibus assumpto, quia in ritu graeco dies hic dominicus *τὴν καθαρὰν ἑβδομάδα, hebdomadam puram,* terminat. Forte etiam inde nomen habet, quod in plerisque ecclesiis latinis ultimus dies esset praeviae *purificationis,* qua fideles ad observantiam quadragesimalem praeparabantur.

Galli eum diem *Dominicam brandonum (la fête des brandons), burarum (jour des bures), focorum* appellabant, quod sub vesperam juvenes aliive toti in laetitiam effusi *brandonibus* [1], seu *buris* [2], h. e., facibus accensis concursare

[1]) *Brando* et *branda,* titio, fax ardens, a *Brand,* voce germanica. Sic de ignibus in pervigilio s. Joannis Bapt. accendi solitis (juxta dicta tomo 1, pp. 188—189) agens Durandus *Rational.* l. 7. c. 14, ait: *Ferunt etiam brandas sive faces et cum illis circumeunt arva.*

[2]) *Burae* (bure) vocabulum Lotharingis et Barrensibus idem valet,

februareque solerent. Quod quum ex indubiis historiarum monumentis, a Du Cange in *Glossar. latin.* allatis, evidenter pateat, probari non potest sententia abbatis Prosperi Guéranger, huic nomenclaturae piacularem originem tribuentis, ac si appellatio *Dominicae brandonum* inde veniret, quod juvenes eo die cum facibus accensis in ecclesia comparere debuissent, insolentem praeteritorum bacchanalium licentiam publice expiaturi [1]). Si quis tamen profanum ac vulgarem brandonum usum a saeculi rebus ad sacrum argumentum accommodare vellet, eum pie transferre posset ad celebrandam gloriosam Christi de diabolo victoriam in hodierno Evangelio Missae relatam, quemadmodum statim indicabimus.

Quod autem ab hoc die et per totam sequentem hebdomadem facibus accensis discurrerent pueri, etiam dies *primorum brandonum* nuncupatus legitur.

Qua ratione vero id olim fieret, hodieque in variis regionibus accenso vel manipulo stramineo tortili [2]) vel lignorum acervo peragatur, discere poteris ex multis antiquis monumentis relatis apud Du Cange, l. c.

Interdum etiam *Dominica bordarum* seu *bohordicorum (jour du bourhordeis, behordeis, behourdy, bouhourdüch)* vocatur a virgulis seu baculis, quorum usus erat in hastiludiis seu ludicris illis certaminibus, quae ea Dominica nobiles adolescentes burgenses, castrorum habitatores, obire solebant; ea bacula enim *bouhours* nuncupata fuisse, constat ex relatis ibid. sub verbo *bohordicum,* p. 712. — Et haec quidem de antiquis appellationibus gallicis.

A Germanis eidem Dominicae tria nomina legimus imposita: *Funkentag, Hallfeuer* et *Burgsonntag.* Eorum rationes a Jac. Grimm [3]) aliisque auctoribus quaeras, qui studium antiquitatum nationis nostrae profitentur.

---

quod alibi *brandon.* Cfr. Du Cange, *Glossar. med. et infim. Latinit.,* sub hac voce.

[1]) Au moyen-âge on le nommait *Dimanche des brandons,* parceque les jeunes gens, qui s'étaient trop laissé aller aux dissipations du carnaval, devaient se présenter ce jour-là à l'église, une torche à la main, pour faire satisfaction publique de leurs excès. *L'année liturg.* — Le carême p. 145.

[2]) Vulgo *escouvillon, oujule.*

[3]) *Deutsche Mythologie,* edit. 2, pp. 593—594.

Hodiernis brandonibus quaedam est significationis similitudo cum ignibus s. Joannis Baptistae, quos in pervigilio ejus festi accendi solere diximus tomo 1, pp. 188—190; quemadmodum enim ibidem fideles editis illis popularis laetitiae signis in sancti praecursoris Nativitate se gaudere palam ostendunt, sic et hodie populus laetabundus, facibus ardentibus exsultationis causa adhibitis, Christo Domino, victori diaboli, pie acclamando justum ejus de hoste triumphum celebrat.

Secretiores Officii, Missae Stationisque rationes apud Durandum l. c. c. 32. aliosque interpretes jam citatos quaere nominatimque vide, quanam ratione homo poenitens ac jejunans inter duas molas, timorem scilicet ac spem, molitus ac contritus [1], panis Deo placens efficiatur; ac quo modo christianus miles, per Epistolam (II. Cor. 6, 1—10) quatuor virtutibus cardinalibus armatus, exemplo divini ducis contra hostem pugnando (Evang. Matth. 4, 1—11) certissime palmam sit accepturus.

De hujus diei abstinentia tandem hic repraesentandam censemus sententiam s. Gregorii M., quae quoniam plena est sollicitudine et prudentia pastorali, dignissima profecto apparet, quae a canditatis muneris pastoralis attente legatur. Refertur in corpore juris sacri c. *Denique* 6. Dist. 4, in haec verba conscripta: *De ipsa vero die dominica* [2]) *haesitamus, quidnam dicendum sit, quum omnes laici et saeculares illa die plus solitò caeteris diebus accuratius cibos carnium appetant* [3]); *et nisi nova quadam aviditate usque ad medias noctes se ingurgitent* [4]), *non aliter se hujus sacri temporis observationem suscipere putant: quod utique non rationi, sed voluptati, immo cuidam mentis caecitati adscribendum est, unde nec a tali consuetudine averti possunt: et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte pejores existant,*

---

[1]) Assumpta a Durando haec metaphora est ex glossa ad c. *Serpens* 47. de poenit. Dist. 1. voc. *Non desperata.*

[2]) Scilicet: Dominica prima Quadragesimae, et non carnisprivii, ut glossa erronee adnotavit. Cfr. Card. Thomas. tom. 7. p. 188.

[3]) Quoniam Dominica haec prima Quadragesimae tempore s. Gregorii M. media interjacebat inter quatuor dies jejunii praeliminaris et ipsam observantiam quadragesimalem, de jure communi nondum *ἀποκρεώσιμος* erat.

[4]) *Ἀποκρεύειν* dicunt Graeci, quemadmodum notavimus p. 19.

si a tali consuetudine prohibeantur[1]). *Ut enim ait Salomon* (Prov. 30, 33): qui multum emungit, elicit sanguinem (apud Migne, Patr. lat. t. 77, p. 1351).

Ἑβδομὰς β'. τῶν νηστειῶν. Hebdom. I. Quadrages.

Diem dominicum *τῆς ὀρθοδοξίας* excipit apud Graecos *ἑβδομὰς β'. τῶν νηστειῶν*, apud Latinos vero *hebdomada prima Quadragesimae.*

Sunt quidem, qui primae huic hebdomadae appellationem *castae* factam existiment, quod inter duas Dominicas, a Croatis Serbisque *čista* et *pačista* vocatas, media interjaceat; verum eo nomine hebdomadam praecedentem nuncupatam fuisse censemus, quod statim ineunte magno jejunio *castimonia per Quadragesimam servanda significaretur,* quemadmodum vocem explicat Du Cange, *Glossar. lat.* v. *hebdomada casta.* Sed relege quae de *puritate* seu *castimonia* hebdomadi ineuntis jejunii praestituta animadvertimus supra pp. 86—87.

Feria II. antiquis erat *dies ineuntis Quadragesimae,* quemadmodum etiam hesternum diem Sacramentario Gelasiano inscriptum vidimus (p. 91): *Dominica in Quadragesima inchoantis jejunii.*

Indictio jejunii quadragesimalis, quod antiquitus a Dominica prima Quadragesimae ducebatur, in vetustis Kalendariis ita notata habetur: *VIII. idus februarii init. XL.,* ut in Codice Vaticano 3806; vel *VII. idus februarii primus term. XL.,* ut in codice 3101, et apud Bedam in Ephemeride: *a septimo idus februarii ubicunque secunda luna evenerit, in proxima dominica die post eam habes Quadragesimam*[2]): qua de re videndus Nic. Alemanni, *De Kalendario pugillari,* apud Mai, Nova Patrum bibliotheca, t. 6, part. 2, p. XXXVII.

---

[1]) Ex his verbis regulam pastoralem deducit glossa, ad majus malum vitandum esse quidem patienter sustinenda crimina, ratione multitudinis vel scandali, vel schismatis, ea tamen censeri non posse oeconomico hoc silentio a legislatore probata. Relegas quae de tolerantia diximus p. 67.

[2]) Cfr. etiam Migne, Patr. l. t. 90, p. 716.

Jejunium quatuor temporum veris.

Hac hebdomada Latini *jejunia quatuor temporum celebramus* feriis IV. et VI. et sabbato. De iis, praeter alias leges ecclesiasticas, agunt septem priores canones Distinctionis 76. Decreti Gratiani, ex quibus manifestum est, hac observatione id sibi velle Ecclesiam occidentalem, ut in quatuor anni partibus veluti *in quatuor mundi cardinibus* [1]) pro acceptis beneficiis Deo gratias agamus, ut divinam opem exoremus atque his poenitentiae operibus nostra crimina expientur, ut denique idoneos altaris ministros a Deo impetremus; nam sabbato quatuor temporum solemnes clericorum ordinationes peraguntur. Sed de his jejuniis commodius agemus proprio loco.

Feria VI. Festum lanceae et clavorum D. N. J. Ch.

Festum in honorem s. lanceae, instante Carolo IV. imperatore, in Germania et Bohemia celebrandum primus indulsit Innocentius PP. VI., d. 13. Febr. 1353, quod deinde authentico Officio distinctum auctoritate S. Rit. Congr. cum consueta clausula approbatum est: *„Pro gratia, citra tamen approbationem reliquiae"*. Caetera quae ad inventionem, translationem, cultum s. lanceae pertinent, ex Gretser. *(de s. cruce,* t. 1. syntagm. cc. 7—8) et Benedicto PP. XIV. *(De canoniz.* l. 4, part. 2, c. 24, n. 6; c. 25, nn. 54—55: c. 31, n. 13) in brevem summam redacta exhibet *Kirchenlexicon,* t. 7, pp. 1419—1421, edit. 2.

Κυριακὴ δευτέρα τῶν νηστειῶν [2]). — *Dominica II. Quadragesimae. Vacat.*

Slav. *Nedělja 2. posta;* rumen. *Dominec'a 2. a paresemiloru.*

In vetere Graecorum catholicorum *ἀκολουθίᾳ* nullum hoc die dominico festum occurrit, sed praeter Evangelium, quod *de paralytico per tectum in grabato demisso sanatoque* se-

[1]) Ita s. Leo M. relat. can. *Hujus observantiae* 6. Dist. cit.

[2]) Ferendum non est, ut H. Alt, l. c. p. 212, secundam hanc Do-

cundum evangeliorum per annum distributionem [1]) legitur ex Marci [2]) capite 2, *de filio prodigo* tantum agitur: quod officium et recentiores editiones catholicae exhibent. In antiquo codice Barberiniano a card. Quirini edito inscriptionem habet p. 211: *Εἰς τὸν ἄσωτον.*

Κατανυκτική est hodierna *ἀκολουθία*, eo spectans, ut poenitentiae et conversionis propositum ante quatuor hebdomadas, ipsa Dominica *τοῦ ἀσώτου*, cum filio prodigo factum *perseveranter* impleamus [3]). Simul autem monentur sacerdotes, ut *intimo caritatis affectu poenitentes* ac cum filio prodigo revertentes peccatores *suscipiant, sicut Dominus ostendit* (c. Poenitentem 9. C. 26. q. 7). Etenim pater, ut primum vidit filium revertentem, *misericordia motus est (ἐσπλαγχνίσθη)*, non indignatione, cujus causam habuisset aequissimam; misericordiamque abscondere non valens accurrit *(δραμών)*; non modo vadit obvius, quod multum fuisset, sed passu festino advolat clementia alas addente. *Cadit super collum ejus (ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐπέπεσεν)*, *et osculatur eum (καὶ κατεφίλησεν αὐτόν)*, a quo olim erat tanta contumacia fastiditus. Trepidantem filium amplectitur, paternis brachiis arctissime constringit. Quidquid malitiae per longum tempus actum est, pater momento obliviscitur; et sic degener ille, jam carus filius, primae felicitati restituitur. Ut ita *poenitentem ex corde suscipiant* confessarii, hujus diei officio docentur.

---

minicam vocet *tertiam*, numeratis scilicet jejuniorum Dominicis a *κυριακῆς τῆς τυρινῆς*, tanquam si ab eo die cum jejuniis *τυροφαγία* atque inde proprius ordo Dominicarum *τῶν νηστειῶν* inciperet.

[1]) Quatuor Evangelia ita apud Graecos esse in anni Dominicas distributa, ut s. Marco jejuniorum tempus sit assignatum, suo loco fusius declarabimus.

[2]) Non est igitur hic paralyticus confundendus cum alio, qui 38 annis languerat ac sanatus demum est ad piscinam Bethsaïda, de quo legitur Evangelium Dominica III. post Pascha ex Joannis capite 5.

[3]) Officium *τοῦ ἀσώτου* utroque die ad poenitentiam peccatorum excitandam dirigitur. Unde Augusti oscitanter nimis, vocabulo *τοῦ ἀσώτου* perperam intellecto, *κυριακὴν τοῦ ἀσώτου* eo nomine vocari scribit, quod sit *dies vulgi luxuriantis, der Schwelg-Sonntag, eine Art von Carneval, in der Bedeutung von* caro valet *(Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie*, tom. 10, p. 401). Eam enim *τοῦ ἀσώτου* vocari ostendimus, quod Ecclesia eo die, filii prodigi conversione proposita, peccatores ad similem mentis vitaeque mutationem exhortetur. Repete dicta pp. 12—13.

Loco catholicae hujus *ἀκολουθίας* sequiores Graeci non uniti solemniter agunt officium Gregorii Palamae, quamvis, notante L. Allatio *ad h. d., Byzantii aliisque in locis excommunicatione aliquando vetitum fuit, ne recitaretur in ecclesia et sacra jejuniorum officia pessimi hominis commemoratione deturparentur.*

Editores Triodii veneti an. 1870 animadvertunt p. 170, *praesens hoc* (Gregorii Palamae) *Officium in antiquiori, quem ad manum habeant, codice mscr. non reperiri, sed ejus loco aliud idque maxime poenitentiale* [1]; ipsum illud scilicet, quod ex genuinis veteris ecclesiae graecae fontibus erutum, recens editio romana an. 1879 sistit pp. 296—302.

Mutationem factam etiam testatur Typicum s. Sabae (recentioribus, ut vides, additionibus depravatum et ipsum), praescribens cap. 53: *Κυριακῇ β'. τῶν ἁγίων νηστειῶν, ὡς ἐν τυπικοῖς νεωτέροις εὕρομεν, ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, Dominica 2. ss. jejuniorum, quemadmodum in recentioribus Typicis reperimus, cantatur Officium s. p. n. Gregorii.*

Gravissimum sane piaculum! Si enim vel ipsis ecclesiasticis Graecorum legibus vetitum est, novas precationum formulas conscribere atque in sacris conventibus recitandas proponere [2], quam nefandum dicendi sunt ausi facinus schismatici, dum, temeratas manus in intemeratos ecclesiae ritus injiciendo, ad hunc diem proposuerunt officium a novitia manu in honorem *perditissimi illius hominis* compactum, *quem ab Ecclesia Dei ut nequissimum auctorem impietatis et propugnatorem blasphemiarum proscriptum et sacerdotio spoliatum* vidimus t. 1, pp. 237—238!

Praeeuntibus Graecis ac Russis orientales in Austro-Hungaria, ab Ecclesia catholica separati, praeter hoc festum conceptivum ejusdem diffamatissimi hominis memoriae recolendae etiam destinarunt 14. Novembris, quo die ipsius nomen in Kalendaria

---

[1]) *Ἡ παροῦσα ἀκολουθία οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀνὰ χεῖρας ἡμῖν χειρογράφῳ, ὡς ταύτης ἀρχαιοτέρῳ, ἀλλ' ἄλλη τις, ἀντ' αὐτῆς, καὶ μάλα κατανυκτική.*

[2]) Cfr. Balsamonis, Zonarae et Aristeni *Commentar. in Concil. Laodic. can. 18.* (apud Migne, Patr. gr. tom. 137, pp. 1363—1366), et *in Concil. Carthagin. can. 106.* ibid. tom. 138, pp. 353—356).

ecclesiastica relatum vides. Ex iis exempli causa afferrimus, quod approbationem Consistorii Cernoviciensis praefixam habet, *Calindariu pe anul ordinariu 1879, redigeat* de Miron M. Calinescu, *secretariul societatii pe'ntru cultura sî literatura romîna în Bucovina*, ubi ad praedictum diem 14. Novemb. sancto Philippo Apostolo *Gregorius Palamas* et alius quidam dubiae fidei *neomartyr Constantinus*[1]) socii adduntur.

Caeterum repete quae de haeresi Palamitica disputavimus tomo 1, pp. 235—238, ac consule etiam auctores ibidem citatos. Legi praeterea possunt quae L. Allatius de hoc officio late scribit in *Examine Triodii*, nn. 194—218 (apud Fabric. *Biblioth. gr.* lib. 5 append. pp. 134—149).

Per occasionem officii praesentis diei illegitimis mutationibus, ut dictum est, depravati, duo haec notanda censemus, quae lectoris antiquitatis agnoscendae studiosi nosse interfuerit:

1. Perperam omnino ac falso Graeci de genuina antiquitate in divinis officiis atque in ecclesiasticis caeremoniis ubique a se sancte servatis gloriari solent. Vel una haec novitia *ἀκολουθία* secundae jejuniorum Dominicae, quam cum sincero veteris ecclesiae graecae officio poenitentiali temere commutarunt, nos onere levat, rem aliunde probandi. Quodsi tamen collibuisset, alia insuper videri possent in eandem graecam novandi cupiditatem a nobis animadversa in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1894 pp. 267—268 et 736—737.

2. Haud immerito Russi illi, qui, patriae gloriae studiosi, sanas antiquitates ecclesiasticas gentis suae religiose custoditas vellent, conqueruntur ac deplorant, quod Slavorum posteri splendorem veterum ac genuinorum librorum liturgicorum ecclesiae suae foedis istis maculis graecis asperserint ac venerandas Patrum caeremonias ausu temerario polluerint. Videas exemplum in cit. „Zeitschrift" 1894, pp. 274—275 junctis quae adnotata sunt tomo 1. hujus operis, pp. XLI—XLII.

Dominica II. Quadragesimae, ab Introitu Missae *Reminiscere*, ab Evangelio, quod olim ex praecedenti feria V. repetebatur[2]), *Chananaeae* dicta, in antiquis libris ritualibus Ecclesiae latinae inscribitur *Vacat*.

Quod multi liturgicarum rerum interpretes cum Durando l. c. cap. 39, n. 1. ajunt, ob eam rationem dies dominicos

---

[1]) De eo videndus Martinov, *An. eccles. gr. slav.* ad h. d. Dicitur autem *dubiae fidei martyr*, quia lauream non est adeptus pugnando *νομικὸν ἀγῶνα*, *legitimam pugnam*, quemadmodum hanc in veris Dei martyribus describit s. Gregorius Nazianz. *or. 43. funebr. in s. Basil. M.* n. 6; apud Migne, Patr. gr. t. 36, pp. 499—502.

[2]) Cfr. Durand. l. c. cap. 39, n. 1.

subsequentes sabbata, solemnibus clericorum ordinationibus deputata, *vacantes* appellatos esse, vel quod cum traductis ordinationibus in diem sabbati pro die dominico totum quoque officium cum Missa translatum fuerit in sabbatum, vel quod propter officium nocturnum ordinationis usque in mane protensum proprio missae officio fuerint ii dies expertes [1]), id verum esse non existimant Ballerinii in *Annotat. ad epistolam s. Leonis M. ad Dioscorum Alexandrinum* [2]). Idcirco potius dictos esse *vacare* statuunt, quod solum officium laboriosius cantus antiphonarum, responsoriorum, non autem officium Missae, fuerit omissum, ea forte de causa, ut ministris magno labore et prolixiori cantu ordinationum laxatis parceretur. Et revera in ms. Gregoriano Sacramentario Ottoboniano apud Muratorium, quod omnium antiquissimum est, quum omnibus diebus dominicis per annum indicentur antiphonae, responsoria, offertorium et communio, quae a choro canebantur, solum in quatuor Dominicis subsequentibus sabbata quatuor temporum haec omnia desiderantur [3]).

Ut in Croatia et Serbia praecedenti Dominica vulgo *Ned. pačista* dicitur, ita in antiquis Kalendariis gallicis modo *Dom. post focos* vel *ignes,* modo *bohordicum secundum* vocatur.

Hodierna *statio ad s. Mariam in Domnica* seu *in Cyriaca* [4]) maximam celebritatem est consecuta a s. Archidiacono Laurentio, qui in eadem aede serviens, *in numerosissimorum pauperum victu atque vestitu inamissibiles, quas tyrannus requisivit, ecclesiae facultates condiderat.* (S. Leo M. in *Breviar.*) Cfr. Moroni, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica,* tom. 12, pp. 107—109.

Feria VI. Festum sacratissimae Sindonis D. N. J. Ch.

De rationibus religionis ss. Sindonis quam plurima magni momenti scituque dignissima ex variis scriptoribus eruta invenies apud Moroni, *Dizionario,* t. 66, pp. 188—195. Ex

[1]) Ita Micrologus, *De ecclesiasticis observationibus,* c. 29, apud Migne, Patr. lat. tom. 151, p. 1002.

[2]) Ibid. tom. 54, pp. 624—627.

[3]) Ibid pp. 1283—1284.

[4]) Vocatur etiam *in Navicella,* de qua appellatione videndus Moroni, loco jam indicando.

iis ad praesens nostrum argumentum proxime spectat notitia historica festi. Fuit autem anno 1506 primum a Julio PP. II. indultum ecclesiae Camberiensi, quae ss. Sindonem non sine insigni prodigio acceperat an. 1453 [1]). Exinde vero auctoritate Sedis Apostolicae mox ad universam Sabaudiam extensum, procedente tempore etiam ad plures alias regiones propagatum ostenditur.

Κυριακὴ τρίτη τῶν νηστειῶν, τῆς σταυροπροςκυνήσεως. — *Dominica III. Quadragesimae. Oculi.*

Slav. *Nedělja 3. posta, krestopoklonnaja;* rumen *Dominec'a 3. a paresemiloru, inchinatiunea crucii.*

Tertius dies dominicus solemnis habetur *εἰς προςκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ*, quemadmodum tituli homiliarum ss. Joannis Chrysostomi, Sophronii, Theodori Studitae et Germani CP. indicant, quae editae a Gretsero sunt *de cruce,* tom. 2, pp. 217—258 [2]). In libris ritualibus Graecorum et a Codino, *De officiis CP.* c. 9 [3]), unico nomine vocatur *σταυροπροςκύνησις* [4]), quasi dicas *crucisadoratio.* Horo-

[1]) Quomodo s. Syndon eo anno Camberium delata, ibidem „non sine mirabilibus divinae voluntatis argumentis" sit relicta, ex antiquis fontibus refert Raynaldus, continuator Baronii, an. 1453, n. 17.

[2]) Quae ad praeclara Gretseri opera *de cruce* ex recentioribus variorum commentariis adnotari merentur, uno fasce diligenter collecta proponit Hirschmann in „Zeitschrift für kathol. Theologie", 1896, pp. 256—300: quem certe non sine utilitatis fructu adibis.

[3]) *Ἑορτὴ τῆς σταυροπροςκυνήσεως.* Apud Migne, Patr. gr. t. 157, p. 81.

[4]) De elementis constitutivis hujus appellationis notant lexicographi, nomen *σταυρός, crux,* ab *ἵστασθαι* dici, *ὅτι ἵσταται,* verba sunt Eustathii, *εἰς ἀέρα ἠρμένος, quoniam stat in aërem erecta.* — *Προςκύνησις* autem deducitur a *κύω* sive *κυνέω, osculor,* in cujus Aor. si geminetur σ *(ἔκυσσε, κύσσαι)* summam animadvertis similitudinem cum germanico *küssen,* tum ex congruentissimo utriusque verbi sono, tum ex mira potestatis consensione. Reconditiora ex grammaticorum scriniis profert Curtius de vocabulo *σταυρός* p. 211, de verbo *κυνεῖν,* p. 158.

logium arabicum Melchitarum solemnitatis titulum e graeco reddit: *Sudšud açgalîb elkerîm elmochjî,* h. e., *προςκύνησις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, adoratio pretiosae et vivificae crucis.*

Appellatur autem tertia haec Dominica *κυριακὴ τῆς σταυροπροςκυνήσεως*, quod eo die ecclesias populus frequens adeat, ut sanctum crucis lignum in altari propositum veneretur. Exhibetur nimirum s. crux eodem fere modo adoranda, qua eam Latini ad adorationem ipso sacratissimae Parasceves die exponunt. Vide laudatum Gretserum, tom. cit. p. 212, ubi vulgatiorem celebritatis ritum in Typico s. Sabae constitutum graece et latine reperies.

Modum, quo imperator CP. se ad ecclesiam contulit, s. crucem solemniter adoraturus, proprio capite describit Codinus l. c. Cfr. etiam Constantin. Porphyrogen., *De caeremoniis aulae CP.*, cc. 29—30, ibid. tom. 112, pp. 399—406.

De rationibus hodiernae adorationis s. crucis.

Triplicem rationem profert Triodium, cur pretiosum crucis lignum ad adorationem exponatur, et praecipue hebdomade subsequenti, quarta jejuniorum; ut crux nimirum, passionis Christi monumentum, nos ad eam ferventius austeritatis tempore sequendam excitet; ut praeteritos abstinentiae labores consopiat; demum ut sese ipsam velut paschalis hilaritatis pignus proponat. Sed ipsum synaxarium adeo scite ac pie ex variis homiliis veterum patrum graecorum est contextum, ut omnino dignum sit, quod hic in forma extensa sistatur [1]):

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ τῶν νηστειῶν, τὴν προςκύνησιν ἑορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, δι' αἰτίαν τοιαύτην· ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῆς τεσσαρακονθημέρου νηστείας, τρόπον τινὰ καὶ ἡμεῖς σταυ-

Eadem die Dominica, tertia jejuniorum, adorationem celebramus venerandae ac vivificae Crucis hanc ob causam. Quoniam enim per quadragintadiale jejunium, etiam nos aliquo modo crucifigimur, mor-

[1]) Synaxarium etiam Germanorum consuetudini traditum videas apud Maltzew, *Die Nachtwache,* pp. 215—220.

ρούμεθα, νεκρούμενοι ἀπὸ τῶν παθῶν, πικρίας δὲ αἴσθησιν ἔχομεν ἀκηδιῶντες καὶ καταπίπτοντες, προτίθεται ὁ τίμιος καὶ ζωοποιὸς σταυρὸς ὡσανεὶ ἀναψύχων, καὶ ὑποστηρίζων ἡμᾶς καί ὑπομιμνήσκων ἡμᾶς τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ παραμυθούμενος, δι᾽ ὁ Θεὸς ἡμῶν δι᾽ ἡμᾶς ἐσταύρωται, πόσον χρὴ ἡμᾶς δι᾽ αὐτὸν πράττειν· κουφίζων τε τοὺς πόνους ἡμῶν τῇ παραθέσει τῶν δεσποτικῶν θλίψεων, καὶ τῇ ὑπομνήσει, καὶ ἐλπίδι τῆς διὰ τοῦ σταυροῦ δόξης· ὡς γὰρ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀναβὰς ἐδοξάσθη διὰ τῆς ἀτίμου περιαγωγῆς [1]), καὶ τοῦ πικρασμοῦ, οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς πράσσειν, ἵνα συνδοξασθῶμεν αὐτῷ, εἰ καί τι τέως πάσχομεν ἀηδές, καὶ ἄλλως, καθάπερ οἱ τραχεῖαν, καὶ μακρὰν ὁδὸν διανύοντες, καὶ τῷ καμάτῳ κε-

tificandis passionibus, cum quodam acerbitatis ac moeroris sensu animique dejectione: proponitur veneranda ac vivifica Crux, quae nos veluti refrigeret, suffulciat, et commonefaciat Passionis Domini nostri Jesu Christi, et consoletur illa cogitatione: si Deus noster nostra causa crucifixus sit, quantum oporteat nos ipsius causa facere: levet denique labores nostros, propositis Domini tribulationibus, et recordatione ac spe gloriae per crucem consequendae. Ut enim Salvator noster cruce conscensa glorificatus est per ignominiosam circumductionem et cruciatuum acerbitatem: ita oportet et nos facere, ut cum eo glorificemur, etiamsi quid interea patiamur molestiae. Ac praesertim, quemadmodum, qui aspera longaque via confecta, et labore fessi, sicubi arborem umbrosam inveniunt, remittunt

[1]) Maltzew non ineleganter in germanicum convertit: *Durch seinen Wandel in der Erniedrigung,* accipiendo nimirum vocabula *τῆς ἀτίμου περιαγωγῆς* pro humili vitae genere seu conversatione Salvatoris. Quae significandi potestas licet nomini *περιαγωγή* nullibi, quod sciamus, subjecta deprehendatur, a sensu usuque verbi *περιάγω* tamen non omnino abhorret; *περιάγω* quippe, proprie *circumduco,* frequenter etiam, ac praesertim in Novo Testamento adhibetur pro *circumeo, peragro, lustro,* ut ecce: *περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας* (Matth. 9, 35); *καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς* (id. 4, 23) jctis. Marc, 6, 6; Act. 13, 11. Unde voces *ἄτιμος περιαγωγὴ καὶ ὁ πικρασμός* intelligi haud dubie possunt de vitae ratione *despecta* eaque *amara,* qua Christus Dominus, maxime in vita sua publica, *talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem* (Hebr. 12, 5).

κμηκότες, εἴπου δένδρον εὐσκιόφυλλον εὕρωσι, μικρὸν καθήσαντες ἀναπαύονται, ὡσανεὶ νεαροὶ γενόμενοι, τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ διανύουσιν, οὕτω καὶ νῦν εἰς τὸν τῆς νηστείας καιρόν, καὶ τὴν ἐπίπονον ὁδόν, καὶ τὸν δίαυλον ἐνεφυτεύθη μέσον παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ὁ ζωηφόρος σταυρός, ἄνεσιν καὶ ἀναψυχὴν ἡμῖν χορηγῶν, εὐσταλεῖς τε καὶ κούφους πρὸς τὸν ἑξῆς κάματον τοὺς κεκοπιακότας παρασκευάζων.

Ἢ ὥςπερ ἐστὶν ἐπὶ βασιλέως παρουσίᾳ· προπορεύονται τὰ ἐκείνου σημεῖα, καὶ σκῆπτρα, εἶτα καὶ αὐτὸς παραγίνεται χαίρων ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ ἀγαλλόμενος, συνευφραίνεται ἅμα καὶ τὸ ὑπήκοον· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μέλλων ὅσον οὔπω τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ἐνδείξασθαι τρόπαιον, καὶ μετὰ δόξης προελθεῖν διὰ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας, προέπεμπε τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ, τὴν βασιλικὴν σημαίαν, τὸν ζωοποιὸν σταυρόν, περιχαρείας, καὶ ἀναψυχῆς ἡμᾶς ὅτι πλείστης ἐμπλήσοντα καὶ παρασκευάζοντα ἡμᾶς, ἑτοίμους γενέσθαι καὶ αὐτὸν ὅσον οὔπω τὸν βασιλέα εἰσδέξασθαι καὶ ἀνευφημῆσαι περιφανῶς θριαμβεύοντα· ἐν τῇ μέσῃ δὲ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδι, ὅτι τῇ Μεῤῥᾷ πηγῇ ἔοικεν ἡ ἁγία τεσ

nonnihil, et quiescunt, ac tum veluti recentes et integri reliquum viae absolvunt: sic et nunc jejunii tempore in medio laboriosi itineris ac stadii plantata est a sanctis Patribus vitalis Crux, quae remissionem ac refrigerium nobis praebeat, expeditosque et leves ad ceterum laborem defatigatione pulsa reddat.

Aut quod fit in regis adventu, praecedunt signa illius et sceptra; deinde et ipse advenit laetus victoria, et exultans, congratulantibus subditis: ita etiam Dominus noster Jesus Christus demonstraturus paulo post devictae mortis trophaeum, et cum gloria processurus die Resurrectionis, praemisit sceptrum suum, regium insigne, vivificam Crucem, quae nos gaudio et solatio perfunderet, ac praepararet instrueretque, ut ipsum quoque Regem jamjam susciperemus et splendide triumphantem depraedicaremus. In medio porro sanctae Quadragesimae hoc fit propterea quod Marrhae fonti similis est Quadragesima, propter afflictationem, acerbitatem ac molestiam, quae nobis ex jejunio existit. Ut ergo in medium ejus fontis divinus

σαρακοστῇ διὰ τὴν συντριβήν, καὶ τὴν ἐνοῦσαν ἡμῖν ἀπὸ τῆς νηστείας πικρίαν, καὶ ἀηδίαν, ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνῃ μέσῃ ὁ θεῖος Μωϋσῆς τὸ ξύλον ἐνέβαλε, καὶ ἐγλύκανεν αὐτήν· οὕτω καὶ ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς θεὸς τῆς νοητῆς ἐρυθρᾶς, καὶ τοῦ Φαραώ, τῷ ζωοποιῷ ξύλῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ γλυκαίνει τὴν ἀπὸ τῆς τεσσαρακονθημέρου νηστείας πικρίαν· καὶ παραμυθούμενος ἡμᾶς, ὡς ἐν ἐρήμῳ διάγοντας, ἕως οὗ πρὸς τὴν νοητὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπαναγάγῃ διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀναστάσεως.

Ἢ ἐπειδὴ ὁ σταυρὸς ξύλον ζωῆς λέγεται, καὶ ἔστιν, ἐκεῖνο δὲ τὸ ξύλον ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τῆς Ἐδὲμ πεφυτευμένον ἐτύγχανεν, ἁρμοζόντως οἱ θειότατοι πατέρες τὸ σταυρικὸν ξύλον ἐν μέσῳ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς αὐτὸ κατεφύτευσαν. ὁμοῦ μὲν καὶ τῆς τοῦ Ἀδὰμ λιχνείας ὑπομιμνήσκοντες, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐκείνου, διὰ τοῦ παρόντος ξύλου ἀναίρεσιν διαγράφοντες· τούτου γὰρ γενόμενοι, οὐ μᾶλλον ἀποθνήσκομεν, ἀλλὰ καὶ ζωογονούμεθα. Τῇ αὐτοῦ δυνάμει Χριστὲ ὁ θεὸς, καὶ ἡμᾶς τῶν τοῦ πονηροῦ διαφύλαξον ἐπηρειῶν, καὶ τὰ θεῖά σου πάθη, καὶ τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν προσκυνῆσαι ἀξίωσον, τὸ τεσσαρα-

Moyses lignum illud conjecit eumque dulcem reddidit: sic et Deus, qui nos per spirituale mare rubrum ducit, et a Pharaone liberat, vivifico ligno venerandae et vitalis Crucis dulcem facit quadragintadialis jejunii acerbitatem, nosque consolatur, velut in solitudine degentes, donec ad spiritualem Hierusalem per Resurrectionem perducat.

Aut quoniam Crux lignum vitae dicitur et est; illud vero lignum in medio Paradisi terrae Edem plantatum erat; convenienter divinissimi Patres Crucis lignum in medio sanctae Quadragesimae plantaverunt; simul ut nobis et Adae edacitatem in memoriam revocarent et, quemadmodum per praesens lignum ereptus sit, adumbrarent. Hoc enim si degustamus, non amplius morimur, quin etiam in vitam nascimur. Ejus virtute, Christe Deus, et nos a cacodaemonis conserva insultibus, et divinam Passionem tuam ac vitalem Resurrectionem adorare dignare, Quadragesima facile transacta, et miserere

κονθήμερον εὐμαρῶς διανύσαντας στάδιον, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

nostri, utpote solus bonus et humanus.

In vetusto codice Barberiniano, a card. Quirini edito, idem hic dies ita inscribitur p. 274:

Κυριακὴ γʹ. τῶν νηστειῶν. Εἰς τὴν προςκύνησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ εἰς τὸν τελώνην καὶ φαρισαῖον.

De publicano et pharisaeo est proprium *ἰδιόμελον*, quod ante crucis adorationem canitur. Sub mediam Quadragesimam autem haec parabola iterum memoratur, ut fidelibus legitimae jejunii salutaris normae identidem inculcentur, superba pharisaei oratione *(jejuno bis in sabbato)* eos generatim monente, *nihil prodesse jejunare visceribus, nisi etiam ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus abstineant; quum jejunium eorum neque mundum neque perfectum esse possit, nisi vitiis amputatis bene vivant* [1]). Nominatim autem *ἰδιόμελον* a superbia pharisaeorum nos revocat [2]), quod ea simul et semel omnia bona opera destruat, ut nihil sint nec prosint; contra humilitas, etsi nulla bona, immo multa mala conjuncta habeat, omne bonum tamen sibi in publicano conciliet.

Per errorem factum est, ut D. Prosper Guéranger solemnitatem *τῆς σταυροπροςκυνήσεως* Dominicae quartae [3]) jejuniorum attribueret. Quod dum salva veneratione tanto viro debita animadvertimus, simul promissum alibi jam factum [4]) solvere debemus de nonnullis aliis erroribus etiam, qui in ejusdem religiosissimi auctoris commentarios in festa Triodii irrepserunt, hoc loco reverenter insinuandis. Ita futurum speramus, ut et lectores nostri eximium illud doctissimi abbatis opus, quod in omnium manibus esse cupimus, inoffenso pede percurrant, et futurae ejusdem

[1]) C. Habeatur 3. Dist. 18., C. *Quid prodest.* 12. Dist. 86, et C. *Jejunium autem.* 25. Dist. 5. de Cons.

[2]) *Τὴν ὑψηλόφρονα γνώμην τῶν κακίστων φαρισαίων ὁ πάντων κύριος παραβολικῶς ἐκφεύγειν ταύτην ἐδίδαξε, καὶ μὴ ὑψηλοφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, πάντας ἐπαίδευσεν.*

[3]) *L'église grecque célèbre aussi avec une solennité particulière ce* (quatrième) *Dimanche. . . . On y fait avec pompe l'adoration de la croix. (Le carême,* p. 378.)

[4]) Pag. 58.

libri editiones, quas omnibus melioribus votis plures auctioresque ominamur, in meritissimam auctoris laudem emendatiores prodeant. Ad ejusmodi *σφάλματα* igitur pertinet, *quod Ecclesia Romana quatuor dies hebdomadis Quinquagesimae tandem ex indulgentia erga Graecos schismaticos observantiae quadragesimali adjecerit*[1]; *quod apud Graecos propria ratio temporis προνηστίμου repetenda sit ex eorundem ritu aliquot dies hebdomadis a jejunio eximendi*[2]; *quod apud eosdem παρείςβασις τῶν νηστειῶν sit feria II., quae nostram Dominicam Sexagesimae praecedit*[3]; *quod Dominica τοῦ ἀσώτου ideo vocetur προςφωνήσιμος, quod eo die imminentia jejunia et dies Paschatis populo accurate annuntietur*[4]; *quod id peculiare ac proprium sit tribus hebdomadibus προνηστίμοις, quod a feria II. incipiant et Dominica sequenti terminentur*[5]; *quod Graeci hebdomadem sanctam nuncupent xerophagiam* etc. Iis interpres germanus, contra evidentem textus originalis sensum, ex penu suo addit errorem non ignoscendum, *quod hebdomade τῆς τυροφάγου prohibitus sit lacticiniorum usus*[6])!

Ἑβδομὰς δʹ. τῶν νηστειῶν, ἡ σταυροφόρος ἑβδ. — *Hebdomada III. Quadragesimae.*

Quarta jam quadragenarii jejunii hebdomada, quae subsequitur, ea est, quae *μέση τῶν νηστειῶν, media jejuniorum,*

---

[1]) *On ne saurait douter que l'intention première de cette anticipation . . . n'ait été produite par le désir d'empêcher le scandale que les Grecs affectaient de prendre en voyant les Latins jeûner moins de quarante jours. . . . L'Église latine, tout en accordant quelque chose à leur susceptibilité etc. (Le temps de la Septuagésime,* p. 5.)

[2]) *L'institution de ce prélude aux saintes tristesses du carême parait avoir commencé dans l'église grecque. La coutume de cette église étant de ne pas jeûner le samedi, . . . de là est venue pour les Grecs la nécessité d'anticiper le jeune du carême . . .* (ibid. p. 2); quem locum e gallico imperite vertendo editor germanus tempori *προνηστίμῳ* characterem *προγυμναστικόν* omnino detraxit: *Es scheint, dass sie* (diese heilige Vorbereitung auf die heilige Trübsal) *zuerst in der griechischen Kirche eingeführt wurde und auch da nicht als Vorbereitung auf die Fasten, sondern als ein Theil der vierzigtägigen Fastenzeit selbst* (p. 4), praeparatione jejuniorum scilicet cum eorundem introitu confusa.

[3]) *Le carême,* pp. 10—11.

[4]) *Parcequ'on y annonce au peuple le jeune du carême, qui doit bientôt commencer, ainsi que la date précise de la fête de Pâques (Le temps de la Septuagésime,* p. 135).

[5]) Ibid. p. 135.

[6]) *Während dieser ganzen Woche sind Milchspeisen nicht gestattet (Die heilige Fastenzeit,* p. 27). Auctor contra recte scripsit: *Les laitages sont encore permis pendant toute cette semaine* (*Le carême,* p. 31).

et *μεσότης τῶν νηστειῶν*, *medietas jejuniorum*, et uno nomine *μεσονήστιμος*, *medii jejunii*, vocatur: quod scilicet ex septem hebdomadis, quas jejunium quadragesimale apud Graecos complectitur integras, quarta haec *medium* sibi vindicet locum. Quae igitur *ἐν τῇ μεσονηστίμῳ*, *medio jejuniorum tempore* [1]), dictae leguntur veterum homiliae, eae omnes habitae sunt die aliquo hujus hebdomadae, qua s. crux omnibus christifidelibus publice a sacerdote exponitur adoranda.

Τῇ τετάρτῃ τῆς μέσης ἑβδομάδος· μεσότης τῶν νηστειῶν.

Slav. *Sredoposte;* rumen. *Indiumatàtîrea postului.*

Prae caeteris diebus celebris habetur feria IV., utpote quae, ipsius mediae hebdomadis media, *ἐξαιρέτως* est diciturque sive *ἡμέρα μεσονήστιμος* sive *μέση τῶν νηστειῶν*. In eam praestantissimum carmen, ex tropologio Taurinensi erutum, dat Em. Pitra, *Analect.* tom. 1, pp. 472—473.

Τῇ δ'. τοῦ ὄφεως χαλκοῦ, τοῦ τὸν σταυρὸν τυποῦντος. *Feria IV. serpentis aenei, typum crucis gerentis.*

In vetusto Kalendario syriaco codicis Vaticani 37, notatur: *Feria IV., quae est in media Quadragesima, festum serpentis aenei,* i. e., *crucis (ʿîda d'chevjâ da n'châschâ, ç'lîbâ), et Abgari regis, et Guriae et Samonae et Abibi.*

Serpentem aeneum, a Moyse in sublimi collocatum, antiqua monumenta liturgica duplici ex titulo veneratione dignum pronuntiant, tum quod esset figura Christi in cruce exaltati, tum quod aspicientibus daret salutem. Ex variis canticis hunc *crucis typum (τύπον σταυροῦ)* declarantibus breve hoc *στιχηρὸν προσόμοιον* accipe:

Ὄφιν ἀνεστήλωσε χαλκοῦν πάλαι Μωϋσῆς ὁ θεόπτης πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τῶν δακνόντων ὄφεων. Αὐτὸς δὲ ὅλον σαυτὸν ἐπὶ ξύλου ἀνύψωσας Σωτήρ μου, ζωώσας πάντας

Aeneum serpentem erexit quondam Moyses Deum videns interficiendis serpentibus, qui morsu populum infestabant. Tu vero, Salvator meus, te ipsum totum in lignum eve-

[1]) Germani patr. CP. sermo *εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ* refertur habitus *ἐν τῷ καιρῷ τῷ μεσονηστίμῳ*. Apud Migne, Patr. gr. tom. 98, p. 221.

ἐν τῷ θείῳ σου καὶ ζωηφόρῳ σταυρῷ, ὃς νῦν ἀνυψούμενος φλέγει φάλαγγας δαιμόνων, καὶ τρέπει καὶ βαρβάρων φῦλα καὶ φρυάγματα [1]).

xisti omnesque divina tua et vivifica cruce vitae restituisti; quae nunc exaltata urit catervas daemonum, et dissipat barbarorum nationes et insolentiam.

Ad praesentem hunc diem μεσονήστιμον respiciens Theophanes, Tauromeniensis antistes, homiliae praecedenti Dominica pronuntiatae tale fecit exordium [2]):

Νῦν ἡμῖν ὁ τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἔφθασεν εἰς αὐτὸ τὸ μεσαίτατον, καὶ τὴν σπουδὴν τῆς ἁμίλλης ἄνωθεν ἡμῖν ἐπιτείνουσιν ἄγγελοι, καὶ Χριστὸς ἀγωνοθετῶν ἐπισκοπεῖ τοῦ δρόμου τὸν δίαυλον, καὶ προτείνει τὰ στέφη τοῖς ἀθληταῖς, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰς τὰ Ὀλύμπια. Ἐκεῖσε γὰρ, ἑνὶ τῷ νικήσαντι μόνον δίδοται τῆς νίκης ὁ στέφανος, ἐνταῦθα πᾶσιν ἀντιμετρεῖται κατὰ τὸ εἰκὸς ἡ ἀντίδοσις. Πάντες οὖν στεφανῖται γενώμεθα· πάντες νικήσωμεν τὴν καλὴν νίκην καὶ ἀνεπίφθονον· ὁ μὲν ἐγκρατείᾳ ἐπιτεταμένῃ ὑπερβαλλέτω τὸν ἕτερον, λεπτῇ διαίτῃ καταπνίγων τὸν ὄγκον τοῦ σώματος· ὁ δὲ νικᾷν ἐπειγέσθω τῷ ἀφθόνως τοῖς πένησιν ἐπαρκεῖν, καὶ τῷ τῆς ἐλεημοσύνης ἐλαίῳ φαιδρύνεσθαι· ἕτερος μακροθυμείτω ἐπὶ τοῖς πταίουσιν ἵλεων αὐτῷ τὸν Δεσπότην ἀνεργαζόμενος. Πάντες, „ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως“ περιπατήσωμεν, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνήν. Νῦν ἀνατολὴ γέγονε ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, τῆς νυκτὸς ἡμᾶς τῶν παθῶν ἀποστήσασα. Νῦν

Ad medium jam stadium properat nobis continentiae tempus; et contentionis studium desuper nobis angeli intendunt, et Christus certaminis institutor nostros circa metam flexus [3]) aspectat, et coronas athletis praetendit, non eo pacto quo certantibus Olympiis proponuntur; ibi enim unus dumtaxat victor victoriae corona donatur, hic omnibus dimensa est pro meritis remuneratio. Demus igitur operam, ut coronemur omnes: praeclaram omnes et invidiae non obnoxiam victoriam reportemus. Hic quidem alium continentiae intensione praecedat, tenui victu corporis massam elidens; hic vero abunde suppeditanda pauperibus stipe praecellat, ac se oleo misericordiae nitidiorem reddat. Alius peccantes in se magno animo toleret, et hoc modo propitium sibi ipsi Dominum faciat. Omnes „ut in die honeste ambulemus“, juxta Apostoli dictum. Nunc enim animis nostris illu-

[1]) Cantatur etiam die 20. Septembr. ceu Octav. festi s. Crucis.

[2]) Homil. 22. in illa verba: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum:* quae desumpta sunt ex Evangelio diei (Marc. 8, 34—38). Exstat apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 457 seqq.

[3]) *Δίαυλος* proprie est circumactus circuli hujusmodi, ut quum *ἀγωνισταί* sive *διαυλοδρόμοι* in stadio *(αὐλός)* ad metam pervenissent, flectentes eo rursus recurrerint, unde cursum inchoaverunt. Sed relegenda sunt, quae de certamine equestri, agonibus Quadragesimae aptato, ex eodem auctore dedimus supra pp. 71—73.

ὁ νοῦς διὰ τῆς νηστείας αὐγαζόμενος τηλαυγῶς ἐνατενίζειν τῷ νοητῷ φωτὶ δύναται, ἐπέχων μὲν τὰς ὁρμὰς τῆς σαρκός, δεχόμενος δὲ τοῦ πνεύματος τὰς αὐγάς· τὸ πῦρ σβεννύων τῶν ἡδονῶν, τὸ πῦρ ἀνάπτων τῶν ἀρετῶν. Πάντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἡ νηστεία καθέστηκε πρόξενος. Ἄγε δὴ οὖν ταύτῃ ἐπερειδόμενοι, τοῦ Σωτῆρος ἀκούσωμεν αὐτοῦ προτροπάδην πάντας κελεύοντος.

cescit dies, qui noctem perturbationum a nobis amoveat. Nunc mens per jejunium illuminata in lucem intelligibilem clare figere obtutum potest, coërcens hinc corporis impetus, spiritus inde splendores excipiens; et ardorem quidem voluptatum exstinguens, ardorem vero virtutum incendens. Ita jejunium omnia nobis bona conciliat. Age ergo, ejus innixi virtute Salvatorem audiamus jubentem omnes concito cursu se subsequi.

Dominica III. Quadragesimae. Oculi. Ned. bezimena. Kýchavná.

Tertia Dominica, inquit Durandus cap. 46, n. 1, est *confessionis* et quarta *refectionis;* sicut enim supra dictum est, Dominus in prima Dominica Quadragesimae armavit militem suum; in secunda ostendit ei praemium. Amodo ergo non restat, nisi ut ostendatur via, quia per confessionem et refectionem illuc venitur. Est ergo *Dominica ista confessionis.* Id vero quomodo ex Missa et Statione eruatur, ex ipso Durando quaerendum.

Tertia haec Dominica varie appellatur. Scriptoribus liturgicis est *Dom. Oculi* ab Introitu Missae, et *daemonis muti* ab Evangelio diei; Croatis et Serbis dicitur *Ned. bezimena, κυριακὴ ἀνώνυμος*, quod nimirum, quum caeteris Quadragesimae Dominicis cognomina essent indita, haec sine propria appellatione manserit. Obvia haec sunt, neque ulteriori explicatione indigent. At illud tu scire mavelis, cur idem hic dies in Kalendariis bohemis *Kýchavná neděle* vocetur? Causa etymologica in promptu est, quam lexicographi afferunt, deductam scilicet a verbo *kýchati,* quod *sternuere, sternutare* significat, ut adeo ex vocabuli notatione sit *Dominica a sternutatione* dicta. Sed illud investigare oportet, quidnam dies ipse commune habeat cum sternutatione, ut ab ea nomen traxerit?

Scriptores rerum liturgicarum, qui multi sunt in Bohemia atque eruditi, nomen *Kýchavná* a saevissima illa peste in-

guinaria repetunt, quae exeunte saeculo sexto in Urbe Roma tanta vi grassabatur, ut, si quis oscitasset vel *sternutasset*, statim spiritum emitteret [1]). Cui malo repellendo s. Gregorius M. celebrem illam *litaniam septiformem* in Urbe agendam curavit anno 590, quam Joannes Diaconus in *Vita* ejusdem Pontificis describit l. 1, nn. 42—43 [2]), quaeque deinde in alias ecclesias etiam propagata quotannis religiose servari coepit, tum ut populus christianus, tantis defunctus periculis, gratam beneficii liberationis memoriam ageret, tum ut numine implorato a simili calamitate in posterum praeservaretur.

Causam appellationis *Kýchavná* igitur cum *sternutatione* compingunt, quod geminus ille litaniarum finis speciatim huic Dominicae in Bohemia praestitutus crederetur, vel etiam quod antiquitus ipso hoc die fideles de rationibus anniversariae illius supplicationis, quae ad imitationem litaniae septiformis s. Gregorii celebrabatur, accurate docerentur, addita publica admonitione, ut vetustum morem christianum sternutantibus bene precandi religiose servarent [3]), adhibita formula: *Pozdrav Pán*

---

[1]) Ita sequiores historici, qui praeterea, nulla licet idonea auctoritate fulti, enucleate narrant, inde etiam venisse, ut, simul ac quis alium sternutantem audisset, subito accurreret eidem bene precando hac vel simili verborum formula: *Deus sit tibi propitius!* Addunt immo, ex eadem causa tunc factum esse, ut, quum aliquis se velle oscitare sentiret, continuo signum crucis ori imprimere festinaret. Sed enimvero haec germana criticis non videntur, nec sine causa parum recentioribus probantur, quum nullo, ut diximus, idoneo antiquitatis testimonio nitantur.

[2]) Apud Migne, Patr. lat. t. 75, pp. 79—80.

[3]) Erat etiam apud ethnicos vetus mos, salutandi aut bene apprecandi sternutantibus; censebant enim, sternutationem portendere quid boni, aut saltem pro medio omine habebant, ut testis est Theocrit. *in Thalis. et Epithal. Helenae;* ideoque sternutante aliquo, adstantes illi dicebant bona verba, ut si quid mali portenderet, id fausta precatione amoveretur. Plin. *l. 28, c. 2.* Et medio aevo adhuc *sternutatio* inter auguria referebatur, ut patet ex *indiculo superstitionum et paganiarum,* a s. Bonifacio edito in concilio Liptinensi an. 743, n. 13 (apud Migne, Patr. l. t. 89, p. 813). Alia de superstitiosa sternutamentorum observantia reperies apud Grimm, *Deutsche Mythologie,* 2. edit., pp. 1070—1071. — Universa illa falsa superstitione in veram pietatem jam mutata, christiani sternutantibus omnipotentis Dei auxilium sancte apprecantur. — De origine moris sternutantibus bene precandi praeter alios tractarunt Morin, *Pourquoi on fait des souhaits en faveur des ceux, qui éternuent* (mémoires

Bůh, h. e., *Dominus Deus te salvet,* et respond.: *Dejž to Pán Bůh,* h. e., *Det hoc Dominus Deus.* — Sed paucis haec attigisse sufficiat. Qui plura videre cupit, adeat Hnojek, Šrůtek, Frenzl aliosque bohemos rerum liturgicarum scriptores, qui idem hoc argumentum uberius pertractarunt [1].

Litania septiformis, a s. Gregorio in Urbe ordinata, supplicatio erat indictiva et extra ordinem; quae vero postea ex ejus imitatione factae sunt, statae evaserunt et solemnes, in Kalendariis ad 25. Aprilis consignatae et *litaniarum majorum* nomine ceu propria appellatione insignitae. Has, quia multo magis incognitae sunt, quam vulgo putatur, per hanc occasionem breviter illustrasse juverit egregio illo commentario allato, quem card. Mai in schedis Nicolai Alemanni, doctissimi quondam bibliothecae Vaticanae praefecti, repertum publica luce dignissimum judicavit (Nova PP. bibl. t. 6, part. 2, p. XL). — En ergo quae in libello *de Kalendario pugillari* de litaniis nostris scribit ad 25. Aprilis:

In hanc diem convenit *litania,* quae a veteribus *major* est appellata; a Beda in *ephemeride* et a Micrologo cap. 57. *romana* dicitur, et in martyrologio ex statione romana ab eodem indigitatur *litania major ad sanctum Petrum.* Quare Romanorum propriam hanc fuisse litaniam non dubito, quam deinde reliquus in occidente christianus populus frequentarit. *Majorem* dictam fuisse nonnulli existimarunt, quod a Magno Gregorio sit instituta; id vero si ita est, a posteris inditum illud esse vocabulum dicant necesse est, ne modestiam sanctissimi viri laedere videantur, quandoquidem Gregorius ipse *majorem* hanc litaniam non solum in sacramentali, sed etiam registri libro 2. nominavit. Non bene alii *septiformem* sive *septenam* ab hac majore litania distinguunt, quos ille, quem in antiquo missali legimus, versiculus arguit: *septenis major mundo litania claret. Major* enim ideo vocatur, quia septena est. Siquidem major, hoc est uberior pleniorque, ille precandi ritus est apud christianos, qui septemgeminus est. A patribus illi statuti sunt gradus orationum: simplex, trinus, quintus, septenus, omnes impares, hic omnium maximus. Quare major ea litania jure vocatur, quae septena est, id est, quae vel septem orandi modulos complectitur, vel septies in principio eam vocem *Kyrie eleison* ingeminat, vel septena ex quocumque caelitum ordine san-

de l'acad. des inscr. 4, 325), Meuschen, *De antiquo et moderno ritu salutandi sternutantes.* Kilon. 1704. *Gesch. der Formel* „Gott helf dir“ *beim Niesen, herausg. von* Wieland. Lindau. 1787.

[1]) Ab his nonnihil discrepans Brandl, *Glossar.,* p. 177, appellationem inde venisse putat, quod homines per eam tempestatem frequentius gravedine catarrhali laborent. Verum id non tam originem ac nomenclaturam memoriae liturgicae explicat, quam rationem, cur haec memoria Dominicae *Oculi* fuerit tributa.

ctorum nomina invocat; quemadmodum quinque vel tria tantum quinta vel terna litania sanctorum nomina continebat, ut antiquus ritualis liber vaticanus . . . praescribit. Addidit Gregorius Magnus ad has omnes septenarii rationes suas illas peculiares, scilicet stationum septem, totidemque ordinum personarum, quae in majoribus litaniis convenienti distributione procedere jubebantur: cleri, monachorum, monialium, puerorum ac puellarum, laicorum, viduarum, conjugatarum mulierum [1]). Quorum ordinum tres primi ecclesiastici, ultimi tres mere saeculares, medius vero inter utrosque consistebat, isque puerorum ac puellarum erat monasteriis et ecclesiis ad peculiarem quandam educationem oblatorum. Nam reliquos extra hunc ordinem pueros puellasque familiarum processisse, dubium non est. — Alterae litaniae, quas non graeco sed latino vocabulo, quod idem valet, *rogationes* antiquitas appellavit, aeque romanae atque occidentalibus ecclesiis omnibus communes fuere: quare scriptores neque romanas eas dixerunt, neque ex romanis stationibus discernendas censuerunt, licet hae quoque certis in stationibus Romae peragerentur; *minores* has litanias dixere: quamobrem in sacramentali sancti Gregorii quum *majores* appellatas vides, vel librariorum lapsum esse credas, vel potiorem titulum adscriptum fuisse ei officio, quod majoribus minoribusque litaniis esset commune [2]).

Feria V. post Dom. III. Quadragesimae. Mediana. Statio ad ss. Cosmam et Damianum. Collecta de iisdem Sanctis.

Instituta hac statione praescriptaque speciali collecta de ss. Cosma et Damiano Ecclesia se matrem piam ostendit, de filiorum suorum salute, etiam corporali, valde sollicitam [3]). Quum enim hodie inveniantur observantiae quadragesimalis dimidium consummasse, timere videtur, ne genua illorum infirmata evaserint a jejunio, et caro immutata sit propter oleum.

[1]) Praeceperat s. Gregorius, ut convenientes ad septem designatas in totidem Urbis regionibus basilicas, omnes clerici, monachi, sacrae virgines, infantes, laici, viduae, conjugatae, inde cum singularum regionum presbyteris ad sanctae Dei Genitricis basilicam ex conducto cum precibus et lacrimis procederent. Insuper congregatis clericorum catervis praecepit psallere per triduum. *Hora igitur tertia* (nostra nona) *veniebant omnes chori psallentium ad ecclesiam, clamantes per plateas: Kyrie eleison.* Caetera vide apud Migne, l. c., pp. 47, 80—81, 279—280. et apud Binterim, *Denkwürdigkeiten,* tom. 4, part. 1, pp. 573—577, ubi summatim perstringuntur, quae auctores communiter de litaniis tradunt.

[2]) De *minoribus* his litaniis agendum erit infra, diebus Ascensionem Domini praecedentibus.

[3]) Cfr. Tetam. *Diar.* tract. 2, lib. 4, part. 2, art. 4, n. 6.

Ut igitur curentur viresque resumant, et sic alacres reliquum Quadragesimae dimidium prosequantur, implorat auxilium ss. Cosmae et Damiani, quia medici fuerunt et homines corporaliter et spiritualiter sanabant. Ideo etiam legitur Evangelium de infirmis a Domino curatis. Consule D. Prosp. Guéranger, ad ipsum hunc diem pp. 339 seqq., ubi plura pietatis documenta ex antiquioribus libris collegit, ex quibus unam hanc adhortationem liturgicam ex Missali Gothico exhibemus: *Exspectantes illam spem passionis et resurrectionis Filii Dei, fratres carissimi; et manifestationem gloriae beati et Salvatoris nostri Jesu Christi; resumite virium fortitudinem, et non quasi futuro terreamini de labore, qui ad paschalis dominicae cupitis anhelando pervenire celebritatem. Sacratae etenim Quadragesimae tempore mediante arripite de futuro labore fiduciam, qui praeteriti jejunii jam transegistis aerumnas. Dabit Jesus lassis fortitudinem, qui pro nobis dignatus est infirmari. Tribuet perfectionem futuri, qui initia donavit praeteriti. Aderit in auxilio, filii, qui suae nos cupit praestolari gloriam passionis.*

Feria VI. Sacrorum quinque vulnerum D. N. J. Ch.

De antiquo festo quinque plagarum seu vulnerum identidem actum scias in Causa institutionis festi ss. Cordis Jesu, relata in op. *De rationibus festorum utriusque ss. Cordis*, t. 1, edit. 5. Prae caeteris adiri velim nunquam laudatum satis „*Memoriale episcoporum Poloniae*“, in quo, inter alia, de mysterio festi habes § 5, n. 41: „Coluntur Missa etiam et Officio proprio quinque vulnera Christi, et propter vulnera coluntur pedes, manus et latus amantissimi Redemptoris, quae sacratissimae dominici corporis partes ea praecise ratione prae caeteris partibus cultu speciali digniores habentur, quia dolores speciales pro salute nostra passae sunt, et plagis illis veluti quodam illustriori amoris charactere insignitae sunt. Unde fit, ut inspici et considerari viva fide non possint sine speciali religionis ac devotionis sensu, quo animae sanctae permotae partes illas, amore nostri sauciatas, affectu tenerrimo et ardentissimo venerantur, amant, amplectuntur, osculantur“ (op. cit. p. 121).

De ipsis *„quinque"* vulneribus post Benedictum PP. XIV.[1]) ultimus accurate ac solide disputavit Joan. Ev. Heller in Actis Oenipont. *„Zeitschrift für kathol. Theologie"*, 1895, pp. 582—585. Loca annotasse satis est, recitare non est necesse.

Κυριακὴ τετάρτη τῶν νηστειῶν, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος.

Dominica IV. Quadragesimae. Mediana. De Rosa. Laetare.

Slav. *Nedělja 4. posta, prepodobnago otca našego Ioanna lěstvennika;* rumen. *Dominec'a 4. a paresemiloru, cuveniosului nostru parente Ioanu de la scara.*

En rursum in fastis magnus ille Joannes, a celeberrimo libro *τῆς κλίμακος* dictus *in quo*, Baronii sententia, *animae ejus divina quaedam species clarius perspicitur*[2]). Sequiori aetate autem diem hunc a monachis esse delectum ad iterandam Joannis memoriam, quo scilicet studium suum erga sanctissimum *ἀσκήσεως* magistrum impensius declararent, rituales libri nos edocent. Et Typicum Sabae quidem hodie animadvertit: *Ἄλλοι δὲ μεταγενέστεροι ὥρισαν ψάλλεσθαι τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος.* Triodium vero supplendo addit in fine synaxarii: *Ἡ τούτου μνήμη τελεῖται τῇ τριακοστῇ τοῦ Μαρτίου· ἑορτάζεται δὲ καὶ σήμερον, ἴσως διότι ἀπ' ἀρχῆς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς ἄρχεται συνήθως ἀναγινώσκεσθαι ἐν τοῖς ἱεροῖς μοναστηρίοις ἡ κλίμαξ τῶν λόγων αὐτοῦ. Recentiores* igitur primum *constituerunt,* ut quartus hic jejuniorum dies dominicus Sancto nostro esset sacer, ea, ut videtur, ducti ratione, *quod ipsius κλίμαξ tempore Quadragesimae in monasteriis legi consuevisset.*

[1]) *De festis D. N. J. Ch.*, part. 1, n. 279; edit. Bruxellen. an. 1866, t. 1, pp. 338—340.

[2]) In notis ad Martyrol. Rom. ad diem 30. Martii.

Joannem variis appellationibus designatum legimus, ut ecce: *τοῦ Σιναΐτου, τοῦ ἡγουμένου, τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, τοῦ ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν, τοῦ τῆς κλίμακος*, communiter tamen a libro, quem *a scala* inscripsit, *Κλίμακος* vocatur [1]; ut adeo titulus operis jam cesserit in cognomentum auctoris [2], sicut s. Gregorium M. sibi a dialogorum libro nomen *τοῦ Διαλόγου* peperisse, vidimus tomo 1, p. 121 [3].

In Graeco-Melchitarum libris Joannes vocatur arabice *Kâtib sullam elfadhâil,* h. e., *συγγραφεὺς τῆς κλίμακος τῶν ἀναβάσεων*, sive *scriptoris scalae ascensionum* seu *perfectionum;* in Kalendariis syriacis mscr. Vaticanis graeco vocabulo retento *Klimakos* appellatur ad d. 30. Martii. Sed de Joanne nostro relege, quae superius annotavimus ad 30. Mart.; tomo 1, p. 129; eundemque etiam videas relatum in catal. *τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων πατέρων* (heic p. 44).

Dominica IV. Quadragesimae. Laetare. Mediana. De Rosa. Družebná.

In ecclesia latina quartae huic Dominicae ab Introitu Missae tributum est nomen *Laetare,* ab Evangelio *Quinque panum* vel simpliciter *Panis*, ab ordine Dominicarum Quadragesimae *Mediana* seu *mediae Quadragesimae* (slav. *Ned. srednopostna;* german. *Mittfastensonntag;* gallic. *Dimanche mi-carême),* a consecratione rosae aureae *Dom. de Rosa,* a variis consuetudinibus popularibus apud Bohemos *Družebná neděle,* apud nonnullos occidentales *Dominica Fontana.*

---

[1]) Nomen *κλίμαξ, scala,* a verbo *κλίνω, inclino, reclino,* deducunt, quod scilicet ejus ascensus acclivis sit, descensus autem declivis.

[2]) Admirationem tibi forte movebit, quod Dr. H. Alt cognomen *συγγραφεὺς τῆς κλίμακος* germanice verterit *Dichter der Stufengesänge (Kirchenjahr,* p. 214), ac si 30 *πνευματικαὶ ἀναβάσεις*, quibus *κλίμαξ* constat, *ψαλμοὶ ἀναβαθμοί* essent. Verum mirari desines, si eundem auctorem legendo ad 16. Julii animadverteris, nomen *ἱερομάρτυρος* esse translatum *Hymnendichter und Martyrer* (p. 192).

[3]) Vide quae de toto hoc argumento multis disputat Raderus, apud Migne, Patr. gr. t. 88, pp. 589—596.

Dies ad quietem et remissionem datus.

Quemadmodum ecclesia graeca Dominica praecedenti fidelibus festivam agonum quadragesimalium remissionem cum spirituali delectatione *τῆς σταυροπροςκυνήσεως* pie concessit. ita et ecclesia occidentalis hodie christianis, media in observantia quadragesimali constitutis, sanctam quamdam oblectationem et requiem offert, ut nimirum relaxatis paulum animis refectisque corporibus, alacriores ac vegetiores se ad residua jejuniorum exercitia accingant.

Laetitiam annuntiat Missae Introitus, pulsantur organa, ministri utuntur Dalmaticis, quas ex jure canonico [1]) atque ex probatis auctoribus [2]) novimus esse solemnitatis indicium: Romanus Pontifex, rosae aureae pompa fidelibus exhibita, omnes invitat, ut se sancto hoc spectaculo recreent, aliique ritus populares, communis laetitiae testes, hodie impune permittuntur.

De *rosa aurea* hoc die a Summo Pontifice benedici ac deinde alicui personae Principi in monumentum benevolentiae donari solita deque multiplici ejus significatione ex antiquis conferri praeter Durandum *Rational.* l. 6. c. 53, possunt Eugenius PP. III., *epist. ad Alphonsum, Hispaniae regem, d. d. 28. April. 1148* [3]); Alexander PP. III., *epist. ad Ludovic. VII., Franciae regem, d. d 2. Mart. 1163* [4]), et praecipue Innocent. PP. III., qui proprio sermone in Dom. *Laetare* sive *de Rosa* [5]) varias hujus caeremoniae rationes fuse persequitur, ex quo pauca haec excerpimus:

Ne fidelis populus propter asperitatem quadragesimalis abstinentiae sub continuo labore deficeret, in hac mediana

[1]) C. *De jejunio.* 3. Dist. 76.

[2]) Hugo a s. Victore *de offic. eccles.,* l. 3, c. 4. (apud Migne, Patr. lat. t. 177, p. 441); Amalar. *de eccles. offic.,* l. 3, c. 40 (ibid. t. 105, p. 1159); Microlog. *de eccles. observat.* c. 46 (ibid. t. 151, p. 1012).

[3]) Migne, Patr. l. t. 180, p. 180.

[4]) Ibid. t. 200, p. 198, coll. p. 51.

[5]) Ibid. t. 217, p. 393. Homiliae praefixum est lemma: *Romanus Pontifex cur in Dominica Laetare florem aureum fidelibus populis repraesentet; et cur in basilica sanctae Crucis videndus ostendatur, et de quadruplici Jerusalem, quae sit.*

Dominica quoddam recreationis solatium interponitur, ut anxietas temperata levius sufferatur. Hodiernum enim officium totum plenum est laetitia, totum gaudio cumulatum. . . . Haec pariter designantur in proprietatibus hujus floris, quem vobis visibiliter praesentamus. Caritas in colore, jucunditas in odore, satietas in sapore; rosa quippe prae caeteris floribus colore delectat, odore recreat, sapore confortat; delectat in visu, recreat in olfactu, confortat in gustu.

Quia vero spiritus vivificat, caro non prodest quidquam, de carnalibus ad spiritualia transeamus. Flos iste florem illum significat, qui de se dicit in canticis: Ego flos campi et lilium convallium. . . . Triplex est autem in hoc flore materia, videlicet aurum, muscus, balsamum. Sed mediante balsamo muscus conjungitur auro, quia triplex est in Christo substantia: deitas, corpus et anima, sed mediante anima corpus conjungitur deitati, quia tantae subtilitatis est divina natura, ut corpori de limo terrae formato non congrueret uniri, nisi rationali spiritu mediante.

De rosa aurea tractatum eruditum edidit Raynaudus, tom. 10. Quos posterior aetas tulit de eodem argumento scriptores, indicatos reperies apud Moroni, *Dizionario*, tomo 69, qui ipse tamen omnes tam veteres quam recentiores copia et eruditione superat, paginis non minus 38 rosae aureae illustrandae impensis (111—149).

Neděle družebná. Smrtelná. Fsmerdniza. Sommertag. Fontana.

Ad ritus non sacros, in se tamen indifferentes, ideoque tales, quos sibi permitti vulgus impune postulet, pertinent variae caeremoniae populares, quibus olim servatis in Bohemia juvenes, matrimonium post peracta festa paschalia contracturi, hodie certam quamdam foeminam sibi uxorem deposcebant, adhibitis honesto nuptiarum conciliatore *(družba)* aliisque multis aequalibus et fidelibus amicis *(družbové)*; unde et Dominicae nomen *Neděle družebná* factum ese, scriptores bohemi docent. Quae ab his aliena tradit Brandl, indicabimus infra ad Dom. in Albis.

Apud multos Germanos ac Slavos septentrionales usus popularis obtinuit, ut ipsa hac Dominica molestam hyemem,

tetram illam mortis imaginem, ab amoena aestate jam appetente in pugna devictam, ex oppidis et pagis expellant expulsamque in aquam projiciant: simulacro stramineo nimirum magna cum pompa elato et vehementioribus turbarum clamoribus misere lacerato, discerpto atque in paludem vel lacum demerso [1]).

A debellata hyeme, *mortis*, ut diximus, imagine, diei nomen dedisse videntur Bohemi *Ned. smrtelná* [2]), Sorbi in Lusatia et in vicinis provinciis *Fsmerdniza*, quod utrumque *Dominica mortis* sonat [3]); apud Germanos vero *aestas*, victrix ex pugna discedens, nomen tribuit *Sommertag*, h. e., *dies aestatis.*

Sublimiori sensu deinde celebrari coepit tanquam festum populare devictae gentilitatis, per gelidam hyemem repraesentatae, cujus rei documentum habemus apud Dlugossium, *Historiae Poloniae*, l. 2, ad an 965 [4]). Relata enim historia de Miecislao, primo duce christiano Poloniae, quod Dominica *Laetare* omnia idola jussisset confringi et in aquas demergi [5]), haec in rem nostram subdit p. 94: *Quae quidem deorum et dearum idolorumque confractio et immersio tunc facta, apud nonnullas Polonorum villas,* (illis) *simulacra Dziewannae et Marzannae in longo ligno extollentibus et in paludes in Dominica Quadragesimae* Laetare *projicientibus et demergentibus, repraesentatur, renovatur in hunc diem* etc.

Sic igitur sensilis illa a veteribus derivata imago victoriae, quam de hyeme aestas reportasse fingebatur, a christianis postmodum ipso hoc die usurpata fuisse videtur tanquam figura quaedam ad solemnem verae religionis triumphum populariter adumbrandum.

---

[1]) Ludicrum spectaculum multis describit Grimm, *Deutsche Mythologie* (Sommer und Winter, Todaustragen, Sommerfest), edit. 2, pp. 720—734.

[2]) Solemnitate populari tamen in Dominicam proxime sequentem translata.

[3]) *Smrt* = *mors.*

[4]) Lipsiae (Gleditsch et Weidmann), an. 1711.

[5]) S. Wladimirus, quem Russorum principem et apostolum fuisse diximus tomo 1, p. 212, simili ratione idola gentis suae in Borysthenen sive Niparim (Dnieper) projici ac demergi jussisse legitur apud scriptores russos.

Tandem ex caeremoniis ad fontes, glacie jam liquefacta, a vulgo observatis, fluxisse videtur appellatio *Fonta*, quam Dominicae *Laetare* in agro Perticensi (Pertois, in Campania) factam videmus apud Du Cange, *Gloss. lat.* sub hac voce.

Ἑβδομὰς ε'. τῶν νηστειῶν. Hebdomada IV. Quadragesimae. Mediana.

Monuimus jam, Latinorum hebdomadas graecis non respondere; adeoque praesentem, quae Latinis est *quarta*, apud Graecos *quintam* dici, a Dominica nimirum, quae eam consequitur. Apud Latinos contra a praecedente Dominica in sacris canonibus vocatur *mediana septimana Paschae*[1]) vel simpliciter *mediana hebdomada*[2]).

Feria IV. hebdomadae IV. Quadragesimae. Feria scrutinii.

Scrutinium, gr. ἐξερεύνησις, *investigatio*, a verbo *scrutor*, triplex in jure sacro distinguitur: *catechumenorum* (cc. *Ante viginti.* 55. et seqq. Dist. 4. de cons.), *ordinandorum* (tit. 12. lib. 1. Decretal. *de scrutinio in ordine faciendo)* et *suffragiorum* in electionibus canonicis (tit. 6. lib. 1. *de electione et electi potestate).* In appellatione hujus feriae sumitur pro *scrutinio catechumenorum*, seu pro illa *examinatione baptizandorum*, ut vocatur c. *Baptizandi*. 60. Dist. cit., quam sacerdotes tempore Quadragesimae instituere debebant, ut explorarent, quinam ex catechumenis idonei jam essent ad sacramentum baptismi proximo Sabbato sancto suscipiendum, quinam vero ob defectum debitae praeparationis ad aliud tempus differendi.

Celebrabantur autem in decursu Quadragesimae septem catechumenorum scrutinia: primum ac secundum feria IV. et sabbato tertiae hebdomadis; alia quatuor iisdem diebus duarum sequentium hebdomadum; septimum tandem erat feria IV. sextae hebdomadis. Hodiernum erat solemnius et principalius, ideoque et dies in Ordine Romano κατ' ἀντονομασίαν vocatur *feria scrutinii*, et tota Missa ad officium scru-

---

[1]) C. *Principali*. 15. Dist. 63.

[2]) CC. *Ordinationes*. 7. Dist. 75, et *In parochia*. 31. C. XVI. q. 1.

tinii catechumenorum spectat. Hinc duas lectiones habet, ut in feria quarta quatuor temporum, et ad catechumenos omnia directa intelliguntur, ut Introitus: *Effundam super vos aquam mundam;* Epistola: *Lavamini, mundi estote;* Graduale: *Venite filii;* Evangelium, in quo habetur miraculum caeci nati in natatoria Siloë visum recipientis, quod symbolum est catechumeni, qui spiritualem visionem in sacro baptismatis fonte recipere debet, ut in homilia hujus diei s. Augustinus indicat.

Ex Ordinis Romani praescripto invitabantur christiani, ut ad diem scrutiniorum frequentes convenirent, hisce verbis: *Scrutinii ad diem, dilectissimi fratres, quo electi nostri* (h. e., competentes) *divinitus instruuntur, imminere cognoscite, ideoque sollicita devotione succedente sequenti quarta feria circa horam tertiam* (nostro more *nonam*) *convenire dignemini, ut coeleste mysterium, quo diabolus cum sua pompa destruetur, et janua coelestis regni aperietur, inculpabili ministerio peragere valeamus.*

Potiores ritus in scrutinio catechumenorum observari solitos ex antiquis auctoribus describit Guéranger, *Le Carême,* pp. 408 seqq., ipsos illos auctores autem magno numero indicat Du Cange, *Glossar. lat.* sub vv. *catechumeni* (t. 2, p. 238) et *scrutinium* (t. 6, p. 135), ex quibus pleniorem notitiam de officio scrutinii catechumenorum haurire poteris.

Πέμπτη τοῦ μεγάλου κανόνος.

Τῇ πέμπτῃ τῆς ε'. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν, ψάλλομεν τὴν ἀκολουθίαν τοῦ μεγάλου καὶ κατανυκτικοῦ κανόνος. Ita Triodium ad h. d.

Feria V. hebdomadis quintae jejuniorum, juxta antiquam traditionem, celebramus officium magni poenitentialis canonis.

Κανὼν ὁ μέγας. Ποίημα τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρήτης.

Slav. *Kanon velikij. Tvorenije svjatago Andreja Kritskago;* rumen. *Canonulu celu mare. Opulu santului Andreiu Creteanulu.*

Horologium arabicum Melchitarum officium inscribit: *Khidmet elqânûn elkebîr,* h. e., *ἀκολουθία τοῦ μεγάλου κανόνος.*

Laboriosum et valde prolixum *magni poenitentialis canonis officium* cum aliis operibus s. Andreae Cretensis graece

et latine vulgavit Combefisius[1]), pauca haec de ejus indole recte praefatus: Vix habuerint Graeci augustius avitae pietatis monumentum; vixque se potuerit vir sanctissimus Andreas vivis magis coloribus eximiamque cum pari eruditione sanctitatem, vera cordis humilitate et compunctione solidam, depingere. Sane immensi oneris quintae illius feriae quintae jejuniorum hebdomadae, qua magnum hunc canonem solemni officio recitant, pensum videri potest. Quid enim et quam immane ad laborem, ut post brevem gustatum somnum et recitata pro more quae statim habet rubrica, immensus pene strophis canon, *moroso (ἀργῶς) et contrito corde et voce (μετὰ συντριμμένης καρδίας καὶ φωνῆς)* ternis prostrationibus ad singula troparia millenis circiter universim, decantetur. Sunt certe *μετάνοιαι* istae, ubi crebriores fiunt, plurimum fatigando corpori et labor immensus, quo se Graeci paterna sanctorum traditione multum exercent.

Magnus canon etiam prima jejuniorum hebdomada cum iisdem prostrationibus ac veniis recitandus exhibetur in Triodio, sed membratim atque in quatuor priores ejus dies distributus, quemadmodum dictum est p. 89. Terminantur autem singula *τμήματα* diurna eadem illa, quae hodie praescribitur, oratione ad sanctissimum auctorem:

*Ἀνδρέα σεβάσμιε * καὶ πάτερ τρισμακάριστε * ποιμὴν τῆς Κρήτης * μὴ παύσῃ δεόμενος * ὑπὲρ τῶν σὲ ὑμνούντων, * ἵνα ῥυσθῶμεν πάσης * ὀργῆς καὶ θλίψεως καὶ φθορᾶς, * καὶ πταισμάτων λυθρωθῶμεν *, οἱ τιμοῦντές σου τὴν μνήμην ἀεί*[2]).

Andrea venerabilis ac beatissime pater, Cretae pastor, ne cessaveris orare pro iis, qui te laudant, ut ab omni ira et afflictione exitioque eruamur et a lapsibus liberemur, qui memoriam tuam semper honoramus.

Atque eadem hac forma in quatuor partes divisum magnum canonem, ex Officio *τοῦ ἀποδείπνου* dictarum quatuor feriarum primae jejuniorum hebdomadae erutum, germanice

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 97, pp. 1329 seqq.

[2]) Ita nova editio romana an. 1879. Editio veneta orationem sic claudit. . . . *πταισμάτων καὶ κινδύνων, οἱ τιμῶντές σου τὴν μνήμην πιστῶς.*

ac slavice nuper edidit Maltzew, *Kanonik* sive *Andachtsbuch,* pp. 176—277 [1]).

Quoniam quaestiones omnes de magni canonis aetate, auctore, nomine, argumento, dispositione atque usu authenticam solutionem habent in synaxario Triodii ad h. d., ejus exemplum hic dandum censemus, subjecta tamen aliqua correctione, qua Nicephorum Callistum Xantopulum passim egere plus semel monuimus.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν, ψάλλομεν καὶ τὴν τοῦ μεγάλου κανόνος ἀκολουθίαν. Τοῦτον τὸν ὄντως κανόνων μέγιστον, ἁπάντων ἀρίστως καὶ τεχνηέντως ἡρμόσατο καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὅς ὥρμητο μὲν ἐκ Δαμασκοῦ, ἐπὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας παιδευτηρίῳ γραμματικῆς ἐκδοθείς, καὶ τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐξασκήσας, εἰς Ἱεροσόλυμα γεγονώς, τὸν μοναστὴν ὑπέρχεται βίον· ὁσίως δὲ καὶ θεοφιλῶς διαζῶν ἐν ἡσύχῳ καὶ ἀταράχῳ τῇ βιωτῇ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα συγγράμματα βιωφελῆ καταλείπει τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, λόγους τε καὶ κανόνας· μᾶλλον ἁδρότερος ἐν τοῖς πανηγυρικοῖς γινόμενός τε καὶ δεικνύμενος. Σὺν πολλοῖς

Eodem die, ex antiqua traditione canimus officium magni canonis. Hunc vere ex omnibus canonibus maximum, optime et ingeniose composuit et conscripsit sanctus Pater noster Andreas, archiepiscopus Cretae, cognomento Hierosolymitanus. Hic Damasco oriundus, decimo quarto aetatis suae anno grammaticae studium aggressus, et omnibus artibus liberalibus probe excultus Hierosolymam pervenit, vitamque monasticam iniit; qui sancte et pie vitam peragens, in quieto illo et a turbis remoto vivendi instituto, multa quidem quum alia Ecclesiae Dei fructuosa ingenii sui monumenta reliquit, tum varias orationes et canones: crebrior tamen et copiosior in panegyricis orationibus existit. Ex multis autem aliis, hunc quoque magnum canonem, infinita contritione animi-

[1]) De Germanis, rerum ecclesiae graecae studiosis, clarissimos viros Al. Maltzew ejusque in laboribus literariis socium Bas. Göken volumine isto communibus curis edito, bene promeruisse, uberius a nobis demonstratum videas in *Zeitschrift für kath. Theologie,* 1896, pp. 353—359.

δὲ ἄλλοις, καὶ τὸν παρόντα μέγαν κανόνα συνέταξε, κατάνυξιν [1]) ἄπειρον ἔχοντα. Πᾶσαν γὰρ παλαιᾶς καὶ νέας ἱστορίαν διαθήκης ἐρανισάμενος καὶ ἀθροίσας, τὸ παρὸν ἡρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ δηλαδὴ μέχρι καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων κηρύγματος· προτρέπεται γοῦν διὰ τούτου πᾶσαν ψυχήν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς δύναμιν, ὅσα δέ τῶν φαύλων, ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν, διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων, καὶ ἐξομολογήσεως καὶ τῆς ἄλλης δηλονότι εὐαρεστήσεως. Πλὴν εἰς τοσοῦτόν ἐστιν εὔρους καὶ ἐμμελής, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν σκληροτέραν ψυχὴν ἱκανῶς μαλάξαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθοῦ διεγεῖραι· εἰ μόνον μετὰ συντετριμμένης καρδίας καὶ προσοχῆς ἀνηκούσης ψάλλοιτο. Ἐποίησε δὲ τοῦτον, ὅτε καὶ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος τὸν τῆς Αἰγυπτίας Μαρίας βίον συνεγράψατο· κατάνυξιν γὰρ καὶ

que compunctione refertum, elaboravit. Collecta enim in unum universa Veteris et Novi Testamenti historia, canticum hoc composuit, ab Adamo videlicet usque ad Christi Assumptionem et praedicationem apostolorum; quo quidem omnem animam cohortatur, ut ea, quae in historia videt esse bona et laudabilia, pro viribus sectetur; quae vero mala, fugiat et aversetur semperque ad Deum recurrat per poenitentiam, per lacrymas, per confessionem et per alia hujusmodi Deum placandi eique placendi media. Quin adeo canon hic canorus est et in animas tam facile influit, ut et mentem, etsi praeduram abunde emolliat, et ad recipiendum id quod bonum et honestum est, excitet; dummodo corde contrito, et debita cum attentione psallatur. Fecit autem hunc canonem eo tempore, quo magnus Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, vitam Mariae Aegyptiacae litteris mandavit [2]); quae et ipsa

---

[1]) Ἀπὸ τῆς κατανύξεως canon dictus est κατανυκτικός, *poenitentialis*, proprie *compunctorius*, a νύσσω, sive νύπτω, pungo, et κατανύσσω, pungendo penetro, compungo; translate, animum dolore afficio.

[2]) Quoniam s. Sophronius decessit an. 638 (vide tom. 1, p. 120), s. Andreas autem circa 720 (ibid. p. 203), non impetrat a nobis Callistus, ut, Sophronio vitam s. Mariae describente, credamus Andream composuisse magnum canonem; hic enim anno 638, quum defunctus est Sophronius, adhuc infans fuisse videtur. Lege quae post Papebroch. Act. SS. April.

οὗτος ὁ βίος προβέβληται ἄπειρον· καὶ πολλὴν τοῖς ἐπταικόσι καὶ ἁμαρτάνουσι παραμυθίαν δίδωσιν, εἰ μόνον τῶν φαύλων ἀποστῆναι βούλοιντο. Ἐτάχθησαν δὲ καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν ψάλλεσθαι καὶ ἀναγιγνώσκεσθαι δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἐγγίζει ἡ ἁγία τεσσαρακοστή, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι ῥάθυμοι γεγονότες, πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀμελέστερον διατεθῶσι, καὶ τοῦ σωφρονεῖν καθάπαξ ἐν πᾶσι ἀπόσχοιντο· ὁ μὲν μέγιστος Ἀνδρέας, οἷά τις ἀλείπτης [1], *διὰ τῶν ἱστοριῶν τοῦ μεγάλου κανόνος, τῶν μεγάλων ἀνδρῶν λέγων τὴν ἀρετήν, καὶ τῶν φαύλων αὖθις τὴν ἐκτροπήν, ὡς ἄν τις φαίη, γενναιοτέρους τοὺς κάμνοντας παρασκευάζει, καὶ ἀνδρικῶς τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. Ὁ δὲ ἱερὸς*

compunctionis plenissima est, lapsisque et peccatoribus multum consolationis affert, si modo a pravis operibus desistere velint. Lege autem receptum est, ut hac die legatur hac de causa: cum enim sancta Quadragesima ad finem tendat, ne homines segniores effecti spiritualia certamina negligentius ineant, vitamque sobriam et temperantem valere jubeant, maximus adest Andreas, qui velut Aliptes per historias magni canonis, enumerando insignium virorum virtutem, et improborum casum et eversionem, eos, qui laboribus insistunt, alacriores, et ut ita dicam, generosiores facit: ut viriliter ea quae supersunt, capessant. Sanctus vero Sophronius, mirabili sua illa oratione et tractatu sobrios et ipse facit, et ad Deum excitat, ne corruant,

---

tom. 1, p. 70, de aetate s. Andreae e legibus sanioris critices scribit Pinius, socius Bollandianus et ipse, Julii tom. 2, pp. 43—44.

[1]) *Ἀλείπτης*, qui ungit, ab *ἀλείφω*, *ungo, linio.* Hoc nomine speciatim appellabatur is, qui in arena luctaturos ungebat; et *ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν*, ut Suidas ait, qui alios excitat, instigat, hortatur. Vocabulo usus est eleganter Nazianzenus *Orat. in laud. s. Basilii M.*, n. 5, quando sanctos confessores celebravit, qui sub Maximino variis pro fide tormentis superatis *vivi adhuc relicti ac victoriae suae superstites* (*τοσοῦτον ἀπολειφθέντες ὅσον ἐπιβιῶναι τῇ νίκῃ*) erant, ut nimirum

ὑπολειφθῆναι τοῖς ἄλλοις ἀλεῖπται τῆς ἀρετῆς, ζῶντες μάρτυρες, ἔμπνοοι στῆλαι, σιγῶντα κηρύγματα.

aliis virtutis aliptae, vivi martyres, spirantes columnae, tacitaque praeconia relinquerentur (apud Migne, Patr. gr. t. 36, pp. 499—500).

Tali epitheto igitur Andreas noster hoc loco celebratur propter compositionem insignis illius canonis, quo peccatores ad poenitentiam confortat et ad superandos spirituales conflictus exhortatur.

Σωφρόνιος, διὰ τοῦ ὑπερφιοῦς αὐτοῦ λόγου, σώφρονας καὶ αὖθις εἶναι ποιεῖ, καὶ πρὸς Θεὸν διεγείρει, καὶ μὴ καταπίπτειν, μηδὲ ἀπογινώσκειν, εἰ καὶ τέως τισὶν ἑάλωσαν παραπτώμασιν· ὅση γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία καὶ συμπάθεια, τοῖς ὁλοψύχως ἐκ τῶν πρώην πταισμάτων ἐπιστρέφειν αἱρουμένοις, ἡ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν διήγησις παριστᾷ. Λέγεται δὲ μέγας κανών, ἴσως ἄν τις εἴπῃ, καὶ κατ᾽ αὐτὰς τὰς ἐννοίας καὶ τὰ ἐνθυμήματα· γόνιμος γάρ ἐστιν ὁ τούτου ποιητής, ἀρίστως αὐτὰ συντιθέμενος· καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν κανόνων ἀνὰ τριάκοντα, καὶ μικρόν τι πρὸς τροπαρίων ἐχόντων, οὗτος εἰς διακόσια καὶ πεντήκοντα πρόεισιν, ἑνὸς ἑκάστου ἄῤῥητον ἀποστάζοντος ἡδονήν. Ἁρμοδίως οὖν ἄρα καὶ προσηκόντως ὁ μέγας οὗτος κανών, καὶ μεγάλην κεκτημένος κατάνυξιν, κἂν τῇ μεγάλῃ τῶν τεσσαρακοστῶν κατατέτακται. Τοῦτον τὸν ἄριστον κανόνα καὶ μέγιστον, καὶ τὸν τῆς ὁσίας Μαρίας λόγον, ὁ αὐτὸς πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας πρῶτος εἰς τὴν τοῦ Κωνσταντίνου κεκόμικεν, ὅτι πρὸς τοῦ πατριάρχου Ἱεροσολύμων Θεοδώρου, τῇ ἕκτῃ συνόδῳ σταλεὶς εἰς βοήθειαν, παρεγένετο. Τότε γὰρ ἀρίστως κατὰ τῶν Μονοθελητῶν ἀγωνισάμενος ἔτι διατελῶν ἐν μο-

neve desperent, licet aliquibus peccatis irretiti fuerint. Quanta enim sit Dei humanitas et clementia in illos, qui ex toto corde praeteritae vitae noxas relinquere cogitant, narratio de Maria Aegyptiaca abunde docet. Appellatur autem magnus canon, ut forte quispiam dixerit, propter sententiarum pondus et gravitatem, quarum feracissimus est hujus canonis auctor, in his componendis praeclare exercitatus: quodque, quum caeteri canones triginta aut paulo amplius troparia contineant, iste ad ducenta et quinquaginta progrediatur, quolibet ex illis ineffabilem stillante dulcedinem et voluptatem. Jure igitur optimo et convenienter sancitum est, ut magnus iste canon, et compunctionis plenissimus in magna saltem Quadragesima psallatur. Hunc praeclarissimum et maximum canonem, nec non tractatum vitae sanctae Mariae Aegyptiacae, ipsemet Pater noster Andreas primus Constantinopolim tulit, quando ab Hierosolymorum patriarcha Theodoro ad sextam synodum subsidio missus est. Tunc enim monasticam vitam adhuc profitens, quum adversus Monothelitas fortiter decertasset, ecclesiae Constantinopolitanae clero adscriptus est: deinceps

νάζουσι, τῷ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας κλήρῳ καταλέγεται· εἶτα διάκονος καὶ ὀρφανοτρόφος ἐν ταύτῃ καθίσταται· καὶ μετὰ μικρὸν ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης γενόμενος, ἐς ὕστερον ἄγχιστά που πρὸς τῇ λεγομένῃ Ἱερισῷ καταντήσας ἐν Μιτυλήνῃ, πρὸς Κύριον ἐκδημεῖ, ἀρκούντως τοῦ ἰδίου θρόνου ἐν μεθέξει γενόμενος. Ταῖς αὐτοῦ πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον ἡμᾶς.

in ea diaconus et pupillorum curator et altor constituitur: nec longo post tempore, archiepiscopus Cretae ordinatus est. Postea proxime ad locum, qui Hierisus dicitur, quum Mitylenum pervenisset, migravit ad Dominum, quum satis multo tempore suam sedem tenuisset. Ejus intercessionibus miserere nostri, Deus.

Porro magnus iste canon consueto Graecis more sic dividitur in odas novem, ut inter cujusque odae conclusiva *τροπάρια, τριαδικά* scilicet et *θεοτόκια*, ipsumque canonis contextum interponantur troparia duo de s. Maria Aegyptiaca et tertium de ipso s. Andrea: ut adeo universim, donec illi quoque per partes decursi sint canones, numerentur troparia 320 cum millenis circiter corporis prostrationibus.

Singulae singulorum tropariorum de s. Maria initiales literae, ordine continuo collectae, in ipso Triodio conficere dicuntur *ἀκροστιχίδα: Σὺ ἡ ὁσία Μαρία βοήθει.* Censentur autem troparia a s. Sophronio exarata, quando sacros divinorum officiorum libros, a s. Saba olim ordinatos, sed per Saracenorum direptiones fere deperditos, in Palaestina restauravit et ampliavit. Troparia de s. Andrea tandem grata posteritas usurpare coepit, vicem honoris reddere volens auctori, jam inter divos relato, pro compositione tam utilis operis. Cfr. Papebroch. l. c. n. 12—13.

Ad hujus celebritatis pompam olim CPoli pertinuisse, ut ejus vigiliae solemniter peragerentur in aula imperatoris, supra jam animadvertimus tom. 1, p. 56.

Sed finis sit! Quod reliquum est spatium [1]), concedatur brevi orationi *ψυχή μου*, superius promissae p. 89: quam

---

[1]) Festo Pretiosissimi Sanguinis, quod feriae VI. tributum est, hic locum non damus, quum idem mysterium altera vice simus celebraturi Dominica I. Julii, ubi et de rationibus ejus sermo erit.

quia Maltzew *slavice* et *germanice* jam reddidit (*Kanonik*, pp. 194—195), nos in ipso exemplari graeco cum duplici interpretatione, *latina* et *rumena*, iis lectoribus invidere nolumus, qui in liturgicis versiones cum originali comparare cupiunt.

Κοντάκιον ἰδιόμελον.

Ψυχή μου, ψυχή μου, ἀνάστα, τί καθεύδεις; Τὸ τέλος ἐγγίζει καὶ μέλλεις θορυβεῖσθαι· ἀνάνηψον οὖν, ἵνα φείσηταί σου Χριστὸς ὁ Θεός, ὁ πανταχοῦ παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν.	Anima mea, anima mea, exsurge; quid dormis? Finis imminet, atque tibi est futura turbatio. Ad meliorem ergo frugem revertaris, ut tibi Christus Deus ignoverit, qui ubique praesens omnia replet.

Rumen. Suflete alu mieu, suflete alu mieu, scola, preintru ce dormi? Capetulu se apropia, sî vei se te turburi: descepta-te dara, cá se se indure spre tene Christosu Domnedieu, celu ce pretotendenea este, sî tote le imple.

Σάββατον τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου.

Τῷ σαββάτῳ τῆς ε΄. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. Ψάλλομεν τὸν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἀκάθιστον ὕμνον.

Slav. *V subbotu 5. nedĕli posta. Pojem molebnoje poslĕdovanije Akathista,* sive *pojem nesĕdalnuju pĕsn presvjat. Bogorodicy;* rumen. *Sambata 5. septemana a paresemiloru. Cantàmu acatistulu prea s. Nascatorie de Domnedieu.*

Acathistus hymnus ob urbem CPolitanam ter servatam Beatissimae Virgini servatrici canitur, habetque apud orientales grati animi plurimam significationem. Ejus celebritatis totam noctem in sacris vigiliis orantes olim agebant, singillatim recolendo ingentia beneficia urbis regiae ab incursione barbarorum coelitus defensae sub Heraclio, sub Leone Isauro, sub Constantino Pogonato. Festum *τῆς ἀκαθίστου* ad quatuor solemnitates in palatio imperatoris vigilari solitas pertinuisse, diximus tomo 1, p. 56.

Ἀκάθιστος nominatur *quasi carens sessione,* ab *α*, quod dicunt *στερητικόν*, h. e., *privativum,* et *ἵζω* seu *καθίζω*, *sedere facio,* neutraliter idem, quod *καθίζομαι*, *sedeo,* quod

scilicet populus cum clero totam noctem *stando (ὀρθοστάδην)* Sanctissimae Deigenitrici laudes et gratiarum actiones concinuerit.

Graeco-Melchitae idoneam vocem arabicam ejusdem potestatis non reperientes *ὕμνον ἀκάθιστον* per verborum ambitum dixerunt *Medîch alladzî lâ jadschib eldschulûs fîhî* [1], h. e., *hymnum ubi non licet sessio in eo* seu *in quo non licet sedere.*

Celeberrimus hic hymnus tum primum fuit compositus et in laudem ss. Deiparae cani coeptus, quum, Heraclio imperante, a Sarbari et Chagani obsidione CPolis est liberata anno 626. Quando autem inter officia ecclesiastica carmen recipere aut quo tempore hoc hebdomadis quintae sabbato illud solemniter recitare instituerint Graeci, plane non liquere post alios, qui de eo tractarunt, Quercius scribit in *Adnotation. in hymnum Acathistum* [2]).

Emus. card. Pitra nos in spem maximam adduxerat [3]) fore, ut ipse fusius et accuratius esset acturus de hymni auctore, de historica rei veritate, de multis aliis codicibus et de his praesertim, qui nomen Sergii patriarchae servant: lectore interim relegato ad Combefis. *Auctar.* t. 2, pp. 805—826; Lambec. ed. Kollar. t. 5, p. 301; Matthaei *Notit. codd. mosq.* a. 1776, n. 9; Migne *Patr. gr.* 92, p. 1333, et 106, p. 1335; W. Christ et Paranikas, *Anthol. graec.,* 1871, p. 140—147.

Verum tot aliae occupationes, quibus se Emus. vir districtum vidit, prohibuerunt, quominus id fieret. Interim duo scriptores graeci Lauriotes et Paranikas textum ad fidem *χειρογράφων παλαιῶν* emendare studuerunt in Actis CPolitanis *Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια,* 1893, mensibus Febr. et April.

Hymnum acathistum a Georgio Pisida, ecclesiae s. Sophiae sub Heraclio sceuophylace (al. chartophylace), con-

---

[1]) Ita Horologium anni 1822, quod praesto nobis est.

[2]) Ex iis prae caeteris adduci merentur Gretserus in *Codin.;* Theophilus Raynaudus, tom. 7, *Nomenclat. Marian.* observat. 2; Pagius ad an. 625; Quirinus, *Vetus offic. quadrages. Graeciae orthodoxae,* diatrib. 4. et ipse Quercius, apud Migne, Patr. gr. t. 92, pp. 1334—1371.

[3]) Analecta sacra spicilegio Solesmensi parata, t. 1, p. 262.

fectum fuisse, conjicit Quercius l. c. Eum alii cum Bardenhewer[1]) Sergio patriarchae tribuunt. Novissima editio Horologii Atheniensis an. 1891 cum antiquioribus Venetis quaestionem dubiam, relinquit. *Τοὺς δὲ οἴκους τῆς θεοτόκου, οὓς ἀναγινώσκομεν σήμερον κατ᾽ ἐξοχὴν, οἱ μὲν ἀποδίδουσιν εἰς Σέργιον τὸν τότε πατριάρχην, οἱ δὲ εἰς Γεώργιον τὸν Πισίδην, σύγχρονον ὄντα καὶ αὐτόν, καὶ χαρτοφύλακα τῆς μ. ἐκκλησίας.* Rem ejusmodi teste adhuc incertam nos definire non audemus. De ea doctiores et acutiores viderint.

Hymnum acathistum religiosi quidam e Graecis homines in vernaculum, quo utuntur, sermonem translatum saepius privatim recitare ac veluti quoddam firmum praesidium et praesentem Virginis tutelam secum deferre consueverunt. Idem vero ritu solemni in ecclesia Graecorum membratim ac in partes *(στάσεις)* divisus quatuor primis Quadragesimae sabbatis[2]), totus autem et una simul sumptus hoc hebdomadis quintae sabbato canitur, multis aliis orationibus et lectionibus intermixtus. Prosa versaque oratione redditus italice, itemque in ruthenam, rumenam, arabicam aliasque linguas translatus est. Ipsum etiam sejunctim edidit Romae anno 1746 Jos. Schiro, archiepiscopus Dyrrachinus nova versione munitum, ut ad Virginis obsequium venerationemque pios homines, exhibita parva mole utilis libelli, facilius alliceret[3]). Nuper admodum ut plura alia officia ecclesiastica ritus graeci, sic istum ipsum hymnum in Germanorum sermonem transtulit cl. Maltzew, *Kanonik,* pp. 332—402, difficiliora loca etiam russice interpretatus pp. 352—388.

---

[1]) *Patrologie,* p. 524.

[2]) *Ψάλ. ἀργῶς ὑπὸ τῶν χορῶν „τῇ ὑπερμάχῳ", καὶ ἀναγινώσκεται ἡ α'. στάσις τῶν οἴκων τῆς θεοτόκου· αὖθις „τῇ ὑπερμάχῳ", ἀργοσύντομον, καὶ προσκύνει ὁ ἀρχιερεὺς τὴν εἰκόνα τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου.* Ita Typicum Cpol. in *ἀκολουθίᾳ τοῦ μικροῦ ἀποδείπνου*, vespere, fer. VI. hebdomadae primae, p. 216. Tribus sequentibus feriis sextis autem ex ordine adnotatur: *ἀναγινώσκονται οἱ οἶκοι τῆς θεοτόκου τῆς β'., τῆς γ'., τῆς δ'. στάσεως, ὡς εἴθισται.*

[3]) Videatur Quercius, t. cit. p. 1348. Conditionem graecorum archiepiscoporum Dyrrachiensium (Durazzo) in Italia degentium selectis quibusdam annotationibus per me scias illustratam in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1895, pp. 364—366, quas si forte legeris, antistitibus ibidem relatis ipsum hunc Jos. Schiro adnumeres optem.

Filialis nostrae pietatis studium in ss. Deiparam testatum relicturi, piam hanc elegantemque cantiunculam in forma extensa hic afferendam censemus, quum tamen synaxarium diei, quod accepta divinitus beneficia brevi et ab historiae fide non alieno discursu percenset, lectorum oculis subjecerimus [1]).

Acathistum autem repraesentamus ex nova editione cardinalis Pitra στιχηρῶς descriptum *interpretatione* celeberrimi grammatici Constantini Lascharis nunc primum ibidem vulgata [2]), ut sic etiam praestantissimorum illorum quos Emus. vir in sua *Analecta* congessit thesaurorum et notitiam reddamus pervagatiorem et usum in academiis nostris frequentiorem.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (τῷ σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν) τὸν ἀκάθιστον ὕμνον ἑορτάζομεν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην·

Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων ἀρχὴν διέποντος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἰδὼν τὰ Ῥωμαίων ἄκρως ταπεινωθέντα παρὰ Φώκα βασιλέως τοῦ τυράννου, ἕνα τῶν

Eodem die (nempe sabbato quintae hebdomadis Quadragesimae), celebramus hymnum Acathistum SS. Dominae nostrae Deiparae ob hujusmodi causam.

Quum Heraclius Romanum imperium teneret [3]), Persarum rex Chosroës, videns res Romanorum a Phoca tyranno [4]) penitus afflictas et prostratas, unum ex satrapis suis, Sarba-

[1]) A Triodii synaxario paucis differt *λόγος εὐχαριστήριος εἰς τὴν ἀκάθιστον*, quem Gretserus olim detexit in bibliotheca Bavarica *Commentar. in Codin.* l. 3, c. 6 (apud Migne, Patr. gr. tom. 157, pp. 359—360) ac Combefisius postea edidit in *Historia Monothelitarum.* Eum, Combefisii notis illustratum, produxit Migne in Patr. gr. tom. 92, pp. 1353—1371. Praeter historicam hujus orationis narrationem et Chronicon paschale, loco superius ad d. 7. Augusti, tomo 1, p. 239, a nobis allato, videri de eodem argumento possunt s. Nicephorus, Theophanes et Cedrenus, qui res illius temporis videntur accuratius persecuti.

[2]) C. Lascharis, natione graecus, patria Byzantinus, literas humaniores tanta cum laude et nominis existimatione tractavit Mediolani, Neapoli, Messanae, ut doctissimi quique ejus dictata avidissime requirerent. Obiit exeunte saeculo quintodecimo. Cfr. Fabric. biblioth. gr. tom. 6, pp. 329—330.

[3]) Ab anno 610 ad annum 641.

[4]) Ab anno 602 ad annum 610.

σατραπῶν, Σάρβαρον ὄνομα, μετὰ χιλιάδων πλειόνων στέλλει, πᾶσαν τὴν Ἕω αὐτῷ ὑποποιήσασθαι· ἔφθη γὰρ καὶ πρότερον ὡσεὶ δέκα μυριάδας Χριστιανῶν διαφθείρας Χοσρόης, ἅτε τῶν Ἑβραίων αὐτοὺς ἐξωνουμένων καὶ ἀπολλύντων. Ὁ γοῦν ἀρχισατράπης Σάρβαρος τὴν Ἕω ληϊσάμενος ἅπασαν, ἔφθασεν ἄχρι καὶ αὐτῆς Χρυσοπόλεως, ἣ νῦν Σκουτάριον ἐπικέκληται. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς Ἡράκλειος ἐν ἀπορίᾳ καταστὰς δημοσίων χρημάτων, τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς κέρμα μετασκευασάμενος ἐπὶ ἀποδόσει μείζονι καὶ τελεωτέρᾳ, διὰ τοῦ Εὐξείνου μετὰ πλοίων τοῖς τῆς Περσίας μέρεσιν εἰςβαλὼν ἀφανίζει αὐτήν· καὶ κατακράτος ἡττᾶται τούτῳ ὁ Χοσρόης σὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Σειρόης ὁ υἱὸς Χοσρόου, ἀποστὰς τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῷ περιτίθησιν, καὶ τὸν πατέρα Χοσρόην ἀποκτείνας, τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ σπένδεται· Χαγάνος γε μὴν ὁ τῶν Μυσῶν καὶ Σκυθῶν ἀρχηγός, μαθὼν τὸν βασιλέα διαπόντιον ἐς Πέρσας γενόμενον, τὰς μετὰ Ῥωμαῖον διαλύσας σπονδάς, στίφη μυριάριθμα ἐπαγόμενος διὰ τῶν δυτικῶν εἰσβάλλει μερῶν εἰς τὴν Κωνσταντίνου,

rum nomine, cum multis millibus misit, ut totum Orientem suae ditionis faceret: nam et prius jam decem myriadas christianorum Chosroës deleverat et everterat; quippe quos Hebraei pretio redemerant et perdiderant. Archisatrapa igitur Sarbarus toto Oriente devastato usque ad Chrysopolim, quae nunc Scutarium cognominatur, processit. Imperator autem Heraclius pecuniae publicae penuria pressus, sacris ecclesiarum vasis et instrumentis conflatis, et in nummos conversis, quo summa major et perfectior foret, per Euxinum mare classe in Persiae partes ducta, et impressione facta, omnia populatur, et exscindit, ipsumque Chosroëm cum reliquo exercitu potenti manu fundit, et profligat. Non diu post Siroës, filius Chosrois, cum a patre defecisset, regnum sibi vindicat, et interempto patre foedus cum Heraclio init. Chaganus autem Mysorum et Scytharum [1]) dux, quum intellexisset imperatorem mari in Persas profectum esse, ruptis quae cum Romanis inierat, foederibus, et innumerabilibus copiis collectis, per partes occidentales Constantinopolim aggreditur, jactis

[1]) H. e. Bulgarorum et Avarorum.

κατὰ Θεοῦ βλασφήμους ἐκπέμπων φωνάς· αὐτίκα τοίνυν ἡ μὲν θάλασσα πλοίων, ἡ δὲ γῆ πεζῶν καὶ ἱππέων ἀπείρων ἔμπλεως ἦν· Σέργιος δὲ ὁ πατριάρχης, πολλὰ τὸν τῆς Κωνσταντίνου παρεκάλει λαόν, μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα ἐκ ψυχῆς εἰς Θεὸν ἀναφέρειν, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ Μητέρα τὴν πανάχραντον Θεοτόκον· καὶ μὴν καὶ Βῶνος πατρίκιος ὁ τηνικαῦτα τὴν πόλιν διέπων, τὰ ἀνήκοντα εἰς ἀποτροπὴν τῶν πολεμίων παρεσκευάζετο· δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας καὶ ἡμᾶς τὰ προσήκοντα ἐνεργεῖν.

Ὁ δὲ πατριάρχης τὰς θείας εἰκόνας τῆς Θεομήτορος μετὰ παντὸς ἐπαγόμενος τοῦ πλήθους περιήει τὸ τεῖχος ἄνωθεν, ἐντεῦθεν τὸ ἀσφαλὲς αὐτῶν ποριζόμενος· ὡς δὲ ὁ μὲν Σάρβαρος ἐξ ἑῴας, Χαγάνος δὲ ἀπὸ δυσμῶν πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἤρχοντο, ὁ πατριάρχης τὴν ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα [3]),

multis in Deum blasphemiis. Itaque derepente mare quidem navibus plenum fuit, terra peditibus equitibusque infinitis. Sergius [1]) autem patriarcha valde Constantinopolitanos incolas admonebat, ne animos desponderent; sed omnem potius spem suam ex intimo mentis sensu in Deo, et in Genitrice immaculata Deipara collocarent. Atqui et Bonus, qui tunc civitati praeerat, ea quae propulsandis hostibus necessaria erant, praeparabat. Oportet enim, ut cum coelesti auxilio nos etiam studium et operam nostram conjungamus.

Patriarcha autem, acceptis Deiparentis imaginibus, cum omni multitudine moenia superne circuibat, hinc illis praesidium et salutem comparans. Ut vero Sarbarus ab oriente, Chaganus autem ab occidente igne succendere coeperunt omnia quae in circuitu civitatis erant: patriarcha imaginem Christi non manufactam [2]), item venerabilia et vivifica ligna,

---

[1]) Is erat Sergius I. (610—638), qui ad Monotheletas descivit.

[2]) Existimat G r e t s e r. loco a nobis adducto, tom. 1, p. 251, non fuisse hanc imaginem, quam Sergius circumgestaret, archetypam *ἀχειροποίητον*, sed aliam ei similem divinitusque expressam ex illa sub Tiberio imperatore, de qua M e n a e a referunt. Alia lectione non indigna adnotat Q u e r c i u s, t. cit., p. 1357.

[3]) Ita graeci scriptores omnes ex legitima formula sanctissimam Christi crucem appellare solent. Hinc autem intelligi oportet insignem illam ss. crucis particulam, quam a s. Helena in urbem CPolim illatam

προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος ἐπιφερόμενος, διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο. Χαγάνος δὲ ὁ Σκύθης, διὰ τῶν χερσαίων τειχῶν προσβάλλει τῇ Κωνσταντίνου σὺν πλήθει ἀπείρῳ ἄκρως ἐξ ὅπλων ἠσφαλισμένῳ, καὶ τοσούτῳ, ὡς ἕνα Ῥωμαῖον πρὸς δέκα Σκύθας σαφῶς διαμάχεσθαι· ἀλλ' ἡ ἄμαχος πρόμαχος διὰ τῶν παρευρεθέντων ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ἐν τῷ ναῷ ταύτης τῷ τῆς πηγῆς πλείστους αὐτῶν παραπώλεσεν. Κἀντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἀναθαρσήσαντές τε καὶ ανασκιρτήσαντες ὑπὸ στρατηγῷ ἀμάχῳ τῇ Θεομήτορι αὐτοὺς ἀεὶ κατὰ κράτος ἐνίκων. Βλέψαντες δὲ καὶ πρὸς σπονδὰς οἱ τῆς πόλεως ἀπεκρούσθησαν. Ἀνεῖπε γὰρ ὁ Χαγάνος, „Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν καταλήψομαι". Οἱ δὲ τῆς πόλεως διακούσαντες, χεῖρας ἔτεινον εἰς Θεόν. Συμφωνήσαντες οὖν Χαγάνος τε καὶ ὁ Σάρβαρος, διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης προσβάλλουσι, διὰ μηχανημάτων τὴν πόλιν ἑλεῖν προθυμούμενοι· ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπὸ

ad haec venerandam vestem Deiparae [1]) proferens moenia obibat. Chaganus autem Scytha ex ea parte, qua terram moenia spectant, impetum in Constantini urbem facit, tali ac tanta multitudine undique armis tecta et munita, ut uni Romano adversus decem Scythas pugnandum fuerit. Caeterum inexpugnabilis illa propugnatrix opera paucorum militum, qui erant in templo ejus ad fontem exstructo, plurimos ex illis trucidavit. Hinc Romani animis resumptis, et prae gaudio exsilientes, duce et auspice invicta Deipara, victoriam de illis gloriose reportabant: quumque cives jam pacta et foedera inire cogitarent, repulsam tulerunt. Aiebat enim Chaganus: „Ne fallamini, freti Deo, cui creditis: certo enim cras urbem occupabo." Quo audito, incolae civitatis manus ad Deum extendebant. Collatis igitur junctisque operis Chaganus et Sarbarus, terra marique, variis machinis et tormentis urbem oppugnantes, eam capere contendunt: sed tanta caede a Romanis repulsi sunt, ut vivi humandis mortuis

---

scripsimus tomo 1, p. 275; nam crucem ipsam Heraclius nondum ex Perside receperat.

[1]) Recole quae de veneranda hac veste notavimus supra tom. 1, pp. 200—202.

τῶν Ῥωμαίων ἡττήθησαν, ὡς μηδὲ ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ζῶντας καίειν τοὺς τεθνηκότας, τὰ δὲ μονόξυλα ὁπλιτῶν πλήρη, διὰ τοῦ ἐπιλεγομένου κέρατος κόλπου εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς Θεομήτορος καταγόμενα, καταιγίδος αἰφνηδὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπεισπεσούσης ῥαγδαίας, καὶ διαιρησάσης ταύτην εἰς τμήματα, σὺν τοῖς πλοίοις ἅπασι τῶν ἐχθρῶν διεφθάρη, καὶ εἶδεν ἄν τις παράδοξον ἀριστούργημα τῆς πανάγνου καὶ Θεομήτορος· πάντας γὰρ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης τὸ ἐν Βλαχέρναις ἐξέβρασεν, ὁ δὲ λαὸς ὅσον τάχος τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἄρδην πάντας ἀπέκτειναν, καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες κατ᾽ αὐτῶν ἀνδριζόμενοι. Οἱ δὲ ἀρχηγοὶ τούτων ὑπέστρεψαν, κλαίοντες ἅμα καὶ ὀδυρόμενοι.

Ὅγε μὴν θεοφιλὴς τῆς Κωνσταντίνου λαὸς τῇ Θεομήτορι τὴν χάριν ἀφοσιούμενοι, ὁλονύκτιον τὸν ὕμνον, καὶ ἀκάθιστον αὐτῇ ἐμελῴδησαν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνησάσῃ, καὶ ὑπερφυεῖ δυνάμει διαπραξαμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον.

Ἔκτοτε οὖν εἰς μνείαν τοῦ τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος, ἡ ἐκκλησία τὴν τοι-

non sufficerent. Naves vero ex singulis arboribus confectae, armatis hominibus refertae, et per sinum, qui Cornu cognominatur, in Blachernium Deiparentis templum delatae, turbine et procella ex improviso mari incumbente, idque in duas partes dividente, cum omnibus hostium navigiis interierunt. Apparuit admirandum prorsus castissimae Deiparentis miraculum, factumque praeclarissimum: omnes enim ad litus maris, quod est in Blachernis, ejecit. At populus, portis sine mora patefactis, omnes omnino trucidavit, pueris et mulieribus in illos armatis. Horum vero duces reversi sunt non sine lacrimis et lamentatione [1]).

At Dei amantissimus populus CPolitanus totam noctem absque ulla intermissione hymnum pro gratiarum actione Dei Genitrici decantavit, tamquam illi quae pro omnium salute excubias egisset, et coelesti sua virtute tam insigne tropaeum contra hostes erexisset.

Ab illo igitur tempore, in memoriam tanti ac tam divini miraculi, ecclesia hunc diem

[1]) Liberatae urbis annuam memoriam Augusti die 7. in Kalendario CP. recoli, vidimus supra tom. 1, pp. 238—239.

αὐτὴν ἑορτὴν παρέλαβε τῇ Μητρὶ ἀνατιθέναι τοῦ Θεοῦ τῷ παρόντι καιρῷ, ὅτε καὶ τὸ τρόπαιον τῇ Θεομήτορι γέγονεν. Ἀκάθιστον δὲ ὠνόμασαν, διὰ τὸ τότε οὕτω πρᾶξαι τὸν τῆς πόλεως κλῆρόν τε καὶ λαὸν ἅπαντα.

festivum esse voluit Deiparae, cujus auxilio tam eximium quoque tropaeum erectum fuit [1]). *Acathistum* vero nominavit, quod tunc et populus et clerus universus eodem ardore idem facerent, nemine cessante, nemine a divinis laudibus quiescente.

Μετὰ δὲ παρέλευσιν χρόνων τριάκοντα ἓξ ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου οἱ Ἀγαρηνοὶ ἄπειρον στρατιὰν ἐπαγόμενοι, πάλιν τῇ Κωνσταντίνου ἐπέθεντο, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι ταύτην πολιορκοῦνται, ὅτε καὶ ἐν τοῖς Κυζίκου παρεχείμαζον μέρεσι, πολλοὺς τῶν οἰκείων διέφθειραν· εἶτα ἀπειπόντες, καὶ μετὰ τοῦ στόλου αὐτῶν ὑποστρέφοντες, κἀν τῷ Συλαίῳ γενόμενοι, τῇ θαλάσσῃ πάντες

Caeterum post triginta sex annos, sub Constantino Pogonato [2]), Agareni, maximo coacto exercitu, rursus CPolim aggressi sunt, et septem annis eamdem obsederunt: quo tempore in Cyzici partibus hiemantes, multos ex suis amiserunt. Deinde spe abjecta, cum universa classe abeuntes, et ad Sylaeum delati, omnes fluctibus maris hausti interierunt, ope et auspiciis intemeratae Deiparentis [3]).

---

[1]) Anno 626.

[2]) Ab anno 668 ad annum 685; ideo 36 anni non sunt computandi ab anno 626, sed ab anno 641, Heraclii ultimo.

[3]) De hujus tantae adversae classis excidio ac urbe sanctissimae Deiparae intercessione liberata anno imperii Constantini Pogonati 5 late scribunt s. Nicephorus *Breviar. histor.* apud Migne, Patr. gr. tom. 100, pp. 930—937; s. Theophanes *Chronograph.* ibid. t. 108 pp. 719—722 et Cedren. *Histor. compend.* ibid. tom. 121, pp. 835—836. Jam quod septem totos annos synaxarium innuit obsessam esse CPolim, idem adducti scriptores affirmare videntur. Verum non improbabilibus rationibus docet Petavius in *Notis ad s. Nicephor.* l. c. rem forsitan ita esse accipiendam, ut, quamquam plures annos bellum tenuerit, Saraceni tamen nonnisi septies CPolim usque populabundi pervenerint, anno Constantini 5. demum (sc. 673) ope divina per *maritimum ignem (θαλάσσιον πῦρ)* potissimum profligandi. Insignis quippe idem hic annus fuit *maritimi* seu *graeci,* ut vocant, *ignis* artificio tum reperto, cujus auctorem Cedrenus perhibet Callinicum quemdam, architectum Heliopolitanum, e Syria. Qui de igne graeco et ritibus, quibus fuit expeditus, plura scire volet, adeat

κατεποντίσθησαν προστασίᾳ τῆς πανάγνου καὶ Θεομήτορος.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον αὖθις ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, οἱ ἐξ Ἄγαρ ὑπὲρ πλείστας μυριάδας ἀριθμούμενοι, πρῶτον μὲν τὴν τῶν Περσῶν ἀφανίζουσι βασιλείαν, εἶτα τὴν Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην ἐπιδραμόντες, καὶ Ἰνδούς, Αἰθίοπάς τε καὶ Ἱσπανούς, ὕστερον καὶ κατ' αὐτῆς τῆς τῶν πόλεων βασιλίδος ἐπιστρατεύουσι, χίλια ὀκτακόσια πλοῖα ἐπιφερόμενοι, κυκλώσαντες οὖν αὐτὴν ὡς αὐτίκα διαναρπάσοντες ἔμενον. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τὴν σεβάσμιον εἰκόνα τῆς Θεομήτορος ὁδηγητρίας ἐπαγόμε-

Sed et sub Leone Isauro [1]), Agareni, quamplurimis myriadibus congregatis, primum quidem Persarum regnum exscindunt: deinde Aegyptum, et Libyam, quin et Indos, et Aethiopes, et Hispanos quoque pervolitant, et ad extremum adversus ipsam urbium reginam expeditionem suscipiunt, adductis mille octingentis navibus Conclusa igitur in orbem civitate, velut jamjam illam direpturi exspectabant. Porro sacratus urbis populus venerabili pretiosae et vivificae crucis ligno assumpto, acceptaque *Virginis Hodegetriae imagine* [2]), moenia circumda-

---

praeter alios Du Cange *Glossar. med. et infim. latinit.* h. v.; *ad Joinvill.* p. 71; et Vossium in *Observ. var.* c. 9.

[1]) Ab anno 717 ad annum 741.

[2]) *Ἡ θεία εἰκὼν τῆς Θεομήτορος τῆς ὁδηγητρίας, divina imago Deiparae, viae ductricis,* celeberrima imago est ss. Deigenitricis, divinum puerum brachio complexae, quam s. Lucas evangelista, ipsa Beatissima Virgine *adhuc vivente coramque spectante (παρούσης κἀκείνης καὶ θεωμένης)*, in tabula depinxisse, a sequioribus Graecis uno consensu traditur. Eam a monasterio sive templo *τῶν ὁδηγῶν*, ubi reposita a s. Pulcheria erat, appellatam scribit Nicetas Choniat. in *Isaacio Angelo,* l. 1 (apud Migne, Patr. gr. tom. 139, pp. 743—744). Verum de ratione nominis *τῶν ὁδηγῶν* non omnino constat; alii enim *τῶν ὁδηγῶν* aedem vocatam censent, quod angelis tutelaribus ac *viae ducibus* dicata esset; alii appellationem inde repetunt, quod, auctore Andrea Dandulo apud *Du Cange* loco mox indicando, duobus caecis illuc monente B. Virgine ad Visum recipiendum deductis, ipsa veluti *Deductrix ad hunc locum* sit nuncupata; alii nomen templi ex eo declarant, quod positam ibidem imaginem imperatores urbem CPolim triumphantes ingressuri sibi praeferri jusserint. *(Προήρχετο τῆς Θεομήτορος ἡ εἰκών*: ita Georg. Acropolit. *Annal.* n. 88: apud Migne, ibid. tom. 140, p. 1217. *Ὑπὸ δὴ ταύτῃ ὁδηγῷ γε οὔσῃ εἰσελαύνων τὴν πόλιν:* ita Georg. Pachymer. *de Michaele Palaeolog.*,

νοι, τὸ τεῖχος περιεκύκλουν, σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. Δόξαν οὖν οὕτω τοῖς Ἀγαρηνοῖς, εἰς δύο διαιροῦνται μέρη, καὶ οἱ μὲν κατὰ Βουλγάρων στρατεύουσι, καὶ πίπτουσιν ἐκεῖσε ὑπὲρ μυριάδας δύο· οἱ δὲ περιελείφθησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν· κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῆς ἁλύσεως, διηκούσης ἀπὸ τῶν Γαλάτου εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀναχθέντες περίπου τὸ λεγόμενον Σωσθένιον γίνονται, κἀκεῖ ἀνέμου βορέου καταῤῥαγέντος, τὰ πολλὰ τῶν πλοίων αὐτῶν διεῤῥάγη, καὶ διεφθάρησαν· οἱ δὲ περιλειφθέντες λιμῷ σφοδρῷ περιέπεσον, ὡς καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἅψα-

bat, lacrimis Deum propitians. Communi igitur decreto Agareni in duas partes dividuntur, et alii quidem in Bulgaros arma ferunt, ubi duae illorum myriades occumbunt. Qui vero ad occupationem urbis relicti sunt, impediti a catena, quae a Galata ad urbis moenia pertingit, deferuntur ad locum, quem Sosthenium nominant, ubi quum violentus aquilo exstitisset, pleraque ex eorum navigiis diffracta et submersa sunt: at residuos tanta fames coepit incessere, ut ab esu humanarum carnium sibi non temperarent, commistisque stercoribus vescerentur. Deinde

l. 2, c. 1, ibidem tom. 143). Du Cange tandem hanc esse veram nominis τῆς ὁδηγητρίας causam existimat, quod, quum ss. Deiparae imago a s. Luca depicta summa religione ac veneratione a CPolitanis coleretur, nullam adversus hostes expeditionem susceperint imperatores ac duces, quin prius eam devote salutassent ac sanctissimam Virginem, ut *viae* comes seu potius *ductrix* sibi fieret, essent precati. Hinc potissimum factum addit, cur etiam post reportatam victoriam in eandem hanc τῶν ὁδηγῶν aedem se conferrent, ut qui faustos ac prosperos rerum suarum successus Dei genitrici adscriberent. Sed ipse auctor videndus, qui de sacrosancta hac Deiparae τῆς ὁδηγητρίας imagine deque aliis ad eandem expressis imitationibus plura scitu utilia congessit *CP. Christ.* l. 4, sect. 2, n. 24. Imago τῆς ὁδηγητρίας, vulgo *de Itria* dicta, etiam in Sicilia, et Messanae praecipue, colitur, Romaeque ipsi Siculi sub eodem titulo ecclesiam habent propriam, ubi communiter *Deipara CPolitana* vocatur, prout doceberis per *Fastos Marianos* (pp. 359, 362), ab Holweck editos Friburgi ap. Herder, 1892, laudatosque in „Zeitschrift für kath. Theologie" 1893, pp. 132—136. Qui alia de hac imagine noscere cupit, legat proprium de ea opusculum Michaelis Justiniani, vulgatum Romae typis Rev. Cam. Apost. an. 1656, nec postremas Raphaëlis Garrucci curas negligat, qui pleraque omnia quae eandem hodigitriam illustrare possunt, iterum summo studio exquisivit et brevi quidem, sed erudito commentario complexus est in *Storia dell' arte cristiana nei primi otto secoli della chiesa,* tomo 3, pp. 18—20.

σθαι, κόπριά τε φυρᾶν, καὶ ἐσθίειν· εἶτα φυγόντες, καὶ κατὰ τὸ Αἰγαῖον γενόμενοι πέλαγος, τὰ σκάφη αὐτῶν ἅπαντα, καὶ ἑαυτοὺς τῷ τῆς θαλάσσης διδοῦσι βυθῷ· χάλαζα γὰρ ῥαγδαία οὐρανόθεν καταπεσοῦσα, καὶ βρασμὸν κατὰ τῆς θαλάσσης ποιήσασα τὴν τῶν πλοίων πίσσαν διέλυσε, καὶ οὕτως ὁ ἀπειροπληθὴς ἐκεῖνος στόλος διώλωλε, τριῶν μόνων εἰς ἀγγελίαν περιλειφθέντων.

arrepta fuga quum in Aegaeum mare pervenissent, omnes suas naves, insuper et seipsos in profundum praecipitarunt: grando enim violenta e coelo delapsa, fervoremque maris concitans, picem navigiorum dissolvit. Sic immensa illa classis disperiit, tribus duntaxat, qui cladis nuntium referrent, superstitibus [1]).

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς παναγνου καὶ Θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν· Ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς

Propter haec igitur tam admiranda a castissima Dei Genitrice opera patrata praesentem diem festum celebramus. *Acathistus* vero, quasi *carens sessione* [2]), dictus est, quod

---

[1]) Tertiam hanc urbis liberationem anni 717 Graecorum Menaea hac formula efferunt ad d. 15. Augusti:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀνάμνησιν ποιοῦμεν τῆς περὶ ἡμᾶς μεγίστης ἀνυπερβλήτου φιλανθρωπίας, ἣν ἐδείξατο τότε ὁ Θεὸς ἀποστρέψας μετὰ αἰσχύνης τοὺς ἀθέους Ἀγαρηνοὺς μεσιτείᾳ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Eodem die memoriam agimus maximae, et quae captum omnem superat in nos clementiae, quam nimirum tunc Deus exhibuit, Deiparae Dominae nostrae super omnes sanctae ac semper virginis Mariae intercessione depulsis cum dedecore impiis Agarenis.

Historiam habes in s. Theophanis *Chronographia* (apud Migne, Patr. gr. tom. 108, pp. 799—802) et in Menaeis l. c. — Ejusdem liberationis ope Deigenitricis factae meminit etiam Gregorius PP. II. in *epistola ad s. Germanum,* ab anno 715 ad 730 patriarcham CP., graece et latine relata in concilio Nicaeno II., Actione 4. (apud Hardouin. Conc. tom. 4, p. 238), latine tantum apud Migne, Patr. lat. tom. 89, p. 510.

[2]) Inepte igitur Junius, Meursius, Svicerus aliique vocabulum ἀκάθιστος epitheton ss. Deiparae esse docuerunt, addita τῆς ἀκαθίστου interpretatione: *Virginis iter facientis et parturientis, et, quasi dicas, ejus, quae non sedet aut quiescit, sed iter facit praegnans;* liquet enim ad festum ejusque hymnum referri.

κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ ἐμελψαν· καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα. Ταῖς τῆς σῆς ὑπερμάχου τε, καὶ ἀπροσμάχου Μητρὸς πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεός, τῶν περικειμένων καὶ ἡμᾶς ἀπάλλαξον συμφορῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

totus populus tota nocte stando hymnum Deiparae concinuerit: quodque quum in aliis omnibus *οἴκοις* ex more sedere liceat, in istis divinae Matris, erecti omnes stantes auscultamus: precibus propugnatricis et invictae Matris tuae, Christe Deus, ab imminentibus nos libera calamitatibus, et miserere nobis, tamquam solus clemens et misericors.

Τοῦ ἀκαθίστου οἶκοι.

Ἀκάθιστος constat viginti quatuor strophis ad alphabeti literas digestis. Ex his breviores cum longioribus alternantur, praecedente tropario veluti quodam prologo. Illas interpretes quidem *κοντάκια* vocant[1]), textus liturgici vero omnes *οἴκους* nuncupant, quemadmodum et Triodium ad hunc diem *τοὺς εἰκοσιτέσσαρας κατὰ ἀλφάβητον οἴκους* annuntiat. Breviores desinunt in *Alleluja,* longiores autem terminantur per salutationem Marianam *Salve, sponsa innupta!* Praeterea quaevis major stropha in duas partes dividitur, quarum prior exhibet historiam vel doctrinam, altera continet salutationem Marianam duodecies repetitam.

---

[1]) Omnium loco unus adducatur D. Melchisedek, episcopus rumenus eparchiae Danubii inferioris *(episcopulu Dunarei-de-josu),* qui in opere liturgico *Oratoriu,* sub auspiciis Rumeniae principis (ut diximus supra p. 31) edito Bukaresti anno 1869 acathisti naturam ac dispositionem ita describit part. 2, p. 91: Acathistulu. O rugaciune în forma de cheretismuri séu urari, adresate Sântei Fecióre séu altoru Sânti. Este compusa din 24 piese: 12 condace sî 12 icóse; cele ântei se finescu cu dîcerea psalmica: *Alliluia,* cele de alu doilea cu urarea angelica: *Bucura-te.* In timpulu acestei rugi *nu este permisa siederea,* toti o asculta stându, de aceea s'a numitu *Ἀκάθιστος.* — Sed his apertiora ad intelligendum fortasse quispiam dixerit, quae de genuina ratione *τοῦ ἀκαθίστου* ipsi notavimus ad „*Officium acathisti dulcissimi et sacratissimi Cordis Jesu*“, in op. „Varia pietatis exercitia erga ss. Cor Jesu“ pp. 79—80.

Terminus *οἶκος* in libris liturgicis occurrens satis difficilis est nec modernis Graecis compertus omnino. Duces secuti viros peritissimos reconditum ejus sensum penetrare studuimus tomo 1, pp. LX—LXI., additis quae ab illorum sententia aliena tradit Card. Pitra, *Hymnographie*, p. 45; qui idem Eminentissimus auctor, quaestionem novis luminibus illustraturus in *Analectis* citatis, reconditiora etiam de ejusdem vocabuli notione, praesertim in Acathisto, ingeniosis conjecturis statuit p. XI., ut ecce, *quod sedentium scamna, cathedrae, exedrae dictae sint οἶκοι; quod, quum ita compositus fuerit scenicus apparatus, maxime in Acathisto, ut variarentur saepenumero personae, loca, spectacula, singulae strophae habuerint suas aediculas proprias.* Verum timendum est valde, ut haec Graecis arrideant assensioneque videantur digna, quum ejusmodi vocabula technica in libris suis authenticis alio prorsus modo ex traditione asserta atque elucidata tueantur. Exemplo sint duo libri jam adducti: *Τυπικὸν ἐκκλησιαστικὸν* patriarchatus CPolitani, editum an. 1874, quod antea jam ab episcopis regni Graeciae approbatum erat Decreto synodali d. d. 16. Januarii 1869; et opus liturgicum *Oratoriu* episcopi Melchisedek, Carolo, Rumeniae principi, dedicatum. En ergo quae episcopi graeci in *οἴκῳ* repererint mysteria p. 270: *Οἶκος λέγεται, ἐπειδὴ καθὼς ὁ οἶκος περιέχει τὴν περιουσίαν τοῦ ἔχοντος, οὕτω καὶ ὁ οἶκος περιέχει ἐν ἑαυτῷ ἅπαντα τὰ τοῦ ἁγίου καὶ τῆς ἑορτῆς, ἢ καθὼς οἱ ἀστέρες περιφέρονται καὶ κινοῦνται ἐν τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν καλουμένοις οἴκοις αὐτῶν, οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι νοητοὶ ὄντες μένουσι καὶ κινοῦνται ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ στερεώματος τῆς ἐκκλησίας ἢ καὶ ἐν ταῖς οὐρανίαις μοναῖς.*

Minus abstrusam, sed magis a Cardinalis Pitra sententia discrepantem explicationem dat Melchisedek, p. 100. Icosu. Se crede ca ele la începutu erau destinate pentru rugaciunile particulare, ce facea sântulu (Romanu Melodulu) in casa *(οἶκος)* sea, pentru care le-a sî suprascrisu cu numele *οἶκος*, spre deosebire de condace, care de la începutu au fost destinate pentru serviciulu divinu bisericescu[1]).

Sed tu relegas, quae Goario, Quirinio aliisque doctis viris facem nobis praeferentibus de ratione termini *οἶκος* jam scripsimus tomo 1, l. c.

Ἀκάθιστος in officio ecclesiastico non recitatur integer continua serie, sed in quatuor partes seu stationes *(στάσεις)* ex aequo distinctus, quibus multa alia cantica et psalmi inter-

[1]) De ratione ipsius *κοντακίου* scribit p. 96: Condacu. *Κοντάκια* se numiau *tomurile* séu *volumele* de pergamentu, pe care scriau anticii. In cartile bisericesci se numescu asia imnurile . . . *condace* de la forma esterióra a pergaminului pe care erau scrise sî depuse spre intrebuintiare la biserica: unu micu *valu (κοντάκιον)* seu *volumu.*

miscentur, in quibus recitandis sedere licet. Acathisto praemittitur in officio hoc *τροπάριον αὐτόμελον:*

Ἦχος πλ. δ'.

Τὸ προσταχθὲν μυστικῶς
λαβὼν ἐν γνώσει,
ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἰωσὴφ
σπουδῇ ἐπέστη
ὁ ἀσώματος, λέγων
τῇ ἀπειρογάμῳ·
ὁ κλίνας τῇ καταβάσει τοὺς οὐρανοὺς
χωρεῖται ἀναλλοιώτως ὅλος ἐν σοί·
ὃν καὶ βλέπων ἐν μήτρᾳ σου
λαβόντα δούλου μορφήν,
ἐξίσταμαι κραυγάζων σοι·
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Jussum arcana mente complexus incorporeus (Gabriel) Josephi domum festinanter ingressus est dicens virgini nuptiarum nesciae: Qui coelos inclinavit descensu citra mutationem totus in te recipitur, quem ego quidem videns in utero tuo servi formam accepisse, prae admiratione ad te clamo:

Ave, sponsa innupta.

Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια,
ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν, εὐχαριστήρια
ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, Θεοτόκε·
ἀλλ' ὡς ἔχουσα τὸ κράτος ἀπροσμάχητον,
ἐκ παντοίων με κινδύνων
ἐλευθέρωσον, ἵνα κράζω σοι·
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Prooemium. Tibi invictae imperatrici haec pro data victoria gratiarum cantica, o Deipara, ego tua urbs dedico, liberata a barbarorum periculis. Sed tu quum habeas potestatem inexpugnabilem, ex variis me libera periculis, ut cantem tibi: Salve, sponsa innupta.

α'. Ἄγγελος πρωτοστάτης
οὐρανόθεν ἐπέμφθη
εἰπεῖν τῇ Θεοτόκῳ τό· Χαῖρε!
καὶ σὺν τῇ ἀσωμάτῳ φωνῇ,
σωματούμενόν σε θεωρῶν,
Κύριε,
ἐξίστατο καὶ ἵστατο,

1. *Adventus angeli.* Angelus praesidens coelitus missus fuit, ut diceret Virgini: Salve! Et cum incorporea voce (speculans te, Domine, incarnatum, stupuit et stetit) ad eam haec dixit: „Salve, per quam gau„dium lucebit. Salve, per quam

κραυγάζων πρὸς αὐτὴν [τοιαῦτα·
Χαῖρε, δι᾽ ἧς ἡ χαρὰ [ἐκλάμψει·
χαῖρε, δι᾽ ἧς ἡ ἀρὰ ἐκλείψει·
χαῖρε, τοῦ πεσόντος
Ἀδὰμ ἡ ἀνάκλησις·
χαῖρε, τῶν δακρύων
τῆς Εὔας ἡ λύτρωσις·
χαῖρε, ὕψος δυσανάβατον
ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς·
χαῖρε, βάθος δυσθεώρητον
καὶ ἀγγέλων ὀφθαλμοῖς·
χαῖρε, ὅτι ὑπάρχεις
βασιλέως καθέδρα·
χαῖρε, ὅτι βαστάζεις
τὸν βαστάζοντα πάντα·
χαῖρε, ἀστὴρ
ἐμφαίνων τὸν ἥλιον·
χαῖρε, γαστὴρ
ἐνθέου σαρκώσεως·
χαῖρε, δι᾽ ἧς
νεουργεῖται ἡ κτίσις·
χαῖρε δι᾽ ἧς
βρεφουργεῖται ὁ κτίστης·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε·

„maledictio deficiet. Salve, „cadentis Adae resurrectio. „Salve, lacrimarum Evae li-„beratio. Salve, sublimitas „inaccessibilis humanis con-„siderationibus. Salve, pro-„funditas invisibilis angelorum „oculis. Salve, quum sis regis „sedes. „Salve, quum feras „omnia ferentem. Salve, stella „illustrans solem. Salve, habi-„taculum divinae incarnationis. „Salve, per quam innovatur „creatura. Salve, per quam „adoratur (*proprie* infans fit) „creator. Salve, sponsa in-„nupta.“

β΄. Βλέπουσα ἡ ἁγία
ἑαυτὴν ἐν ἁγνείᾳ,
φησὶ τῷ Γαβριὴλ θαρσα-[λέως·
Τὸ παράδοξόν σου τῆς [φωνῆς
δυσπαράδεκτόν μου τῇ ψυχῇ
φαίνεται·
ἀσπόρου γὰρ συλλήψεως
τὴν κύησιν πῶς λέγεις,
Ἀλληλούϊα. [κράζων·

2. *Maria ad angelum.* Videns Maria se ipsam in castitate, fidenter ait Gabrieli: „Inopinata vox tua incredibilis „animae meae videtur: Nam „tu praedicis partum conce-„ptionis absque semine, ca-„nens: Alleluja.“

γ'. *Γνῶσιν ἄγνωστον γνῶναι*
ἡ Παρθένος ζητοῦσα,
ἐβόησε πρὸς τὸν λειτουργοῦντα·
Ἐκ λαγόνων ἁγνῶν μου υἱὸν
πῶς ἐστι τεχθῆναι δυνατόν,
λέξον μοι·
Πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἔφησεν
ἐν φόβῳ, πλὴν κραυγάζων οὕτω·
Χαῖρε, βουλῆς ἀποῤῥήτου μύστις·
χαῖρε, σιγῇ δεομένων πίστις·
χαῖρε, τῶν θαυμάτων
Χριστοῦ τὸ προοίμιον·
χαῖρε, τῶν δογμάτων
αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον·
χαῖρε, κλίμαξ ἐπουράνιε,
δι' ἧς κατέβη Θεός·
χαῖρε, γέφυρα μετάγουσα
τοὺς ἐκ γῆς πρὸς οὐρανόν·
χαῖρε, τὸ τῶν ἀγγέλων
πολυθρύλλητον θαῦμα·
χαῖρε, τὸ τῶν δαιμόνων
πολυθρήνητον τραῦμα·
χαῖρε, τὸ φῶς
ἀῤῥήτως γεννήσασα·
χαῖρε, τὸ πῶς
μηδένα διδάξασα·
χαῖρε, σοφῶν
ὑπερβαίνουσα γνῶσιν·
χαῖρε, πιστῶν
καταυγάζουσα φρένας·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

3. *Item verba Mariae ad angelum.* Cognitionem incognitam quaeritans cognoscere, Virgo clamavit ad ministrantem: „Ex lumbis castis quo„modo possibile est filium „nasci? dicito mihi."

Responsio angeli ad Mariam. Ad quam ipse cum timore respondit ita clamans: „Salve, consilii ineffabilis se„creti magistra. Salve, in si„lentio deprecantium fides. „Salve, miraculorum Christi „exordium. Salve, dogmatum „ejus caput. Salve, scala coe„lestis, per quam descendit „Deus. Salve, pons reducens „nos ex terra ad coelum. Salve, „angelorum pervulgatum mira„culum. Salve, daemonum fa„mosum vulnus. Salve, quae „lumen ineffabiliter genuisti. „Salve, quae de modo nemi„nem docuisti. Salve, quae „excellis sapientium intelligen„tiam. Salve, quae fidelium il„luminas mentes. Salve, sponsa „innupta."

δ'. *Δύναμις τοῦ ὑψίστου*
ἐπεσκίασε τότε
πρὸς σύλληψιν τῇ ἀπειρογάμῳ·

4. Virtus Altissimi obumbravit tunc ad concipiendum Virgini, et uterum ejus sterilem ut agrum fertilem demon-

καὶ τὴν ἄκαρπον ταύτης [νηδὺν
ὡς ἀγρὸν ὑπέδειξεν ἡδὺν ἅπασι
τοῖς θέλουσι θερίζειν
σωτηρίαν, ἐν τῷ ψάλλειν
Ἀλληλούϊα. [οὕτως·

stravit volentibus metere salutem, in canendo: Alleluja.

ε'. Ἔχουσα θεοδόχον
ἡ Παρθένος τὴν μήτραν,
ἀνέδραμε πρὸς τὴν Ἐλι- [σάβετ·
τὸ δὲ βρέφος ἐκείνης εὐθύς,
ἐπιγνοῦν τὸν ταύτης ἀσπα- [σμόν,
ἔχαιρε,
καὶ ἅλμασιν ὡς ᾄσμασιν
ἐβόα πρὸς τὴν Θεοτόκον·
Χαῖρε, βλαστοῦ ἀμαράντου [κλῆμα·
χαῖρε, καρποῦ ἀκηράτου [κτῆμα·
χαῖρε, γεωργὸν
γεωργοῦσα φιλάνθρωπον·
χαῖρε, φυτουργὸν
τῆς ζωῆς ἡμῶν φύουσα·
χαῖρε, ἄρουρα βλαστάνουσα
εὐφορίαν οἰκτιρμῶν·
χαῖρε, τράπεζα βαστάζουσα
εὐθηνίαν ἱλασμῶν·
χαῖρε, ὅτι λειμῶνα
τῆς τρυφῆς ἀναθάλλεις·
χαῖρε, ὅτι λιμένα
τῶν ψυχῶν ἑτοιμάζεις·
χαῖρε, δεκτὸν
πρεσβείας θυμίαμα.
χαῖρε, παντὸς
τοῦ κόσμου ἐξίλασμα.
χαῖρε, Θεοῦ
πρὸς θνητοὺς εὐδοκία·

5. *Visitatio Mariae ad Elisabeth.* Habens Virgo uterum plenum divinitate, occurrit ad Elisabeth; cujus infans statim, cum novisset salutationem Virginis, gavisus est, et saltibus ut cantibus ad eam clamabat.

Verba Joannis Baptistae, in utero Elisabeth clamantis ad Mariam. „Salve, germinis immarcescibilis vitis. Salve, „fructus immortalis possessio. „Salve, producens agricolam „clementem. Salve, pariens „plantatorem vitae meae. Salve, „arvum germinans abundantiam misericordiae. Salve, „mensa abundans exhilaratione. „Salve, pratum deliciarum. „Salve, portus animarum nostrarum. Salve, thus precum „acceptabile Deo. Salve, venia totius mundi. Salve, Dei „bona voluntas erga homines. „Salve, mortalium ad Deum „fiducia. Salve, sponsa innupta.“

χαῖρε, θνητῶν
πρὸς Θεὸν παῤῥησία·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

ϛʹ. Ζάλην ἔνδοθεν ἔχων
λογισμῶν ἀμφιβόλων,
ὁ σώφρων Ἰωσὴφ ἐταράχθη,
πρώην ἄγαμόν σε θεωρῶν,
καὶ κλεψίγαμον ὑπονοῶν,
ἄμεμπτε·
μαθὼν δέ σου τὴν σύλληψιν
ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἔφη·
Ἀλληλούϊα.

6. *De perturbatione Joseph.* Turbationem intus habens dubiosarum cogitationum, modestus Joseph turbatus est te innuptam sciens, et de purissima te suspicatus aliquid est. Sed quum noverit conceptionem de Spiritu sancto esse, cantabat: Alleluja.

ζʹ. Ἤκουσαν οἱ ποιμένες
τῶν ἀγγέλων ὑμνούντων
τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν,
καὶ δραμόντες ποιμένα ὁρῶν
θεωροῦσι τοῦτον ὡς ἀμνὸν
ἄμωμον
ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Μαρίας
βοσκηθέντα, ἣν ὑμνοῦντες εἶπον·
Χαῖρε, ἀμνοῦ καὶ ποιμένος μῆτερ·
χαῖρε, αὐλὴ λογικῶν προβάτων·
χαῖρε, ἀοράτων
ἐχθρῶν ἀμυντήριον·
χαῖρε, παραδείσου
θυρῶν ἀνοικτήριον·
χαῖρε, ὅτι τὰ οὐράνια
συναγάλλεται τῇ γῇ·
χαῖρε, ὅτι τὰ ἐπίγεια
συγχορεύει οὐρανοῖς·
χαῖρε, τῶν ἀποστόλων

7. *Salutationes pastorum ad Mariam puerperam.* Audierunt pastores angelos cantantes incarnati Christi praesentiam, et currentes ut pastorem videant, vident hunc ut immaculatum agnum in sinu Virginis lactentem, quam laudantes dixerunt: „Salve, agni „et pastoris mater. Salve, aula „rationabilium ovium. Salve, „invisibilium hostium adjutorium. Salve, januarum paradisi reseratio. Salve, quod „coelestia congratulantur terrenis. „Salve, quod terrena consaliunt coelestibus. „Salve, apostolorum intacibile „os. Salve, martyrum invincibilis audacia. Salve, reverendum fidei firmamentum. „Salve, lucida gratiae notitia. „Salve, per quam exspoliatus „fuit infernus. Salve, per quam

τὸ ἀσίγητον στόμα·
χαῖρε, τῶν ἀθλοφόρων
τὸ ἀνίκητον θάρσος·
χαῖρε, στεῤῥὸν
τῆς πίστεως ἔρεισμα·
χαῖρε λαμπρὸν
τῆς χάριτος γνώρισμα·
χαῖρε, δι᾽ ἧς
ἐγυμνώθη ὁ ᾅδης·
χαῖρε, δι᾽ ἧς
ἐνεδύθημεν δόξαν·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

„induti fuimus gloriam. Salve, „sponsa innupta".

η΄. Θεοδρόμον ἀστέρα
θεωρήσαντες Μάγοι,
τῇ τούτου ἠκολούθησαν [αἴγλῃ,
καὶ ὡς λύχνον κρατοῦντες [αὐτόν,
δι᾽ αὐτοῦ ἠρεύνων κραταιὸν
ἄνακτα,
καὶ φθάσαντες τὸν ἄφθα- [στον,
ἐχάρησαν, αὐτῷ βοῶντες·
Ἀλληλούϊα.

8. *Magorum adventus et salutationes ad Mariam cum puero.* Divino impulsu properantem stellam cum vidissent Magi, sequuti sunt hujus splendorem, et ut laternam tenentes eam, per eam investigabant potentem regem et pervenientes quum invenissent inaccessum, gavisi sunt cantantes: Alleluja.

θ΄. Ἴδον παῖδες Χαλδαίων
ἐν χερσὶ τῆς Παρθένου
τὸν πλάσαντα χειρὶ τοὺς [ἀνθρώπους,
καὶ δεσπότην νοοῦντες [αὐτόν,
εἰ καὶ δούλου ἔλαβε μορφήν,
ἔσπευσαν
τοῖς δώροις θεραπεῦσαι,
καὶ βοῆσαι τῇ εὐλογημένῃ·
Χαῖρε, ἀστέρος ἀδύτου [μῆτερ·
χαῖρε, αὐγὴ μυστικῆς ἡμέρας·

9. Viderunt filii Chaldaeorum in manibus Virginis illum, qui formavit homines manu, et ut Dominum cognoscentes eum, etsi formam servi acceperit, festinarunt cum muneribus eum adorare, laudareque benedictam matrem, dicentes: „Salve, stellae inoccidentis ma- „ter. Salve, splendor mysti- „cae diei. Salve, deceptionis „caminum extinguens. Salve, „Trinitatis discipulos illustrans.

χαῖρε, τῆς ἀπάτης
τὴν κάμινον σβέσασα·
χαῖρε, τῆς Τριάδος
τοὺς μύστας φωτίζουσα
χαῖρε, τύραννον ἀπάνθρω-
[πον
ἐκβαλοῦσα τῆς ἀρχῆς.
χαῖρε, Κύριον φιλάνθρω-
ἐπιδείξασα Χριστόν [πον
χαῖρε, ἡ τῆς βαρβάρου
λυτρουμένη θρησκείας·
χαῖρε, ἡ τοῦ βορβόρου
ῥυομένη τῶν ἔργων·
χαῖρε, πυρὸς
προσκύνησιν παύσασα·
χαῖρε, φλογὸς
παθῶν ἀπαλλάττουσα·
χαῖρε. πιστῶν
ὁδηγὲ σωφροσύνης·
χαῖρε, πασῶν
γενεῶν εὐφροσύνη·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

„Salve, tyrannum immitem ab „imperio ejiciens. Salve, do- „minum clementem Christum „ostendens. Salve, liberans „nos a fide barbara. Salve, „nos ab operibus abstrahens „luti. Salve, ignis adoratio- „nem sedans. Salve, liberans „nos a flamma passionum. Salve, „dux castitatis fidelium. Salve, „omnium generationum laeti- „tia. Salve, sponsa innupta.“

ι'. *Κήρυκες θεοφόροι*
γεγονότες οἱ Μάγοι,
ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Βα-
[βυλῶνα,
ἐκτελέσαντές σου τὸν χρη-
[σμὸν
καὶ κηρύξαντές σε τὸν Χρι-
ἅπασιν, [στὸν
ἀφέντες τὸν Ἡρώδην
ὡς ληρώδη, μὴ εἰδότα ψάλ-
Ἀλληλούϊα. [λειν.

10. *De reditu Magorum in patriam et Herodis regis illusione.* Praecones divini effecti, Magi reversi sunt in Babylonem, perficientes oraculum tuum, et praedicarunt te Christum omnibus, praetermittentes Herodem ut nugatorem, nec scientem canere Alleluja.

ια'. *Λάμψας ἐν τῇ Αἰγύπτῳ*
φωτισμὸν ἀληθείας,
ἐδίωξας τοῦ ψεύδους τὸ
[σκότος,

11. *De fuga Jesu in Aegyptum, et salutationes solutarum gentium ab idololatria ad Mariam.* Cum illustrasses Aegy-

τὰ γὰρ εἴδωλα ταύτης, σωτήρ,
μὴ ἐνέγκαντά σου τὴν ἰσχύν,
πέπτωκεν·
οἱ τούτων δὲ ῥυσθέντες
ἀνεβόων πρὸς τὴν Θεοτόκον·
Χαῖρε, ἀνόρθωσις τῶν ἀνθρώπων·
χαῖρε, κατάπτωσις τῶν δαιμόνων·
χαῖρε, ἡ τῆς πλάνης
τὸ κράτος πατήσασα·
χαῖρε, τῶν εἰδώλων
τὸν δόλον ἐλέγξασα.
χαῖρε, θάλασσα ποντίσασα
Φαραὼ τὸν νοητόν·
χαῖρε, πέτρα ἡ ποτίσασα
τοὺς διψῶντας τὴν ζωήν·
χαῖρε, πύρινε στῦλε
ὁδηγῶν τοὺς ἐν σκότει·
χαῖρε, σκέπη τοῦ κόσμου
πλατυτέρα νεφέλης·
χαῖρε, τροφὴ
τοῦ μάννα διάδοχε·
χαῖρε, τρυφῆς
ἁγίας διάκονε·
χαῖρε, ἡ γῆ
ἡ τῆς ἐπαγγελίας,
χαῖρε, ἐξ ἧς
ῥέει μέλι καὶ γάλα·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

ptum illustratione veritatis, expulisti tenebras mendacii. Nam idola ejus, o salvator, quum non potuissent sufferre tuam potentiam, ceciderunt, et qui ab idololatria liberati fuere ad Virginem clamabant dicentes: „Salve, correctio hominum. „Salve, depositio daemonum. „Salve, quae potentiam erro- „ris conculcasti. Salve, quae „dolum idolorum redarguisti. „Salve, mare quod submer- „sisti Pharaonem intelligibilem. „Salve, petra quae saturasti „sitientes vitam. Salve, co- „lumna ignea ducens eos, qui „in tenebris erant. Salve, te- „ctum mundi latius nebula. „Salve, esca mannae succedens. „Salve, deliciarum sanctarum „ministra. Salve, terra promissionis. Salve, ex qua fluit „mel et lac. Salve, sponsa „innupta.“

ιβ'. Μέλλοντος Συμεῶνος
τοῦ παρόντος αἰῶνος
μεθίστασθαι τοῦ ἀπατεῶνος,
ἐπεδόθης ὡς βρέφος αὐτῷ·

12. *Salutationes Symeonis ad Virginem, quum praesentatus fuisset ei puer Jesus, in egressu vitae.* Quum Symeon esset abiturus ex hac vita de-

ἀλλ᾽ ἐγνώσθης τούτῳ καὶ
τέλειος· [Θεὸς
διόπερ ἐξεπλάγη σου
τὴν ἄρρητον σοφίαν, κρά-
Ἀλληλούϊα. [ζων·

ceptiva, datus fuisti ei ut infans; sed tamen ei cognitus fuisti ut Deus perfectus: idcirco stupefactus fuit ob ineffabilem tuam sapientiam, ob quam clamabat: Alleluja.

ιγ'. Νέαν ἔδειξε κτίσιν
ἐμφανίσας ὁ κτίστης
ἡμῖν τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ γενο-
[μένοις,
ἐξ ἀσπόρου βλαστήσας γα-
[στρός,
καὶ φυλάξας ταύτην, ὥσ-
[περ ἦν,
ἄφθορον·
ἵνα τὸ θαῦμα βλέποντες,
ὑμνήσωμεν αὐτὴν βοῶντες·
Χαῖρε, τὸ ἄνθος τῆς ἀφ-
[θαρσίας·
χαῖρε, τὸ στέφος τῆς ἐγ-
[κρατείας·
χαῖρε, ἀναστάσεως τύπον
[ἐκλάμπουσα·
χαῖρε, τῶν ἀγγέλων τὸν
[βίον ἐμφαίνουσα·
χαῖρε, δένδρον ἀγλαόκαρ-
[πον,
ἐξ οὗ τρέφονται πιστοί·
χαῖρε, ξύλον εὐσκιόφυλλον,
ὑφ᾽ οὗ σκέπονται πολλοί·
χαῖρε, ἀπογεννῶσα
λυτρωτὴν αἰχμαλώτοις·
χαῖρε, κυοφοροῦσα
ὁδηγὸν πλανωμένοις·
χαῖρε, κριτοῦ
δικαίου δυσώπησις·
χαῖρε, πολλῶν
πταισμάτων συγχώρησις·

13. Novam creaturam ostendit nobis creator a quo nati sumus, et qui natus est ex ventre virginali absque semine, quem incorruptum conservavit, ut miraculum videntes, Virginem laudemus, clamantes: „Salve, flos incorruptibilitatis. „Salve, corona continentiae. „Salve, formam resurrectio„nis pariens. Salve, angelo„rum vitam (*al.* locum) osten„dens. Salve, planta fru„ctuosa, ex qua nutriuntur „fideles. Salve, lignum um„brosum, quo plerique coope„riuntur. Salve, generans li„beratorem captivorum. Salve, „pariens ducem errantium. „Salve, judicis justi exoratio. „Salve multorum delictorum „venia. Salve, stola nudorum. „Salve, amor omnem supe„rans amorem. Salve, sponsa „innupta."

χαῖρε, στολὴ
τῶν γυμνῶν παῤῥησίας·
χαῖρε, στοργὴ
πάντα πόθον νικῶσα·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

ιδ΄. Ξένον τόκον ἰδόντες,
ξενωθῶμεν τοῦ κόσμου,
τὸν νοῦν εἰς οὐρανὸν μετα-
[θέντες·
διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ὑψηλὸς
ἐπὶ γῆς ἐφάνη ταπεινὸς
ἄνθρωπος,
βουλόμενος ἑλκύσαι
πρὸς ὕψος τοὺς αὐτῷ βο-
[ῶντας·
Ἀλληλούϊα.

14. *Salutationes omnium peregrinorum fidelium ad Mariam.* Peregrinum partum videntes, peregrini simus in mundo, et mentem nostram in coelum transponamus. Propter hoc Altissimus in terra apparuit homo humilis, volens sursum attrahere eos qui canunt: Alleluja.

ιε΄. Ὅλος ἦν ἐν τοῖς κάτω,
καὶ τῶν ἄνω οὐδ᾽ ὅλως
ἀπῆν ὁ ἀπερίγραπτος Λό-
[γος·
συγκατάβασις γὰρ θεϊκή,
οὐ μετάβασις δὲ τοπικὴ
γέγονε
ὁ τόκος ἐκ Παρθένου
θεολήπτου, ἀκουούσης ταῦ-
[τα·
Χαῖρε, Θεοῦ ἀχωρήτου χώρα·
χαῖρε, σεπτοῦ μυστηρίου
[θύρα·
χαῖρε, τῶν ἀπίστων ἀμφί-
[βολον ἄκουσμα·
χαῖρε, τῶν πιστῶν ἀναμ-
[φίβολον καύχημα·
χαῖρε, ὄχημα πανάγιον
τοῦ ἐπὶ τῶν χερουβίμ·
χαῖρε, οἴκημα πανάριστον
τοῦ ἐπὶ τῶν σεραφίμ.

15. Totus erat in inferioribus et totus a superioribus non defuit indescribile Verbum. Depositio enim divina, non transmutatio localis fuit partus e divina Virgine, audiente haec: „Salve, Dei incomprehensibilis locus. Salve, „divini secreti ostium. Salve, „infidelium auditum dubiosum. „Salve, praeconium fidelium „indubiosum. Salve, vehiculum sanctum ejus, qui sedet „super Cherubim. Salve, nobilissimum habitaculum ejus, „qui est super Seraphim. Salve, „quae duo opposita eodem reduxisti. Salve, quae virginitati partum junxisti. Salve, „per quam soluta est transgressio. Salve, per quam

χαῖρε, ἡ τἀναντία
εἰς ταὐτὸ ἀγαγοῦσα·
χαῖρε, ἡ παρθενίαν
καὶ λοχείαν ζευγνῦσα·
χαῖρε, δι᾿ ἧς
ἐλύθη παράβασις·
χαῖρε, δι᾿ ἧς
ἠνοίχθη παράδεισος·
χαῖρε, ἡ κλεὶς
τῆς Χριστοῦ βασιλείας·
χαῖρε, ἐλπὶς
ἀγαθῶν αἰωνίων.
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

„apertus est paradisus. Salve, „clavis Christi regni. Salve, „spes sempiternorum bonorum. „Salve, sponsa innupta."

ις΄. Πᾶσα φύσις ἀγγέλων
κατεπλάγη τὸ μέγα
τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως [ἔργον·
τὸν ἀπρόσιτον γὰρ ὡς Θεὸν
ἐθεώρει πᾶσι προσιτὸν
ἄνθρωπον,
ἡμῖν μὲν συνδιάγοντα,
ἀκούοντα δὲ παρὰ πάντων·
Ἀλληλούϊα.

16. *Omnium salutationes ad Mariam.* Omnis natura angelorum stupuit, videns excelsum opus tuae incarnationis. Nam speculabatur illum, qui, ut Deus, inaccessus est, omnibus, ut hominem, accessibilem, nobis communicantem et audientem ab omnibus: Alleluja.

ιζ΄. Ῥήτορας πολυφθόγγους
ὡς ἰχθύας ἀφώνους
ὁρῶμεν ἐπὶ σοί, Θεοτόκε·
ἀποροῦσι γὰρ λέγειν τὸ [πῶς
καὶ παρθένος μένεις, καὶ
ἴσχυσας· [τεκεῖν
ἡμεῖς δὲ τὸ μυστήριον
θαυμάζοντες πιστῶς βο- [ῶμεν·
Χαῖρε, σοφίας Θεοῦ δο- [χεῖον·
χαῖρε, προνοίας αὐτοῦ τα- [μεῖον·

17. Rhetores copiosos ut mutos pisces videmus circa te, Dei genitrix. Dubitant enim dicere, quomodo virgo permanes et parere potuisti. Nos vero secretum admirati fideliter clamamus: „Salve, Dei „sapientiae vas. Salve, penu „divinae providentiae. Salve, „sapientes insipientes demon-„strans. Salve, doctos indo-„ctos redarguens. Salve, quod „effecti sunt stulti, qui prius „graves erant disputatores.

χαῖρε, φιλοσόφους
ἀσόφους δεικνύουσα·
χαῖρε, τεχνολόγους
ἀλόγους ἐλέγχουσα·
χαῖρε, ὅτι ἐμωράνθησαν
οἱ δεινοὶ συζητηταί·
χαῖρε, ὅτι ἐμαράνθησαν
οἱ τῶν μύθων ποιηταί·
χαῖρε, τῶν Ἀθηναίων
τὰς πλοκὰς διασπῶσα·
χαῖρε, τῶν ἁλιέων
τὰς σαγήνας πληροῦσα·
χαῖρε, βυθοῦ
ἀγνοίας ἐξέλκουσα·
χαῖρε, πολλοὺς
ἐν γνώσει φωτίζουσα.
χαῖρε, ὁλκὰς
τῶν θελόντων σωθῆναι.
χαῖρε, λιμὴν
τῶν τοῦ βίου πλωτήρων·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

„Salve, quod marcescunt fabularum poëtae. Salve, quae „Atheniensium implicationes „dissolvis. Salve, quae retia „piscatorum imples. Salve, „quae a profundo ignorantiae „homines attrahis. Salve, quae „plures in sapientia ditasti. „Salve, navis volentium salvi „fieri. Salve, portus navigantium in hac vita. Salve, sponsa „innupta.“

ιη'. Σῶσαι θέλων τὸν κόσμον,
ὁ τῶν ὅλων κοσμήτωρ
πρὸς τοῦτον αὐτεπάγγελτος [ἦλθε,
καί ποιμὴν ὑπάρχων ὡς [Θεός,
δι' ἡμᾶς ἐφάνη καθ' ἡμᾶς
πρόβατον,
ὁμοίῳ γὰρ τὸ ὅμοιον
καλέσας, ὡς Θεὸς ἀκούει·
Ἀλληλούϊα.

18. *Salutationes universorum fidelium ad Mariam per doctrinam Dei.* Cupiens salvum facere mundum omnium creator, spontaneus ad eum venit, et pastor quum esset, ut Deus, propter nos apparuit secundum nos ovis; simili enim simile revocans, ut Deus audit ab omnibus nobis: Alleluja.

ιθ'. Τεῖχος εἶ τῶν παρθένων,
Θεοτόκε Παρθένε,
καὶ πάντων τῶν εἰς σὲ [προστρεχόντων.

19. Murus es virginum, Deipara Virgo, et omnium ad te confugientium. Nam coeli et terrae creator talem te fecit,

ὁ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς [γῆς
κατεσκεύασέ σε ποιητής,
ἄχραντε,
οἰκῆσαι ἐν τῇ μήτρᾳ σου,
σοὶ πάντας προσφωνεῖν [διδάξας·
Χαῖρε, ἡ στήλη τῆς παρ- [θενίας·
χαῖρε, ἡ πύλη τῆς σωτη- [ρίας·
χαῖρε, ἀρχηγὲ
νοητῆς ἀναπλάσεως·
χαῖρε, χορηγὲ
θεϊκῆς ἀγαθότητος·
χαῖρε· σὺ γὰρ ἐνουθέτησας
τοὺς συληθέντας τὸν νοῦν·
χαῖρε· σὺ γὰρ ἀνεγέννησας
τοὺς συλληφθέντας αἰσ- [χρῶς·
χαῖρε, ἡ τὸν φθορέα
τῶν φρενῶν καταργοῦσα·
χαῖρε, ἡ τὸν σπορέα
τῆς ἁγνείας τεκοῦσα·
χαῖρε, παστὰς
ἀσπόρου νυμφεύσεως·
χαῖρε, πιστοὺς
Κυρίῳ ἁρμόζουσα·
χαῖρε, καλὴ
κουροτρόφε παρθένων·
χαῖρε, ψυχῶν
νυμφοστόλε ἁγίων
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

immaculata, ut tecum habitet et omnes docuit te salutare dicentes: „Salve, columna virginitatis. Salve, ostium salutis. Salve, auctrix intellectualis reformationis. Salve, donatrix divinae bonitatis. Salve, tu enim admonuisti deceptos mente. Salve, tu enim reformasti turpiter conceptos. Salve, corruptorem mentis annihilans. Salve, seminatorem castitatis pariens. Salve, thalame desponsationis sine semine. Salve, fideles Domino conjungens. Salve, sancta nutrix virginum. Salve, animarum sanctarum paranympha. Salve, sponsa innupta."

κʹ. Ὕμνος ἅπας ἡττᾶται
συνεκτείνεσθαι σπεύδων
τῷ πλήθει τῶν πολλῶν [οἰκτιρμῶν σου·

20. *Salutationes Sergii patriarchae cum suis collegis ad Mariam.* Omnis hymnus quantumvis explicari contendat, su-

ἰσαρίθμους γὰρ ψάμμῳ [ᾠδὰς
ἂν προσφέρωμέν σοι, βασίλευ
ἅγιε, [σιλεῦ
οὐδὲν τελοῦμεν ἄξιον
ὧν δέδωκας τοῖς σοὶ βοῶσιν·
Ἀλληλούϊα.

peratur multitudine miserationum tuarum. Nam si offerimus tibi, sancte rex, hymnos arenis numero aequales, nihil dignum perficimus his, quae nobis donasti clamantibus: Alleluja.

κα΄. Φωτοδόχον λαμπάδα
τοῖς ἐν σκότει φανεῖσαν
ὁρῶμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον·
τὸ γὰρ ἄϋλον ἅπτουσα φῶς
ὁδηγεῖ πρὸς γνῶσιν θεϊκὴν
ἅπαντας,
αὐγῇ τὸν νοῦν φωτίζουσα,
κραυγῇ δὲ τιμωμένη ταύτῃ·
Χαῖρε, ἀκτὶς νοητοῦ ἡλίου·
χαῖρε, βολὶς τοῦ ἀδύτου φέγγους·
χαῖρε, ἀστραπὴ
τὰς ψυχὰς καταλάμπουσα·
χαῖρε, ὡς βροντὴ
τοὺς ἐχθροὺς καταπλήττουσα·
χαῖρε, ὅτι τὸν πολύφωτον
ἀνατέλλεις φωτισμόν·
χαῖρε, ὅτι τὸν πολύῤῥυτον
ἀναβλύζεις ποταμόν·
χαῖρε, τῆς κολυμβήθρας
ζωγραφοῦσα τὸν τύπον·
χαῖρε, τῆς ἁμαρτίας
ἀναιροῦσα τὸν ῥύπον·
χαῖρε, λουτὴρ
ἐκπλύνων συνείδησιν·
χαῖρε, κρατὴρ
κιρνῶν ἀγαλλίασιν·

21. Videmus Virginem sanctam apparentem lampadem illis qui in obscuro erant. Nam ignem immaterialem accendens, adducit omnes ad Dei cognitionem, mentem nostram illustrans, voceque hac salutantium honorata: „Salve, radie intellectualis solis. Salve, sidus luminis inoccidentis. Salve, fulgur animas nostras illustrans. Salve, tonitru hostes nostros terrens. Salve, quae producis copiosam illuminationem. Salve, quae effundis fluvium abundantem. Salve, quae piscinae vivam refers imaginem. Salve, quae peccati sordes tollis. Salve, pelvis, qua conscientia tergitur. Salve, crater mixtus exultationis. Salve, odor Christi suavis odoris. Salve, convivii mystici vita. Salve, sponsa innupta.“

χαῖρε, ὀσμὴ
τῆς Χριστοῦ εὐωδίας·
χαῖρε, ζωὴ
μυστικῆς εὐωχίας·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε·

κβʹ. Χάριν δοῦναι θελήσας
ὀφλημάτων ἀρχαίων
ὁ πάντων χρεωλύτης ἀν-
[θρώπων,
ἐπεδήμησε δι᾽ ἑαυτοῦ
πρὸς τοὺς ἀποδήμους τῆς
[αὐτοῦ
χάριτος.
καὶ σχίσας τὸ χειρόγρα-
[φον,
ἀκούει παρὰ πάντων οὕτως·
Ἀλληλούϊα.

22. *Liberatis omnibus de nexu chirographi maledicti, et conversis apostatis, omnes Mariam salutant.* Gratiam volens dare antiquorum debitorum, omnium liberator per se ipsum profectus est ad apostatas suae gratiae, et destruens chirographum, audit ab omnibus: Alleluja.

κγʹ. Ψάλλοντές σου τὸν τόκον,
ἀνυμνοῦμέν σε πάντες,
ὡς ἔμψυχον ναόν, Θεο-
[τόκε.
ἐν τῇ σῇ γὰρ οἰκήσας γα-
[στρὶ
ὁ συνέχων πάντα τῇ χειρὶ
Κύριος,
ἡγίασεν, ἐδόξασεν,
ἐδίδαξε βοᾶν σοι πάντας·
Χαῖρε, σκηνὴ τοῦ Θεοῦ καὶ
[Λόγου·
χαῖρε, ἁγία ἁγίων μείζων·
χαῖρε, κιβωτὲ
χρυσωθεῖσα τῷ Πνεύματι·
χαῖρε, θησαυρὲ
τῆς ζωῆς ἀδαπάνητε·
χαῖρε, τίμιον διάδημα
βασιλέων εὐσεβῶν·

23. Cantantes filium tuum, magnificamus te, Deipara, ut templum animatum. Nam Deus, quum habitasset in utero tuo qui omnia tenet manu, sanctificavit, glorificavit, docuitque clamare omnes: „Salve, tentorium „Dei et Verbi. Salve, sancta, „praestantior quam Sancta sanctorum. Salve, arca deaurata „Spiritu sancto. Salve, thesaure vitae nostrae inconsumptibilis. Salve, pretiosum diadema regum fidelium. Salve, „gloria honesta sacerdotum „venerabilium. Salve, sanctae „Ecclesiae turris immobilis. „Salve, imperii inexpugnabilis „murus. Salve, per quam ele-

χαῖρε, καύχημα σεβάσμιον
ἱερέων εὐλαβῶν·
χαῖρε, τῆς ἐκκλησίας
ὁ ἀσάλευτος πύργος·
χαῖρε, τῆς βασιλείας
τὸ ἀπόρθητον τεῖχος·
χαῖρε, δι᾽ ἧς
ἐγείρονται τρόπαια·
χαῖρε, δι᾽ ἧς
ἐχθροὶ καταπίπτουσι·
χαῖρε, χρωτὸς
τοῦ ἐμοῦ θεραπεία·
χαῖρε, ψυχῆς
τῆς ἐμῆς σωτηρία·
χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

„vantur trophaea. Salve, per „quam hostes devincuntur. „Salve, mei corporis medela. „Salve, animae meae salus. „Salve, sponsa innupta."

κδ΄. Ὦ πανύμνητε μῆτερ,
ἡ τεκοῦσα τὸν πάντων
ἁγίων ἁγιώτατον Λόγον,
δεξαμένη τὴν νῦν προσφοράν,
ἀπὸ πάσης ῥῦσαι συμφορᾶς
ἅπαντας,
καὶ τῆς μελλούσης λύτρωσαι
κολάσεως τοὺς συμβοῶντας·
Ἀλληλούϊα.

24. O celeberrima mater, quae peperisti Verbum divinum, omnium sanctissimum, suscipe hanc oblationem, et libera nos omnes ab omni calamitate et futura damnatione, cantantes tibi: Alleluja. (Amen).

Κυριακὴ πέμπτη τῶν νηστειῶν. Μνήμη τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.

Dominica Passionis. Judica.

Slav. *Nedělja 5. posta. Pamjat prepodobnyja matere našeja Marii Egyptjanyni;* rumen. *Dominec'a 5. a paresemiloru. Amentirea cuveniosei nostre mame Mari'a Egiptean'a.*

Συμψάλλονται καὶ τροπάρια καὶ κανόνες εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν πτωχὸν Λάζαρον.

Quod die abhinc quarto vidimus a s. Sophronio institutum, ut quadragenario jejunio ad finem vergente s. Mariae poenitentis exemplum peccatoribus ad imitandum proponeretur, id sequiores Graeci etiam quinta hac Dominica sequuntur, altera ejusdem Sanctae solemnitate cum officio proprio celebrata. Sophronii consilium recte declaratur ultimo synaxarii inciso: *Τῆς ὁσίας ταύτης ἡ μνήμη τελεῖται μὲν κατὰ τὴν πρώτην Ἀπριλίου· ἐτάχθη δὲ ἡ αὐτὴ καὶ σήμερον, ἐγγίζοντος ἤδη τοῦ τέλους τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, πρὸς διέγερσιν τῶν ῥαθύμων καὶ ἁμαρτωλῶν εἰς μετάνοιαν ἐχόντων ὑπόδειγμα τὴν ἑορταζομένην ἁγίαν.*

Verum posteriori aetate factum esse, ut quintus hic jejuniorum dies dominicus honori s. Mariae Aegyptiacae dicaretur, vetus rubrica Triodii, quae hodieque legitur in editionibus catholicis Bononiensi et Romana, expresse docet his verbis: *Κυριακὴ ε'. τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἡ ἀκολουθία ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς κυριακαῖς, ἐν ᾗ ψάλλομεν καὶ τοῦ μηναίου τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἐπιλαχόντος ἁγίου. Ἄλλοι δὲ μεταγενέστεροι παρέδωκαν ψάλλεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ κυριακῇ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.*

Officium hodiernum ex singulari variorum elementorum mixtura conflatum ita annuntiatur in novo Typico CPolitano anni 1874, p. 229:

Κυριακῇ ε'. τῶν ἁγίων νηστειῶν, συμψάλλεται καὶ ἡ ἀκολουθία τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.

Ἐγγίζοντος ἤδη τοῦ τέλους τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς πρὸς διέγερσιν τῶν ῥαθύμων καὶ ἁμαρτωλῶν εἰς μετάνοιαν. — *Appropinquantem jam finem sanctae Quadragesimae ad segniores*[1]) *tardosque peccatores ad poenitentiam excitandos* Ecclesiae pastores etiam in hodiernis suis homiliis scienter adhibent. Sic eum non minori effectu quam dexteritate Theophanes Cerameus ad auditorum utilitates confert, *homiliam (24)* in Evangelium diei: *ecce ascendimus Hierosolymam et filius hominis tradetur* (Marc. 10, 33—45) ita exorsus[2]):

Ὁ μὲν τῆς ἐγκρατείας καιρὸς ἤδη προέκοψε, καὶ πρὸς αὐτὸ πέφθακε	Processit quidem satis continentiae tempus, et jam ad ex-

[1]) *Ῥᾴθυμος* ex ipsa vocis notatione est, cujus *animus (θυμός)* est *remissus (ῥᾷος, ῥᾴδιος),* qui facilia consectatur, difficilia vero adeoque laborem omnem vitat, piger, segnis, negligens, supinus: quo eodem sensu etiam in synaxario feriae V. *τοῦ μεγάλου κανόνος* occurrit supra p. 151.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 481—482.

τὸ ἀκροτελεύτιον· περιηχεῖ δὲ ἡμᾶς εὐαγγελικὸς λόγος τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους προοίμια, καὶ τοῖς μαθηταῖς ὁ Δεσπότης προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Ὅσοι γοῦν μετὰ χρηστῶν ἔργων τὰς τῶν νηστειῶν ἡμέρας διήλθετε, ἐν ἐξομολογήσει, καὶ εὐχῇ, καὶ ἀγάπῃ, καὶ οἰκτιρμοῖς πενήτων, πάντα ῥυπὸν ψυχικὸν ἀποπλύναντες, καὶ τὸ βλέμμα τοῦ νοὸς ἐκκαθάραντες, ἀγαλλιᾶσθε, καὶ χαίρετε· ἐγγὺς γὰρ τῶν πόνων τὰ ἔπαθλα· ὅσοι δὲ ῥαθύμως διετέθητε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ὀλιγωρήσαντες, κἂν τὸν βραχὺν τοῦτον καιρὸν διανάστητε, ἀποσείσασθε τὴν ῥαθυμίαν, παραγκωνίσασθε τὴν ἀμέλειαν. Φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ Δεσπότης ἡμῶν, δαψιλεῖς παρέχει τὰς δωρεάς, καὶ τὸν ἀπὸ πρώτης καὶ τρίτης, καὶ ἕκτης ὥρας ἐργασάμενον δώροις ἀμείβεται καὶ τὸν ἐννάτην ἐλθόντα οὐκ ἀποστρέφεται· κἂν περὶ τὴν ἑνδεκάτην ἔλθῃς, αὐτὴν φημὶ τὴν ἐσχάτην τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέραν, οὐκ ἀποστερεῖται τοῦ μισθοῦ τὸ δηνάριον, μόνον εἰ προθυμίαν ἐπιδείξεται, καὶ σπουδὴν ἀξιόχρεων. Ἀληθὲς γὰρ ὡς μόχθοισι πόθον Θεὸς ἀντιφερίζει. Ἀλλὰ φέρε πάλιν τῆς εὐαγγελικῆς ἀκούσωμεν σάλπιγγος, τὸ πάθους προαναφωνούσης μυστήριον.

tremum vergit. Praecinitque nobis sermo evangelicus passionis Christi prooemia, cum discipulis Dominus futura praenuntiat. Quotquot igitur cum bonis operibus dies jejunii decurristis, et confessione scilicet et oratione, et charitate, et misericordia in pauperes praestita, omnem animi labem eluistis, et mentis oculum expurgastis, gaudete et exultate; laborum quippe praesto sunt praemia; quotquot vero per socordiam vestram neglexistis salutem, per hoc saltem, quod reliquum est temporis, quamvis breve, expergiscimini, torporem excutite, incuriamque repellite. Pro sua enim liberalitate Dominus noster copiosa dona largitur; et sive quis a prima, sive a tertia, sive a sexta hora inceptum opus exegerit, remuneratur; nec vero eum, qui nona accesserit, aversatur: etiam si circa undecimam veneris, ipsum dico ultimum quadragesimae diem, non privabit mercede denarii, modo promptum animum, ac studium pretio dignum exhibeas: Verum enim est, Deum opera affectu compensare. Sed age jam rursus tubam evangelicam audiamus passionis mysteria personantem.

Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ περὶ τοῦ πτωχοῦ Λαζάρου.

Quibus adhortationibus majorem vim additam voluerunt ss. Patres, proposita parabola *de divite epulone in inferno sepulto et de Lazaro mendico in sinum Abrahae recepto*, quam hodie et sequentibus feriis in officio recolunt Graeci[1]): per eam tardos omnes malosque somno violenter excussuri.

Primum carmen *τριῳδικόν* hujus Dominicae inscribitur: *Κανὼν τοῦ τριῳδίου, εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν πτωχὸν Λάζαρον.*

[1]) Latini eam legimus feria V. hebdomadae secundae Quadragesimae.

Ex multis ac praeclaris Sanctorum sententiis, quas in ejus parabolae interpretationem confert Corn. a Lapide[1]), unam hanc s. Bernardi abbatis adscribere placet, ut lector videat, quomodo ss. Doctores somniculosos ac peccatores, adhibita ejusmodi veritate, ad necessarium abstinentiae et poenitentiae laborem vi manuque veluti adigere studuerint. *Expergiscimini ebrii,* ita s. Bernardus, *et flete; terribilis enim Deus in judiciis super filios hominum. Haeccine cruciatuum causa tota, quod dives in hoc saeculo bona recepit? Ipsa plane. Neque enim ad hoc nos de paradiso voluptatis animadversio divina ejecisse videtur, ut alterum sibi hic paradisum adinventio humana pararet. Homo ad laborem natus, si laborem refugit, non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum. Quid respondebit ei qui misit eum, qui instituit, ut laboraret?* [2]).

Ὑπόδειγμα ἐχόντων τὴν ἑορταζομένην ἁγίαν. Ita synaxar.

S. Mariam Aegyptiacam non solum in longinquo Oriente, verum etiam in Ecclesia occidentali poenitentibus esse ad imitandum propositam, varia officia latina demonstrant.

Ex iis D. Prosp. Guéranger antiquam sequentiam Missae dat[3]), quam quia idonea est insigni huic poenitentium exemplari illustrando nec passim obvia, huc transscripsisse, a proposito nostro alienum non fuerit.

Sequentia de s. Maria Aegyptiaca.

Ex Aegypto Pharaonis
In amplexum Salomonis
  Nostri transit filia;
Ex abjecta fit electa,
Ex rugosa fit formosa,
  Ex lebete phiala.

Stella maris huic illuxit,
Ad dilectum quam conduxit
  Pacis nectens foedera;
Matre Dei mediante,
Peccatrici, Christo dante,
  Sunt dimissa scelera.

Vitam ducens haec carnalem,
Pervenit in Jerusalem,
  Nuptura Pacifico;
Hinc, excluso adultero,
Maritatur sponso vero
  Ornata mirifico.

Dei templum introire
Dum laborat, mox redire
  Necdum digna cogitur;
Ad cor suum revertitur,
Fletu culpa submergitur,
  Fletu culpa teritur.

Locus desertus quaeritur,
Leviathan conteritur,
  Mundus, caro vincitur,
Domus patris postponitur,
Vultus mentis componitur,
  Decor carnis spernitur.

Laetare, filia Thanis,
Tuis ornata tympanis,
  Lauda quondam sterilis,
Gaude, plaude, casta, munda,
Virtutum prole foecunda,
  Vitis meri fertilis.

[1]) Commentar. in Luc. cap. XVI.

[2]) Apud Gaufrid. abbat. *Declamationes ex s. Bernardi sermonibus collectae,* c. 23 (Migne, Patr. lat. t. 184. p. 453).

[3]) Le carême, pp. 686—687, edit. 3.

Te dilexit noster risus,
Umbilicus est praecisus
Tuus continentia;
Aquis lotam, pulchram totam
Te salivit, te condivit
Sponsi sapientia.

Septem pannis involuta,
Intus tota delibuta
Oleo laetitiae;
Croco rubens caritatis,
Bysso cincta castitatis,
Zona pudicitiae.

Hinc hyacintho calciaris,
Dum superna contemplaris,
Mutatis affectibus;
Vestiris discoloribus,
Cubile vernat floribus,
Fragrat aromatibus.

O Maria, gaude, quia
Decoravit et amavit
Sic te Christi gratia,
Memor semper peccatorum,
Et cunctorum populorum,
Plaude nunc in gloria. Amen.

Sed repete quae de sancta hac poenitente scripsimus t. 1, pp. 130—131.

Dominica Passionis sive de Passione. Judica. Isti sunt. Repus.

Apud Latinos quinta haec Dominica nomen a *passione* Domini habet [1]), quod eo die tempus memoriae passionis specialiori modo recolendae destinatum auspicemur. Nuncupatur praeterea ab Introitu Missae *Judica;* a primo Responsorio Matutini *Isti sunt dies;* a praecedenti Dominica, quam subsequitur, *octava mediana;* a ritu sacras imagines pridie velo abscondendi *Repus,* decurtato scilicet vocabulo *repositus,* quod idem valet atque *absconditus,* ut videre est apud Du Cange, *Glossar.* v. *Repositus.* Conteguntur autem ultimis duabus hebdomadis Quadragesimae cruces et imagines ad luctum et moestitiam indicandam; et in specie, ut hoc significetur, *jam Christum non in palam ambulasse apud Judaeos* hoc tempore, sed *abscondisse se,* quemadmodum in Evangelio hujus diei legitur. Quapropter etiam antiquitus in Capella Papali nonnisi ad illa Evangelii verba: *Jesus autem abscondit se et exivit de templo* imagines cooperiebantur [2]). Aliam rationem addit Durandus, *quia tunc divinitas fuit absconsa et velata in Christo; permisit enim se capi et flagellari ut homo, tanquam non habens in se virtutem divinitatis.*

[1]) In Missali vocatur *Dominica de Passione;* in Breviario *Dom. Passionis,* apud Durandum aliosque scriptores *Dom. in Passione;* vel simpliciter *Passio* seu *Passio Domini.*

[2]) Cfr. Marcell. Corcyren. *Caeremonial. Roman.* l. 2, c. 38.

Cooperiuntur etiam imagines Sanctorum, quod decens non reputetur, ut publice pateant et solemniter appareant servi, dum eorum Domino non est species, neque decor, et quasi absconditus vultus ejus. Tacetur *Gloria Patri* in Responsoriis horarum; omittitur psalmus *Judica me Deus* initio Missae, nec dicitur *Gloria in excelsis Deo:* ut hac ratione ingentem nostrum moerorem ac luctum significemus propter impia Judaeorum consilia de Christo capiendo, crucifigendo et occidendo. Aliae mysticae rationes horum caeterorumque rituum tempori passionis propriorum videri possunt apud Durand. l. 6, cc. 60 seqq.; Rupert. Tuit. *de div. offic.*, ll. 5—6 [1]); Amalar. *de eccl. offic.*, l. 4, c. 20 [2]); Honor. Augustodun., *Gemma animae* l. 3, c. 70 [3]).

De rationibus nomenclaturae apud Slavos ritus latini receptae.

Ned. strastna; muki; gluha; tiha; czarna; černá; smrtelná.

In Breviario Romano-Illyrico, quod usibus liturgicis dioecesium Dalmatinarum est accommodatum [4]), *Dominica Passionis* slavonice *Nedĕla strastna,* in novo Missali anno 1893 edito [5]) *Nedĕla muki* dicitur, vocabulis scilicet ad literam versis [6]); quemadmodum caeteroquin universam nomenclaturam liturgicam cum ipsis libris latinis slavonice ad verbum expressam conspicimus [7]).

Appellationes *gluha* [8]), *tiha* [9]), *czarna* [10]) ad sanctam illam

[1]) Apud Migne, Patr. lat. t. 170, pp. 119—182.

[2]) Ibid., t. 105, pp. 1199—1200.

[3]) Ibid., t. 172, pp. 661—678.

[4]) Ad manum est *Breviarium Romanum slavonico idiomate jussu SS. D. N. Papae Pii VI.* (literis glagoliticis) *editum,* Romae 1791, typis S. C. de Propaganda Fide.

[5]) Relegas quae de slavico hoc Missali, glagolitico charactere Romae edito, animadvertimus t. 1, p. 507.

[6]) Vide quae de hoc argumento jam diximus supra p. 57.

[7]) Sic praecipui dies liturgici tempore magnorum jejuniorum occurrentes vocantur: Feria IV. cinerum *sreda pepelna;* Dominica prima, secunda, tertia, quarta Quadragesimae *Nedĕla perva, vtora, tretija, četverta četiredesĕtnicy;* Dom. Passionis *Ned. strastna;* Dom. Palmarum *Ned. cvĕtna,* etc.

[8]) In Kalendario croatico *Danica* edito Zagrabiae.

[9]) In Kalendario slovenico *Koledar družbe sv. Mohora,* edito Celeiae.

[10]) In Kalendariis polonis passim.

tristitiam testandam spectant, quam variis caeremoniis huic tempori propriis significari diximus; sonat enim *Ned. gluha* Dom. surda[1]; *Ned. tiha* Dom. tranquilla[2]; *Ned. czarna* sive *čornaja,* bohem. *černá,* Dom. nigra[3]).

Rationes nominis *smrtelná, smrtná, smrtedlná,* quo Dominica Passionis in Kalendariis čechoslavicis inscripta legitur, sufficienter jam declaravimus pp. 142—144, auctores ea in re peritos secuti. Sunt quidem ex recentioribus scriptoribus, qui appellationem *smrtelná neděla, mortis Dominica,* a *morte* Christi, ab hoc die specialius recolenda, deducere studeant, quod ritum nomenque ethnicae vetustatis a populo christiano impune servari posse non existiment. Verum isti timent, ubi non est timor; ea enim non est Ecclesiae mens, ut cuncti ritus populares post conversionem funditus evellantur ac deleantur, sed potius, ut — abstersa ab iisdem omni superstitionis impietate — rite purgati ac veluti exorcizati orthodoxae pietati fovendae accommodentur: quemadmodum nec ipsa execrandorum idolorum fana destrui, sed expiando a cultu daemonum in obsequium veri Dei commutari Patres jubent. — Id quamvis sufficienter probatum jam fuerit tomo 1, nonnullis particularibus consuetudinibus ac caeremoniis adductis[4]), per hanc occasionem tamen universaliori quadam sententia plenius confirmasse juverit. Ea de re igitur mentem suam s. Gregorius M. ita aperuit s. Augustino, Anglorum episcopo[5]): Diu mecum de causa Anglorum cogitans tractavi, videlicet, quia fana idolorum destrui in ea gente minime debeant, sed ipsa quae in eis sunt idola destruantur[6]). Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquiae ponantur, quia si fana eadem bene constructa sunt, necesse est, ut a cultu daemonum in obsequium veri Dei debeant commutari, ut dum gens ipsa eadem fana non videt destrui, de corde errorem deponat, et, Deum verum cognoscens

[1]) A slav. *gluch, κωφός,* surdus.

[2]) A slav. *tich, πρᾶος,* lenis, *ἤπιος,* mitis, *ἥσυχος,* tranquillus.

[3]) A *črn, μέλας,* niger. Cfr. Miklosich, *Lexicon palaeoslovenico-graeco-latinum,* vv. *gluch, tich, črn.* — Etiam in Kalendariis hungaricis haec Dominica jam inscribitur *Fekete vasárnap, Dom. nigra.*

[4]) Ut usus cereorum a sacris Lupercalium ad celebritatem Purificationis B. M. V. translati (pp. 92—93); usus item herbarum medicinalium olim superstitiose in domibus suspensarum, postea ab Ecclesia intervenientibus sacris ritibus solemniter benedictarum (p. 249).

[5]) *Epist. ad Mellitum abbatem,* lib. 9, ep. 76. (Apud Migne, Patr. lat. t. 77, pp. 1215—1216.)

[6]) In eandem sententiam s. Augustinus scripsit in *epistola 47. ad Publicolam:* Quum templa, idola, luci . . . in honorem veri Dei convertuntur, hoc de illis fit, quod de hominibus, quum ex sacrilegis et impiis in veram religionem mutantur. (Ibid. t. 33, p. 185.)

et adorans, ad loca, quae consuevit, familiarius concurrat. — Et quia boves solent in sacrificio daemonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solemnitas immutari, ut die dedicationis vel natalitiis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiae ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias quae ex fanis commutatae sunt, de ramis arborum faciant, et religiosis conviviis solemnitatem celebrent. Nec diabolo jam animalia immolent, sed ad laudem Dei in esum suum animalia occidant, et donatori omnium de satietate sua gratias referant, ut dum eis aliqua exterius gaudia reservantur, ad interiora gaudia consentire facilius valeant. Nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse, non dubium est[1]), quia is qui locum summum ascendere nititur, necesse est, ut gradibus vel passibus, non autem saltibus elevetur. Sic Israelitico populo in Aegypto Dominus se quidem innotuit, sed tamen eis sacrificiorum usus, quos diabolo solebant exhibere, in cultu proprio reservavit, ut eis in sacrificio suo animalia immolare praeciperet; quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, ut, etsi ipsa essent animalia quae offerre consueverant, verumtamen Deo haec et non idolis immolantes, jam sacrificia ipsa non essent. Sic ille.

Hac ratione igitur appellatio *smrtelná neděla* cum popularibus suis ritibus a cultu *Marzannae*[2]) aliorumque a christiano populo transferri potest ad redemptionem ab idololatria celebrandam, quod et proprio instituto in nonnullis Poloniae regionibus fieri vidimus ex Dlugossio, supra citato p. 145.

Ἑβδομὰς τῶν βαΐων. Hebdomada Passionis.

Dominicam *Judica* excipit apud Latinos *hebdomas Passionis* seu *Quadragesimae quinta,* apud Graecos *jejuniorum sexta,* a subsequenti Dominica ἑβδομὰς τῶν βαΐων appellata. Ea ut insignis olim CPoli erat donis et erogationibus ab imperatore et patriarcha distributis[3]), ita et in urbe Roma anti-

---

[1]) Simile pastoralis prudentiae consilium, ex eodem s. Gregorio in corpus juris canonici assumptum, jam exhibuimus supra pp. 119—120, ut nimirum candidati sibi ab immodico quorumdam zelo cavere discant, qui praepostera agendi ratione ut duros in schisma compellunt, ita redire ad Ecclesiam volentibus viam spinis objectis nimium quantum sepiunt.

[2]) Consuli de hoc idolo ejusque cultu possunt, quae post Grimm, *Deutsche Mythologie,* pp. 733—734 egregie disputavit doctissimus Brandl, *Glossarium illustrans bohemico-moravicae historiae fontes,* v. *Morana,* pp. 158—160.

[3]) Cfr. Theodor. Balsamon. et Luitprand. relat. a Gretsero in *Codin.* apud Migne, Patr. gr. tom. 157, pp. 345—347.

quitus inter caeteras septimanas eleemosyna papali aliisque conspicuis caritatis operibus excellebat[1]).

Hac hebdomade monachi, qui austerioris vitae gratia se in deserta loca contulerant, in monasteria revertebantur, quo de more luculentum exstat testimonium Cyrilli Scythopolitani in *Vita s. Euthymii*, n. 11:

Ἐξήρχοντο ἐπὶ τὴν ἔρημον τοῦ Κουτιλᾶ κατ' ἐνιαυτὸν, ὀγδόην μετὰ τὰ φῶτα διεφοίτων ἡμέραν· πάσης μὲν ἀνθρωπίνης χωριζόμενοι συναυλίας, Θεῷ δὲ μόνῳ διὰ προσευχῆς συγγινόμενοι· καὶ πάντα τὸν μεταξὺ χρόνον ἐπὶ τῆς ἐρημίας ἀναστρεφόμενοι, ἕως ἂν ἡ τῶν βαΐων ἑορτὴ ἐπισταίη. Τηνικαῦτα γὰρ εἰς τὸ κέλλιον ἐπανήεσαν.

Proficiscebantur quotannis in Cutilae solitudinem octavo die post festum Luminum, separati quidem ab omni humano contubernio, cum Deo autem solo versantes per precationem; et totum tempus, quod intercedebat, transigentes in solitudine, donec advenisset dies festus Palmarum. Tunc enim in cellam revertebantur [2]).

Feria VI. hebdomadae Passionis. Festum dolorum Beatissimae Virginis Mariae.

Prima hujus festivitatis institutio referenda videtur ad synodum provincialem Coloniensem anni 1423, in qua — ad comprimendam Hussitarum haereticorum audaciam, qui sanctissimas Jesu Christi et B. M. V. dolore confossae imagines sacrilego furore foedabant — constitutum est cap. 11, *ut festum commemorationis praefatae angustiae et doloris B. Mariae Virginis deinceps singulis annis feria VI. post Dominicam* Jubilate . . . *solemniter celebretur*[3]). — De rationibus hodiernorum solemnium videnda in primis est accurata disputatio Benedicti PP. XIV. *De festis B. M. V.*, part. 2, ubi praecipue quae ad dolores B. V. eorumque cultum in Ecclesia latina pertinent, solide et erudite pertractata sunt

---

[1]) Vide Fronton. *Calendar. Roman.* pp. 160–162 et Durand. *Rational.* l. 6, c. 66.

[2]) Apud Coteler. *Eccles. gr. monument.* tom. 2, pp. 210, 287, et apud Bolland. in Actis SS. Januarii tom. 2, pp. 668.

[3]) Apud Hardouin. Concil. tom. 8, p. 1013.

nn. 46—48 [1]). Quaestiones liturgicas eo spectantes deinde copiose solvit Tetam. *Diar.* tract. 2, part. 2, c. 7, sect. 5. Ad obvios hos auctores lectorem relegamus, ne in declaranda materia, a tantis viris egregie jam exposita, frustra operam teramus. Id unum ex recentiori Decreto S. R. C. d. d. 18. Sept. 1814 addimus, *praecepisse* nimirum *Pium PP. VII.*, *ut in posterum in universa Ecclesia* (latina) *quotannis recurrente Dominica tertia Septembris celebretur* (alterum) *festum dolorum B. M. V. . . .*, *firma nihilominus remanente ejusdem festi commemoratione*, *quae fit hac Feria sexta post Dominicam Passionis* [2]). — Sic igitur eximium Latinorum studium in Beatissimae Virginis Mariae doloribus recolendis evidenter enitet.

At non segnior ecclesia orientalis parem religionis curam suscepit, et in Matre dolorosa honoranda jam pridem cum occidente certavit. Testes ejus pietatis sunt, praeter conceptiva solemnia *commemorationis dolorosae ss. Deiparae* Ruthenis catholicis propria [3]), insignia illa *τροπάρια θεοτόκια* et *σταυροθεοτόκια* [4]), quibus Graeci omnes Beatissimam Deigenitricem, crudeli passione divini filii sui gravissime afflictam, ipso hoc jejuniorum tempore in divinis officiis studiose venerantur. Ex iis pauca haec, quae sequuntur, attulisse, praeter institutum nostrum non fuerit, quod ea Latinis etiam speremus haud exiguo futura incitamento mutuae aemulationis communem omnium matrem majori usque pietate honorandi [5]).

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς παρασκευῆς τῆς μέσης ἑβδομάδος.

Ὠιδὴ α'.

Ὅτε σε, τέκνον, ἀποῤῥήτως ἔτεκον, ὠδῖνας ἔφυγον, καὶ πῶς νυνί ὅλη ὀδυνῶν πεπλήρωμαι; ὁρῶ γάρ

Ex canone feriae VI. hebdomadis mediae.

Ode 1.

Quum te, o fili, ineffabili modo peperi, dolores partus effugi; nunc autem tota doloribus re-

[1]) Edit. Bruxellen. an. 1866, pp. 264—275.

[2]) Apud Gardellini, Decreta authent., n. 4513.

[3]) *Pamjat sostradanija presvjatyja Bogorodicy* agi feria illa VI. decimae hebdomadis post Resurrectionem, quam Latini cultui SS. Cordis Jesu sacram esse voluere, dicetur infra ad eundem diem.

[4]) Relege quae de ratione harum stropharum animadvertimus t. 1, p. LXIII.

[5]) Spatii compendio inservituri *τροπάρια* non damus *στιχηρῶς* descripta. Qui eorundem metrum nosse cupit, consulere poterit novissimam editionem Romanam Triodii, quae singulos versus appictis asteriscis distinctos exhibet.

σε κρεμάμενον ὡς κακοῦργον τῷ ξύλῳ, τὴν γῆν ἀσχέτως κρεμάσαντα, ἔλεγεν ἡ πάναγνος κλαίουσα.

pleta sum: video enim te tanquam malefactorem in ligno suspensum, qui terram absque ullo fulcimento suspendisti. Ita castissima illacrimans loquebatur.

Ὠιδὴ γ΄.

Νενεκρωμένην τὴν ζωὴν ἐπὶ σταυροῦ θεωροῦσα, καὶ μὴ φέρουσα τῶν σπλάγχνων τὸν πόνον, ἐδονεῖτο ἡ σεμνὴ παρθένος ἀνακράζουσα· Οἴ μοι, υἱέ μου, τί σοι δῆμος ἀνόμων ἀπέδωκεν;

Ode 3.

Quum vitam in cruce mortuam Virgo veneranda vidisset, cordis dolorem cohibere non valens, tota commovebatur et exclamabat: Hei mihi, fili mi! quid tibi populus praevaricator retribuit?

Ὠιδὴ δ΄.

Παρθενικῆς, τέκνον, ἐκ μήτρας σε ἔτεκον, καὶ ὁρῶσα ξύλῳ σε κρεμάμενον ἐξαπορῶ, καὶ οὐ συνορῶ ὕψος τοῦ μυστηρίου, καὶ βάθος πολλῶν κριμάτων σου, ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὡς μητέρα Θεοῦ μακαρίζωμεν.

Ode 4.

Ex utero virginali te peperi, o fili, et nunc videns te in ligno suspensum, conturbor et horreo, et altitudinem mysterii, et multorum judiciorum tuorum profunditatem non comprehendo. Ita castissima exclamabat, quam nos vocibus incessabilibus Dei matrem beatificemus.

Ὠιδὴ ε΄.

Ἐν σταυρῷ καθορῶσα τὸν δι' ἀγαθότητα ἐκ σοῦ, πανάμωμε, ὑπὲρ νοῦν τεχθέντα, ἐτιτρώσκου τὰ σπλάγχνα καὶ ἔλεγες· Οἴ μοι, θεῖον τέκνον, πῶς ὑπὲρ πάντων ὀδυνᾶσαι; προσκυνῶ σου τὸ εὔσπλαγχνον· Κύριε, σοὶ ἡ δόξα.

Ode 5.

Quum videres in cruce illum qui, propter bonitatem suam, ex te, o immaculatissima, incomprehensibili ratione natus est, vulnerabantur viscera tua, ac dicebas: Hei mihi, divine fili! quomodo pro omnibus dolore cruciaris! Pietatem tuam adoro; Domine, sit tibi gloria.

Ὠιδὴ η΄.

Νῦν ὡς ἀρνίον ἄκακον καθορῶ σε κρεμάμενον, καὶ ὑπὸ ἀνόμων τῷ σταυρῷ πηγνύμενον, υἱέ μου προάναρχε, τοῖς ὀδυρμοῖς συγκόπτομαι καὶ ταῖς μητρικαῖς περιστατοῦμαι ὀδύναις, ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν φωναῖς ἀσιγήτοις ὑμνοῦμεν καταχρέως, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ode 8.

Quum videam te nunc, o fili mi aeterne, tamquam agnum innocentem suspensum, et pro iniquis in cruce confixum, discrucior querelis, et doloribus maternis circumdor: clamabat castissima, quam vocibus assiduis debite laudamus in omnia saecula.

Ὠιδὴ θ'.

Φθορᾶς σε δίχα τέτοκα ἐκ γαστρός, πρὸ αἰώνων πατὴρ ὃν ἐγέννησε, καὶ πῶς φθορεῖς ἄνθρωποι σπαράττουσί σε, υἱέ, καὶ τὴν πλευρὰν ὀρύττουσι λόγχῃ, καὶ τὰς χεῖρας σὺν τοῖς ποσὶν ἥλουσιν ἀπανθρώπως; ἡ πάναγνος ἐβόα, ἣν ἐπαξίως μεγαλύνωμεν.

Ode 9.

Sine corruptione ex utero te peperi, o fili, quem pater ante saecula generavit: et quomodo homines corruptibiles te dilacerant, et lancea latus tuum perfodiunt, et manus ac pedes inhumaniter clavis configunt? Ita castissima exclamabat, quam nos pro merito magnificemus.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ σαββάτου τῆς μέσης ἑβδομάδος.

Τὸν σταυρὸν Χριστοῦ τὸν τίμιον, Θεοτόκε ἁγνή, βλέψαντας, καὶ ἐκ καρδίας προσκυνήσαντας ἡμᾶς, ταῖς σαῖς πρὸς τὸν δεσπότην ἀξίωσον πρεσβείαις ἰδεῖν καὶ τὰ πάθη τὰ σεπτὰ αὐτοῦ, παθῶν κεκαθαρμένους

Ex canone Sabbati mediae hebdomadis.

Dum pretiosam Christi crucem intuemur, et ex corde adoramus; precibus tuis apud Dominum dignos nos effice, o casta Deipara, ut venerandas illius passiones, a passionibus nostris purificati, intelligere possimus.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δ'. τῆς ἑβδομάδος ε'.

Τὸν ἐξ αἱμάτων σου ἁγνῶν σωματωθέντα, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν ἐκ σοῦ, σεμνή, τεχθέντα, ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον μέσον τῶν κακούργων ὁρῶσα, τὰ σπλάγχνα ἤλγεις, καὶ μητρικῶς θρηνοῦσα ἐβόας· Οἴ μοι, τέκνον, τίς ἡ θεία καὶ ἄφατος οἰκονομία σου, δι' ἧς ἐζώωσας τὸ πλάσμα σου; ἀνυμνῶ σου τὸ εὔσπλαγχνον.

Ex canone feriae IV. hebdomadis 5.

Quum videres, o veneranda, illum qui ex puris sanguinibus tuis corpus acceperat, atque ex te modo inexcogitabili natus fuerat, suspensum in ligno in medio malefactorum, visceribus discruciabaris, et materno affectu plorans clamabas: Hei mihi, fili mi! quae est haec divina atque ineffabilis dispositio tua, per quam plasma tuum vivificasti? misericordiae tuae viscera collaudo.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς παρασκευῆς τῆς ἑβδομάδος ε'.

Ὁρῶσά σε ἐν σταυρῷ ἠρτημένον ἡ παναγία, ἠλάλαζε τετρωμένη τὰ σπλάγχνα καὶ ἔλεγε· Διὰ σπλάγχνα, Κύριε, σῶν οἰκτιρμῶν παθεῖν ἠνέσχου, πᾶσι παρέχων ἀπάθειαν.

Ex canone feriae VI. hebdomadis 5.

Quum videret te castissima in cruce sublatum, ejulabat corde vulnerata, ac dicebat: Propter viscera misericordiarum tuarum, Domine, pati voluisti, praebens omnibus impassibilitatem.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς παρασκευῆς τῶν βαΐων.

Παρθένε πανάμωμε, μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ῥομφαία διῆλθέ σου τὴν παναγίαν ψυχήν, ἡνίκα σταυρούμενον ἔβλεψας ἑκουσίως τὸν υἱὸν καὶ Θεόν σου, ὅν, εὐλογημένη, δυσωποῦσα μὴ παύσῃ, συγχώρησιν πταισμάτων καιρῷ νηστείας δωρήσασθαι.

Ex canone feriae VI. hebdomadis Passionis.

O virgo purissima, mater Christi Dei, gladius pertransivit sanctissimam animam tuam, quum crucifixum voluntarie filium et Deum tuum aspiceres; quem ne cesses, o benedicta, rogare, ut nobis tempore jejunii peccatorum indulgentiam largiatur.

Τῷ σαββάτῳ πρὸ τῶν βαΐων, τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Λαζάρου.

Slav. *V subbotu 6. neděli posta, sv. i pravednago Lazarja;* rumen. *In sambat'a 6. septemana a paresemiloru, s. sî dereptului Lazaru.*

Hunc diem memoriae excitati Lazari dicatum habent Graeci, festumque inter *δεσποτικὰς ἑορτὰς* recensent, quemadmodum observavimus tom. 1, p. 32. Status quidem dies 17. Martii honorandae *resurrectioni Lazari, amici Christi,* est assignatus in Menaeis et in aliis Kalendariis a Martinov ibidem adductis; verum alter hic dies conceptivus eidem miraculo solemniter celebrando a Graecis fuit attributus, quod illud ipsum ansas furoris Judaeorum in Jesum proxime dedisset. Audi Nicephorum Callistum in synaxario festi: *Ἑορτάζεσθαι δὲ κατὰ τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἐτάχθη ἡ αὐτοῦ ἔγερσις . . . ἐπειδὴ τοῦτο τὸ θαῦμα ἀρχὴν καὶ αἰτίαν μάλιστα εὗρον τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων, κατὰ τοῦτο ἐνταῦθα τὸ ὑπερφυὲς τεράστιον ἔθεντο.* Et haec quidem ex communi Graecorum sententia de hujus solemnitatis origine. Quod autem *de Simone Pharisaeo, Lazari patre,* ibidem refertur, id Callistus historiae evangelicae de suo admiscuit, nobis proinde non sine cautela accipiendum.

Quomodo praesens hic dies olim fuerit actus in Oriente ac nominatim Hierosolymis, in egregio suo commentario in *„Peregrinat. Silviae“* vir plurimae et exquisitae eruditionis D. Fernand. Cabrol perdiligenter describit pp. 83—87. Locum non profero, quum ipsum opus adiri velim.

Latini quoque bis *Lazari* memoriam agunt, nempe die 17. Decembris, quo eum Martyrologium Rom. laudat,

et feria VI. hebdomadae quartae Quadragesimae, quae ejus resuscitationi specialius recolendae est destinata. Alteram hanc conceptivam commemorationem idoneo commentario illustratam vide apud Durand. *Rational.* l. 6, c. 39.

Sabbatum infra hebdomadam Passionis. Vacat.

Celebre apud rerum liturgicarum scriptores hoc Sabbatum est ob duplicem ritum, quem olim Romana ecclesia servabat, nimirum *elargitionis eleemosynae* et *distributionis fermenti.* De utroque simul egit Card. Thomasius in suis ad *Capitulare Evangeliorum notis,* op. t. 5, pp. 452—453. Hodie scilicet generalis eleemosyna fiebat ob imminens paschale festum, ut anticipata elargitione pauperibus simul consuleretur et Pontifici: illis quidem, ut sibi providere possent; huic vero, ut subsequenti sancta hebdomada liberiori animo sacris functionibus intenderet. Porro haec Sabbati dies inscripta est *Vacat,* quod *Dominus Papa hoc die vacaret ab officio Stationum et eleemosynis largiendis insisteret* [1]), prout dictum jam est. Ejus moris veteres scriptores praeterea hanc rationem assignant, quia hodie recitatur Evangelium de Maria Magdalena, pedes Domini copiose ungente et capillis suis tergente. *Inde Apostolicus vir,* inquit vulgatus Alcuinus, *in memoriam devotissimae mulieris, membris Christi hodie facit, quod ipsa fecit capiti: et ideo a Statione publica vacat, non tamen a celebratione Missae, quia huic negotio insistit* [2]). Consonant Symphos. Amalar., *De eccl. offic.* l. 1, c. 9 [3]); Rupert., *De div. offic.* l. 5, c. 6 [4]); Beleth. et Durand. locis in nota citatis; cum quibus conferantur ex recentioribus Benedict. PP. XIV., *De festis D. N J. Ch.,* part. 1, n. 115 [5]); Moroni, *Dizionario,* v. *elemosineria apostolica,* t. 21, p. 157.

De altero officio eidem huic diei adscripto, *distributionis* scilicet *fermenti,* post Card. Thomasium plures scripsere, e quibus praecipuos memorat editor operum ejusdem Emi-

[1]) Cfr. Beleth. *De divin. offic.* c. 92 (apud Migne, Patr. lat. t. 202, pp. 93—94), et Durand. *Rational.* l. 6, c. 66.

[2]) *De divinis officiis,* c. 13 (apud Migne, Patr. lat. t. 101, p. 1200).

[3]) Ibid. t. 105, pp. 1007—1008.

[4]) Ibid. t. 170, pp. 128—129.

[5]) Edit. Bruxellensis anni 1866, t. 1, pp. 128—129.

nentissimi auctoris t. 4, p. 84. Quippe gravis est controversia, quidnam illud *fermentum* sit, quod s. Melchiades Papa *per ecclesias ex consecratu episcopi dirigi* jussit [1]), ac s. Innocentius Papa I. ipse *presbyteris die dominico* in titulis suis sacra facientibus *per acolythos misit, ut se a Pontificis communione non judicarent separatos* [2]), quodque tandem in antiquis libris ritualibus hoc Sabbato *a Papa dari* legitur. Alii cum Baronio, *Annal. ad an. 313,* n. 49 et Du Cange, *Gloss. lat.* v. *fermentum,* eo nomine simplicem panem benedictum seu meras *eulogias* intelligunt; alii vero longe plures *fermenti* voce ss. eucharistiam ipsam designari docent, atque in iis viri doctissimi Card. Thomasius l. c., Card. Bona, *Rerum liturg.* c. 23; Pagius ad cit. an. 313, nn. 17—18, Mabillonius, *de azymo* c. 10; nomenque tum ex disciplina arcani tum ex symbolica fermenti significatione repetunt. Venerandum illud sacramentum enim, pro illorum temporum consuetudine, qua sacrae rei arcanum profanis tegere affectabant, quum ad ecclesias mitteretur, vocatum est *fermentum,* ut, quemadmodum fermentum in farinam immissum eique commixtum totam conglutinat, ita eis quoddam unitionis atque communionis mutuae vinculum esse significaretur. Quod fermentum, inquit Thomasius l. c., forte hoc Sabbato datum fuerit acolythis finitimorum episcoporum, ut episcopi ipsi die sancto Paschae in publica Missarum celebritate particulam fermenti a Papa consecrati post Canonem, ubi dicitur: *Haec commixtio corporis et sanguinis etc.,* in calicem consecratum immitterent: et inde tum ipsi, tum plebes illis creditae sanguinem Domini bibentes communionem cum Romano Pontifice prae se ferrent, dum ex ejusdem consecratione utcunque communicarent. Et sane de eucharistia a Romanis Pontificibus ad episcopos transmissa, tanquam ecclesiasticae communionis nota, meminit s. Irenaeus apud Euseb., *Hist. eccles.* l. 5, c. 24 [3]). — Hunc morem autem dandi fermentum post

---

[1]) Anastas. Bibl., *Histor. de vit. Rom. PP.,* apud Migne, Patr. l. t. 127, pp. 1499—1500; Duchesne, *Lib. Pont.* (s. Miltiades), t. 1, pp. 168—169.

[2]) *Ep. ad Decent.,* c. 5, ibid. t. 20, pp. 556—557.

[3]) Apud Migne, Patr. gr. t. 20, pp. 507—508.

annum Christi millesimum desiisse, idem cardinalis animadvertit. Sed praeter alios de fermento tractantes videndus est ipse Thomasius locis in indice rerum indicatis.

De imaginibus hebdomadae sanctae ac Pentecostarii.

Notitia praeliminaris.

Varias has festivas icones non tam ornatus quam doctrinae causa fuisse adhibitas scias; pertinent enim ad secretiores illas symbolicas, typicas, propheticas aliasque festorum mobilium rationes in academiis explicandas ac demonstrandas, sine quibus interior ac recondita anni ecclesiastici notitia haberi non potest. Prostant quidem in multis editionibus graecis εἰκόνες ἑορταστικαί, verum non raro adeo deformiter sunt diffictae vitioseque expressae, ut non solum ineptae academicis exercitationibus reperiantur, sed vel ipsum textum liturgicum foede deforment. — Imagines nostras acceptas referimus eximiae benevolentiae Domini Pustet, Ratisbonensis, typographi apostolici, qui eas nobis ex opibus suis liturgicis vere regiis liberalissime concessit. Continentur autem in opere, quod in suo genere *museum liturgicae artis* non immerito dixeris, cui nempe titulus est: *Icones Novi et Veteris Testamenti desumptae ex Missali Romano novissimae editionis Ratisbonensis XII.*[1]), *quas, a professore* Joanne Klein *delineatas, per textus biblicos in diversis linguis ex ss. Patrum sensu explanatas amatoribus artis christianae dedicat auctor. — Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnatii, sumptibus, chartis et typis Friderici Pustet, Sanctae Sedis Apostolicae typographi. 1876.* — Ex eo etiam uberior, ubi opus fuerit, explicatio imaginum erit haurienda.

Κυριακὴ τῶν βαΐων. *Dominica in Palmis*[2]).

Slav. *Nedělja vaij;* rumen. *Dominec'a floriloru.*

Dominica, quae Pascha antecedit, a gestatione *palmarum* nomen traxit, quod illo die rami palmarum in processionibus deportentur in significationem illorum, ut ait Belethus *Rational. divin. offic.* c. 94, quos filii Israel statuerunt in via, quum Dominus Hierosolymam tendens asello sedebat[3]).

[1]) Ex Missali etiam transierunt in novissimam Breviarii editionem, quam idem bibliopola splendide typis impressit.

[2]) In vetustis libris liturgicis etiam vocatur *Dom. in ramis Palmarum* et *Dom. in ramis.*

[3]) Apud Migne, Patr. l. t. 202, p. 95.

Η ΒΑΪΟΦΟΡΟΣ.



ECCE REX TUUS VENIT.

Typi.

1. Davidi ex Philisthaeis triumphum agenti obviam prodeunt mulieres cantantes chorosque ducentes.
2. Filii Israël ad duodecim fontes aquarum et septuaginta palmas castrametantur.

Textus prophetici.

1. Benedictus, qui venit in nomine Domini (Ps. 117, 26).
2. Egredimini et videte filiae Sion regem Salomonem in diademate (Cant. 3, 11).
3. Exulta satis filia Sion, jubila filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi justus et salvator; ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asinae (Zach. 9, 9).
4. Ecce salvator tuus venit (Is. 62, 11).

Palmarum festum variae Triodii editiones varie annuntiant. In ea, quae Bononiae facta est anno 1724., breviori formula effertur initio synaxarii: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν περιφανῆ καὶ ὑπέρλαμπρον ἑορτὴν τῶν βαΐων ἑορτάζομεν; in vulgata Veneta autem magnificentius proponitur hac solemni inscriptione synaxario praefixa: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ τῶν βαΐων, τὴν λαμπρὰν καὶ ἔνδοξον πανήγυριν τῆς εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσόδου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑορτάζομεν. Novissima editio Romana tandem simplici Dominicae titulo κυριακὴ τῶν βαΐων contenta, diei annuntiationem post oden 6. fieri solitam cum synaxario prorsus omittit [1]). Qua eadem formula etiam utuntur recentiores Horologii editiones, quas consului plures.

Ἡ βαϊοφόρος. Εὐαγγελισμὸς τοῦ ὡσαννά. Κυριακὴ τοῦ Λαζάρου.

Graecis communiter dicitur κυριακὴ sive ἑορτὴ τῶν βαΐων, ἑορτὴ βαϊοφόρος, ἡμέρα τῆς βαϊοφόρου vel sine addito ἡ βαϊοφόρος, quasi dicas *festum palmiferum, ramiferum*; βάϊα quippe aliis significationibus omissis [2]) dicuntur termites palmae oleaeve aut salicis, alteriusve arboris, quos quatiebant in honorem ejus, cujus pompa ducebatur, quod Graeci vocant τὰ βάϊα sive τοὺς κλάδους σείειν et ἐπισείειν [3]). In synaxario Callistus, nomen βάϊον Hebraeis tribuendo, ἐδήλουν δέ, inquit, διὰ τῶν βαΐων, οἱονεὶ τῶν κλάδων· βάϊον γὰρ παρ' Ἑβραίοις ὁ ἁπλοῦς κλάδος λέγεται: *significabant autem per βάϊα ramos; βάϊον enim apud Hebraeos simplex ramus dicitur* [4]).

Quia imperatores solebant die Palmarum proceribus et domesticis suis una cum palmarum ramis alia quoque munuscula dare [5]), factum ex eo fuit, ut donum omne βάϊον,

---

[1]) Relege quae diximus supra pp. 21—22 not. 1.

[2]) Videri eae possunt apud Stephan., *Thesaur. ling. gr.*, edit. Paris. an. 1833, t. 2, pp. 39—40.

[3]) Cfr. vulgat. Epiphan. *Serm. Εἰς τὰ βάϊα*, apud Migne, Patr. gr. t. 43, p. 429. S. Joan. Chrysostom. hom. in magn. hebdom., ibid. t. 55, p. 520.

[4]) Similitudo soni vocis βάϊα Theodor. Balsamonem in errorem induxit, ut eam latinam crederet, ac communem cum nomine *bajulus* originem habere scriberet loco jam citato supra p. 37, not. 1.

[5]) Cfr. Constantin. Porphyrogenit., *De Caeremoniis aulae Byzant.* l. 1, c. 31, apud Migne, Patr. gr. t. 112, pp. 411—412, jcto.

palma, appellaretur, nisi tamen de palma Circensi repetere malueris. Vide Du Cange, *Gloss. gr.* h. v.

Dies Palmarum praeterea vocatur *ὁ εὐαγγελισμὸς τοῦ ὡσαννά*, a festiva populi acclamatione: *ὡσαννά, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israël:* Hinc in Horologio arabico Graeco-Melchitarum refertur hebraïco nomine *achad eschscha'ânîn elmoqaddas*, h. e., *Dominica Hosanna sancta*, in libris liturgicis Armenorum autem graeca voce *Eulogemene.*

Tertio tandem appellatur *κυριακὴ τοῦ Λαζάρου* a sabbato praecedenti, quo Lazari resuscitati memoriam agi notavimus. In plerisque locis hodieque mos obtinet, ut ramos olearum, myrti et palmarum sabbato Lazari in ecclesiam deferant benedicendos, die autem ipso Palmarum benedictos e manibus episcopi vel sacerdotis recipiant.

Celeber admodum in ecclesia orientali Palmarum dies est inter *δεσποτικὰς ἑορτάς*, plurimis ss. Patrum celebratus encomiasticis orationibus, quas videre est in multis tomis sparsas apud Migne in Patr. gr.

Hosanna. Dominica indulgentiae. Pascha floridum. Capitilavium.

Dominica Palmarum etiam in ecclesia occidentali variis nominibus venit. Et initio quidem ab acclamationibus festivis, quibus turbae Jesum sunt prosecutae, vocatur *dies Osannae*, uno vocabulo *Osanna,* sive *Hosanna:* quae vox acclamatio est, a Judaeis adhiberi solita erga viros de Republica optime meritos et singulari vitae sanctimonia praeclaros, quibus felicitatem, benedictionem et gloriam apprecabantur. Quapropter voces *Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini,* acclamationes fuerunt significationesque laetitiae et gaudii, quibus populus triumphali illo die Christum

Gretsero *in Codin., De officiis CP.* l. 3, c. 5; ibid. t. 157, pp. 346—347. Refert. autem Const. Porphyrogen. l. c., eo die cum caeteris munusculis distributos ab imperatore fuisse *alios odoriferos flores, quos tunc tempus fert (ἕτερα εὐώδη ἄνθη, οἷα ὁ τότε παρέχει καιρός).* Hinc vocabulum *βάϊον* etiam ad designandum *fasciculum florum* translatum est.

Redemptorem salutavit Messiam, David rege prognatum, laetis illis clamoribus non absimiles, quos, arborum ramos in manibus tenentes, in festo tabernaculorum ingeminabant, ut in psalmo 117, v. 15. Qui plura de hujus acclamationis rationibus discere volet, adeat s. Hieronymum, propria *epistola ad Damasum Papam* scripta varias ejus significationes e fontibus Hebraeorum eruentem [1]), junctis tamen recentiorum curis, quas post Benedictum PP. XIV. *De festis D. N. J. Ch. §. 105* sacrarum literarum interpretes magno eruditionis apparatu ad explicandum Evangelium hujus diei conferre solent.

Dominica Palmarum praeterea nuncupatur *a gratiis* eo die vel promissis vel concessis *Dominica indulgentiae*, vel quod esset initium hebdomadae illius indulgentiae, quae feria V. sequenti in solemni poenitentium reconciliatione concedebatur, vel quod poenitentes hodie certiores redderentur de proxima eorum reconciliatione, qua de re plura disputat editor operum *Card. Thomasii,* tom. 5, pp. 454—455; item a *functionibus sacris* vocatur tum *Pascha petitum* sive *competentium,* quod *hac Dominica*, verba sunt Rabani Mauri, *De cleric. institut.*, l. 2, c. 35, *symbolum competentibus traderetur, propter confinem Dominicae Pascha solemnitatem, ut ad Dei gratiam percipiendam festinantes, fidem profitendam cognoscerent* [2]); tum *capitilavium,* quod, ut ait s. Isidorus, *Etymolog.* l. 6, c. 18 [3]), et *De eccles. offic.* l. 1, c. 28 [4]) eo die lavarentur capita eorum, qui baptizandi atque ungendi erant, ne forte per observationem Quadragesimae sordidata corpora cum offensione sensus ad fontem et unctionem accederent [5]); sed prae caeteris eminet appellatio, quam *a floribus* traxit, nimirum *Dies floridus, Dominica florum, Pascha floridum* (gall. *Pâques fleuries), Pascha florum* etc.

Paschatis nomenclaturam quod attinet, recte observat Durand., *Rational.* l. 7, c. 1, n. 25, quodlibet magnum

[1]) Apud Migne, Patr. lat. t. 22, pp. 375 seqq.

[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 107, p. 347.

[3]) Apud Migne, Patr. l. t. 82, p. 254.

[4]) Ibid. t. 83, p. 763.

[5]) Rationem s. Isidorus desumpsit ex s. Augustini *epist.* (118) *ad Januar.* c. 7, n. 10, ex qua tamen patet, in Africa diem capitilavii fuisse feriam V. in Coena Domini (ibid. t. 33, p. 204).

festum ea in quibusdam provinciis donari; et certe constat, plerasque omnes majores solemnitates hodieque apud plures nationes *Paschata* dici. Sic Itali habent *Pasqua del Corpo di Cristo*, *Pasqua dell' Epifania*, *Pasqua di Ceppo*[1]) sive *Natale*, *Pasqua rugiada* sive *La Pentecoste*, et Hispani similiter *Pascua de Natividad*, *Pascua de reyes;* quin et ipsum Horologium graecum *solemnia Nativitatis Domini* eodem hoc splendido *Paschatis* titulo exornat. Cfr. tomo 1, p. 364.

Quod Dominicae Palmarum autem *a floribus* nomen est factum, id non una ex causa venit: primo enim diem hunc magnae pompae apparatu, ramis olivarum ac floribus in formas varias confictis et in frondibus, baculis perticisque appensis, multis in locis solemni ritu celebrant christiani[2]); deinde etiam flores ipsi cum ramis olivarum aliisque frondibus solemniter benedicti leguntur. Sic habetur in *Ordinationibus* B. Lanfranci Cantuarien. aeppi. sect. 4: *Dominica in Palmis . . . abbas aut sacerdos benedicat palmas et flores et frondes ante majus altare supra tapetum posita, aqua benedicta aspergat et incenset. Accedentes secretarii distribuant ea, palmas abbati et prioribus et personis honestioribus, flores et frondes caeteris*[3]); quae iisdem ferme verbis repetuntur in *usibus Beccensibus*, apud Moroni, *Dizionario*, v. *fiori*, t. 24, p. 217. — Tertiam eamque mysticam appellationis rationem affert D. Guéranger ad h. d., quod nempe Dominica Palmarum veluti flos quidam appareat appropinquantis Paschatis, jamjam in fructum maturescens atque ipso die Resurrectionis ad plenam maturitatem perventurus.

---

[1]) Nomen *ceppo* eodem sensu hic sumitur, quo vocabula *badnjak* et *badni dan* Kalendariis serbicis et croaticis inscripta leguntur ad d. 24. Decembris, sc. pro trunco, qui in nocte nativitatis Christi comburi solet: cujus moris rationes afferunt *Vocabulario della Crusca,* t. 2, pp. 760—761 (edit. 5. an. 1866), Daničić, *Rječnik,* t. 1, pp. 147—148. et *Oesterreichisch-ungar. Monarchie in Wort und Bild.* Dalmatien, pp. 140—141. Nec alio spectant sive *štědrý večer (largae vesperae)* Kalendariorum bohemorum ad eundem diem, sive *tučin-dan (pinguis dies)* in Kalendariis serbicis ad diem praecedentem.

[2]) *Cujus triumphi gloriam hodie sancta recolens Ecclesia . . . celebrat solemnem processionem, virentes arborum ramos ac flores cum palmis post vexillum s. crucis in manibus gestans.* Ita Hildebert. Tur., *serm. 4. in Dom. Palmar.* (Apud Migne, Patr. lat. t. 171,p. 502.)

[3]) Apud Migne, Patr. l. t. 150, p. 455.

Repetita haec *a floribus* nomenclatura latissime invenitur in orbe christiano pervagata. In authentico Breviario glagolitico ritus latini anni 1791, ut et in novo Missali, inscribitur *Dominica Palmarum Nedĕle cvĕtna, Dominica florida* [1]; in Kalendariis serbicis et croaticis similiter *Ned. cvjetna;* in Kal. slovenicis *Ned. cvetna;* in Kal. bohemis *Ned. kvĕtná;* in Kal. ruthenis *Ned. cvĕtnaja* vel etiam *Ned. cvĕtonosija*, proprie *κυριακὴ ἀνθοφόρος, Dominica florifera* [2]; in Kal. rumenis *Dom. floriloru* [3]; in Kal. hungaricis *Virágvasárnap;* in antiquis Kal. germanicis *Blumensonntag* vel *Blumentag*; in Kal. hispanis *Pascua florida* [4] etc. Scientes volentesque omittimus reliqua Kalendaria; nam quis finis? et repetitiones timemus atque ex iis taedium. Id tantum de hac nomenclatura adjiciemus, *Florida* regionem peramplam Americae septentrionalis versus sinum Mexicanum sitam ex eo nomen invenisse, quod ipso hoc die Palmarum *(Pascua florida)* detecta ab Hispanis fuerit anno 1512.

Apud Armenos Dominica Palmarum similiter a floribus atque arborum ramis, quos turbae gratulabundae Christo Hierosolymam introeunti humi constravere, dicitur *Zaghkasart,*

---

[1]) A substantivo *cvĕt,* bohem. *kvĕt, ἄνθος, flos.*

[2]) Cfr. Miklosich, *Lexicon,* p. 1105.

[3]) Varie scribunt *florielor., floriilor., florilor.*

[4]) Incredibile dictu, quam multi ex celebratissimis scriptoribus nostrae aetatis inscitiam suam prodant, ubi praesentem materiam attingunt. En tibi obvium exemplum ex libro longe lateque per omnes Germaniae tractus diffuso. Ex duabus, quae ad manum sunt, editionibus *Lexici universalis (Universal-Lexicon),* editi a Pierer, secunda, quae est anni 1842, Dominicam Palmarum falso vocat hispanice *Palma florida* (t. 9, p. 470), sexta autem, quae facta est anno 1875, diem recte quidem *Pascua florida* dicit, sed male interpretatur *Dominica Paschatis (Ostersonntag)* (t. 8, p. 204): quo eodem errore praeter alios etiam impliciti conspiciuntur Vollrath Hoffmann (Völter), *Die Erde und ihre Bewohner* (t. 2, p. 1764), et auctores encyclopaediae realis *(Real-Encyklopaedie),* editae Ratisbonae anno 1868 (t. 5, p. 854). Quod si talia erudito hoc saeculo decimo nono doctis liberaliter condonentur, aequum profecto non est, ut recentiores quidam critici, praeeunte Ussero in *Antiquit. Britan.,* Severinum Binium, Coloniensem doctorem et canonicum, ridiculo nomine *contaminatoris conciliorum* ignominiae exponant, quod vocabulum *Floridi* in concilio Balgentiacensi (an. 1151, apud Hardouin. t. 6, p. 1319) occurrens locum celebratae synodi esse crediderit in ea quam Coloniae vulgavit conciliorum collectione anno 1606.

h. e., *floribus ornata*, vulgo *Zar-sartar, arboribus ornata;* in libris ecclesiasticis etiam a festivo evangelismo graeca voce *Eulogumene* appellatur, quemadmodum animadversum jam est.

Antiquitatem festi Palmarum quod spectat, affirmavit quidem Martene, nullum ejus vestigium ante saeculum octavum nonumve occurrere; verum Benedictus PP. XIV. ex Merato aliisque probatis auctoribus ostendit l. c., § 111, cultum hujus Dominicae longe vetustiorem existimandum esse. Et sane *diem Palmarum* in Occidente commemorat saeculo septimo s. Isidorus Hispalensis, locis a nobis jam citatis; in Oriente autem multo maturius, post Peregrinationem Silviae saeculo quarto[1]), Cyrillus Scytopolitanus in *Vita s. Euthymii,* quem anno 473 obiisse diximus tomo 1, p. 78. Textum heic habes p. 191. Ut plura non coacervem, aliis praetermissis, unum testimonium tantum producam ex laudata *Peregrinatione Silviae* de ritu hodiernae processionis Hierosolymis celebratae. Ex ea ergo pauca haec accipe:

. . . Omnis populus ascendet in monte Oliveti . . . subitur cum ymnis in Imbomon[2]), id est in eo loco, de quo ascendit Dominus in coelis . . . Dicuntur et ibi ymni vel antiphonae aptae loco aut diei, similiter et lectiones interpositae et orationes. Etiam quum coeperit esse hora undecima[3]) legitur ille locus de evangelio, ubi infantes cum ramis vel palmis occurrerunt Domino dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Et statim levat se episcopus et omnis populus porro; inde de summo monte Oliveti totum pedibus itur. Nam totus populus ante ipsum cum ymnis vel antiphonis, respondentes semper: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Et quotquot sunt infantes in hisdem locis, usque etiam qui pedibus ambulare non possunt, quia teneri sunt, in collo illos parentes sui tenent, omnes ramos tenentes, alii palmarum, alii olivarum; et sic deducitur episcopus in eo typo, quo tunc Dominus deductus est. Et de summo monte usque ad civitatem, et inde ad Anastase per totam civitatem, totum pedibus: omnis sedet, si quae matronae sunt, aut si qui Domini[4]): sic deducunt episco-

---

1) Scripta est „Peregrinatio Silviae“ inter an. 385—388.

2) Gr. Ἐμβώμιον, quod in altari vel suggestu est.

3) Nostra hora 5. vespert.

4) D. F. Cabrol, qui docte ac diligenter, ut omnia, hanc festi descriptionem illustrat, praesentem textum sic interpretatur: „L'évêque, qui représente le Seigneur, est conduit, comme lui, sur un âne, du sommet de

pum respondentes, et sic lente et lente, ne lassetur populus; porro jam sera pervenitur ad Anastase. Ubi quum ventum fuerit, quamlibet sero sit totum, fit lucernare: fit denuo oratio ad Crucem; et dimittitur populus."

Ritus, quibus ecclesia occidentalis hujus diei solemnia celebrat, in obvio quoque Rationali divinorum officiorum, praecipue hebdomadae sanctae, expositos invenies. Splendidam functionem benedictionis et distributionis palmarum in capella Romani Pontificis more suo late describit Moroni, *Dizionario*, t. 8, pp. 278—284. — De caeremoniis ecclesiae orientalis autem praeter alios accurate disputant Goarius in *Notis ad Eucholog. Graecorum*, p. 743 et Gretserus in pluribus locis, maxime *de sacris processionibus* l. 1, c. 18, ubi solemnem processionem in aula CPolitana hoc die usitatam describit [1]).

Quae eodem capite Gretserus praeterea narrat de solemni processione Hierosolymis olim institui solita, ea quoque non sine delectationis et aedificationis fructu leges. Verum quum supplemento aliquo indigeant, rem non ingratam nos facturos arbitramur, si accuratiorem hujus caeremoniae descriptionem ex Quaresmio, *Elucidat. Terrae sanctae*, l. 4, c. 11, exhibeamus [2]).

„In praesentia hujus castelli [3]) sicut et Bethphage, nulla vel fundamentorum cernitur memoria. Sed haec in mentibus fidelium conservantur. Hocque ut melius fiat, ut inquam hujus castelli et Bethphage triumphique Christi memoria conservetur, singulis quoque annis in Dominica Palmarum, Praesul sacri montis Sion cum aliis fratribus peregrinis et caeteris Hierosolymitanis fidelibus, cum Christo et Apostolis Bethphage se confert, id est, ad horum exemplum: quo quum pervenerit, omnibus in terra prostratis, sacro loco deosculato, post fusas ad Deum preces, Praesul ad pusillum Christi gregem, ad collectam ibi fidelem familiam sermonem facit, vel de Christi amore, vel de mundi contemptu, de via, qua itur ad gloriam et Jerusalem coelestem, vel de gloria ipsa; vel denique illud brevi sermone perstringit, quod sibi magis opportunum loco, tempori et auditoribus judicat. Post diaconus, sacris vestibus indutus, petita a Praesule benedictione, salutat populum et Evangelium secundum Matthaeum cantat, quod eo die in Ecclesia decantari solet: qui quum ad eum locum pervenerit:

---

la montagne à l'église de la Résurrection; les personnes de qualité, hommes et femmes, ont aussi des montures" (pp. 93—94).

[1]) Tom. 5, p. 54.

[2]) Edit. Venet. an. 1881, p. 254.

[3]) Quod vulgo appellatur *Castellum contra vos* sive *asinae.*

„Tunc Jesus misit duos discipulos dicens eis", statim Praesul, qui Christi personam gerit, duobus fratribus ab eo deputatis, qui coram ipso genuflectunt, ait: *„Ite in castellum, quod contra vos est"* etc.; ac deinde residuum Evangelii cantat diaconus. Duo illi fratres, ad castellum, id est, ad locum ubi olim erat castellum asinae, proficiscuntur: quo quum pervenerint, praeparatum invenientes asellum ducunt ad Praesulem, stratisque super eum vestibus, desuper sedere faciunt: qui in eo sedens per montem Olivarum Jerusalem pergit, cui fratres et alii fideles occurrentes continuo sternunt viam herbis, floribus et paliis, cantantque quod olim pueri Hebraeorum obviantes Christo cantabant, et nunc cantat Ecclesia in processionibus ejus diei: *„Pueri Hebraeorum portantes ramos olivarum"* etc. Quum vero ventum fuerit ad locum ubi Christus videns civitatem flevit super illam, cantatur Evangelium secundum Lucam cap. 19, in quo ejus lamentatio et fletus recensetur, quo cantato iter coeptum prosequitur. Mirabile autem est videre in terra infidelium et christiani nominis hostium, quanta cum laetitia et solemnitate haec fiat processio; ut non modo catholici, sed ipsi schismatici, non minimi et de plebe, sed majores et praesules eorum, Guardianum comitentur, eique ut Christo memorata exhibent obsequia, jubilantes occurrunt et sequuntur usque ad civitatem: tum cives, ut Christi triumphum videant, foras confluunt, ut saepius propriis oculis vidi. Quia vero ingredi civitatem per portam auream prohibitum est, quoniam ut antea monuimus, semper clausa muro manet, per alteram, id est montis Sion intrat processio: inde pergit ad conventum seu Ecclesiam St. Salvatoris; quo quum pervenerit, relicto prius asello, ea perficiuntur, quae eo die in processione fieri mandat Ecclesia; et Ecclesiae foribus apertis Praesul cum aliis ingreditur; dictaque ab eo oratione ante altare majus, versa ad populum facie benedicit ac cum benedictione dimittit; qui postea, corporali benedictione a fratribus praeparata, pro labore recreatur."

Ad extremum memorandam censemus lepidam illam Maronitarum caeremoniam, quam ex Macri *Hierolexic. v. Palmarum fest.* refert Benedictus PP. XIV. l. c. § 114; huic nationi scilicet id moris esse, ut in ecclesia integram olivae arborem illuc illatam statuant, eamque benedictam atque in publica auctione positam ei, qui eleemosynae nomine plus offerat, adjudicent. Ille autem, qui sic arboris dominus factus fuerit, in processione olivam et suum ipsius filium seu quemvis alium puerum arbori impositum, a cognatis et affinibus adjutus, inter laetas acclamationes gestat erectum. Absoluta demum processione omnes impetum in arborem faciunt et ramusculum sibi quisque revellere nititur, ut suae pietati ac devotioni satisfaciat. — Caeterum, qui festivos ritus eo die a Maronitis servari solitos cognoscere eorumque arcanas ac mysticas rationes intelligere voluerit, duos libros legere poterit typis S. Congr. de Propaganda Fide exscriptos, alterum: *Ordo benedictionis palma-*

rum juxta ritum ecclesiae nationis Maronitarum a syriaco textu latinitate donatus ab Elia Simone Hersenita, collegii Maronitarum alumno. Romae 1865; alterum: *Messa che si celebra dai Maroniti nel giorno delle Palme.*

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη ἑβδομάς. *Hebdomada major.*

Slav. *Svjataja i velikaja sedmica*[1]; rumen. *Sant'a septemana cea mare.*

Ultima haec Quadragesimae hebdomada variis nominibus effertur; ex quibus tamen communior est appellatio *hebdomadae magnae* sive *majoris*, ut Latini dicimus, et *hebdomadae sanctae*.

Qui sacrorum dierum nomenclaturam accuratius persequuntur, triplicem hujus appellationis causam assignant, primam *ex prolixiori officio divino* petitam, alteram *ex austeriori abstinentia*, tertiam denique *ex sublimioribus mysteriis*, quae jam recoluntur.

Primam explicationem dat Honorius Augustodunen., *Gemma animae*, l. 3, c. 72, scribens: *hebdomada major* a Latinis appellatur, *quia ob maxima officia insignis habetur*[2]. Consentiunt Belethus, *De divin. offic.* c. 88[3]) et Durand. *Rational.* l. 5, c. 67.

Alii nominis rationem repetendam censent ἀπὸ τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας, *a jejunii superpositione*, h. e., a jejunio absque ullo penitus cibo per plures dies continuato[4]; erant enim plures, qui vel totam hebdomadam, vel quatuor, vel tres, vel duos, nimirum Parasceves et Sabbati sancti dies, εἰς τὸ ὁλόκληρον, omni ex parte jejuni transigerent, ut cum aliis testantur s. Irenaeus apud Euseb. *Histor. Eccles.* l. 5, c. 24[5], Dionysius Alexand. *epist. ad Basilidem*, cap. 1[6],

---

[1]) In Breviario nostro glagolitico, literis s. Hieronymi, ut vocant, impresso (v. supra p. 188), nuncupata legitur *velika sedmica.*

[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 172, p. 662.

[3]) Ibid. t. 202, p. 91.

[4]) Vide quae de hujus vocis significatione animadvertimus supra p. 84.

[5]) Apud Migne, Patr. gr. t. 20, pp. 501—504. Relege quae in hunc textum annotata sunt supra p. 79.

[6]) Ibid. t. 10, pp. 1277—1278.

s. Epiphanius, *Expositio fidei cathol.* n. 22 [1]). Commendabatur maxime, ut *ultimos duos dies superponentes (τελευταίας δύο ἡμέρας ὑπερτιθέντες)* per integrum biduum ἄσιτοι permanerent [2]), seu *unum diem jejunii quadraginta horis* metirentur [3]), intellige Parasceven cum majori parte Sabbati sancti.

Utramque vocabuli rationem probat Ordo Romanus, ubi de primo Ordine in die Palmarum ait: *Ideo autem haec hebdomada major dicitur, quoniam in ea maxima adhibenda est parsimonia, sive quod majus officium celebretur in ea.* Quae ipsa recitat ac sua facit vulgatus Alcuinus, *De divinis officiis: De Dominica in Palmis* c. 14 [4]).

Tertiam rationem a sanctitate atque excellentia mysteriorum desumptam pulchre, ut solet, Chrysostomus exponit in egregiis illis *homiliis in magnam hebdomadam,* quibus et ejus cum praecedentibus jejuniorum septimanis nexum planissime demonstrat. En ipsa sanctissimi pontificis verba [5]):

Διηνύσαμεν τῆς νηστείας τὸν πλοῦν, καὶ πρὸς τὸν λιμένα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι λοιπὸν κατηντήσαμεν· ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦτο ῥαθυμῶμεν, ἐπειδὴ πρὸς τὸν λιμένα κατηντήσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο σπουδάζωμεν μᾶλλον, ἐπειδὴ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν. Οὕτω γὰρ καὶ κυβερνῆται ποιοῦσιν· ἐπειδὰν μυριοφόρον ὁλκάδα πεπληρωμένην τῶν σίτων καὶ τῶν φορτίων εἰς ὕψος συγκειμένων εἰς στόμα λιμένος εἰσάγειν μέλ-

Confecimus jejunii navigationem et per Dei gratiam ad portum jam pervenimus: sed ne ideo negligenter agamus, quod ad portum appulerimus; imo ideo majorem curam adhibeamus, quia finem attigimus. Sic enim et gubernatores faciunt: quando navem onerariam frumento atque immani mercium mole onustam ad portus ostium inducturi sunt, anxie et sollicite curant, ne post tanta transmissa maria,

[1]) Ibid. t. 42, pp. 827—828.

[2]) Cfr. Constitut. apostolic. l. 5, c. 18; ibid. t. 1, pp. 889—890, et s. Cyrill. Hierosolymit. *Cateches.* 18, n. 17; ibid. t. 33, pp. 1037—1038.

[3]) Ita s. Irenaeus l. c.

[4]) Apud Migne, Patr. l. t. 101, p. 1202.

[5]) *Hom. in magn. hebdom. et in ps. 145,* ibid. Patr. gr. t. 55, pp. 519—520. Alteram de eodem argumento homiliam habes ibid. t. 53, pp. 273 seqq.

λωσιν, ἐναγώνιοι καὶ περιδεεῖς εἰσι, μήποτε μετὰ τὰ μακρὰ πελάγη πέτρᾳ τινὶ προσρῆξαν τὸ πλοῖον, ἐκεῖ τὴν ἐμπορίαν καταδύσῃ πᾶσαν. Οὕτω δὲ καὶ ἡμᾶς δεδοικέναι χρὴ καὶ ἐναγωνίους εἶναι, μὴ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἀμοιβῆς τῶν πόνων ἐκπέσωμεν. Διὸ καὶ ἐπιτεῖναι χρὴ τὴν σπουδήν. Οὕτω καὶ οἱ δρομεῖς ποιοῦσιν· ὅταν ἴδωσιν ἑαυτοὺς ἐγγὺς τῶν βραβείων γινομένους, τότε μᾶλλον ἐπιτείνουσι τὸν δρόμον. Οὕτω καὶ ἀθληταί, μετὰ μυρία παλαίσματα καὶ μυρίας νίκας, ὅταν περὶ τοὺς στεφάνους πλησιάσωσι, τότε μᾶλλον διανίστανται, καὶ συντείνουσιν αὐτῶν τὴν προθυμίαν. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ποιήσωμεν νῦν. Ὅπερ γὰρ κυβερνήταις λιμήν, καὶ δρομεῦσι βραβεῖα, καὶ ἀθληταῖς στέφανοι, τοῦτο ἡμῖν ἡ παροῦσα ἑβδομάς, τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὰ περὶ τοὺς στεφάνους παλαίσματα νῦν· Διὸ καὶ μεγάλην καλοῦμεν αὐτήν· οὐκ ἐπειδὴ μεῖζον ἔχουσι μῆκος ἄλλων ἁπασῶν αἱ ταύτης ἡμέραι· καὶ γάρ εἰσιν ἕτεραι μείζους· οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους τὸν ἀριθμόν· καὶ γὰρ ἴσαι ταῖς ἄλλαις εἰσίν· ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλα ἡμῖν γέγονεν ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ Δεσπότου κατορθώματα. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι τῇ μεγάλῃ ἡ χρονία τοῦ διαβόλου

in scopulum impingens oneraria, cum totis mercibus demergatur. Ita et nos metuere et sollicitos esse par est, ne sub finem mercede laborum excidamus. Ideoque major adhibenda diligentia est. Ita quoque se gerunt cursores: quum enim vident se prope bravia accessisse, tunc magis cursum accelerant; sic et athletae, post mille certamina et mille victorias, quando coronarum tempus instat, tunc acrius insurgunt, ac nervos intendunt. Eodem modo et nos jam faciamus. Quod enim gubernatoribus est portus, quod cursoribus bravia, quod athletis coronae, idipsum nobis est praesens hebdomada, caput bonorum, et jam de coronis certatur. Ideoque magnam illam vocamus: non quod illius dies majores sint aliis omnibus; sunt enim alii longiores; neque quod sint numero plures, pares quippe sunt: sed quod in ea a Domino res praeclare gestae sint. In hac quippe hebdomada, quae magna dicitur, diuturna diaboli tyrannis soluta est, mors exstincta est, fortis ille vinctus est, ejusque vasa direpta sunt, peccatum sublatum, maledictum solutum, paradisus apertus est, coelum pervium factum, homines angelis commixti sunt, medius

κατελύθη τυραννίς, ὁ θάνατος ἐσβέσθη, ὁ ἴσχυρος ἐδέθη, τὰ σκεύη αὐτοῦ διηρπάγη, ἡ ἁμαρτία ἀνῃρέθη, ἡ κατάρα κατελύθη, ὁ παράδεισος ἀνεῴχθη, ὁ οὐρανὸς βάσιμος γέγονεν, ἄνθρωποι τοῖς ἀγγέλοις ἀνεμίγησαν, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ ἤρθη, τὸ θριγκίον περιῃρέθη, ὁ τῆς εἰρήνης Θεὸς εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο μεγάλη καλεῖται ἑβδομάς· καὶ ὥσπερ αὕτη κεφάλαιον τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων, οὕτω ταύτης κεφαλὴ τὸ σάββατον τὸ μέγα· καὶ καθάπερ ἐν σώματι κεφαλή, οὕτως ἐν τῇ ἑβδομάδι τὸ σάββατον. Διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ πολλοὶ τὴν σπουδὴν ἐπιτείνουσι· καὶ οἱ μὲν τὴν νηστείαν αὔξουσιν, οἱ δὲ τὰς ἀγρυπνίας τὰς ἱεράς, οἱ δὲ ἐλεημοσύνην δαψιλεστέραν ἐργάζονται, τῇ περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις σπουδῇ καὶ τῇ συντεταμένῃ περὶ τὸν βίον εὐλαβείᾳ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας τῆς εἰς ἡμᾶς γεγενημένης παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυροῦντες.

paries maceriae sublatus est, velum subductum, Deus pacis in coelum et in terram pacem attulit. Ideo magna hebdomada vocatur: ac quemadmodum illa caput est caeterarum hebdomadarum, ita hujus caput est sabbatum magnum: ac quod in corpore caput, hoc in hebdomada sabbatum. Quamobrem in illa multi studia intendunt; alii jejunium augent, alii vigilias sacras, alii largiorem eleemosynam erogant, bonorum operum studio et pie vivendi accuratione beneficii in nos a Deo collati magnitudinem testificantes.

Ex quibus s. Chrysostomi sententiis plures in synaxarium Sabbati sancti transierunt.

Septimana haec Graecis praeterea est ἑβδομὰς τοῦ σωτηρίου πάθους, *salutiferae passionis*, ejusque dies passim vocant σταυρωσίμους ἡμέρας, τῶν παθημάτων ἡμέρας, prout pluribus exemplis adductis ostendit L. Allatius, *De Dominic. et hebdom. Gr.* n. 21.

Nec praetereundum hoc loco est, vel ipsos imperatores editis legibus sanxisse, ut sacratissima hac hebdomade ab omnibus abstineretur, quae a contemplandis divinis mysteriis abtraherent: ut ita fideles, vacui a reliquis curis atque negotiis totos hos dies rebus religionis tribuerent ac Christum Deum, a quo summa illa et innumerabilia beneficia accepissent, prompto devotoque animo colerent ac venerarentur. Praeclara etiam sunt, quae de hujus

moris observantia idem s. Chrysostomus habet in *homilia in magnam hebdomadam et in psalm. 145* jam citata[1]):

Οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνον ταύτην τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, οὐχ ὡς ἔτυχεν, αὐτὴν τετιμήκασιν, ἐκεχειρίαν πᾶσι δόντες τοῖς τὰ κοινὰ τῶν πόλεων πράττουσι πράγματα, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύσαντες σχολῆς, τὰς ἡμέρας ταύτας ἁπάσας τῇ πνευματικῇ προσέχωσι θεραπείᾳ. Διὰ τοῦτο καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀπέκλεισαν. Ἀργείτω, φασί, πᾶσα ἀμφισβήτησις καὶ μάχης εἶδος καὶ τιμωρίας, ἀναπαυσάσθωσαν μικρὸν τῶν δημίων αἱ χεῖρες. Κοινὰ τὰ κατορθώματα τοῦ Δεσπότου γέγονε· γενέσθω δή τι καὶ παρ' ἡμῶν τῶν δούλων ἀγαθόν. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον αὐτὴν τετιμήκασι τῇ σπουδῇ καὶ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρᾳ οὐκ ἐλάττονι ταύτης. Βασιλικὰ καταπέμπονται γράμματα, λέγοντα τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφίεσθαι τῶν δεσμῶν. Καθάπερ γὰρ ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐν ᾅδου γενόμενος, τοὺς κατεχομένους ὑπὸ τοῦ θανάτου πάντας ἀπέλυσεν· οὕτω δὴ καὶ οἱ δοῦλοι τὰ κατὰ δύναμιν εἰσφέροντες, καὶ τὴν Δεσποτικὴν μιμούμενοι φιλανθρωπίαν, δεσμῶν ἀπολύουσι τῶν αἰσθητῶν, ἐπειδὴ τῶν νοητῶν οὐκ ἰσχύουσι.

Non nos solum hanc hebdomadam veneramur, sed imperatores orbis nostri, nec perfunctorie, ipsam honorant, justitium indicentes omnibus publica urbium negotia tractantibus, ut curis vacui, hos omnes dies spirituali cultu prosequantur. Ideoque fori januas clauserunt. Cessent, inquiunt, lites, jurgia, omnisque concertationis ac supplicii genus; quiescant tantisper carnificum manus. Communia sunt Domini praeclara gesta: fiat etiam a nobis servis aliquid boni. Neque illo solo studio et honore ipsam venerantur, sed et alio non minore. Imperatoriae enim literae mittuntur, quibus edicitur, ut in carcere detentorum vincula solvantur. Quemadmodum enim Dominus noster, quum in infernis esset, eos qui a morte detinebantur omnes solvit: ita et servi, quae in sua potestate sunt afferentes, ac Domini benignitatem imitantes, a sensilibus vinculis solvunt, quum non possint a spiritualibus.

De aliis nominibus majoris hebdomadae pauca haec notasse sufficiat.

Secundum Honorium Augustod. l. c. *hebdomada indulgentiae* vocatur, quod *in ea poenitentes absolvantur*. Aliis est *hebdomada muta*, proprie *ἑβδομὰς ἄπρακτος*, *hebdomada inofficiosa,* quod vacet strepitu forensi caeterisque actibus publicis; aliis *hebdomada poenalis et laboriosa* (gall. *semaine peineuse)*, quod jejuniis et laboribus transigenda sit in memoriam passionis Christi, qui in ea crucem subiit. In Mis-

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 55, p. 520.

sali Ambrosiano *hebdomada authentica* appellatur [1]), quod ab aliis *dominica* vertitur [2]), ab aliis *excellens atque insignis*, ab aliis *canonizata* seu ad normam canonum in ordine ad celebrandum Pascha rite definita, ac cum auctoritate *die Natalis Domini post evangelicam lectionem publice annuntiata* [3]).

Germanis vulgarius tamen appellatur *Charwoche*, in quo vocabulo explicando nostrates antiquitatum medii aevi ac rerum liturgicarum scriptores tempore et otio saepe sunt abusi. En tibi paucula ex multis, quae super hoc nomine finxerunt. Alii nimirum opinati sunt, derivatum nomen esse a *carendo*, sive abstinendo, quod hisce diebus christiani jejunia et vigilias sacras intendant; alii contra docuerunt, rectius a verbo *garen*, origine sua germanico, h. e., *perficere, consummare*, etymon peti, quod hebdomada istaec sit culmen et quasi extremitas jejunii ac poenitentiae, quae absolvitur in ea succedente paschali gaudio. Ast neutri recte, si Binterim audias; is enim nomen dictum putat a *carena*, dictione corrupta et contracta a *quadragesima*, qua in jure strictum jejunium in pane et aqua designatur [4]). Alii *hebdomadam sacram* sunt interpretati, quod *char* idem valeret ac veteribus Latinis *cerus*, Germanis *hehr*, Graecis *ἱερός*; alii *hebdomadam gratiosam* a graeca voce *χάρις*, quod carceribus detenti ex singulari gratia liberi dimitterentur; alii *hebdomadam carrucae*, ab instrumento in *carruca* vicatim circumduci ac pro campanis adhiberi solito ad convocandos fideles; alii aliter. Verum rejectis omnibus hisce explicationibus tenendum cum recentioribus grammaticis est, hebdomadam hoc nomen invenisse ab antiqua voce germanica *Chara* [5]), *luctus, fletus:* ut adeo *Charwoche* ex ipsa vocis etymologia proprie sit *hebdomada feralis et luctuosa*, quod per eam Christi Domini passionem

---

[1]) Videsis *Ord. eccles. Mediolan.* apud Muratori, Antiquit. Ital. med. aev. t. 4, p. 864.

[2]) *Αὐθέντης* = Dominus.

[3]) Huc pertinent quae de legitimo die Paschatis solemniter in ecclesia annuntiando ex cc. *Paschae.* 23. et *Placuit.* 24. Dist. 3. de Cons. enotavimus in *Computo ecclesiastico*, p. 99.

[4]) Cfr. C. *Accepisti* 2. X. de sponsa duorum (IV., 4), et C. *Accusasti.* 8. X. de accusationibus (V., 1).

[5]) Alias etiam *Cara* et *Kara* scribitur.

mortemque doleamus ac comploremus. Qua de re consulantur fratres Jac. et Guil. Grimm, *Deutsches Wörterbuch*, vv. *Charwoche, Karfreitag*, et Weigand, *Deutsches Wörterbuch*, iisdem vocibus.

A praecipuo nomine hebdomadis singuli ejus dies *sancti et magni* dicuntur:

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη δευτέρα.

Slav. *svjatyj i velikij ponedělnik;* rumen. *sant'a sî marea luni.*

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τρίτη.

Slav. *svjatyj i velikij vtornik;* rumen. *sant'a sî marea marti.*

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τετάρτη.

Slav. *svjataja i velikaja sreda;* rumen. *sant'a sî marea miercuri.* — Et ita porro.

In libris liturgicis Graeco-Melchitarum haec nomenclatura arabica occurrit:

Fer. II. *Jaum el-itsnain el-ʿatçîm;*
Fer. III. *Jaum et-tselâtsa-l ʿatçîm;*
Fer. IV. *Jaum el-arbaʿa el-ʿatçîm;*
Fer. V. *Jaum el-kamîs elkebîr elmoqaddas;*
Parasc. *Jaum eldschom ʿat elkebîr elmoqaddas;*
Sabb. sanct. *Jaum essibt el-ʿatçîm.*

De singulis pauca.

Τῇ ἁγ. καὶ μεγ. β'. Ἰωσήφ, τοῦ παγκάλου.

Slav. *V sv. i vel. ponedělnik, Iosifa prekrasnago* sive *blagoobraznago;* rumen. *In s. sî marea luni, alui Josifu celui prea frumosu.*

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δευτέρᾳ, verba sunt Triodii, *μνείαν ποιούμεθα τοῦ μακαρίου Ἰωσήφ, τοῦ παγκάλου, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Κυρίου καταραθείσης καὶ ξηρανθείσης συκῆς,*

Sancta magnaque feria II. memoriam colimus beati et pulcherrimi Joseph et ficus maledictae et exsiccatae;

et illius quidem, quia Joseph, a fratribus venditus, *εἰς τύπον Christi patientis assumitur;* ficus arefactae vero, quia *ex hoc miraculo initium sumpsit sanctissima ejus passio.* Ita synaxarium, in quo post narratam ex divinis literis utramque historiam, Joseph *τοῦ παγκάλου* scilicet et ficulneae maledictae, plura de hac arbore *a senibus sapientibus (παρὰ γερόντων σοφῶν)* traditione accepta ex s. Isidoro Pelusiota l. 1, epist. 51. referuntur, ut ecce,

ὅτι τὸ ξύλον τῆς παραβάσεως τοῦτο ἦν, οὗ καὶ τοῖς φύλλοις εἰς σκέπην οἱ παραβάντες ἐχρήσαντο.

quod ipsa haec arbor transgressionis fuerit, cujus etiam foliis ad corpus tegendum ii, qui mandatum violarunt, usi sint [1]).

Τῇ ἁγ. καὶ μεγ. γ'. τῶν δέκα παρθένων παραβολῆς.

Slav. *V sv. i vel. vtornik, pritčja o desjati děvach;* rumen. *In s. sî marea marti, a parabolei celoru diece virgine* [2]).

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τρίτῃ, τῆς τῶν δέκα παρθένων παραβολῆς, τῆς ἐκ τοῦ ἱεροῦ εὐαγγελίου, μνείαν ποιούμεθα.

Sancta magnaque feria III. memoriam facimus evangelicae parabolae decem virginum.

Huic titulo longius synaxarium subjicitur, quod ita incipit:

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀναβαίνων εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἐπὶ τὸ πάθος ἐρχόμενος, τὰς τοιαύτας παραβολὰς τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς ἔλεγεν. Εἰσὶ δὲ ἃς καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἀπέτεινε.

Dominus Noster Jesus Christus ascendens Hierosolymam, et ad passionem procedens similes parabolas propriis discipulis enuntiavit. Sunt porro inter eas nonnullae, quas ad Judaeos ipsos intorquebat.

Τῇ ἁγ. καὶ μεγ. δ'. τῆς πόρνης γυναικός.

Slav. *V sv. i vel. sredu, ženy bludnicy;* rumen. *In s. sî marea miercuri, a mulierei pecatóse* [3]).

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 78, pp. 213—214.

[2]) In antiquioribus libris passionis *(strasnik)* festi titulus est: *a pildei celoru diece fete* sive *a asemanarei celoru diece fete.*

[3]) In vetustioribus libris *strasnik* legitur: *a muierei curve.*

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τετάρτῃ [1]) τῆς ἀλειψάσης τὸν Κύριον μύρῳ πόρνης γυναικὸς μνείαν ποιεῖσθαι οἱ θειότατοι πατέρες ἐθέσπισαν, ὅτι πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους μικρὸν τοῦτο γέγονε.

Sancta magnaque feria IV. peccatricis mulieris, quae unguento Dominum unxerat, memoriam agi, sanctissimi patres decreverunt, quod id factum paulo ante salutiferam passionem contigerit.

Hanc unctionem Graeci existimant aliam ab ea, quam Joannes memorat ante sex dies Paschae in domo, ut videtur, Lazari factam et ipso cum Jesu recumbente, ac ministrante Martha, quod sane videtur habere planus scripturae textus. Callistus Xantopul. autem de mente s. Joannis Chrysostomi in prolixo hujus diei synaxario non tantum aliam unctionem putat, sed et aliam ungentem, in quo tamen adversatur traditio ecclesiae occidentalis, quemadmodum observavimus supra tomo 1, p. 220. Nihil profecto vetat, — verba sunt Combefisii in *notis in s. Andream Cretensem*, — ut ne impensior in obsequium Domini Maria, quem, concepta ex fratris resuscitatione Judaeorum invidia, morti proxime tradendum vel sciret vel conjiceret, iterum ac velut in sepulturam ejus, quam praeveniret, unxerit. Sed ea de re videri possunt ipsae egregiae auctoris *notae in odas hebdom. magn. a s. Andrea Cretensi conscriptae*, apud Migne, Patr. gr. t. 97, pp. 1399—1400. Eo sensu autem *πόρνη* sive *ἁμαρτωλός γυνή* dicitur, quod esset eadem ipsa, quae olim, sub medium praedicationis vere *peccatrix*, ac tunc primum conversa, Dominum unxisset, ut s. Lucas refert c. 7. Cfr. eundem Combefis. ibid. pp. 1409—1410.

Quemadmodum ecclesia graeca hodie recolit mysterium *unguenti in diem sepulturae* Christi praeparandum effusi (Joan. 12, 7), ita et in ecclesia occidentali multis in locis idem hic dies a *paranda festivitate paschali* nomen accepit; ut, quum v. g. apud Cechoslavos dicitur *sázometná st.*, h. e., *feria IV. fuliginem everrens* [2]); quod nimirum maximo festo jam appropinquante omnia studiosius emundentur, ne quid inconcinni et sordidi in tanta solemnitate oculos offendat [3]). Quin et a *nigredine* fuliginis, hodie ex caminis

[1]) Antiquiores editiones habent τετράδι.
[2]) Cfr. Brandl, *Glossar.* p. 324.
[3]) Relege quae ea de re diximus tomo 1, p. 190.

et parietibus abstergendae ac converrendae ipsa haec feria IV. *nigra (černá st.)* vocatur[1]).

De sacro triduo Passionis.

In ecclesia latina hodie vespere incipit *officium tenebrarum;* triduo proxime sequenti enim Matutinum cum Laudibus etiam in choro recitatur pridie sero hora competenti; ita nimirum, ut absolvatur post occasum solis, incipientibus fieri tenebris, quapropter et *officium tenebrarum* nuncupari post alios existimat Burius *Onomastic. etymolog.* verbo *Matutinum.* Propius tamen accedere ad verum videtur, *tenebrarum officium* vocari propter luminum exstinctionem, tenebras et obscuritatem, in recitando hoc officio fieri solitas, quarum mysticae rationes hae sunt: 1. quia Ecclesia in moerore luctuque est propter passionem et mortem Domini; 2. ad significandum, quod moriente Domino *tenebrae factae sunt in universam terram, et obscuratus est sol;* 3. quia sol justitiae et lux mundi Christus Dominus exstinctus in cruce est. Verum ea de re consulantur auctores, qui sacratissimi hujus tridui caeremonias accuratius explicarunt: Durand. *Rational.* c. 72—85; vulgat. Alcuin. *De divin. offic.* cc. 16—19[2]); Rupert. Tuitien. *De divin. offic.* libris 5, et 6[3]); Amalar. *De eccl. offic.* l. 4, c. 22; Raban. *Institut. cler.* l. 2, cc. 35—38[4]), et — aliis omissis — Benedict. XIV. *De fest. Dom.* §§ 118 seqq.; Ferd. Tetam. *Diar. liturgico-theologico-moral.* tom. 2, l. 4, part. 2, c. 8; Binterim, *Denkwürdigkeiten,* tom. 5, part. 1, c. 4, § 7.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ.

Slav. *V svjatyj i velikij četvertok;* rumen. *In sant'a sî marea Joi.*

Mysteria hujus diei propria Triodium hac formula enuntiat in titulo synaxarii:

Οἱ τὰ πάντα καλῶς διαταξάμενοι θεῖοι πατέρες ἀλ-	*Qui omnia bene disposuerunt, divini patres unus post*

[1]) Cfr. Brandl, *Glossar.* p. 324.
[2]) Apud Migne, Patr. lat. tom. 101, pp. 1203—1222.
[3]) Ibid. tom. 170, pp. 129—192.
[4]) Ibid. tom. 107, pp. 347—350.

ληλοδιαδόχως ἔκ τε τῶν θείων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων, παραδεδώκασιν ἡμῖν τέσσαρά τινα ἑορτάζειν· τὸν ἱερὸν νιπτῆρα, τὸν μυστικὸν δεῖπνον (τὴν παράδοσιν δηλαδὴ τῶν καθ' ἡμᾶς φρικτῶν μυστηρίων), τὴν ὑπερφυᾶ προσευχὴν καὶ τὴν προδοσίαν αὐτήν.

alium tum ex divinis Apostolis, tum ex sanctis evangeliis, nobis quatuor celebrare tradiderunt: sacram pedum ablutionem, mysticam coenam (horrendorum nempe apud nos mysteriorum exhibitionem), supernaturalem orationem et proditionem ipsam.

Ὁ νιπτήρ. *Lotio pedum.*

Slav. *Umovenija nog;* rumen. *Spalarea petiéreloru.*

Νιπτήρ, proprie vas lavandis sive manibus *(malluvium)* sive pedibus *(pelluvium, pelvis),* ut apud Joan. 13, 5; a verbo νίπτω, et, quod frequentiori in usu est, med. νίπτομαι, *lavo, abluo.* Graecis autem hoc loco est *Lotio pedum,* ex praescripto τῆς ἀκολουθίας τοῦ θείου καὶ ἱεροῦ νιπτῆρος, quae in eorum Euchologio describitur [1]), solemni ritu peragenda.

Lavipedium Latinis *mandatum* dicitur, quia Christus Dominus quemadmodum ipse fecerat, ita ut a suis fieret *mandavit.*

Ex graeco *Officio divini et sacri lavipedii* de ipso lotionis ritu pauca haec enotasse satis fuerit: Chorum apostolicum duodecim fratres lavandi *(οἱ μέλλοντες νιφθῆναι)* repraesentantes primum locum ostiario *(πυλωρῷ),* Judae traditoris personam sustinenti, assignant, ultimum oeconomo *(οἰκονόμῳ),* Petri vices agenti.

Dramati similis est evangelii lectio τοῦ νιπτῆρος; non enim ex solis evangelii verbis constat, sed actio tota perficitur personis sermones ad invicem conferentibus et actiones gestaque, prout in evangelio enarrantur, sermoni admiscentibus.

Ἄρχεται νίπτειν ἀπὸ τοῦ πυλωροῦ μέχρι τοῦ οἰκονόμου.

Judas, a quo initium fit, paulo irreverenter [2]) pedem lavandum profert, ad cordis duritiam exprimendam.

Dum alii decem lavantur et absterguntur, verba evangelii morose prolata frequentius repetuntur usque ad ἔρχεται οὖν πρὸς τὸν Σίμωνα Πέτρον, quibus lectis evangelista tacet.

---

[1]) Apud Gretser., Ποδόνιπτρον sive *Pedilavium,* c. 10, opp. t. 4, part. 2, pp. 195—199 (edit. Ratisbon. an. 1734), et apud Goar. *Euchology. gr.,* pp. 591—596. De lavipedio ab imperatore in aula celebrato consulendus est Codin. *de offic. CP.* c. 12. apud Migne, Patr. gr. t. 157, pp. 85—88.

[2]) Μεθ' αὐθεντίας dicunt Graeci. Ita Goar. p. 596, n. 12,

Tum loquendi ordinem suscipit ipse oeconomus, et pontifici jamjam loturo, ait: *Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;* Legit evangelista: *ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ.* Subjungit pontifex: *ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα.* Oeconomus manu, lacrimis, vultu, corpore toto reluctans: *οὐ μὴ νίψεις τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα.* Evangelista: *ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς.* Pontifex severiori vultu: *ἐὰν μὴ νίψω σε κτλ.* Tandem pontifex haec verba prolaturus: *ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες,* oculis ad ostiarium conversis, eo manu indicato in ejus persona Judae proditionem sugillat[1]).

Ὁ δεῖπνος ὁ μυστικός. Coena mystica.

Slav. *Tajna večera;* rumen. *Cin'a cea de taina*[2]).

Ὁ δεῖπνος, forma novitia pro *τὸ δεῖπνον,* de qua videri potest editio Parisiensis *Thesauri gr. ling.* olim a H. Stephano constructi, t. 2, p 961. Sumitur autem *δεῖπνον* vel pro coena convivali, ut in dictionibus *δεῖπνον ποιεῖν, πρὸς δεῖπνον καλεῖν,* vel *καταχρηστικῶς* pro ipso cibo in coena apposito, ut quum exempli causa *δεῖπνα θαλάσσης* pisces vocantur. De origine vocabuli *δεῖπνον,* sicut et nominis *ἄριστον,* quod eidem opponitur, plura invenies apud Curtius *Grundzüge d. gr. Etym.* locis in *Indice graeco* signatis pp. 740 et 745.

Coenam mysticam seu *dominicam*[3]), h. e, augustissimum eucharistiae sacramentum varie nuncupant Patres, ut ecce: *δεῖπνον βασιλικόν, δεσποτικόν, ἱερόν, φρικωδέστατον, θειότατον καὶ ἀρχισύμβολον*[4]). Quaerunt autem, cur *δείπνου* potius seu *coenae,* quam *ἀρίστου* vel *prandii* nomine divinam eucharistiam donaverit Apostolus. S. Joan. Chrysost. *hom.* 27. in eund. loc. causam affert: *παραπέμπων αὐτοὺς ἤδη τῇ ἑσπέρᾳ καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ Χριστός, διὰ τοῦτο καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσεν: ut remitteret illos jam inde ad illam vesperam, qua Christus tremenda mysteria tradidit; propterea etiam τὸ ἄριστον vocavit δεῖπνον*[5]). Dicta

---

[1]) Haec et alia consimilia, scitu non indigna, lectori sacrorum rituum cupido, volupe erit cernere a Goario in *Officium lavipedii* more suo docte annotata l. c.

[2]) Nostrates in Transsilvania jam scribere solent *cen'a cea mistica.*

[3]) *Δεῖπνον κυριακόν.* Ita s. Paul. I. Cor. 11, 20.

[4]) Cfr. Suicer., *Thesaur. eccles.* sub v. *δεῖπνον,* n. 3.

[5]) Apud Migne, Patr. gr. t. 61, p. 227.

igitur *coena* in honorem primae institutionis, quae notante s. Cypriano *epist. 63, a Christo facta est circa vesperam diei, ut hora ipsa sacrificii ostenderet occasum et vesperam mundi* [1]).

Aliam rationem dat s. Gregor. M. *hom. 36. in Evangel.* ita scribens: *Hoc convivium Dei non prandium, sed coena vocatur, quia post prandium coena restat, post coenam vero convivium nullum restat; quia aeternum Dei convivium nobis in extremo praeparabitur, rectum fuit, ut hoc non prandium, sed coena vocaretur* [2]).

Ὁ δεῖπνος ὁ μυστικός. — De azymo et fermentato.

Circa *mysticam coenam*, quam altero loco celebrari vidimus ex annuntiatione festi, Callistus Xantopul. duos errores in hodierno et sequentis feriae synaxario tradit: 1° Christum antecepto tempore Pascha celebrasse [3]), eundemque 2° non in azymo,

[1]) Apud eund. Patr. l., t. 4, p. 398.

[2]) Ibid. t. 76, p. 1267. — In eundem ferme sensum Theophylactus solvit quaestionem, cur Christus mysterium regni coelorum sive vocationis hominum ad regnum coeleste *coenae convivalis* similitudine depingat Luc. 14, 16:

Δεῖπνον ἐκάλεσεν τὴν οἰκονομίαν ταύτην, ἐπειδὴ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς καὶ οἷον ἐπὶ δυσμαῖς τοῦ αἰῶνος ἦλθεν ὁ Κύριος.	*Coenam appellavit oeconomiam istam, quoniam extremis temporibus et quasi sub occasum saeculi venit Dominus.* (Apud Migne, Patr. gr. t. 123, pp. 935—936.)

[3]) *Ὁ δὲ Χριστὸς πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦτο ἐποίησε.* Ita synaxar. magnae feriae VI. — Quoniam etiam ex catholicis sunt, qui putent, Christum Paschatis celebrationem uno die anticipasse (cfr. Petav. *Doctrin. tempor.*, l. 12, c. 16, et in *notis ad s. Epiphan. advers. haeres., l. 2, haeres. 51, n. 22:* apud Migne, Patr. gr. t. 42, pp. 981—982), Romani Pontifices, magna indulgentia in Graecos ut sunt, huic sententiae ex editionibus catholicis expungendae non instituerunt, dummodo tamen probra in azymorum usum conjecta sedulo delevissent. Sic editiones (graeca) Bononiensis anni 1724 et (rumena) Balasfalvensis anni 1817 vulgatum Callisti textum ita repraesentare potuerunt:

Ὅρα δὲ, ὅτι οὐ τοῦτο ἦν τὸ νομικὸν Πάσχα· δεῖπνος γὰρ καὶ κλίσις καὶ ἄρτος καὶ ὑγρόν, ἐκεῖ δὲ πάντα ὀπτὰ πυρὶ καὶ ἄζυμα.	Sî vedî: cà n'au fostu aceea Pasca jîdoveasca: pentruca cina, sî siedere, sî pane, sî apa au fostu; éra acolo tóte fripte pe focu, sî fora de aluatu.

Eam ob causam clericis Munkacsiensibus in summa laude ponendum est, quod in commentario supra citato p. 98, vulgari hoc errore rejecto, veram sententiam recte omnino expresserint his usi verbis p. 65: *Ma is (az Ur)*

sed in fermentato pane consecrasse; atque inde, Michaëlem Caerularium secutus [1]), cogitatam injuriam Latinis caeterisque omnibus infert, quos panis fermentati usus in ss. missae sacrificio non pudeat. En ipsa ejus verba:

Εἶτα βραχύ τι διαλιπών, λαβὼν τὸν ἄρτον λέγει· Λάβετε, φάγετε· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, εἰπών, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Πλὴν καὶ αὐτὸς τοῦτο ποιῶν, ἤσθιε καὶ ἔπινε μετ' αὐτῶν· Ὅρα δέ, ὅτι ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ τῇ θυσίᾳ ἄζυμον προσφέροντες [2]).

Deinceps paulo post assumpto pane dicit: *Accipite et manducate;* et calice similiter: *Bibite ex hoc omnes,* dicens: *hic est sanguis meus novi Testamenti; hoc facite in meam commemorationem.* Id etsi Ipse faceret, comedebat tamen et bibebat cum ipsis. Vide autem quod panem vocat corpus suum, non item azymum. Confundantur itaque, qui in sacrificio azymum offerunt!

---

a törvény szerint, a husvét hónapjának 14. napján áldozik, a husvéti bárány az elöirt törvény szerint megeszi. — Caeterum quae de recta interpretatione textuum biblicorum huc spectantium sint controversiae inter doctores catholicos, nosci potest apud Marković, *O Evkaristiji s. osobitim obzirom na epiklesu:* cujus operis merita, natura archetypi Germanis inaccessi, e croatico in lucem communem protulit Xav. Beller in Actis Oenipont. „Zeitschrift für kath. Theologie“, 1896, pp. 342—351.

[1]) Michaël Caerularius, patriarcha CP. ab anno 1043 ad an. 1054, quem Photianum schisma diu jam exstinctum instaurasse vidimus tom. 1, pp. 212—213, p. 306 et p. 458, duabus epistolis, quarum alteram dedit ad Joannem, Trannensem in Apulia episcopum (apud Migne, Patr. l. t. 143, pp. 793—798), alteram ad Petrum, catholicum patriarcham Antiochenum (ibid. pp. 555—558), Occidentales foedis verborum contumeliis insectatus est propter usum azymi. Sed impium hominem solide refutarunt s. Leo PP. IX. praeclaris *epistolis 100.* (ibid. pp. 744—769) et *102.* (ibid. pp. 773—777). et Card. Humbertus, Silvae Candidae episcopus, notissimo illo *dialogo adversus Graecorum calumnias*, e quo fragmentum jam dedimus supra pp. 15—16. Integer exstat apud Migne, l. c. pp. 927—974.

[2]) Contumeliosum hoc in catholicos incisum, cujus ἀρχιτέλεια, *principium et finis*, sunt Ὅρα δέ — προσφέροντες ex editionibus catholicis quidem expunctum est; verum in omnes alias versiones austriaco-hungaricas, quas memoravimus supra pp. 21—22, ad verbum transiit! Quod certe in nostris provinciis eo inexplicabilius accidere debet, quod idem Callistus vel in ipsorum sapientiorum Graecorum reprehensionem propter hodiernum synaxarium incurrit. Sic, ut ejus rei ex multis testibus unum audiamus, Josephus Methonensis in *Apologia* supra adducta p. 24. fusiorem illius synaxarii refutationem gravissimo hoc testimonio severoque judicio exorditur l. c. pp. 1217—1218:

Ὡς ἂν δὲ καὶ Νικηφόρου Καλλίστου, τοῦ Ξανθοπούλου, μνησθῶ,

Ut autem Nicephori Callisti Xanthopuli mentionem faciam, subit mihi

Contumeliam in azymorum usum factam authentice propulsavit sancta Synodus Florentina anni 1439, edita hac solemni *definitione:*

Ἐν ἀζύμῳ ἢ ἐνζύμῳ ἄρτῳ σιτίνῳ τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα τελεῖσθαι ἀληθῶς, τούς τε ἱερεῖς ἐν θατέρῳ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ὀφείλει τελεῖν, ἕκαστον δηλονότι κατὰ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας εἴτε δυτικῆς εἴτε ἀνατολικῆς συνήθειαν·

In azymo sive fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in alterutro ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suae ecclesiae sive occidentalis sive orientalis consuetudinem [1]);

ideoque jam a schismaticis ad Ecclesiam catholicam redeuntibus expressa declaratio exigitur, quod juxta oecumenici concilii definitionem, panem azymum etiam recte consecrari non ambigant [2]).

Quomodo autem praeter s. Leonem IX. et Card. Humbertum, heic jam adductos p. 222, doctissimi viri, et Graeci [3]) et Latini, errores Caerularii, Callisti aliorumque diligenter refutarint, norunt eruditi theologi omnes. Si quis longiores ea de re disputationes in pauca collatas videre velit, adeat saepius jam laudatum

ἔπεισί μοι καὶ σφόδρα γελᾶν· ὃς ἐφιλοτιμήθη μὲν συγγράψαι τὰ ἐν τῷ Τριῳδίῳ νῦν εὑρισκόμενα συναξάρια· τῇ ῥύμῃ δὲ τῆς κακίας τοῦ σχίσματος κινηθείς, ἔγραψε καὶ περὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὑποθέσεως μεγάλα καὶ θαυμαστά. Ὅτι δὲ ταῦτα ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀνεγινώσκοντο, πάντες ἴσασι, καὶ οὐ δεῖ με περαιτέρω προβαίνειν· ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πόλει τινὲς κατέταξαν ἐν τῷ Τριῳδίῳ, ὡς εὑρίσκονται. Ὅτι δὲ λίαν ἀσυλλόγιστα, ὁ βουλόμενος ἀναλεξάσθω τὰ αὐτῷ εἰρημένα καὶ εὑρήσει αὐτὸν ἐν πολλοῖς ἑαυτῷ ἀντιλέγοντα — κτλ.

admodum ridere: qui ambitiose contendit, ea, quae nunc in Triodio synaxaria reperiuntur, conscribere: impetu vero pravitatis motus, de proposito nobis argumento magna et admirabilia scripsit. Sed quod ea Constantinopoli non legerentur, omnibus est compertum: nec oportet me ulterius procedere. In hac urbe tantum quidam in Triodio, quemadmodum inveniuntur, collocaverunt; esse autem ea valde irrationabilia, si quis scire desiderat, legat quae ipse composuit, reperietque eum in plerisque sibi ipsi pugnantem etc.

[1]) Apud Hardouin. Conc. t. 9, p. 422.

[2]) Vide quae ea de re scripsimus in Oenipontanis Actis literariis *Zeitschrift für kath. Theologie,* 1880, pp. 374—375.

[3]) In his eminet Josephus episcopus Methonensis, qui egregia et praestantissima sua *Apologia pro quinque capitibus synodi Florentinae* supra laudata pp. 24—26, cuncta quae ad hanc controversiam pertinent, Graecis late explicat c. 2, tali lemmate praefixo:

Περὶ τῆς μυστικῆς καὶ ἱερᾶς τελετῆς, ὅπως δι' ἀζύμων τε καὶ ἐνζύμων ὀρθοδόξως καὶ ἀληθῶς τὸ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ σῶμα ἱερουργεῖται.

De mystico et sancto sacrificio, quod in azymo et fermentato orthodoxe et vere Christi Dei corpus conficitur. (Apud Migne, Patr. gr. t. 159, pp. 1189—1228).

Benedictum PP. XIV. l. c. §§ 138—152, ubi etiam recentiores auctores indicatos inveniet, qui totum hoc argumentum abunde pertractarunt. Novissime magno numero accesserunt Theologiae periti, qui in suis responsis ad polemicas literas circulares patriarchae CP. et synodi ejus ex an. 1895 veritatem catholicam solidissimis argumentis et testimoniis confirmarunt. In iis eminet insignis doctrinae vir Salvator M. Brandi, qui gratae serviens brevitati, quaestiones omnes, quae ad infelicem discordiam inter utramque ecclesiam spectant, quaeque a plurimis doctoribus sparsim reperiuntur per varia opera disputatae, adeo succincta atque erudita pertractatione est complexus, ut magnopere commendandus sit[1]). — Denique si id adnotari meretur, in transitu subjungimus, nonnullorum schismaticorum impudentiam eo processisse, ut, quum reliquis omnibus rationibus se viderent destitutos, fidenter assererent, inter sacras reliquias palatii CPolitani etiam particulam panis fermentati, a Christo in ultima coena adhibiti, conservatam fuisse, quam quum vidissent catholici eandem cum fermentato, argumenti ejusdem evidentia convictos obmutuisse! *Λήρους* contemptim, ut merentur, refellit L. Allatius *Exam.* Triodii nn. 220—223.

Missis igitur quae repetere instituti ratio non sinit, potius ostendemus, vel ipsos sapientiores e Graecis indifferens plane existimasse, pane sive azymo sive fermentato in consecratione eucharistiae uti. En tibi ejus persuasionis duos locupletissimos testes, Theorianum et Nechiten, quibus certe omnis fides habenda est.

Theorianus, vir sane doctissimus, cujus late nomen universus insonuit Oriens christianus, quum Manuelis Comneni ad s. Nerseten[2]), Armeniorum Catholicum seu patriarcham, pro fide orthodoxa legatus anno 1170 ingenii consiliique sui lumen ostendit[3]), in epistola ad monachos monticolas, de nonnullis ecclesiasticae disciplinae capitibus scripta, de augustissimo altaris mysterio praeclara haec habet[4]):

---

[1]) Dell'unione delle chiese. Risposta al patriarca greco di Costantinopoli. Terza edizione, con ritocchi e giunte. Roma. Civiltà Catt. 1896.

[2]) De *s. Nersete Clajensi,* quem supra jam laudavimus p. 9, deque memorabilibus ejus cum Theoriano colloquiis, ultimus egit Rmus. Balgy, *Historia doctrinae christianae inter Armenos,* c. 6, pp. 33 seqq., exhibitis etiam integris disputationibus in appendicibus 4 et 5, pp. 220 seqq. De eo sermo redibit in anno eccles. Armenor., fer. II. post Dominic. III. post Assumption. Deiparae.

[3]) Vide quae de toto hoc negotio nova e codicibus Vaticanis eruit Card. Mai, relatus apud Migne, Patr. gr. t. 133, pp. 113—118, quibus etiam Rmus. Balgy passim est usus.

[4]) Initium hujus epistolae idem Rmus. Balgy latine producit (p. 33) ex Migne, l. c. p. 298, ubi graece et latine habetur.

Περὶ τῆς θείας κοινωνίας.

Τοῖς μέν τοι βουλομένοις εἰπεῖν περὶ τῆς θείας κοινωνίας, εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἐν τῷ δείπνῳ ἐγένετο, χρόνου μακροῦ καὶ τελειοτέρου συγγράμματος ἀνάγκη. Ἡμῖν δὲ τὰ πολλὰ παρωσαμένοις, τὸ χρήσιμον καὶ εἰρηναῖον καὶ εἰρηνεῦον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τὸ οἰκονομικώτερον καὶ ἀναγκαιότερον καὶ τῆς ἀληθείας ἐχόμενον ῥητέον. Ὁ θεῖος ἄρτος πρὸ μὲν τοῦ ἁγιασθῆναι, εἴτ' ἄζυμος εἴτ' ἔνζυμος ἦν, ἀδιαφόρως ἄρτος ἐστί τε καὶ λέγεται πρὸς τῶν θείων λογίων, ὡς ὕστερον δείξομεν· μετὰ δὲ τὸ ἁγιασθῆναι, οὔτε ἔνζυμος, οὔτ' ἄζυμος, ἀλλὰ σῶμα καὶ σὰρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ οὐκ ἄλλη οὔτ' ἄλλη· μία γάρ ἐστι καὶ αὐτὴ ἡ ἐκ τῆς ἀφθόρου Παρθένου καὶ Θεοτόκου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Λόγου ληφθεῖσα, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθημένη, καὶ ὑφ' ἡμῶν τῶν ὀρθοδόξων μυστικῶς μεταλαμβανομένη· διὸ καὶ μυστήριον λέγεται ὡς κρύφιον, καὶ τοῖς πολλοῖς οὐ καταληπτόν· μεταβάλλεται γὰρ τὰ θεῖα δῶρα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ· ἡ ἱεροκρυφία δηλοῖ· Σὲ παρακαλοῦμεν, ἅγιε ἁγίων, εὐδοκίᾳ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ πανάγιον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ εὐλογῆσαι αὐτὰ καὶ ἁγιάσαι, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ ἐν τῷ πο-

De divina communione.

Volentibus dicere, utrum divina communio azymis an non azymis in coena peracta fuerit, longo tempore opus est et pleniore scriptura. Nos itaque multis praetermissis, id tantum dicemus, quod utile est et pacificum et paciferum, vel potius quod est magis commodum ac necessarium et veritatis tenacius. Venerabilis ille panis, antequam sanctificetur, sive azymus sit sive non azymus, aeque panis et est et dicitur in divinis scripturis, ut postea demonstrabimus. Post sanctificationem vero neque fermentatus est neque azymus, sed corpus atque caro Domini nostri; neque haec alia est atque alia, sed illa una eademque, quae de incorrupta Deipara Virgine a Deo Verbo sumpta fuit, quaeque ad Patris dexteram sedet, et a nobis orthodoxis mystice sumitur: proptereaque mysterium dicitur, utpote arcanum et vulgo haud intellectum. Revera enim divina munera convertuntur a Sancto Spiritu in Christi corpus ac sanguinem. Id quod ab arcana sacra formula sic demonstratur: Te rogamus, sancte sanctorum, ut beneplacito bonitatis tuae veniat Spiritus sanctissimus tuus super nos et super proposita munera ista, eaque benedicat et sanctificet[1]),

[1]) Ad eandem hanc *Spiritus sancti cooperationem* in divinis redemptionis nostrae mysteriis perficiendis spectant, quas Latini identidem in Missa preces effundimus, ut quum ante communionem generatim oramus: *„Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris,* cooperante Spiritu sancto, *per mortem tuam mundum vivificasti,* vel quum, speciatim in ordine ad sanctissimam eucharistiam conficiendam, ad offertorium solemnem adhibemus *ἐπίκλησιν: „Veni sanctificator, omnipotens aeterne Deus, et benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini prae-*

τηρίῳ τούτῳ, αὐτὸ τὸ τίμιον αἷμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καί Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ οὖν τὸ θεῖον (πνεῦμα) μεταβάλλει τὰ προκείμενα δῶρα εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, περισσὸν λοιπὸν τὸ φιλονεικεῖν, εἰ ἐξ ἀζύμων ἢ ἐνζύμων ἦν, ἢ λευκοῦ ἢ ἐρυθροῦ τυχὸν οἴνου· καὶ τοιαύτας τινὰς περιεργείας μωρὰς περὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων διερευνᾷν.

ostendatque panem quidem hunc ipsum pretiosum corpus Domini et Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi; quod autem in hoc calice est, ipsum pretiosum sanguinem Domini et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Si ergo divinus Spiritus proposita in corpus et sanguinem Christi munera convertit, supervacaneum jam erit contendere, utrum id in azymis, an potius in non azymis effectum fuerit, et utrum in albo an rubro fortasse vino; et stultas hujusmodi curiositates circa tremenda mysteria scrutari[1]).

Alterum ejusdem veritatis testem omni exceptione majorem producimus celeberrimum Antistitem graecum Nechiten *(Nicetam)*, archiepiscopum Nicomediensem, qui in collatione, quam *de causis dissidii inter utramque ecclesiam* habuit (an. 1145) in abside s. Sophiae cum Anselmo, episcopo Havelbergensi, Lotharii imperatoris legato ad Joannem Comnenum imp., *praesentibus Graecorum sapientibus*[2]) haec solemniter declaravit[3]): *Hoc de mea persona puto, et dico, omnes Graecorum sapientes ab hac mea sententia non discrepare. Si ergo forte essem, ubi nullatenus fermentum habere possem, et azyma praesto et paratum esset, et ego missam cantare, ac Domino sacrificium altaris offerre vellem, ego profecto azyma non horrerem, sed fiducialiter ad offerendum sacrificium Deo paratum*". — Neque omittendum hic est, nuperrime fuisse ab excellentis doctrinae viro de Waal ingeniosam conjecturam propositam in Actis Moguntinis „Katholik" (1896, I. 395 seqq.), apud Latinos scilicet veram ἐπίκλησιν, si non expressis verbis, re tamen et facto, haberi in illa manuum expansione (χειροτονίαν vocat), quae ante consecrationem fit ad verba „Hanc igitur oblationem"; quam expansionem tamen, ut varietas identidem delectat, ex mente Graecorum non tam χειροτονίαν, quam χειροθεσίαν dixerim, quum non ipsam consecrationis gratiam immediate atque ex se producat, sed tantum comes sit deprecationis, qua Spiritus s. invocatur ad dona oblata sanctificanda. Conjecturam consideratione sane dignissimam iis examinandam relinquo, qui antiquitates liturgicas sibi proprio studio colendas sumpserunt. Ex artis suae praeceptis eam judicent, qui pollent judicio.

[1]) Erutum hoc Theoriani testimonium est ex Codice Vaticano 1481 vulgatumque apud Migne, Patr. gr. tom. 99, pp. 1719—1720.

[2]) Anselm. Havelberg. *Dialog.* l. 3. c. 1. (Apud Migne, Patr. l. t. 188, pp. 1209—1211).

[3]) Lib. cit. c. 19 (ibid. p. 1239).

immaculatum consecrarem et fideliter communicarem, et Graecis, si forte adessent, ad communicandum praeberem. . . . Verum quoniam plures sunt pusillanimes, quam in fide docti et constantes, et turba, quae legem discretionis non novit, facillime scandalizatur, hoc operae pretium esset, ut omnes tam Latini quam Graeci studiosissime in Domino elaborarent, quatenus generale concilium congruo loco et tempore in unum convenientes celebrarent, et aut omnes universaliter ritum azymi, aut omnes universaliter ritum fermenti uniformiter assumerent, aut si hoc vel illud universaliter sine minimo, aut sine nimio scandalo alterius partis vel gentis non posset fieri, saltem in hoc convenirent, quod nec isti illos propter azymum nec illi istos propter fermentum, quod isti consueverunt, temere judicarent, sed mutua pace sibi invicem indulgerent, et hac occasione caritas sancta non destrueretur. Ad haec colloquium finiendo Anselmus respondit Nechitae[1]): *Tu qui generale concilium desideras, videtur quod id quod catholicum est, intendas; ideoque et ego concilium universale futurum exopto, ubi tua sapientia, tua eloquentia, tua sanctitas, tua maturitas, tua discretio, tua mansuetudo, tua modestia, tua religio, tua constantia . . . in facie totius ecclesiae ad salutem et doctrinam omnium possit elucescere. Hoc mea humilitas . . . meus affectus, meum desiderium semper optare non cessabit.* Universi clamantes dixerunt: *Doxa soi, o theos, Doxa soi, o theos, Doxa soi, o theos. Kalos dialogos. Holographi, holographi.*

Ita ipsi sapientissimi Orientales non minus quam Latini[2]) panem sive azymum sive fermentatum consecrari, rem plane *ἀδιάφορον* atque extra sacramenti essentiam positam considerabant.

Verum sequiores Graeci, *κακοζηλίας* aliisque humanis affectibus judicium aliorsum rapientibus, ne vel minimum cessisse viderentur Latinis, cauto hoc proboque consilio adeo non acquieverunt, ut ex eo tempore immo majori usque acritate in catholicos veluti in flagitiosissimos Christi institutorum praevaricatores (*Azymitas*[3]) haereticos per contumeliam vocabant) debaccharentur, et Michaelis Caerularii errorem de solo pane fermentato in s. liturgia adhibendo, receptis quae saeculo 14. Callistus composuerat[4]) synaxa-

---

[1]) Lib. cit. c. 21 (ibid. p. 1248).

[2]) Latinorum sententiam authentice perscripsit s. Gregorius PP. VII., in *epistola ad aeppum. Synadensem* d. d. 6. Junii an. 1080 (l. 8, epist. 1): *Illi* (Graeci) *quidem suum fermentum commendantes, reprehensionis in nos levissima verba contumaciter jaculari non desinunt. Nos vero azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum fermentum nec vituperamus nec reprobamus* (apud Migne, Patr. l. t. 148, p. 573).

[3]) Erant et ex latinis scriptoribus qui Graecos vicissim *fermentaceos*, seu *fermentarios* vocarent. Vide Du Cange, Glossar. lat. v. *fermentacei.*

[4]) Nicephorum Callistum, cujus synaxaria Triodio sunt inserta, circa

riis, in precibus liturgicis solemniter profiterentur, ac tandem, contra oecumenicae synodi definitionem, dogmatis instar in *librum symbolicum ecclesiae orientalis* referrent. Quippe

Ὀρθόδοξος ὁμολογία τῆς πίστεως τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς,

Orthodoxa confessio fidei catholicae et apostolicae ecclesiae orientalis,

a *Petro Mogila,* metropolita Kioviensi, primum edita anno 1642, deinde vero a quatuor patriarchis orientalibus solemnissime confirmata die 11. Martii an. 1643[1]), de requisitis ad augustissimam eucharistiam agens *part. 1, quaest. 107,* inter alia statuit:

Πρέπει νὰ προσέχῃ, νὰ εἶναι ἡ πρεπουμένη ὕλη ἤγουν ἄρτος σίτινος ἔνζυμος, ὅσον δυνατὸν καθαρός.

Oportet attendere, ut sit materia conveniens, hoc est panis triticeus[2]) fermentatus, *quantum fieri potest, purus.*

Quem locum Barbu Constantinescu, Doctor rumenus, in nuperrima sua versione *Orthodoxae confessionis*[3]) ita vertit p. 72: *trebue sa ia aminte ca sa fie materia cuvenita, adeca paine de grau* dospita, *pre cat se poate de curata.* — Quod idem hoc tempore CPolitanus patriarcha cum synodo sua in nuperrima *ἀπαντήσει πρὸς τὴν παπικὴν περὶ ἑνώσεως ἐγκύκλιον* ecclesiam graecam *ἀγωνιστικῶς* docet n. 9. — Graecos sequuntur scriptores russi, sollicite ad examen revocati a Rmo. Dno. Dr. Pelesz, *Geschicte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom,* t. 2, pp. 381, 399, 790 et alibi. Sic igitur orientales, ab Ecclesia catholica separati, acutioribus quibusdam exceptis[4]), antiquum errorem in solo fermentato recte consecrari hodieque tuentur.

Sed satis de quaestione dogmatica. Attingamus ad extremum historicam illam, quae magna est inter eruditos, disputationem: num Occidentales semper pane azymo, Orientales autem fermentato pane semper usi sint?

Singularis ea de re erat antiquorum theologorum scholasticorum sententia, latinam ecclesiam ab initio quidem azymum panem

medium saeculi 14. obiisse, patet ex iis, quae de eo habet Fabricius, *Biblioth. graec.,* t. 7, p. 437 (Edit. Hamburg. an. 1801).

[1]) De fatis hujus libelli multi omnino ex acatholicis scripsere, qui omnes videri poterunt, si lubeat, tum in *Dissertatione de ecclesia ruthenica* (edita Tübingae, typ. Sigmundi, an. 1762) §§ 9—10, tum et in praefatione, quam novissimae ejusdem interpretationi praefixit Dr. Barbu Constantinescu in textu jam afferendus.

[2]) Inepte vertitur apud Kimmel, *lib. symbol. eccles. orient.,* tom. 1, p. 179: *panis ex frugibus confectus.*

[3]) Confessiunea ortodoxa a credintei bisericii ortodoxe a resaritului tradusa din nou sî cu o prefatia. Ed. 3. Bucuresci. Lib. Socec et Comp. 1879.

[4]) In his eminet Maltzew, vir literis theologicis inter Russos praecellens, qui antiquiores sapientes Graecos secutus non admodum a Theoriani sententia discedit.

adhibuisse, postea vero propter haeresim Ebionitarum, qui antiqua legalia simul cum Evangelio servanda esse contenderent [1]), ne haereticis assentiri videretur, rejectis azymis fermentatum instituisse, sed exstincta demum haeresi ad azymum rediisse [2]). Verum haec opinio nullum habet idoneum fundamentum, quo niti posse videatur, neque ejus rei verbum ullum est apud antiquos scriptores, qui per decem priora saecula res ecclesiae scriptis illustrarunt. Vocabulum *fermenti* quippe, quo ss. Eucharistia a s. Melchiade atque ab aliis Summis Pontificibus appellata legitur [3]), notante Card. Thomasio non designabat materiam ex qua confecta erat, sed communionem ecclesiasticam, cujus symbolum habebatur [4]).

E recentioribus tres potissimum de eodem argumento doctorum hominum sententiae circumferuntur, nimirum Jacobi Sirmondi S. J., Joan. Mabillonii, O. S. B., et Card. Joan. Bonae S. O. Cist.

Contendit itaque Sirmondus, in *Disquisit. de azymo,* Latinos ab initio fermentum consecrasse usque ad saeculum 9, deinceps vero medio illo tempore, quod excurrit inter Photianum schisma et Michaelem Caerularium, hoc est inter annum circiter 867 et 1054, azymum adhibere coepisse [5]). Contra vero Mabil-

---

[1]) Ebionitae in jure sacro dicuntur „semijudaei, qui ita tenent evangelium, ut legem (mosaicam) carnaliter servent.“ C. Quidam autem 39. C. XXIV. q. 3, § 35. Teste s. Epiphanio, *adv. haeres.* l. 1, haer. 30, n. 16. „mysteria celebrant cum azymis et mera aqua“: *μυστήρια τελοῦσι διὰ ἀζύμων καὶ . . . δι' ὕδατος μόνον* (Migne, Patr. gr. t. 41, p. 432). Atque hinc factum esse, putaverim, ut catholicis orientalibus vetitus fuerit azymorum usus, ne assentiri viderentur Ebionitis, qui superstitiosam et vanam observationem azymorum in aquaticis mysteriorum simulacris suae fecerant haereseos partem: atque hoc simili ferme ratione prohibitum, qua, eodem Epiphanio monitore (l. 1, haer. 42, n. 3), sabbato jejunari nolebat Oriens catholicus, ne cum Marcionitis, die sabbati in contemptum Dei Judaeorum jejunantibus, participare videretur (Migne, t. cit. p. 700), quemadmodum jam superius fuit adnotatum p. 88.

[2]) Ita sentiunt Joannes Scotus in 4. dist. 11. q. 5; Alexander Alensis qu. 32. membr. 3. ad ult. et par. 4. de sacram. euchar. quaest. 10. membr. 4. art. 1. § 3; s. Bonaventura in 4. dist. 11. art. 2, quaest. 1; s. Thomas, ibid. qu. 2. art. 2.

[3]) Huc pertinent quae de *distributione fermenti* diximus supra pp. 196—197.

[4]) Haec *fermenti* interpretatio, quam Card. Thomasius optimis ductus argumentis dat locis jam adductis, non arridet cl. Dno. De Waal in *Real-Encyklopaedie für christiche Alterthümer* (edit. a Dr. Kraus), v. *Brod,* t. 1, p. 172.

[5]) Sirmondi sententia assensione non videtur indigna clmo. Dno. De Waal l. c.

lonius, *Praef. 1. ad saec. III. Benedictin.* n. 64, p. XXXVIII. ed. Venet. 1734, et *Dissertat. de pane eucharistico azymo, et fermentato* [1]) perpetuum in ecclesia latina azymorum usum ab ipsa apostolorum aetate fuisse arbitratur [2]).

Sed Card. Joan. Bona, initio quidem se ad Sirmondum applicasse videtur, sed postea *Rer. liturgic.* lib. 1, cap. 23, quod est de azymo et fermentato [3]), quasi mediam secutus est viam inter has duas Sirmondi et Mabillonii opiniones. Nimirum late demonstrat, Latinos per novem, aut octo saltem ecclesiae saecula nullum posuisse discrimen inter azymum atque fermentum, sed modo unum, modo alterum panem sine delectu consecrare solitos fuisse. — Quae sententia caeteris probabilior esse videtur, eaque firmissimis nititur argumentis, quae late ab ipso Eminentissimo auctore Bona ibidem exponuntur [4]). De reliquo consuli velim adductam jam recentem praeclaramque lucubrationem J. Marković, c. 5.

Ἡ ὑπερφυὴς προσευχή. Supernaturalis oratio.

Slav. *Preestestvennaja molitva;* rumen. *Rugatiunea cea preste fire* [5]).

Ὑπερφυής, supernaturalis, omnem naturalem modum excedens, admiranda, dicitur hic *Christi Domini oratio in monte Oliveti,* quam proprio Officio recoluimus Latini feria III. post Dominicam Septuagesimae. Tribuitur idem *ἐπίθετον infinitae*

---

[1]) Exstat in Appendice ad opera Humberti, apud Migne, Patr. l. t. 143, pp. 1219—1278.

[2]) Eadem haec sententia est Joannis Cabassutii *in notis eccl. saec. 2, diss. 2;* Christiani Lupi *schol. in canon. concil., diss. de actis Leonis IX.* cap. 5. et seq. opp. t. 4. p. 312 seqq. edit. Venet.; Edmundi Martenii, *de antiq. eccles. rit.,* lib. 1, cap. 3, art. 7, §§ 5 et seq.; Antonii Landinii, *Diss. 11. de perpetuo azymor. usu in eccles. lat.,* et Joan. Ciampini, *de azym. et fermentat. conjectur.,* D. Ferdinandi Probst, *Sacramente und Sacramentalien in den drei ersten christlichen Jahrhunderten,* §. 49; aliorumque doctorum virorum, quos longum est recensere. Ciampini tamen in hoc a Mabillonio dissentit, quod Apostolis indiscriminatim utriusque panis usum tribuere videtur.

[3]) Editionis Antverpiensis an. 1739, pp. 262 seqq.

[4]) Cardinalem Bona praeter caeteros sequuntur Gravesonius, *Histor. eccles.,* tom. 3, saec. 9, colloq. 3; Tournelyus, *Praelect. theolog.* tom. 9. in 4. *de sacram. euchar.* quaest. 4. art. 5. concl. 3; Jueninius *De sacram.* diss. 4. quaest. 2. cap. 2. art. 4. § 5; Drouvenius, *De re sacrament.* lib. 4, quaest. 2, cap. 1, § 3.

[5]) Recentiores jam scribere amant *rogatiunea supranaturala.*

(παναπείρῳ) Dei misericordiae [1]), ut quum crastino die ad synaxarii lectionem vel saltem festi annuntiationem [2]) solemni hac formula responderi jubetur: *Τῇ ὑπερφυεῖ καὶ περὶ ἡμᾶς παναπείρῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ, Χριστὲ ὁ Θεός, ἐλέησον ἡμᾶς, Ἀμήν.*

Ἡ ὑπερφυὴς προσευχή. — Ex textu liturgico circa praesentem orationem duo haec advertas: 1° non soli sermoni a Christo prolato, sed interioribus animi affectibus et exterioribus passionis adjunctis ratio verae orationis tribuitur; 2° inde quoque admiranda praedicatur, quod Salvator mundi talem orationem in horto proferendo, inimicum humani generis divino stratagemate insigniter deciperet; dum enim ejusmodi supplicatione ad Patrem directa „saevienti diabolo potentiam suae majestatis occuluit et infirmitatem nostrae humilitatis objecit“ [3]), id est bellica veluti arte *(τεχνηέντως)* consecutus, ut eum „crudelis ac superbus inimicus“ Deum esse non crederet. En tibi

Στίχος εἰς τὴν ὑπερφυᾶ προσευχήν·

Προσευχῇ καὶ φόβητρα [4]), *θρόμβοι αἱμάτων* [5])
Χριστὲ, προσώπου παραιτούμενος [6]) *δῆθεν*
Θάνατον, ἐχθρὸν ἐν τούτοις φενακίζων.

---

[1]) *Ἐπίθετα*, composita ex praepositione *ὑπέρ*, quae excessum et superlationem significat, in usu frequenti sunt apud graecos Patres, ut ecce: *ὑπέρφωτος, ὑπερούσιος, ὑπεράγαθος, ὑπερπλήρης, ὑπερφύαλος, ὑπερτελής* et *ὑπερτέλειος, ὑπεράρχιος*, immo et *ὑπέρθεος*, scilicet *super omnem divinitatem ab hominibus participatam*, ut in his: *Constitui te deum Pharaonis;* et: *Ego dixi, dii estis.* Sed tu subtilem scholasticamque horum epithetorum explanationem quaere apud s. Thomam in *c. 4. (s. Dionysii) de divinis nominibus.*

[2]) In nova editione Romana Triodii sola mysteriorum annuntiatio habetur p. 676, omisso scilicet longiori illo synaxario de passione Domini, quod in Vulgata (Veneta) exstat pp. 379—381.

[3]) Cfr. s. Leo, in ll. 2. Noct. Dom. Palmar.

[4]) *Φόβητρον*, terriculum, terriculamentum, h. e., phantasma terrorem incutiens. Christus Dei filius scilicet in horto oliveti phantasiae et imaginationi suae indulsit, ut viva imagine omnem tormentorum passionis suae vim, magnitudinem, iniquitatem sibi repraesentaret. Quae per partes deinde passurus erat in corpore, ea in horto simul sensit in corde; ipsi vero hi animi cruciatus uno verbo *φόβητρα*, veluti suppliciorum terriculamenta, vocantur.

[5]) *Θρόμβοι αἱμάτων προσώπου*, h. e., guttae sanguinis de facie defluentis, et quasi terrore concreti; *θρόμβος αἵματος* quippe est grumus sanguinis e venis effusi ac concreti.

[6]) *Παραιτούμενος θάνατον*, h. e., mortem deprecatus, inimicum fefellit.

E *synaxario* autem speciatim de divino stratagemate hoc incisum accipe:

Ἅμα μὲν ὡς ἄνθρωπος τοῦτο λέγων, ἅμα δὲ καὶ τὸν διάβολον μετερχόμενος τεχνηέντως, ὡς ἂν νομίζων κἀκεῖνον ἄνθρωπον εἶναι, διὰ τὸ δῆθεν φοβεῖσθαι, μὴ τὸ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ σταυροῦ ἀνακόψῃ μυστήριον.

Ἡ προδοσία. Proditio.

Slav. *Predanije;* rumen. *Traderea lui Jud'a,* sive *vinderea lui Christosu.*

Proditio Judae ipso hoc die passim commemoratur in Officio latino.

Quatuor ista festi mysteria separatim quidem distinctis *στίχοις* seu versibus in antiquioribus Triodii editionibus [1]) celebrantur: verum in caeteris precibus liturgicis conjunctim permixteque recoluntur: quemadmodum et hodiernum officium latinum perditi *Judae reatum* et beati *latronis confessionem* una ratione complectitur. En tibi in exemplum duo illa *τροπάρια,* quae media interjacent inter canonis odam 6. et odam 7. atque in editione Romana locum synaxarii explent p. 654 [2]):

Κοντάκιον [3]).

Ἦχος β'. Πρὸς τό· Τὰ ἄνω ζητῶν.

Τὸν ἄρτον λαβὼν
εἰς χεῖρας ὁ προδότης,
κρυφίως αὐτὰς
ἐκτείνει καὶ λαμβάνει
τὴν τιμὴν τοῦ πλάσαντος
ταῖς οἰκείαις χερσὶ τὸν ἄνθρωπον,
καὶ ἀδιόρθωτος ἔμεινεν
Ἰούδας ὁ δοῦλος καὶ δόλιος.

Postquam panem in manus sumpsit proditor, clam eas extendit et accipit pretium ejus, qui propriis manibus hominem finxit, et perversus remansit Judas et perfidus servus.

---

[1]) In editione Veneta, vulgata, p. 366; Bononiensi, catholica, p. 301.

[2]) In nova hac editione synaxarium cum mysteriorum annuntiatione ac sticheris festivis desideratur.

[3]) Refertur etiam in Horologio ejusque verba *ἀρχιτέλεια* sunt slav. *Chlěb — Istec;* rumen. *Pane — insielatoriulu.*

Ὁ οἶκος. Πρὸς τό· Τράνωσον.

Τῇ μυστικῇ
ἐν φόβῳ τραπέζῃ
προςεγγίσαντες πάντες
καθαραῖς ταῖς ψυχαῖς
τὸν ἄρτον ὑποδεξώμεθα,
συμπαραμένοντες τῷ δεσπότῃ,
ἵνα ἴδωμεν τοὺς πόδας πῶς ἀπονίπτει
τῶν μαθητῶν,
καὶ ποιήσωμεν ὥςπερ κατείδομεν,
ἀλλήλοις ὑποταγέντες,
καὶ ἀλλήλων τοὺς πόδας ἐκπλύνοντες·
Χριστὸς γὰρ οὕτως ἐκέλευσε
τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ἀλλ᾽ οὐκ ἤκουσεν
Ἰούδας ὁ δοῦλος καὶ δόλιος.

Mysticam ad mensam omnes accedentes cum timore, cum anima pura panem suscipiamus, neque separemur a Domino, ut videamus, quomodo pedes lavet discipulorum, et faciamus quemadmodum viderimus, invicem subjecti, pedesque singuli singulorum abstergentes. Christus enim sic praecepit discipulis suis, sed non audivit Judas, perfidus servus.

Sed et ipse canon festivus, qui exemplis ejusmodi pietatis omnibus simul diei mysteriis *ἀθρόως* exhibitae redundat, videatur apud Migne, Patr. gr. t. 98, ubi, ex Triodio transscriptus, inter opera melodi Cosmae Hagiopolitae cum canonibus praecedentium feriarum in forma integra repraesentatur pp. 475—484.

Feria V. in Coena Domini.

In monumentis liturgicis ecclesiae latinae feria haec appellatur *dies natalis eucharistiae, dies natalis calicis, dies secretorum* sive *mysteriorum,* et communiter jam *feria V. in Coena Domini,* ea de causa, ut patet, quod Christus hodie sanctissimum corporis et sanguinis sui sacramentum instituit. Vocatur autem eucharistia *Coena Domini,* quod eam. notante s. Hieronymo in *I. Cor. 11. 20,* Christus in coena insti-

tuit [1]. Slavice ad literam translatus est diei titulus in Breviario Romano-Illyrico *četvertok večeri Gospodně*, in novo Missali glagolitico autem *četvrtăk večere Gospodnje*, h. e., *feria V. Coenae Domini.*

Feria V. viridis. German. *Gründonnerstag.* Čechoslav. *zelený čtvrtek.* Hungar. *zöld csütörtök.*

Feria V. in Coena Domini multis nationibus christianis *dies viridis* seu *viridium* a virendo dicta est, quamvis inter doctos non constet, qua de causa hoc nomen impositum ei sit, quia pluribus sensibus recipiendis est idoneum. *Viriditatis* significatum nempe cum hoc die conjungunt, sive quia Christus Dominus in hortum Olivarum, in quo omnis generis herbae atque arbores *virebant*, exivit; sive quia generatim verno hoc tempore omnia nova fronde *virere* incipiunt; sive quia fideles hac feria primum *olera viridia* manducabant; sive denique quia Salvator hoc die in horto Ecclesiae suae per eucharistiae institutionem lignum vitae plantavit *semper viridans ac per menses singulos reddens fructum suum et folia ad sanitatem gentium.* Alii etymologi vocem in suspicionem latinitatis adducunt, prioremque ejus partem *grün* a *carena* corruptam esse conjiciunt, ita tamen ut origo remanserit. Neque desunt scriptores, qui singularem opinionem inducentes diem hunc ab antiquato Introitu Missae *In loco pascuae* dictum putant. Sed ista recentioribus nostris grammaticis assensione videntur indigna; eorum sententia enim *viridium* nomine poenitentes veniunt, ipso hoc die ecclesiae reconciliati [2] atque inde *virides* seu insontes ac puri declarati. Hinc et rationem appellationis *Antlasztag, dies remissionis et indulgentiae*, evidenter declaratam tradunt [3]. Sed qui de his omnibus plura scire cupit, ipsos auctores, praecipue recentiores lexicographos, adeat.

---

[1] Isidorus, *Etymol.* l. 20, c. 2, nomenclaturam a *κοινός*, *communis*, deducit, ut ex ipsa vocis notatione coena significet epulationem multorum simul vescentium. (Migne, Patr. l. t. 82, p. 708). Aliter nomen explicant recentiores apud Fick, *Wörterbuch*, t. 1, p. 237, edit. 3.

[2] Vide quae ea de re e jure sacro enotavimus supra p. 94.

[3] Cfr. Weigand, *Deutsch. Wörterb.* v. *Gründonnerstag.*

Multis aliis nominibus praeterea vocatur tum apud easdem, quas diximus, nationes tum apud alios populos ritus latini. Ita exempli causa a *magnitudine* atque excellentia mysteriorum nuncupatur apud Serbo-Croatas *veliki četvrtak;* apud Slovenos *vel. četertek;* apud Polonos *wielki czwartek,* apud Čechoslavos *velký čtvrtek;* apud Hungaros *nagy csütörtök;* a *sanctitate* huic triduo propria, apud Italos *giovedì santo;* apud Hispanos *el juéves santo;* apud Anglos *holy thursday;* apud Gallos *jeudi saint,* vel etiam a *sacro lavipedio dies mandati* et *mandatum,* vulgo *le mande* et *le mandé*[1]), unde Angli *maundy thursday* efformarunt; a *sacra coena* apud Hispanos *el juéves de la cena;* a *puritate* poenitentibus solemniter impertita apud Danos *skaertorsdag,* h. e., *pura feria V.*

Plura alia sive doctrinae sive disciplinae capita ad hanc feriam V. in Coena Domini spectantia ab aliis sacrae theologiae professoribus jam sunt praeoccupata; sic qui tradendis institutionibus dogmaticis sunt constituti, late explicant *institutionem ss. eucharistiae et sacrificii Missae*[2]); moralistae atque interpretes ss. canonum (C. *In coena Domini* 17. Dist. 2. de cons. etc.) tractant *de praecepto communionis paschalis;* liturgiae magistri exponunt rationes caeremoniarum *denudationis altarium, repositionis consecratae hostiae* pro crastina liturgia *τῶν προηγιασμένων, processionis* etc.; archaeologi seu antiquitatum doctores agunt *de disciplina sacri chrismatis, de historia pedilavii;* alii alios ritus attingunt. — Haec omnia plenius addiscere aventi libros, qui ab iisdem his eruditis magno numero in lucem sunt editi, consulere per nos licet, dum ipsi ad ulteriora properamus.

---

[1]) *Mandatum, mande, mandé,* generatim ablutionem pedum fuisse cum adjuncta in pauperes erogatione, allatis exemplis ostenditur in nova editione Glossarii lat. Du Cange sub ipsis his vv., t. 4. p. 223. Quia vero hodie multis in locis panis *albus* distribuebatur, ipsa haec feria V. etiam *alba, jeudi blanc,* nuncupabatur. Ejus nominis rationem ab *albedine* vestium, quibus sacerdotes hodie uti scribit, imperite deducit Adelung, *Wörterbuch* v. *Gründonnerstag.*

[2]) De eodem hoc argumento legito non sine laude memorandum articulum, quem cl. D. Bickell in Actis theologicis Oenipontanis *Zeitschrift für kathol. Theologie* 1880, pp. 90 seqq. edidit praefixo titulo: *Die Entstehung der Liturgie aus der Einsetzungsfeier.*

Ἀκολουθία τῶν ἁγίων καὶ σωτηριωδῶν (al. *ἀχραντῶν*) *παθῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Slav. *Poslědovanije svjatych i spasitelnych strastej Gospoda našego Isusa Christa;* rumen. *Orenduel'a sfinteloru sî mantuitoreloru patimi a Domnului nostru Isusu Christosu.*

Complectitur praesens hoc officium duas distinctas *ἀκολουθίας*, alteram *τῆς ἀγρυπνίας τῶν ἁγίων παθῶν*, alteram *τῶν ὡρῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης παρασκευῆς*, quae in variis editionibus varie inscribitur, scilicet in Veneta vulgata: *ἀκολουθία τῶν ὡρῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης παρασκευῆς*, in Bononiensi: *εἴδησις τῶν ὡρῶν τῆς ἁγ. κτλ.*, in nova Romana tandem: *τάξις καὶ ἀκολουθία τῶν ὡρῶν τῆς ἁγ. κτλ.*

Ἀγρυπνία τῶν ἁγίων παθῶν.

Vigilia sacrarum passionum, quae occurrit nocte intercedente inter feriam V. in Coena Domini et feriam VI. in Parasceve, solemne festum est Graecis, *ταῖς ἑορταῖς δεσποτικαῖς* annumeratum. *Κατὰ τὸν τεταγμένον καιρόν*, circa secundam nimirum vel tertiam a serotino crepusculo horam in ecclesiam conveniunt sanctissimam Christi passionem ex Officio hebdomadae Sanctae concelebraturi [1]). Omnem ex quatuor evangeliis passionis historiam ordine decerptam concorditerque connexam duodecim partibus comprehendunt, ut planum fit ex Triodio, ubi *τὰ δώδεκα εὐαγγέλια*, sic enim duodecim haec *τμήματα* vocant, enumerantur, adjuncto evangelistae, ex quo quodlibet desumptum est, nomine indicataque uniuscujusque sectionis *ἀρχιτελείᾳ*, h. e., principio et fine [2]). Multas inter

[1]) Quemadmodum Latini Officium ecclesiasticum hebdomadae sanctae ex Breviario et Missali separatim exscriptum proprio volumine possident, ita et Graeci integram *ἀκολουθίαν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἑβδομάδος* ex Triodio excerptam, proprio tomo excusam habent, qui Slavis *Strasnik*, Rumenis *Patimariu* audit.

[2]) En tibi in exemplum Evangelium, quod primo loco ponitur:


Εὐαγγέλιον α'. κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·

Τέλος· Εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

Quinam vero ac quo ordine legere Evangelia CPoli debeant, Typicum ita determinat: *ἀναγινώσκεται ὑπὸ τοῦ πατριάρχου τὸ (α'.) θεῖον καὶ ἱερὸν*

Η ΣΤΑΥΡΩΣΙΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.



SIC DILEXIT DEUS!

Typi.

1. Sacrificium Abrahae.
2. Serpens aeneus.

Textus prophetici.

1. Morte turpisssima condemnemus eum (Sap. 2, 20).
2. Ego autem sum vermis et non homo (Ps. 21, 7).
3. Eradamus eum de terra viventium (Jer. 11, 19).
4. Dominus voluit conterere eum in infirmitate (Is. 53, 10).

singula evangelia preces et troparia concinentes, fere totam noctem rigidae pietatis exercitio intenti transigunt. Quanto dilectionis fervore autem sacram hanc *παννυχίδα* insomnem agant non solum ascetici fratres, sed et communioris vitae homines, et ipsi *αὐτόπται* vidimus, quum Graecorum officio interessemus, et varia historiae monumenta testantur. Theophanes Ceram. (apud Migne, Patr. gr. t. 132 p. 549).

Ὁμιλίαν (κζ΄) εἰς τὰ ιβ΄. εὐαγγέλια τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ

Homiliam (27.) in 12 Evangelia salutaris passionis Domini Nostri Jesu Christi

a tali ducit exordio:

Ἴσως μὲν ἐπαχθὴς δόξω πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ φορτικός, ὅτι δι᾽ ὅλης νυκτὸς ἐν τῇ στάσει καὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ κεκοπιακόσιν ὑμῖν ὡς φορτίον ἐπιφέρω τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν. Ἀλλὰ σύγγνωτέ μοι ἀπλήστως ἔχοντι πρὸς τὴν ὑμῶν προκοπήν· καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιτείνατε, ἵνα πλέον κερδάνητε. Εἰ γὰρ οἱ θεοστυγεῖς Ἰουδαῖοι δι᾽ ὅλης ἠγρύπνησαν τῆς νυκτός, ὥστε συλλαβεῖν καὶ σταυρῶσαι τὸν Κύριον, πῶς ἡμεῖς οὐ γρηγορήσομεν, ἵνα τῶν ὑμνηθέντων ἡμῖν καὶ ἀναγνωσθέντων ἱερῶν Εὐαγγελίων τὸν σκοπὸν καταμάθωμεν; τοιγαροῦν ἀποτινάξαντες πᾶσαν ἀκηδίαν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῖς λεγομένοις προσέχετε.

Molestus et gravis fortasse videar caritati vestrae, quod per totam noctem stando et canendo defatigatis hujus etiam sermonis auditionem quasi alterum onus vobis imponam. Verum ignoscite mihi, qui vestro satiari profectu non possum; et quo plus lucrifaciatis, studium mentis intendite. Si enim Dei osores Judaei totam pervigilavere noctem, ut Dominum comprehenderent et crucifigerent, qui non vigilare nos convenit, ut sanctorum Evangeliorum, quae lecta et decantata sunt nobis, intelligentiam consequamur? Quam ob rem omni excusso taedio animum ad haec, quae dicentur, advertite.

εὐαγγέλιον τῆς διαθήκης· πληρουμένου τούτου, Εἰς πολλὰ ἔτη. Τὰ δὲ λοιπὰ εὐαγγέλια λέγονται παρὰ τῶν ἁγίων ἀρχιερέων, τὸ δὲ δωδέκατον λέγεται παρὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιδιακόνου ἐπ᾽ ἄμβωνος.

Devota plebe ita noctis omne spatium insomne jejuniis per diem protractis adjungente non potuit imperator eandem *ἀγρυπνίαν* non celebrare in aula servatis ritibus sacris, quos a Codino, *De officiis CP.* c. 12. descriptos Goarius post Gretser. in subjectis notis accuratius explicat apud Migne, Patr. gr. t. 157, pp. 354—355.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.

Slav. *V svjatij i velikij pjatok;* rumen. *In sant'a sí marea vineri.*

Multiplex festi mysterium prolixiori hoc synaxarii titulo [1]) effertur:

Τὰ ἅγια καὶ σωτήρια καὶ φρικτὰ πάθη ἐπιτελοῦμεν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἃ δι' ἡμᾶς ἑκὼν [2]) κατεδέξατο, τοὺς ἐμπτυσμούς [3]), τοὺς ῥαπισμούς [4]), τὰ κολαφίσματα [5]), τὰς ὕβρεις [6]), τοὺς γέλωτας [7]), τὴν πορφυρᾶν χλαίνην [8]), τὸν κάλαμον [9]), τὸν σπόγγον, τὸ

Sanctas, salutares et tremendas passiones Domini Jesu Christi, Dei et Salvatoris Nostri, celebramus, quas propter nos sponte subiit, sputa, flagellationem, colaphos, contumelias, irrisiones, purpuream laenam, arundinem, spongiam, acetum, clavos, lanceam, et prae omnibus crucem et mor-

[1]) Nova editio Romana solam hanc mysteriorum annuntiationem habet sine synaxario subjecto.

[2]) Ἑκὼν dicitur aliquid facere, qui sponte illud facit, vel sciens prudensque, et certo proposito, non coactus aut temere.

[3]) Ἐμπτυσμός, ἔμπτυσμα, sputum, vel potius quod alicui inspuitur, ab ἐμπτύω, inspuo.

[4]) Ῥαπισμός, ῥάπισμα, proprie ictus, qui virga, vel baculo (ῥαπίς) seu fuste incutitur, quamvis in Testamento novo etiam *alapa, colaphus* vertatur.

[5]) Κόλαφος, colaphus, alapa, seu ictus, qui palma in maxillam alicujus incutitur; hinc κολάφισμα, plaga colapho incussa.

[6]) Ὕβρις, injuria, sed ea gravior; quare reddi potius debet injuria contumeliosa, aut injuria simul et contumelia, petulans et insolens injuria, ab ὑβρίζω, injurius, contumeliosus sum. De vocis notatione subtiliter disputat Curtius, *Grundzüge d. griech. Etymolog.* pp. 528—529.

[7]) Γέλως, risus, derisio, illusio, ludibrium.

[8]) Χλαίνη, forma ionica, pro χλαῖνα, laena, vestis duplicata, quae τῷ χιτῶνι exteriori superindui solebat, hyeme praesertim, ut frigus a corpore arceret.

[9]) Κάλαμος, calamus, arundo, speciatim arundo fluvialis.

ὄξος [1]), τοὺς ἥλους, τὴν λόγχην [2]), καὶ πρὸ πάντων τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον, ἃ δὴ πάντα κατὰ τὴν παρασκευὴν ἐπράχθησαν [3])· ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ εὐγνώμονος [4]) λῃστοῦ, τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ σωτήριον ἐν τῷ σταυρῷ ὁμολογίαν [5]).

tem, quae quidem (mysteria) *omnia feria VI. acciderunt, insuper et fidelis latronis, qui crucifixus cum ipso erat, salutarem confessionem in cruce factam.*

Una solemnitate igitur conjunctim agitur de praecipuis illis passionis mysteriis, quae Latini variis feriis sextis Quadragesimae propriis officiis recolunt, prout ostensum in synopsi est supra pp. 73—74. Quae omnia quum jam satis diligenter explanentur sive in studio sacrarum literarum sive in institutionibus liturgicis, in iis diutius non immoramur.

Ἀκολουθία τῶν ὡρῶν βασιλικῶν.

Slav. *Poslědovanije časov carskich;* rumen. *Urmarea oreloru imperatesci.*

Horae canonicae solemnium festorum Nativitatis Christi, Theophaniae et Magnae Parasceves vulgo dicuntur ὧραι βασιλικαί, *horae regiae*, quod olim *praesente imperatore* celebrarentur, uti refert Codinus, *De offic. CP.*, cc. 6, 8, 13 [6]), et recentiores rituum ecclesiasticorum expositores multis con-

---

[1]) Ὄξος, acetum, ab ὀξύς, acutus, sicut τάχος a ταχύς.

[2]) Rationes hujus festi relegas supra p. 128.

[3]) Incisum hoc, cujus ἀρχιτέλεια· ἃ δὴ — ἐπράχθησαν, deest in editione Veneta, vulgata.

[4]) Εὐγνώμων, proprie aequus rerum aestimator, vir aequo judicio, proba mente praeditus, bonae fidei, fidelis.

[5]) Salutarem hanc boni latronis confessionem editio Bononiensis non annuntiat. Bonum latronem nonnullae ecclesiae latinae die 24. Apr. proprio officio honorant, in quo talis *oratio* dicitur: *Omnipotens et misericors Deus, qui justificas impios, te supplices exoramus, ut nos benigno intuitu, quo Unigenitus tuus beatum traxit latronem, ad dignam poenitentiam provoces, et illam, quam ei promisit, tribuas nobis gloriam sempiternam. Per eundem Dominum.*

[6]) Alia pietatis exercitia hoc die ab imperatore peracta describit Constantin. Porphyrogenit., *De caeremoniis aulae Byzantinae*, l. 1, c. 34 (apud Migne, Patr. gr. t. 112, pp. 419—422).

firmant [1]). — Earum Officium in novissima editione Romana Triodii ab hoc titulo incipit:

Τάξις καὶ ἀκολουθία τῶν ὡρῶν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης παρασκευῆς. — Ποίημα Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Περὶ ὥραν β'. τῆς ἡμέρας σημαίνει καὶ ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς κτλ. — Circa horam diei secundam [2]) nimirum horae, uti praescriptae sunt a s. Cyrillo patriarcha Alexandrino, et reliqua illius diei officia in ecclesia celebrantur. Nocte subsequenti, ante sabbatum, sepulchri sepultique Domini laudes decantantur. Ad haec tamen tempora, notante L. Allatio, usus obtinuit, ut dum psalmus 118. canitur, et singulis versiculis singula troparia concinuntur, Christus decore exsculptus vel affabre in tabula depictus et in feretro depositus [3]), solemni cereorum ardentium apparatu, sacerdotibus, quemadmodum quum sacra missarum solemnia celebrant, vestitis, reliquo clero non sine ordine comitante et Christi fidelibus feretrum prosequentibus, per urbis plateas deferatur proponaturque omnibus adorandus atque exosculandus: sicque omnium venerationi patet. Flores interim, imagini superpositi, maximo studio ab omnibus conquiruntur, quibus sibi maxima bona, non corporis modo, sed rerum etiam domesticarum pollicentur [4]). — Plura ex rubricis adjicere nolumus, ut aliquid spatii lucremur selectis quibusdam tropariis liturgicis ex *ἀκολουθίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν* describendis, quae simul varios pietatis

---

[1]) Ex his unus audiatur Rascanu, theologiae practicae in seminario centrali Bukaresti professor: *Se celebreza orele numite* imperatesci, *pentru ca în anticitate asistau cu o deosebita solemnitate la acest serviciu imperatii sî domnii, . . ., sî atuncea sa cânta pentru ei, în biserica, într' un mod solemnel:* Multi — ani, *pronuntiandu — se deplinul lor titlu. (Liturgica sau serviciul divin al bisericei orthodoxe.* p. 171. Bucaresti. Typogr. Curtii. 1876). Quae omnia cum iis conveniunt, quae nos ipsi de ritu in solemnitate Nativitatis Domini praescripto ex antiquis libris liturgicis animadvertimus tomo 1, pp. 361—362.

[2]) In Typico CP. legitur *περὶ τὴν α'. ὥραν τῆς ἡμέρας;* sed Triodii editiones omnes similiter atque uno modo habent *περὶ ὥραν β'. τῆς ἡμέρας.*

[3]) Hanc caeremoniam *ἀποκαθήλωσιν* appellant, seu actionem, qua Christus, refixis clavis, fuit e cruce liberatus, a voce *ἧλος, clavus;* unde *ἡλόω, clavo figo; καθηλόω, clavo configo* et *ἀποκαθηλόω, refigo,* contrarium praecedenti.

[4]) De Dominic. et hebdomad. Gr. n. 21.

sensus accommodate ad hodiernam festivitatem excitare in animis nostris, fovere atque incendere possint.

Ἀντίφωνον δ'. Ἦχος πλ.[1] α'.

Σήμερον ὁ Ἰούδας
καταλιμπάνει τὸν Διδάσκαλον,
καὶ παραλαμβάνει τὸν διάβολον·
τυφλοῦται τῷ πάθει
τῆς φιλαργυρίας,
ἐκπίπτει τοῦ φωτὸς
ὁ ἐσκοτισμένος·
πῶς γὰρ ἠδύνατο βλέπειν,
ὁ τὸν φωστῆρα πωλήσας
τριάκοντα ἀργυρίοις;
ἀλλ' ἡμῖν ἀνέτειλεν
ὁ παθὼν ὑπὲρ τοῦ κόσμου,
πρὸς ὃν βοήσωμεν·
ὁ παθὼν καὶ συμπαθῶν
ἀνθρώποις, δόξα σοι.

Hodie Judas magistrum derelinquit, et diabolum assumit: obcaecatur passione amoris pecuniae; decidit a lumine obscuratus ille. Quomodo namque videre poterat ille qui Luminare vendidit triginta argenteis? Sed nobis exortus est ille, qui passus est pro mundo. Ad quem clamemus: Qui passus et compassus es hominibus, gloria tibi[2].

Κάθισμα. Ἦχος βαρύς.

Ποῖός σε τρόπος, Ἰούδα,
προδότην τοῦ Σωτῆρος εἰργάσατο;
μὴ τοῦ χοροῦ σε τῶν Ἀποστόλων ἐχώρισε;
μὴ τοῦ χαρίσματος τῶν ἰαμάτων ἐστέρησε;
μὴ συνδειπνήσας ἐκείνοις
σὲ τῆς τραπέζης ἀπώσατο;
μὴ τῶν ἄλλων νίψας τοὺς πόδας,

[1]) Relegi de variis his terminis technicis possunt, quae scripsimus tomo 1, pp. LVIII—LXIV.

[2]) Duae hae strophae inter Evang. 2. et Evang. 3. cantantur. — Germanice et slavice ad verbum expressae leguntur apud Maltzew, *Die Nachtwache,* pp. 560—561.

τοὺς σοὺς ὑπερεῖδεν;
Ὦ πόσων ἀγαθῶν
ἀμνήμων ἐγένου!
καὶ σοῦ μὲν ἡ ἀχάριστος
στηλιτεύεται γνώμη·
αὐτοῦ δὲ ἡ ἀνείκαστος
μακροθυμία κηρύττεται
καὶ τὸ μέγα ἔλεος.

Quaenam te ratio, Juda, Salvatoris proditorem effecit? Numquid ille ab Apostolorum te choro segregavit? Numquid sanitatum te gratia privavit? Numquid quum coenaret una cum illis, a mensa te expulit? Numquid aliorum quum lavisset, pedes tuos neglexit? O quantorum factus es immemor beneficiorum! et tuum sane consilium ingratum infamia notatur: illius autem praedicatur incomparabilis patientia et misericordia magna.

Ἀντίφωνον η'. Ἦχος β'. [1]

Εἴπατε, παράνομοι·
Τί ἠκούσατε
παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν;
οὐ Νόμον ἐξέθετο,
καὶ τῶν προφητῶν τὰ διδάγματα;
πῶς οὖν ἐλογίσασθε
Πιλάτῳ παραδοῦναι
τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον,
καὶ Λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν;

Dicite, iniqui, quidnam a Salvatore nostro audistis? Nonne legem ac documenta Prophetarum exposuit? Quomodo ergo Verbum, quod ex Deo est et nostras animas redimit, Pilato tradere cogitastis?

Ἦχος ὁ αὐτός.

Σταυρωθήτω, ἔκραζον
οἱ τῶν σῶν χαρισμάτων
ἀεὶ ἐντρυφῶντες,

---

[1]) Tria quae sequuntur troparia occurrunt inter Evang. 3. et Evang. 4.

καὶ κακοῦργον
ἀντ᾽ εὐεργέτου
ᾐτοῦντο λαβεῖν
οἱ τῶν δικαίων φονευταί·
ἐσιώπας δέ, Χριστέ,
φέρων αὐτῶν τὴν προπέτειαν,
παθεῖν θέλων καὶ σῶσαι
ἡμᾶς, ὡς φιλάνθρωπος.

Crucifigatur, clamabant ii, qui tuis semper muneribus fuerant delectati; petebantque ut malefactorem acciperent pro benefactore interfectores illi justorum. Sed tacebas, Christe, eorum proterviam sustinens, volens pati, nosque salvare, ut hominum amans.

Θεοτοκίον. Ἦχος ὁ αὐτός.

Ὅτι οὐκ ἔχομεν παῤῥησίαν
διὰ τὰ πολλὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα,
σὺ τὸν ἐκ σοῦ γεννηθέντα δυσώπησον,
Θεοτόκε Παρθένε·
πολλὰ γὰρ ἰσχύει δέησις μητρὸς
πρὸς εὐμένειαν Δεσπότου·
μὴ παρίδῃς ἁμαρτωλῶν ἱκεσίας, ἡ πάνσεμνος·
ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ
καὶ σώζειν δυνάμενος,
ὁ καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καταδεξάμενος.

Loquendi libertatem non habemus propter multa peccata nostra: tu ex te genitum exora, Virgo Deipara: multum enim valet deprecatio Matris apud clementiam Domini. Ne despicias peccatorum supplicationes, o castissima; quia misericors est et potens ad salvandum is, qui pro nobis etiam pati sustinuit [1]).

Ἀντίφωνον ιε΄. Ἦχος πλ. β΄.

Σήμερον
κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου
ὁ ἐν ὕδασι τὴν γῆν κρεμάσας·

---

[1]) Hoc Θεοτοκίον bis cantatur: in ἀγρυπνίᾳ τῶν ἁγίων παθῶν, ut dictum est, inter Evangel. 3. et Evangel. 4, et in officio τῆς ἕκτης ὥρας.

στέφανον ἐξ ἀκανθῶν
περιτίθεται
ὁ τῶν Ἀγγέλων Βασιλεύς·
ψευδῆ πορφύραν
περιβάλλεται
ὁ περιβάλλων τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις,
ῥάπισμα κατεδέξατο
ὁ ἐν Ἰορδάνῃ
ἐλευθερώσας τὸν Ἀδάμ·
ἥλοις προσηλώθη
ὁ Νυμφίος τῆς Ἐκκλησίας·
λόγχῃ ἐκεντήθη
ὁ υἱὸς τῆς Παρθένου.
Προσκυνοῦμέν σου τὰ πάθη, Χριστέ·
δεῖξον ἡμῖν
καὶ τὴν ἔνδοξόν σου ἀνάστασιν.

Hodie in cruce appenditur, qui super aquas terram appendit: corona spinea circumdatur rex Angelorum, falsa purpura operitur, qui operit coelum nubibus, alapam suscipit, qui in Jordane libertati dedit Adamum: clavis confixus est sponsus Ecclesiae: lancea punctus est filius Virginis. Adoramus passiones tuas, Christe, et ostende nobis etiam gloriosam resurrectionem tuam [1]).

Προσόμοια. Ἦχος δ'. [2]).

Ἡ ζωηφόρος σου πλευρά,
ὡς ἐξ Ἐδὲμ πηγὴ ἀναβλύζουσα,
τὴν Ἐκκλησίαν σου, Χριστέ,
ὡς λογικὸν ποτίζει παράδεισον,
ἐντεῦθεν μερίζουσα,
ὡς ἐξ ἀρχῆς, εἰς τέσσαρα
Εὐαγγέλια,
τὸν κόσμον ἀρδεύουσα,

[1]) Bis occurrit: in officio τῆς ἀγρυπνίας, inter Evang. 5. et Evang. 6, et in ἀκολουθίᾳ τῆς ὥρας ἐννάτης; slavicum in germanicum transtulit Maltzew, *Die Nachtwache*, pp. 565—566.

[2]) Quatuor haec προσόμοια inter μακαρισμούς cantantur lecto Evangelio sexto.

τὴν κτίσιν εὐφραίνουσα,
καὶ τὰ ἔθνη πιστῶς
διδάσκουσα προσκυνεῖν
τὴν Βασιλείαν σου.

Vitale latus tuum, tanquam fons ex Eden scaturiens, Ecclesiam tuam, Christe, tanquam rationalem hortum adaquat: inde tanquam in quaedam initia se dividens in quatuor Evangelia: mundum irrigans, creaturam laetificans, gentesque fideliter docens venerari regnum tuum.

Ἐσταυρώθης δι᾽ ἐμέ,
ἵνα ἐμοὶ πηγάσῃς τὴν ἄφεσιν·
ἐκεντήθης τὴν πλευράν,
ἵνα κρουνοὺς ζωῆς ἀναβλύσῃς μοι·
τοῖς ἥλοις προσηλῶσαι,
ἵνα ἐγὼ τῷ βάθει
τῶν παθημάτων σου
τὸ ὕψος τοῦ κράτους σου
πιστούμενος, κράζω σοι·
Ζωοδότα Χριστέ,
δόξα καὶ τῷ σταυρῷ,
Σῶτερ, καὶ τῷ πάθει σου.

Crucifixus es propter me, ut velut ex fonte mihi effunderes remissionem. Punctus es in latere, ut mihi vitae scaturigines aperires; clavis confixus es, ut ego in passionum tuarum profundo altitudinem tuae potentiae confessus, clamem ad te: Vitae largitor Christe, gloria Cruci tuae, Salvator, ac Passioni tuae.

Τὸ χειρόγραφον ἡμῶν
ἐν τῷ σταυρῷ διέῤῥηξας, Κύριε,
καὶ λογισθεὶς ἐν τοῖς νεκροῖς,
τὸν ἐκεῖσε τύραννον ἔδησας,
ῥυσάμενος ἅπαντας
ἐκ δεσμῶν θανάτου
τῇ ἀναστάσει σου·
δι᾽ ἧς ἐφωτίσθημεν,
Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν,
καὶ βοῶμέν σοι·
Μνήσθητι καὶ ἡμῶν
ἐν τῇ Βασιλείᾳ σου.

Chirographum nostrum in cruce dirupisti, Christe: et inter mortuos reputatus, tyrannum illic ligasti, liberatis omnibus ex vinculis mortis resurrectione tua. Per quam illuminati sumus, Christe, Deus noster: tibique clamamus: Memento et nostri in regno tuo.

Θεοτοκίον.

Τὴν μητέρα σου, Χριστέ,
τὴν ἐν σαρκὶ ἀσπόρως τεκοῦσάν σε,
καὶ παρθένον ἀληθῶς,
καὶ μετὰ τόκον μείνασαν ἄφθορον,
αὐτήν σοι προσάγομεν
εἰς πρεσβείαν, Δέσποτα
πολυέλεε,
πταισμάτων συγχώρησιν
δωρήσασθαι πάντοτε
τοῖς βοῶσί σοι·
Μνήσθητί μου, Σωτήρ,
ἐν τῇ Βασιλείᾳ σου.

Tuam, Christe, Matrem, quae te in carne sine virili semine peperit, et vere virgo etiam post partum incorrupta permansit: hanc tibi adducimus ad intercessionem, Domine multum misericors, ut offensarum condonationem jugiter largiaris iis qui clamant: Memento et mei Domine in regno tuo.

Τὸν ἴδιον ἄρνα
ἡ ἀμνὰς θεωροῦσα
πρὸς σφαγὴν ἑλκόμενον,
ἠκολούθει Μαρία,
τρυχομένη μεθ᾿ ἑτέρων γυναικῶν,
ταῦτα βοῶσα·
Ποῦ πορεύῃ τέκνον;
τίνος χάριν τὸν ταχὺν δρόμον τελεῖς;
μὴ ἕτερος γάμος πάλιν ἐστὶν ἐν Κανᾷ,
κἀκεῖ νῦν σπεύδεις,
ἵν᾿ ἐξ ὕδατος αὐτοῖς οἶνον ποιήσῃς;
συνέλθω σοι, τέκνον,
ἢ μείνω σοι μᾶλλον;
δός μοι λόγον, Λόγε,

μὴ σιγῶν παρέλθῃς με,
ὁ ἁγνὴν τηρήσας με·
σὺ γὰρ ὑπάρχεις ὁ υἱὸς καὶ Θεός μου.

Intuens agna agnum suum trahi ad occisionem, sequebatur Maria afflicta una cum aliis mulieribus, haec clamans: Quo progrederis nate? Cujus rei gratia velocem cursum perficis? Num aliae nuptiae rursus fiunt in Cana, et eo tu nunc festinas, ut eis ex aqua vinum facias? Tecum veniam, nate; an te potius exspectabo? Da mihi verbum, o Verbum: ne silens me praetereas, qui me castam servasti filius et Deus meus.

Στιχηρὰ ἰδιόμελα. Ἦχος γ΄.

Ἕκαστον μέλος τῆς ἁγίας σου σαρκὸς
ἀτιμίαν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινε·
τὰς ἀκάνθας ἡ κεφαλή·
ἡ ὄψις τὰ ἐμπτύσματα·
αἱ σιαγόνες τὰ ῥαπίσματα·
τὸ στόμα
τὴν ἐν ὄξει κερασθεῖσαν χολῆς γεῦσιν·
τὰ ὦτα
τὰς δυσφημεῖς βλασφημίας·
τῇ μὲν χλεύῃ
χλαμύδα οἱ ὦμοι·
ὁ νῶτος τὴν φραγγέλλωσιν,
καὶ ἡ χεὶρ
τὸν κάλαμον·
αἱ τοῦ ὅλου σώματος
ἐκτάσεις ἐν τῷ σταυρῷ·
τὰ ἄρθρα τοὺς ἥλους,
καὶ ἡ πλευρὰ τὴν λόγχην.
Ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν,
καὶ παθῶν ἐλευθερώσας ἡμᾶς,
ὁ συγκαταβὰς ἡμῖν φιλανθρωπίᾳ,
καὶ ἀνυψώσας ἡμᾶς,
παντοδύναμε Σωτήρ,
ἐλέησον ἡμᾶς.

Singula sanctae carnis tuae membra ignominiam propter nos sustinuerunt: spinas caput; facies sputa; maxilla alapas;

os aceto mistum fel in gustu; impias blasphemias aures: ludibriosam chlamydem humeri; dorsum flagellationem; et manus arundinem; totiusque corporis extensiones in cruce; artus clavos; et latus lanceam. Qui passus es pro nobis et patiens liberos nos fecisti quique amore erga homines una nobiscum te demisisti nosque sublimasti, omnipotens Salvator, miserere nostri.

Ἦχος πλ. δ'.

Κύριε,
ἀναβαίνοντός σου ἐν τῷ σταυρῷ
φόβος καὶ τρόμος ἐπέπεσε τῇ κτίσει·
καὶ τὴν γῆν μὲν ἐκώλυες
καταπιεῖν τοὺς σταυροῦντάς σε,
τῷ δὲ ᾅδῃ ἐπέτρεπες
ἀναπέμπειν τοὺς δεσμίους
εἰς ἀναγέννησιν βροτῶν.
Κριτὰ ζώντων καὶ νεκρῶν,
ζωὴν ἦλθες παράσχειν,
καὶ οὐ θάνατον·
φιλάνθρωπε, δόξα σοι.

Domine, ascendente te in crucem, timor et tremor cecidit in creaturam: et terram quidem prohibebas absorbere eos, qui te crucifigebant: inferno autem permittebas remittere vinctos in regenerationem mortalium. Judex vivorum et mortuorum, venisti ut vitam praestares et non mortem: amans hominum, gloria tibi.

Ἦχος β'.

Σήμερον
σὲ θεωροῦσα
ἡ ἄμεμπτος Παρθένος ἐν σταυρῷ,
Λόγε, ἀναρτώμενον,
ὀδυρομένη μητρῷα σπλάγχνα,
ἐτέτρωτο τὴν καρδίαν πικρῶς,
καὶ στενάζουσα ὀδυνηρῶς ἐκ βάθους ψυχῆς,
αἷς οὐκ ἔγνω ὠδῖσιν ἐν τόκῳ τὸ πρὶν
κατετρύχετο·
διὸ
καὶ πολλὰ δακρύουσα,

ἀνέκραγε γοερῶς·
Οἴμοι, θεῖον τέκνον!
οἴμοι, τὸ φῶς τοῦ κόσμου!
τί ἔδυς
ἐξ ὀφθαλμῶν μου,
ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ;
ὅθεν
αἱ στρατιαὶ τῶν ἀσωμάτων
τρόμῳ συνείχοντο λέγουσαι·
Ἀκατάληπτε Κύριε, δόξα σοι.

Hodie in cruce te suspensum, o Verbum, inculpata Virgo spectans, maternis visceribus moerens, corde vulnerabatur amare, et gemens dolenter ex animae profundo flebiliter exclamabat: Heu me Divine Nate! heu me o lux mundi! cur ex oculis meis abscessisti, Agne Dei? Inde incorporeorum Spirituum exercitus tremore corripiebantur, dicentes: Incomprehensibilis Domine, gloria tibi [1]).

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη παρασκευὴ συμπίπτουσα τῷ εὐαγγελισμῷ — κατὰ τὸ τυπικὸν ΚΠ. — ἀλειτουργητός. Ita recentior *εἴδησις* Graecorum.

Quum tempus jejunii quadragesimalis moerori potissimum sit dicatum ac poenitentiae solemnius agendae institutum, sacrificandi vero munia festivam celebritatem et spiritualis laetitiae solemnitatem secum ferant [2]), ex antiquorum graecorum canonum praecepto Missae sacrificium offerre, nisi sabbato et Dominica [3]) et sancto Annuntiationis die [4]), toto Quadragesimae spatio non licet, ne sacrificii alacritate poenitentium moestitia turbetur aut luctus jejuniis necessarius minuatur. Unde dies quadragesimales merito *ἀλειτουργητοί* vocantur.

At ne juge sacrificium hac intermissione e medio sublatum aut sacra communio fidelibus negata videretur, provisum hoc modo

---

[1]) Repetitur etiam inter *στιχηρὰ ἰδιόμελα* officii *τοῦ ἑσπερινοῦ.*

[2]) Cfr. Zonar. et Balsam. in *can. 52. Synod. Trullan.* (apud Migne, Patr. gr. t. 36, pp. 695—698).

[3]) Quoniam *Sanctorum commemoratio,* verba sunt Zonarae l. c., *jucunditatem habet et laetitiam,* atque inde festivis Officiis et Missis celebrari consuevit, ea quoque, nisi sabbatis et Dominicis, non agitur, quemadmodum annotavimus supra p. 99.

[4]) Synod. Trullan. can. 52, apud Migne, l. c. *Annuntiationis diem,* inquit Zonaras l. c., *principium caputque salutis nostrae veneramur festumque in eo celebramus* (*ὡς ἀρχὴν καὶ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν τιμῶμεν καὶ πανηγυρίζομεν ἐν αὐτῇ*); Balsamon addit: *πανηγυρίζειν προσεταγμεθα, festum agere jussi sumus.*

antiquitus est, ut intermedio illo tempore fieret *τῶν προηγιασμένων λειτουργία*, *praesanctificatorum Missa,* quae nuncupatur slav. *liturgija preždeosvjaščennych darov*; rumen., in antiquioribus libris, *liturgia cea mai 'nainte santîta*, in recentioribus autem, *lit. a' presantificateloru.* Ita hodie pro veteri instituto, tertia post meridiem hora, qua jejunium solvitur[1]), in ipso Vesperarum officio elementa antea consecrata *(προηγιασμένα)* proponunt ac sumunt sacerdotes aliisque distribuunt: ita ut, sola consecratione excepta ritibusque praeviis, prioris sacrificii sit quasi imago et repetita celebratio. Quali autem precum forma sit in hoc liturgiae simulacro utendum, praescribit propria *ἀκολουθία τῶν προηγιασμένων* (slav. *poslědovanije lit. preždeosvjašč. darov*; rumen. *urmarea lit. a' praesantific.*), quam reperies notis illustratam apud Goar. *Euchlog.* pp. 175—178, ac slavice et germanice versam apud Maltzew, *Die göttlichen Liturgien,* pp. 318 seqq.[2]).

Sed nec minori religione Graeci antiqui alteram hujus disciplinae partem servabant, consuetudinem nimirum sabbata, Dominicas et diem *τοῦ εὐαγγελισμοῦ* e numero dierum *ἀλειτουργητῶν* excipiendi; eam quippe firma ss. Patrum auctoritate stabilitam contemplati, ab ea violanda tantopere sibi cautum esse voluerunt, ut in libris liturgicis etiam ad hunc diem expresse animadverterint, omittendum Missae sacrificium non esse, *ἐὰν τύχῃ ὁ εὐαγγελισμὸς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.* Atque huc facit canon antiqui Kalendarii syriaci, quem ex Codice Vaticano 37. descriptum dedimus supra p. 100.

Verum Graeci recentiores patriarchatus CP., occidentalium morem[3]) secuti, hoc casu *τῆς συμπτώσεως τῶν ἑορτῶν* parascevem magnam Missae celebritate privant, *τοῦ εὐαγγελισμοῦ* solemnitate ad tempus paschale translata[4]). Innovationem ita ex Menaeis probat *τυπικὸν ΚΠ.* anni 1874, pp. 148—149:

Εἰ τύχοι ὁ εὐαγγελισμὸς τῇ ἁγ. καὶ μ. παρ. ἢ τῷ μεγ. σαβ., μετατίθεται καὶ ψαλ. τὴν ἰδίαν ἡμέραν τοῦ πάσχα. Ἡ γὰρ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη ἐκκλησία, πρὸ ἑνὸς αἰῶνος καὶ ἐντεῦθεν, παρὰ πατριαρχῶν ἀρχαίων καὶ ἀρχιερέων ὡς παρελάβομεν, καὶ κατιδοῦσα τὴν διαφωνίαν

---

[1]) Hoc tempus tamen, quasi laxata severiori disciplina, jam citra nefas censent antevertendum, ut ipsi vidimus.

[2]) Ejus editionis rationes explanatas satis, ut arbitror, diligenter perspicies in Actis Oenipontanis „Zeitschrift für kath. Theologie", 1894, pp. 260 seq.

[3]) Diebus Parasceves et Sabbati sancti ex Romanae Ecclesiae traditione *Sacramenta penitus non celebrari,* testatur s. Innocentius PP. I. *epist. ad Decent. Eugubin.* (24), c. 4 (apud Migne, Patr. l. t. 20, pp. 555—556).

[4]) Hinc nota kalendaria in Hemerologio graeco Veneto anni 1877 ad diem 25. Martii adscripta: *Ἡ χαρμόσυνος αὕτη ἑορτὴ μετατίθεται εἰς τὴν κυριώνυμον ἡμέραν τοῦ πάσχα.*

καὶ σύγχυσιν, τὴν συμβαίνουσαν ἀνὰ πάσας τὰς ἐν ταῖς πόλεσιν ἐκκλησίας μέριμναν καὶ περὶ τῆς τοῦ εὐαγγελισμοῦ πανηγυρικωτάτης ἑορτῆς ἀνελάβετο· καὶ δὴ πρὸς παῦσιν τῆς δοκούσης ἀνωμαλίας μάλιστα ἐν ταῖς τοῦ ἁπλοῦ λαοῦ ἀκοαῖς τοῦ μὴ κατὰ βάθος τὰ τοῦ πνεύματος ἐννοοῦντος, διετάξατο τὴν τῆς ἑορτῆς μετάθεσιν, ἐὰν τύχῃ ἐν ταῖς δυσὶν ἡμέραις ταῖς πενθίμοις ταύταις, εἰς τὴν κυριώνυμον ἡμέραν τοῦ Πάσχα. Ἵνα τὰ χαρμόσυνα τοῖς χαρμοσύνοις συνᾴδωνται καὶ συμμελῳδῶνται, οἰκονομικῶς ἀποκλίνουσα τὴν ἀνάμιξιν τῶν φαιδρῶν μετὰ τῶν πενθίμων, καὶ ἵνα μὴ ἀσυμφωνία δείκνυται μεταξὺ τοῦ, Σήμερον κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου, μετὰ τοῦ Σήμερον χαρᾶς Εὐαγγέλια, καὶ τοὺς δακρυῤῥόους θρήνους Ἐπὶ σὲ ἡ Ἁγνὴ, μετὰ τοῦ, Ὁ Γαβριὴλ κομίζει τῇ κόρῃ τὰ Εὐαγγέλια· ταῦτα δ' εἴρηται, μόνον διὰ τὰς ἐν πόλεσι καὶ κώμαις ἐκκλησίας· τῶν μοναστηριακῶν τυπικῶν ἀμεταβλήτων, ἀνεπάφων, καὶ ἀμετακινήτων διαμενόντων, διά τε τὸ πρὸς ἀρχαίους ἐκείνους πατέρας σέβας, καὶ διὰ τὸ διάφορον τοῦ μοναδικοῦ πολιτεύματος καὶ τῆς ὑψηλοτέρας διαγωγῆς.

Γνώμη τῶν παναγ. καὶ οἰκουμενικῶν πατριαρχῶν, τοῦ τε ἀπὸ Σιναίου Κ. Κ. Κωνσταντίου Α'. τοῦ Βυζαντίου, καὶ τοῦ ἀπὸ Σεῤῥῶν Κ. Κ. Γρηγορίου τοῦ ϛ'.

Feria VI. in Parasceve. Πάσχα σταυρώσιμον. Dies crucifixionis Domini. Coena pura. Pĕtok veliki na paraskeviju Vendredi saint. Good friday.

Quoniam Judaeis olim feria VI. hebdomadis *παρασκευή*, h. e., *praeparatio,* erat, quod nempe eo die *pararentur* necessaria, ne praeceptum cessandi ab opere die sabbati violaretur, vocabulum *παρασκευή* jam pro qualibet feria VI. cujusvis hebdomadis sumitur [1]). Antonomastice autem, in ecclesia latina praesertim, diem crucifixionis Christi significat, *quia eo die Christus mysterium crucis explevit, propter quod venerat in hunc mundum,* quemadmodum nomen explicat s. Isidorus *De eccles. offic.* l. 1, c. 30 [2]). Ea propter etiam dies iste, quo Salvator in mortem *transiit,* appellatus est *πάσχα σταυρώσιμον*, ad discrimen alterius transitus ex morte in vitam, quem *πάσχα ἀναστάσιμον* seu *resurrectionis* nuncupant.

Πάσχα σταυρώσιμον ex majorum traditione [3]) in praecipuis antiquis Kalendariis latinis tum vulgatis tum manu-

[1]) Repete quae de graeca nomenclatura feriarum diximus tomo 1, p. 27.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 83, p. 764.

[3]) Ita s. Augustin., *De Trinitate,* l. 4, c. 5 (apud Migne, Patr. lat. t. 42, p. 894). Similia sunt, quae ex aliis locis ejusdem s. Augustini, Tertulliani, ven Bedae aliorumque veterum scriptorum Henschenius, socius Bollandianus, exhibet Martii tomo 3, pp. 538—541,

scriptis die 25. Martii accidisse refertur[4]), ubi et in hodierno Martyrologio Romano confessio boni latronis, *τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ*, consignata est.

Cum sacra hac memoria Jesu Christi pro salute humani generis crucifixi simul etiam multa alia sociata leguntur, quae ad mundi redemptionem atque ad typicam Divini Salvatoris repraesentationem spectant. Ita Kalendaria ab Henschenio relata eidem 25. Martii assignant *mundum eodem die conditum*[2]) *et reparatum; victoriam Michaëlis archangeli de dracone; Adamum creatum, lapsum, mortuum*[3]) *et sepultum; justum Abel occisum; Melchisedech regem et sacerdotem; Isaac a patre immolatum; Israëlitarum transitum per mare rubrum.* Sed tu ipse consulas quae praeclare de his omnibus disputata in Actis Sanctorum sunt l. c.

Diem *σταυρώσιμον* antiquum Kalendarium syriacum Codicis Vaticani 37. appellat *jôm ç'lîbûthêh d'mâran, diem crucifixionis Domini,* eoque nomine bis refert: initio mensis Adâr (Martii), in rubrica a nobis descripta supra p. 101, et ad d. 14. mensis Nîsân (Aprilis).

Parasceven Judaei teste s. Augustino *coenam puram* usitatius nuncupabant. Du Cange *Glossar. lat.* feriam VI. ea appellatione dictam putat, quod religionis et dicis causa fieret, quia, inquit, quae sabbato coqui et parari non licebat, in antecessum die parasceves dicis causa coquebantur ac parabantur.

Hebraeorum morem secuti, antiqui computistae christiani feriam VI. majoris hebdomadis *ἐξαιρέτως coenam puram* vocarunt, quemadmodum allatis exemplis ostendit Krusch, *Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie*, p. 48. (Lipsiae. Veit. 1880). Rationem nomenclaturae a Baronio

---

nec dissentiunt antiqui computistae apud *Krusch,* pp. 6—7. — Verum contra hanc sententiam magna doctrina magnoque studio nuperrime disputavit Florian. Riesz in opere: *Das Geburtsjahr Christi,* pp. 94—98 (Friburgi. Herder. 1880).

[1]) Praeter antiqua Kalendaria a Bollandianis ac recentioribus computistis adducta huc facit vetustissimum Kalendarium latinum Codicis Vaticani 3806, in quo ad 25. Martii ita notatum legitur: *Anuntiat. concept. et passio Domini* (apud Mai, Nov. PP. biblioth. t. 6, part. 2, p. XXXIX).

[2]) VIII. Kal. April. — Aequinoctium (Kalendar. Jul.) — Natale mundi.

[3]) Verum in vetusto Kalendario syriaco mscr. Codicis Vaticani *obitus Patris nostri Adam* notatur die 6. mensis Nîsân.

inde repeti innuimus p. 87, quod eo die Judaei *puro* pane, h. e. azymis, ipsi *puri* vescerentur. Sed uberioris explicationis cupidus ipsum consulat loco ibidem citato.

In Breviario glagolitico ritus latini slavico redditus est diei titulus *pětok veliki na paraskeviju,* in novo Missali vero *petăk veli na paraskev gjiju*, h. e., *magna feria VI. in Parasceve,* ac simili ferme a *magnitudine* mysteriorum dicitur a Serbo-Croatis *veliki petak,* a Slovenis *veliki petek,* a Čechoslavis *velký pátek,* a Polonis *wielki piątek,* a Danis *langfredag;* ab Hungaris *nagypéntek.* Alii contra appellationem a *sanctitate* faciunt, ut, exempli causa, Galli *vendredi saint,* Itali *venerdì santo;* alii vero a *bonitate* gratiae nobis hodie acquisitae, ut Angli *good friday,* Batavi *goed vrijdag;* alii cum Germanis a Christi morte comploranda *Charfreitag* [1]); alii aliter, prout pluribus exemplis adductis probant FF. Grimm, *Deutsches Wörterbuch,* v. *Karfreitag.*

Multa dici possent de proprio ecclesiae ornatu, de passionis Officio, de Missa praesanctificatorum, de crucis adoratione deque ea, quae praeter rubricas communes multis in regionibus celebratur, crucis processione ad s. sepulchrum ac depositione: verum tanta est veterum recentiorumque catholicorum expositorum multitudo [2]), ut ab omnibus his ritibus liturgicis declarandis merito supersedeamus.

Qui in sacris hujus Tridui caeremoniis explicandis versantur scriptores acatholici, dici non potest, quantum in multis a vero aberrent. Ex iis in exemplum accipe celebratum Dr. Augusti, qui in erudito suo opere *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archäologie* praeter alia ridicula serio haec scribit tomo 2: *Sub vespertinis precibus duo acoluthi nigris induti casulis omnia altaria suis spoliant ornamentis . . . afferunt coronas . . . candelas extinguunt . . . in quibusdam ecclesiis cerea quadam manu* (p. 111). — *Das Fusswaschen (in Rom . . . an den Königshöfen . . .) sinkt in Wirklichkeit zuweilen zu einem*

---

[1]) Relege quae disputata in nomenclaturam *Charwoche* sunt p. 214.

[2]) Nostro hoc saeculo post Binterim *Denkwürdigkeiten,* t. 5, part. 1, c. 4, § 7, sublimes harum caeremoniarum rationes ex mente antiquorum *Rationalium* magna diligentia exposuit D. Prosp. Guéranger, *Année liturgique,* viam pio lectori pandendo non solum ad decentem horum rituum observantiam, verum etiam ad omnem interiorem atque reconditam eorundem cognitionem.

bedeutungslosen Ceremoniel und opus operatum *herab* (p. 105). — *Die Consecration (der Praesanctificatorum) geschah in den Cryptis . . . Katakomben . . . Das Officium Rom. redet von einem* „locus aptus, ubi calix cum hostia reponatur“ (p. 110). — *Von dem* Introitus Missae (fer. V. in Coena Dom.) *weiss das* Breviarium ad usum Congregat. s. Mauri *nichts* (pp. 112—113). — (Am Charfreytag) *unterliess man das Kniebeugen bey der Communion* (p. 132). — Quae si cum iis conferantur quae in decursu Kalendarii in Meursium, Dr. Alt, aliosque scriptores animadvertimus, aequus rerum aestimator facile perspiciet, quantum gratiae consequi ab omnibus simile argumentum pertractaturis debeat cl Dr. Ad. Harnack, professor olim Giessensis, nunc Berolinensis, quod eruditos lectores acatholicos etiam ad recentes catholicorum commentarios identidem attentos reddat, ut nimirum sciant, unde, ubi opus fuerit, certam rituum notitiam haurire possint [1]).

Τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ σαββάτῳ. *Sabbato sancto.*

Slav. *V svjatuju i velikuju subbotu;* rumen. *In sant'a sî marea sambata.*

Τὴν θεόσωμον [2]) *ταφὴν καὶ τὴν εἰς ᾅδου* [3]) *κάθοδον τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑορτάζομεν, δι' ὧν τῆς φθορᾶς* [4]) *τὸ*

Divini corporis sepulturam Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi ejusque ad inferos descensum celebramus, per quae (mysteria) *genus no*

---

[1]) Cfr. Theologische Literaturzeitung, 1878, N. 19. (pp. 469—470); 1880, N. 26. (pp. 635—636); 1881, N. 1. (pp. 6—7).

[2]) *Θεόσωμος ταφή*, slav. *bogotělesnoje pogrebenje;* rumen. *immormentarea cea indumnedieita trupésca.* — *Θεόσωμος*, *ἐπίθετον* sepulturae *divini corporis Christi,* quod non habent lexicographi. Tribuitur autem sepulturae Domini, quod *exsangue corpus Christi in triduo mortis sine separatione a divinitate adorabile fuit in sepulchro,* ut ait Pius PP. VI. Const. *Auctorem fidei* ed. d. 28. Aug. 1794, prop. 63.

[3]) *Εἰς ᾅδου* dicitur *ἐλλιπτικῶς*, subaudito accusativo *οἶκον*, sicut *εἰς διδασκάλου* pro *εἰς οἶκον διδασκάλου.* De etymologia vocabuli non eadem omnium sententia est. Multi quidem putant, vocem *ᾅδης* dici quasi *ἀΐδης* per *συναίρεσιν* ex *α* privat. et *ἴδης*, ab *εἴδω*, *video,* quasi dicas *invisibilem* seu *invisum locum.* Verum non desunt, qui alias omnino notationes statuant, quemadmodum videre poteris ex lexicis etymologicis. De ipso mysterio *τῆς καταβάσεως* sive *τῆς καθόδου τοῦ Χριστοῦ εἰς ᾅδου*, *descensus Christi ad inferos,* videndi sunt, qui articulos fidei exponunt.

[4]) *Φθορά*, corruptio, interitus, perditio, a verbo *φθείρω*, corrumpo.

Η ΘΕΟΣΩΜΟΣ ΤΑΦΗ.



MORTUUS ET SEPULTUS EST.

Τροπάριον Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Ἐν τῷ τάφῳ σωματικῶς, ἐν ᾅδου δὲ μετὰ ψυχῆς ὡς θεός, ἐν παραδείσῳ δὲ μετὰ λῃστοῦ καὶ ἐν θρόνῳ ὑπῆρχες Χριστὲ μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος, πάντα πληρῶν ὁ ἀπερίγραπτος.

In sepulchro cum corpore, in inferis cum anima, in paradiso cum latrone et in throno existebas, Christe, cum Patre et Spiritu: et Deus omnia replens, qui es incircumscriptus.

(Ex liturgia s. Joan. Chrysost. atque ex Octoëcho, ode 1. quarti toni.)

Ἑρμηνεία τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτὸς ὡς θεὸς ἐν οὐρανῷ σὺν πατρὶ προςκυνούμενος καὶ τῷ πνεύματι, καὶ αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος σωματικῶς ἐν μνημείῳ κείμενος καὶ ψυχικῶς ἐν τοῖς ᾅδου μοχλοῖς αὐλιζόμενος καὶ λῃστῇ εἰςιτητὸν ποιῶν τὸν παράδεισον συμπαρομαρτούσης ἁπανταχῇ τῆς ἀπεριγράπτου θεότητος.

Idem qui in coelo uti Deus cum Patre et Spiritu adoratur, ipsemet ut homo corpore in monumento jacet animaque in inferni recessibus versatur ac latroni aditum in paradisum struit; incircumscripta ubique comitante deitate, quae nullis cohibetur spatiis.

(Homil. in Sabbat. S., apud Migne, Patr. gr. t. 96, p. 631—632.)

ἡμέτερον γένος ἀνακληθὲν [1]) πρὸς αἰωνίαν ζωὴν μεταβέβηκε. | strum ab interitu revocatum ad aeternam vitam transiit.

Hoc titulo ultimum Triodii festum annuntiatur. Quod eidem subjectum est synaxarium, Nicephorus Callistus ab excelsis hujus diei praerogativis ad mentem s. Joannis Chrysostomi describendis exorditur, quemadmodum supra jam monuimus p. 212. Paucis deinde rationes τοῦ σαββάτου (ὃ δὴ κατάπαυσις ἑρμηνεύεται) disputando proponit, commentariumque tandem — explicatis, quae in titulo proposita sunt, festi mysteriis — absolvit. — Nos spatii angustiis inclusi, alteram partem tantum breviter attingemus, ut diligentius festi mysteria mente animoque contemplari possimus.

Sabbatum apud Hebraeos pro tota hebdomade et pro septimo hebdomadis die sumitur. Hinc dictiones *prima sabbati, secunda sabbati, tertia sabbati,* et sic deinceps sumuntur pro *Dominica, feria II., feria III.* etc.

Sabbatum sanctum, inquit Rupertus Tuitiensis, *De divinis officiis,* l. 6, c. 35 [2]), *pro magnitudine rei commune nomen excessit. Dicitur autem sabbatum* sanctum, *tum propter alia plura, tum maxime propter hoc, quod ad suscipiendam tantam luminis claritatem nova ecclesia sacro baptismi fonte sanctificatur.*

Quemadmodum Graecis est τὸ σάββατον τῆς θεοσώμου ταφῆς, ita et Latinis saepius appellatur *Requies Dominici corporis,* ut ex veteribus Missalibus patet apud Du Cange, *Glossar. lat.* v. *Sabbatum.*

Hoc sabbatum similiter *sanctum* appellant Galli *samedi saint,* Itali *sabbato santo* aliique populi occidentales; *magnum* autem vocant Hungari *nagy szombat* et Slavi, uti Serbo-Croatae *velika subota* [3]), Sloveni *vel. sobota,* Poloni

[1]) Ἀνακαλέω, revoco, reparo, restauro. — Annuntiatam hic generis nostri liberationem ab aeterna damnatione non ita esse accipiendam, ac si omnes, quotquot ab orbe condito fuerunt homines, salvati sint, pluribus dicemus crastino die.

[2]) Apud Migne, Patr. lat. t. 170, p. 168.

[3]) In corpore juris canonici etiam dicitur *sabbatum magnum* (c. *Dilectionis* 12. Dist. 76) et *sabbatum noctis magnae* (c. *Literas.* 13. Dist. 63), indeque idem hoc nomen *(velika subota)* in Breviarium slavicum rit. lat. transiit.

wielka sobota; Čechoslavi praeterea et *sanctum (sobota svatá)* et *album (bílá)* nuncupant[1], quin et ultimum hoc nomen *(bílá sobota)* tantum Kalendaria bohemica referunt. Germanis a comploranda passione Domini sepulchro jam conditi nominatur *Charsamstag.*

Sed his omnibus missis, quae, si lubeat, ex obviis quibusque auctoribus haberi possunt, convertamus nos potius ad sublimia festi mysteria pie contemplanda, preces nobis praeeunte Cosma Hagiopolita[2]), cujus sunt quatuor ultimae odae festivi canonis in tertia statione hodierni officii matutini[3]). En illas igitur ex novissima editione Romana στιχηρῶς descriptas addita latina interpretatione Gallandi.

Δεύτερον τοῦ κανόνος τετραῴδιον, ἀπὸ ϛ' ᾠδῆς καὶ ἐφεξῆς, φέρον ἀκροστιχίδα· Σάββατον μέλπω μέγα.

Altera pars canonis, complectens odas 6, 7, 8. et 9, habens acrostichiden: Sabbatum canto magnum.

Ὠιδὴ ϛ'. Ὁ εἱρμός[4]).

M „Συνεσχέθη,
„ἀλλ' οὐ κατεσχέθη
„στέρνοις κητῴοις Ἰωνᾶς·
„σοῦ γὰρ τὸν τύπον φέρων,
„τοῦ παθόντος καὶ ταφῇ δοθέντος,
„ὡς ἐκ θαλάμου,
„τοῦ θηρὸς ἀνέθορε,
„προσεφώνει δὲ τῇ κουστωδίᾳ·
„Οἱ φυλασσόμενοι
„μάταια καὶ ψευδῆ,
„ἔλεον αὐτοῖς
„ἐγκατελίπετε.

[1]) Cfr. Brandl, Glossar., p. 317.

[2]) S. Cosmas condiscipulus fuit s. Joannis Damasceni, ut dictum est t. 1, p. 301. Ejus carmina dat Migne, Patr. gr. t. 98, pp. 459—524.

[3]) Quatuor priores odae dicuntur esse ποίημα Μάρκου (μοναχοῦ), ἐπισκόπου Ἰδροῦντος, episcopi scilicet Hydruntini saeculo 9.

[4]) Quatuor hirmos praesentium odarum e slavico germanice reddidit Maltzew, *Die Nachtwache,* pp. 584—586.

Τροπάρια.

Α Ἀνῃρέθης,
ἀλλ᾽ οὐ διῃρέθης,
Λόγε, ἧς μετέσχες σαρκός·
εἰ γὰρ καὶ λέλυταί σου
ὁ ναὸς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους,
ἀλλὰ καὶ οὕτω
μία ἦν ὑπόστασις
τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκός σου.
ἐν ἀμφοτέροις γὰρ
εἷς ὑπάρχεις Υἱός,
Λόγος τοῦ Θεοῦ,
Θεὸς καὶ ἄνθρωπος.

Β Βροτοκτόνον,
ἀλλ᾽ οὐ θεοκτόνον
ἔφυ τὸ πταῖσμα τοῦ Ἀδάμ·
εἰ γὰρ καὶ πέπονθέ σου
τῆς σαρκὸς ἡ χοϊκὴ οὐσία,
ἀλλ᾽ ἡ θεότης
ἀπαθὴς διέμεινε·
τὸ φθαρτὸν δέ σου πρὸς ἀφθαρσίαν
μετεστοιχείωσας,
καὶ ἀφθάρτου ζωῆς
ἔδειξας πηγὴν
ἐξ ἀναστάσεως.

Β Βασιλεύει,
ἀλλ᾽ οὐκ αἰωνίζει,
ᾅδης τοῦ γένους τῶν βροτῶν·
σὺ γὰρ τεθεὶς ἐν τάφῳ,
κραταιέ, ζωαρχικῇ παλάμῃ
τὰ τοῦ θανάτου
κλεῖθρα διεσπάραξας,
καὶ ἐκήρυξας τοῖς ἀπ᾽ αἰῶνος
ἐκεῖ καθεύδουσι
λύτρωσιν ἀψευδῆ,
Σῶτερ, γεγονὼς
νεκρῶν πρωτότοκος.

Ode 6. Hirmus.

Contentus, at non retentus est pectoribus ceteis Jonas: tui enim typum ferens, qui passus es et sepulturae datus, tanquam ex thalamo, a ceto exsiliit, alloquebaturque custodiam: Qui excubias agitis vane et mendaciter, misericordiam ipsam deseruistis.

Troparia.

Occisum, at non divulsum es, o Verbum, a carne, cui participasti. Quamvis enim solutum fuerit templum tuum tempore passionis, nihilominus tamen una erat hypostasis divinitatis et carnis tuae. In utraque enim unicus es Filius, Verbum Dei, Deus et homo.

Homicida, at non Deicida fuit lapsus Adami. Etsi enim passa est tuae carnis terrena substantia, divinitas tamen impassibilis permansit. Corruptibile autem tuum ad incorruptionem transmutasti, incorruptaeque vitae ostendisti fontem ex resurrectione.

Regnat, at non perennat orcus in hominum genere. Tu enim in sepulchro positus, potens, vitae dominatrice manu mortis claustra dilacerasti, et praedicasti iis, qui a saeculo ibi sedebant, redemptionem verissimam, o Salvator, factus mortuorum primogenitus.

Κοντάκιον. Ἦχος β′.

Τὴν ἄβυσσον ὁ κλείσας
νεκρὸς ὁρᾶται,
καὶ σμύρνῃ καὶ σινδόνι
ἐνειλημένος
ἐν μνημείῳ κατατίθεται,
ὡς θνητὸς ὁ ἀθάνατος·
γυναῖκες δὲ αὐτὸν
ἦλθον μυρίσαι,
κλαίουσαι πικρῶς καὶ ἐκβοῶσαι·
Τοῦτο Σάββατόν ἐστι
τὸ ὑπερευλογημένον,
ἐν ᾧ Χριστὸς ἀφυπνώσας
ἀναστήσεται τριήμερος.

Qui claudit abyssum, mortuus cernitur, et myrrha ac linteo involutus, in monumento deponitur ut mortalis mori nescius. Mulieres vero ibant, ut ungerent eum, flentes acerbe, et clamantes: Hoc sabbatum est superbenedictum, in quo Christus somnum excutiens, tertia die resurget.

Ὁ οἶκος [1]).

Ὁ συνέχων τὰ πάντα
ἐπὶ σταυροῦ ἀνυψώθη,
καὶ θρηνεῖ πᾶσα ἡ κτίσις,
τοῦτον βλέπουσα κρεμάμενον
γυμνὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου·
ὁ ἥλιος τὰς ἀκτῖνας ἀπέκρυψε,
καὶ τὸ φέγγος οἱ ἀστέρες ἀπεβάλοντο·
ἡ γῆ δὲ σὺν πολλῷ
τῷ φόβῳ συνεκλονεῖτο·
ἡ θάλασσα ἔφυγε
καὶ αἱ πέτραι διεῤῥήγνυντο·
μνημεῖα δὲ πολλὰ ἠνεῴχθησαν,
καὶ σώματα ἠγέρθησαν
ἁγίων ἀνδρῶν·
ᾅδης κάτω στενάζει,
καὶ Ἰουδαῖοι σκέπτονται
συκοφαντῆσαι Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν,
τὰ δὲ γύναια κράζουσι·
Τοῦτο Σάββατόν ἐστι
τὸ ὑπερευλογημένον [2]),
ἐν ᾧ Χριστὸς ἀφυπνώσας
ἀναστήσεται τριήμερος [3]).

---

[1]) Refertur etiam in Horologio cum *ἀρχιτελείᾳ*, slav. *Bezdnu zaklijučivyj — voskresnet tridneven;* rumen. *Celu ce a incuniatu adenculu — va inviè a treï'a dî.*

[2]) Slav. *sija subbota jest preblagoslevennaja;* rumen. *acést'a este sambat'a cé prea benecuventata.*

[3]) Hic, in consueta sua sede, exhibetur synaxarium (cum propriis *στίχοις* praefixis et Responsorio adjuncto) tum in editione Veneta p. 409, tum in Bononiensi pp. 337—338. Verum novissima editio Romana haec omnia expunxit, utpote quae *ἐν ταῖς νεωτέραις ἐκδόσεσιν ἀλυσιτελῶς καὶ ἀνωφελῶς προστεθειμένα* censeret, praesentique *οἴκῳ* oden 7. continuo subjecit p. 732.

Qui omnia continet, in cruce exaltatus est. Et luget omnis creatura, eum videns suspensum, nudum in ligno. Sol radios abscondidit, et fulgorem stellae dimiserunt. Terra autem multo cum terrore concutitur. Mare aufugit, et saxa dissiluere. Plurima etiam monumenta aperta sunt, et corpora sanctorum virorum erecta sunt. Orcus subtus plangit, et Judaei considerant, ut falsum esse dicant Christum surrexisse. Mulieres vero clamant: Hoc sabbatum est prae omnibus benedictum, in quo Christus somnum excutiens tertia die resurget.

ᾨδὴ ζ΄. Ὁ εἱρμός.

Α „Ἄφραστον θαῦμα!
„ὁ ἐν καμίνῳ ῥυσάμενος
„τοὺς ὁσίους
„παῖδας ἐκ φλογὸς
„ἐν τάφῳ νεκρὸς
„ἄπνους κατατίθεται,
„εἰς σωτηρίαν
„ἡμῶν τῶν μελῳδούντων·
„Λυτρωτά,
„ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Τροπάρια.

Τ Τέτρωται ᾅδης
ἐν τῇ καρδίᾳ, δεξάμενος
τὸν τρωθέντα
λόγχῃ τὴν πλευράν,
καὶ στένει πυρὶ
θείῳ δαπανώμενος,
εἰς σωτηρίαν
ἡμῶν τῶν μελῳδούντων·
Λυτρωτά,
ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ο Ὄλβιος τάφος!
ἐν ἑαυτῷ γὰρ δεξάμενος
ὡς ὑπνοῦντα
τὸν Δημιουργὸν

ζωῆς, θησαυρὸς
θεῖος ἀναδέδεικται,
εἰς σωτηρίαν
ἡμῶν τῶν μελῳδούντων·
Λυτρωτά,
ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ν *Νόμῳ θανόντων*
τὴν ἐν τῷ τάφῳ κατάθεσιν
ἡ τῶν ὅλων
δέχεται ζωή,
καὶ τοῦτον πηγὴν
δείκνυσιν ἐγέρσεως,
εἰς σωτηρίαν
ἡμῶν τῶν μελῳδούντων·
Λυτρωτά,
ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Μ *Μία ὑπῆρχεν*
ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ ἀχώριστος
καὶ ἐν τάφῳ
καὶ ἐν τῇ Ἐδὲμ
Θεότης Χριστοῦ,
σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι,
εἰς σωτηρίαν
ἡμῶν τῶν μελῳδούντων·
Λυτρωτά,
ὁ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ode 7. Hirmus.

Inenarrabile prodigium! Qui in fornace liberavit sanctos pueros a flamma, in sepulchro mortuus nec spirans deponitur pro salute nostra, qui canimus: Redemptor Deus, benedictus es.

Troparia.

Sauciatus est infernus in corde, dum suscipit eum, qui sauciatus fuit hasta per latus, gemitque igne divino consumptus pro salute nostra, qui canimus: Redemptor Deus, benedictus es.

Felix sepulchrum! in se enim suscipiens veluti dormientem auctorem vitae, thesaurus divinus indicatus est in salutem nostram, qui canimus: Redemptor Deus, benedictus es.

Lege mortuorum depositionem in sepulchro vita omnium accipit, et hunc fontem demonstrat resurrectionis pro salute nostra, qui canimus: Redemptor Deus, benedictus es.

Una fuit in inferno inseparata, in sepulchro et in Eden, Christi divinitas, cum Patre et Spiritu, pro salute nostra, qui canimus: Redemptor Deus, benedictus es.

Ὠιδὴ η΄. Ὁ εἱρμός.

Η „Ἔκστηθι φρίττων, οὐρανέ,
„καὶ σαλευθήτωσαν
„τὰ θεμέλια τῆς γῆς·
„ἰδοὺ γὰρ
„ἐν νεκροῖς λογίζεται
„ὁ ἐν ὑψίστοις οἰκῶν,
„καὶ τάφῳ μικρῷ ξενοδοχεῖται.
„Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε,
„Ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε.
„Λαός, ὑπερυψοῦτε
„αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Τροπάρια.

Λ Λέλυται ἄχραντος ναός,
τὴν πεπτωκυῖαν δὲ
συνανίστησι σκηνήν·
Ἀδὰμ γὰρ
τῷ προτέρῳ δεύτερος,
ὁ ἐν ὑψίστοις οἰκῶν,
κατῆλθε μέχρις ᾅδου ταμιείων.
Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε,
Ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε,
Λαός, ὑπερυψοῦτε
αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Πέπαυται τόλμα μαθητῶν,
Ἀριμαθαῖος δὲ
ἀριστεύει Ἰωσήφ·

νεκρὸν γὰρ
καὶ γυμνὸν θεώμενος
τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν,
αἰτεῖται καὶ κηδεύει κραυγάζων·
Οἱ παῖδες, εὐλογεῖτε,
Ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε,
Λαός, ὑπερυψοῦτε
αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὢ τῶν θαυμάτων τῶν καινῶν!
ὢ ἀγαθότητος!
ὢ ἀφράστου ἀνοχῆς!
ἑκὼν γὰρ
ὑπὸ γῆν σφραγίζεται
ὁ ἐν ὑψίστοις οἰκῶν,
καὶ πλάνος Θεὸς συκοφαντεῖται.
Οἱ παῖες, εὐλογεῖτε,
Ἱερεῖς, ἀνυμνεῖτε,
Λαός, ὑπερυψοῦτε
αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ode 8. Hirmus.

Obstupesce horrens, o coelum, et commoveantur fundamenta terrae! Ecce enim inter mortuos reputatur, qui in excelsis habitat, et sepulchro pusillo hospitatur, quem pueri benedicite, sacerdotes laudate et populi glorificate in omnia saecula.

Troparia.

Solutum est immaculatum templum, at quod ceciderat erigit habitaculum. Adam enim pro priore secundus, qui in excelsis habitat, descendit usque ad inferni penetralia, quem pueri benedicite, sacerdotes laudate, populi glorificate in omnia saecula.

Desiit animositas discipulorum, sed Arimathaeus strenue agit Josephus. Mortuum enim nudumque conspicatus universorum Deum, postulat et parentat clamans: Pueri benedicite, sacerdotes laudate, populi superexaltate, in omnia saecula.

O prodigia inusitata! O bonitatem et indicibilem tolerantiam! Volens enim sub terra sigillo munitur, qui in ex-

celsis habitat; et tanquam erro Deus traducitur, quem pueri benedicite, sacerdotes laudate, populi glorificate in omnia saecula.

Ὠιδὴ θ'. Ὁ εἱρμός.

M „Μὴ ἐποδύρου μοι, Μῆτερ,
„καθορῶσα ἐν τάφῳ,
„ὃν ἐν γαστρὶ ἄνευ σπορᾶς
„συνέλαβες Υἱόν·
„ἀναστήσομαι γὰρ
„καὶ δοξασθήσομαι,
„καὶ ὑψώσω ἐν δόξῃ
„ἀπαύστως, ὡς Θεός,
„τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ
„σὲ μεγαλύνοντας.

Τροπάρια.

E Ἐπὶ τῷ ξένῳ σου τόκῳ
τὰς ὠδῖνας φυγοῦσα,
ὑπερφυῶς ἐμακαρίσθην,
ἄναρχε Υἱέ·
νῦν δέ σε, Θεέ μου,
ἄπνουν ὁρῶσα νεκρόν,
τῇ ῥομφαίᾳ τῆς λύπης
σπαράττομαι δεινῶς·
ἀλλ' ἀνάστηθι, ὅπως
μεγαλυνθήσομαι.

Γ Γῆ με καλύπτει ἑκόντα,
ἀλλὰ φρίττουσιν ᾅδου
οἱ πυλωροί, ἠμφιεσμένον
βλέποντες στολὴν
ᾑμαγμένην, Μῆτερ,
τῆς ἐκδικήσεως·
τοὺς ἐχθροὺς ἐν σταυρῷ γὰρ
πατάξας ὡς Θεός
ἀναστήσομαι αὖθις
καὶ μεγαλυνῶ σε.

A Ἀγαλλιάσθω ἡ κτίσις,
εὐφραινέσθωσαν πάντες

οἱ γηγενεῖς· ὁ γὰρ ἐχθρὸς
ἐσκύλευται ᾅδης·
μετὰ μύρων γυναῖκες
προσυπαντάτωσαν·
τὸν Ἀδὰμ σὺν τῇ Εὔᾳ
λυτροῦμαι παγγενῆ,
καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
ἐξαναστήσομαι.

Ode 9. Hirmus.

Ne quiriteris, mea mater, videns in sepulchro, quem in utero sine semine concepisti filium. Resurgam enim et glorificabor, et, tanquam Deus, exaltabo in gloria eos, qui sine intermissione in fide et affectu magnificant te.

Troparia.

In admirabili partu tuo dolores non experta supernaturaliter beatificata sum, aeterne Filî. Nunc autem te, Deus meus, non spirantem conspicata mortuum, gladio doloris laceror vehementer. Sed resurge, ut magnificer.

Tellus me tegit volentem, sed horrent Orci janitores, indutum videntes stola cruentata sanguine, o Mater, ultionis. Inimicis enim in cruce conculcatis, ut Deus, resurgam rursus et magnificabo te.

Exsultet creatura, laetentur omnes terrigenae: inimicus enim exspoliatus est infernus. Cum unguentis mulieres occurrant: Adamum cum Eva redimo totius generis parentem et tertio die resurgam.

His et latinum carmen laudativum addatur, quod ex *Offiicio proprio s. sepulchri* erutum D. Prosp. Guéranger sistit ad sabbatum in Albis, festis paschalibus quasi vale facturus.

Hymnus
in s. sepulchrum.

Dic sepulchri gloriosi,
Laeta mens, miracula;
Quo velut matris pudicae
Christus alvo prodiit:
Ut prophetarum fideles
Paginae spoponderant.

In nova conceptus alvo
Virginis puerperae,
In novo compostus antro
Conquievit pumicis:
Gloriosus hoc et illa
Vir puerque prodiit.

Haec parit corpus caducum,
Omnium spe serius;
Aeviternum reddit illud,
Omnium spe citius;
Illa pannis involutum,
Linteis hoc conditum.

Ex sinu matris futuram
Ad salutem nascitur;
At salute jam parata,
Rupis alvus reddidit;
Ad crucem parens produxit,
At silex ad gloriam.

Ergo te coelestis Agni
Purpurata sanguine
Aula ter felix, adorent
Terra, pontus, aethera;
Nec sepulchrum quis vocarit
Vita de quo nascitur.

Gloria et honor Deo
Usquequaque Altissimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus est, et potestas
Per immensa saecula. Amen.

De caeremoniis Sabbati sancti.

Ex hodiernis caeremoniis Ecclesiae latinae praecipue adduci merentur *benedictio novi ignis* ex silice excussi, de quo statim *triplex candela conjuncta accenditur; benedictio cerei paschalis* cum solemni cantu *Exultet,* inscriptis olim in cereum notis chronopraphicis cum authentico catalogo festorum anni currentis; *benedictio fontis; solemnis collatio baptismatis; Litaniae* et *Missa paschalis* e sequenti nocte anticipata; antiquitus enim hodie Missa non inchoabatur antequam *una ex stellis* apparuisset in coelo, fuitque extraordinariis ritibus usque ad mediam noctem protracta. — Sed omnia haec volentes omittimus, quod ea pro scholastica consuetudine ad alias disciplinas jam delata cernamus.

Graecorum caeremonias ex libris liturgicis accurate praescribit Typicum CP. pp. 238—240. Ex iis praecipua capita haec sunt: horis canonicis aliisque plurimis ex sacra scriptura lectionibus recitatis peragitur liturgia s. Basilii, quam ad secundam usque noctis horam producunt. Qua demum finita, non exeunt ecclesia, sed suis insistentes sedibus[1]) alia atque alia ex patribus legunt, quousque tempus advenerit Officium paschale recitandi, sicque *totam noctem in vigiliis (πάννυχον ἀγρυπνίαν)* transigentes et sine intermissione *sacris mysteriis*

[1]) Ὀφείλει δὲ ἔχειν ἀκριβείαν ὁ ἐκκλησιάρχης, ἵνα, ὅταν ἀπολύσῃ ἡ ἐκκλησία τῆς λειτουργίας, ὑπάρχῃ ὥρα β. τῆς νυκτός. Μετὰ δὲ ἀπό-

incumbentes (καὶ πάσης νυκτὸς λειτουργοῦντες) Christi resurrectionem annuntiant (τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν καταγγέλλοντες).

Monachis reliquisque, qui tota nocte vigilaturi sunt, ne prae languore deficiant, benigne conceditur, ut frustulum panis, ficos dactylosve secum sumant [1]).

Hymnus Paschalis

Χριστὸς ἀνέστη.

Die illucescente *Δόξα* solemniter canitur moxque praeclarus ille hymnus paschalis, quem, praecinente pontifice, duodecies repetunt:

Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος.

Christus surrexit ex mortuis, mortem morte conculcans, et vitam his, qui in monumentis erant, impertiens.

Slav. *Christos voskrese iz mertvych, mertiju smert poprav, i suščym vo grověch život darovav.*

Rumen. *Christosu a inviatu dein morti, cu mortea pre morte calcandu, sî celoru dein mormenture vietia daruindu-le.*

Arab. *El-Mesîch qâm min bên el-emvât, vavatî'a-l-môt bil-môt, vavahaba-l- chajât lilladzîn fil-qubûr.*

Quod idem *τροπάριον* clerici Munkacsienses ritus graeci popularium suorum consuetudini ita hungarice tradiderunt l. c. p. 80:

Krisztus föltámadt halottaiból, halálával letiporta a halált és a sirban levőknek életet ajándékozott.

Iste hymnus autem a Paschate ad festum usque Ascensionis adeo frequens in ecclesiis personat, ut, notante Goario

---

λυσιν οὐκ ἐξερχόμεθα τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καθήμεθα ἐν τοῖς τόποις ἡμῶν. Ita etiam Triodium, ad finem hujus diei.

[1]) *Εἰσέρχεται,* ita pergit rubrica Triodii in praecedenti nota citata, *ὁ κελλαρίτης, καὶ ἐπιδίδωσι τοῖς ἀδελφοῖς ἀνὰ κλάσμα τοῦ ἄρτου. καὶ ἀνὰ ἓξ ἰσχάδων ἢ φοινίκων καὶ ἀπὸ ἑνὸς κρασοβολίου οἴνου.*

in *Codin.* [1]), omnem paschali tempore laudem Deo reddendam, quemadmodum Latinis *Alleluja,* includere videatur.

Ipsa *nox paschalis*, quae in jure nostro *magna* vocatur (can. *Literas.* 13. Dist. 63), veteribus est *νὺξ φωτεινή, λαμπρά, λαμπροφόρος*, *nox lucida, splendida,* miris *irradiata fulgoribus* [2]), quod per eam, ut hodieque in multis regionibus [3]), omnia collucerent ignibus, divina mysteria significantibus, ut Patres nos edocent. In his s. Gregorius Nyssenus, *orat. 4. in s. Pascha* [4]):

Φωτεινὴ νὺξ αὕτη, τὰς ἐκ τῶν λαμπάδων αὐγὰς ὀρθριναῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου συμμίξασα, μίαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἡμέραν ἐποίησε, μὴ διαμερισθεῖσα τῇ παρενθήκῃ τοῦ σκότους.

Luminosa haec nox, inquit, *accensarum lampadum fulgorem matutinis solis radiis conjungens, unum continuum diem efficit nulla tenebrarum interpositione diremptum.*

Quibus similia sunt, quae s. Gregorius Nazianzenus habet in *orationis 42* [5]) exordio:

Καλὴ μὲν καὶ ἡ χθὲς ἡμῖν λαμπροφορία καὶ φωταγωγία, ἣν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συνεστησάμεθα, πᾶν γένος ἀνθρώπων μικροῦ καὶ ἀξία πᾶσα, δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὴν νύκτα καταφωτίζοντες.

Praeclara quidem nobis quoque fuit hesterna splendoris luminumque solemnitas, quam privatim juxta publiceque peregimus, omne genus hominum ferme atque omnes magistratus et dignitate insignes, copioso igne noctem collustrantes.

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 157, p. 363.

[2]) Cant. paschal. *Exultet.*

[3]) Ejusmodi festivos ignes, piae exultationis publicaeque gratulationis testes, nominatim in vicina Carinthia nocte paschali magno numero accendi, nostratibus est satis compertum.

[4]) Apud Migne, Patr. gr. t. 46, pp. 681—682.

[5]) Ibid. t. 36, pp. 623—624.

Finis Triodii.

Quemadmodum in magnis Graecorum Menaeis metricae quaedam inscriptiones reperiuntur Sanctorum synaxariis praefixae, quibus praecipuae illorum virtutes *(τὸ τοῦ ἁγίου οἰκεῖον ἀξίωμα)* breviter ac nervose exhibentur, ita et Triodii synaxariis concinna aliqua epigrammata praemissa leguntur, quibus vetusti poëtae, summa brevitate multa complexi, proprias festi rationes *(τὴν τῆς ἑορτῆς ἰδίαν φύσιν)* non ineleganter declarant. Versus hosce *(στίχους ἑορταστικούς* vocant) per amplum Triodii volumen dispersos ad finem exilis hujus nostri in illud commentarii appendicis instar continua serie describendos sicque in unum veluti fasciculum colligendos censemus: ita nimirum res varias, quae disperse ac diffuse hucusque in Graecorum festa sunt disputatae, *ὀφθαλμοφανῶς* unum sub aspectum subjecturi, atque in iis summatim repetendis ex assiduo academiarum labore tantisper conquieturi.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΡΙΩΙΔΙΟΝ.

Ὁ Δημιουργὸς τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω,
Τρισάγιον μὲν ὕμνον ἐκ τῶν Ἀγγέλων,
Τριῴδιον δὲ καὶ παρ' ἀνθρώπων δέχου.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΕΛΩΝΗΝ ΚΑΙ ΦΑΡΙΣΑΙΟΝ.

Φαρισαΐζων, ἱεροῦ μακρὰν γίνου·
Χριστὸς γὰρ ἔνδον, ᾧ ταπεινοὺς δεκτέον.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΟΥ ΑΣΩΤΟΥ.

Ἄσωτος εἴ τις, ὡς ἐγὼ θαῤῥῶν ἴθι·
Θείου γὰρ οἴκτου πᾶσιν ἤνοικται θύρα.

ΕΙΣ ΤΟ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΠΡΟ ΤΗΣ ΑΠΟΚΡΕΩ.

Ἀμνημόνησον πταισμάτων νεκροῖς, Λόγε,
Τὰ χρηστὰ νεκρὰ σπλάγχνα σου μὴ δεικνύων.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΗΣ ΑΠΟΚΡΕΩ.

Ὅτε κρίνων γῆν, ὁ Κριτὴς πάντων, κάθῃ,
Τῆς, Δεῦτε, φωνῆς ἄξιον κἀμὲ κρίνοις.

ΕΙΣ ΤΟ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΗΣ ΤΥΡΙΝΗΣ.

Ψυχαῖς Δικαίων, ὧν ἀεὶ μνήμη μένει,
Χοὰς μενούσας προσκομίζω τοὺς λόγους.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΗΣ ΤΥΡΙΝΗΣ.

Κόσμος γενάρχαις πικρὰ συνθρηνησάτω,
Βρώσει γλυκείᾳ συμπεσὼν πεπτωκόσι.

ΕΙΣ ΤΟ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΗΣ Α'. ΕΒΔΟΜΑΔΟΣ.

Τροφῇ κολύβων ἑστιᾷ Τύρων πόλιν,
Τροφὴν τιθεὶς ἄπρακτον ἠλισγημένην.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ.

Τὰς οὐ πρεπόντως ἐξορίστους Εἰκόνας
Χαίρω πρεπόντως προσκυνουμένας βλέπων.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ Β'. ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

(Φωτὸς λαμπρὸν κήρυκα νῦν ὄντως μέγαν
Πηγὴ φάους ἄδυτον ἄγει πρὸς φέγγος.)

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΗΣ ΣΤΑΥΡΟΠΡΟΣΚΥΝΗΣΕΩΣ.

Τὸν Σταυρὸν ἡ γῆ πᾶσα προσκυνησάτω,
Δι' οὗπερ ἔγνω προσκυνεῖν σε, ὦ Λόγε.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ Δ'. ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Ὁ σάρκα καὶ ζῶν νεκρὸς ὢν Ἰωάννης
Αἰωνίως ζῇ, καὶ νεκρὸς φανεὶς ἄπνους·
Σύγγραμμα λιπὼν Κλίμακα τῇ ἀνόδῳ,
Δείκνυσιν αὐτοῦ πορείαν τῆς ἀνόδου.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΕΜΠΤΗΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΑΝΟΝΟΣ.

Τρόπους, Ἰησοῦ, κατανύξεως δίδου
Ἄιδουσιν ἤδη Κανόνα σοι τὸν Μέγαν.

ΕΙΣ ΤΟ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΟΥ ΑΚΑΘΙΣΤΟΥ ΥΜΝΟΥ.

Ὕμνοις ἀΰπνοις εὐχαρίστως ἡ Πόλις
Τὴν ἐν μάχαις ἄγρυπνον ὑμνεῖ Προστάτιν.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ Ε'. ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Ἀπῆρε πνεῦμα, σὰρξ ἀπεῤῥύη πάλαι·
Τὸν ὄστινον, γῆ, κρύπτε νεκρὸν Μαρίας

ΕΙΣ ΤΟ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΟΥ ΛΑΖΑΡΟΥ.

Θρηνεῖς, Ἰησοῦ· τοῦτο θνητῆς οὐσίας·
Ζωοῖς φίλον σου· τοῦτο θείας ἰσχύος.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΥΡΙΑΚΗΝ ΤΩΝ ΒΑΙΩΝ.

Πώλῳ καθίσας ὁ λόγῳ τείνας πόλον
Βροτοὺς ἐκζητεῖ λῦσαι τῆς ἀλογίας.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ Β'.

Σώφρων Ἰωσὴφ δίκαιος κράτωρ ὤφθη
Καὶ σιτοδότης ὢ καλῶν θημωνία!

Εἰς τὴν ξηρανθεῖσαν συκῆν.

Τὴν Συναγωγὴν συκῆν Χριστὸς Ἑβραίων
Καρπῶν ἄμοιρον πνευματικῶν εἰκάζων,
Ἀρᾷ ξηραίνει· ἧς φύγωμεν τὸ πάθος.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ Γ'.

Τρίτη μεγίστη Παρθένους δέκα φέρει
Νίκην φερούσας ἀδεκάστου Δεσπότου.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ Δ'.

Γυνὴ βαλοῦσα σώματι Χριστοῦ μύρον,
Τὴν Νικοδήμου προὔλαβε σμυρναλόην.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΗΝ Ε'.

Εἰς τὸν ἱερὸν Νιπτῆρα.

Νίπτει Μαθητῶν ἑσπέρας Θεὸς πόδας,
Οὗ ποὺς πατῶν ἦν εἰς Ἐδὲμ δείλης πάλαι.

Εἰς τὸν μυστικὸν Δεῖπνον.

Διπλοῦς ὁ Δεῖπνος· Πάσχα γὰρ Νόμου φέρει,
Καὶ Πάσχα καινόν, Αἷμα, Σῶμα Δεσπότου.

Εἰς τὴν ὑπερφυᾶ Προσευχήν.

Προσεύχῃ καὶ φόβητρα, θρόμβοι αἱμάτων,
Χριστέ, προσώπου παραιτούμενος δῆθεν
Θάνατον, ἐχθρὸν ἐν τούτοις φενακίζων.

Εἰς τὴν Προδοσίαν.

Τί δεῖ μαχαιρῶν; τί ξύλων, λαοπλάνοι,
Πρὸς τὸν θανεῖν πρόθυμον εἰς κόσμου λύτρον;

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΘΩΝ.

Εἰς τὴν Σταύρωσιν.

Ζῶν εἶ Θεὸς σύ, καὶ νεκρωθεὶς ἐν ξύλῳ,
Ὦ νεκρὲ γυμνέ, καὶ Θεοῦ ζῶντος Λόγε.

Εἰς τὸν συσταυρωθέντα τῷ Χριστῷ λῃστήν.

Κεκλεισμένας ἤνοιξε τῆς Ἐδὲμ πύλας
Βαλὼν ὁ λῃστὴς κλεῖδα τό, Μνήσθητί μου.

ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΓΑ ΣΑΒΒΑΤΟΝ.

Μάτην φυλάττεις τὸν τάφον, κουστωδία·
Οὐ γὰρ καθέξει τύμβος αὐτοζωΐαν.

Ἐπαινείσθω μετὰ πολλῆς δόξης ὁ Θεός,
ὁ τῶν ἁπάντων Κτίστης.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΤΡΙΩΔΙΟΥ.

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΑΡΙΟΝ

ΠΕΡΙΕΧΟΝ

ΤΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΚΥΡΙΑΚΗΣ ΑΝΗΚΟΥΣΑΝ ΑΥΤΩΙ ΧΑΡΜΟΣΥΝΟΝ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ.



CAPUT II.

DE FESTIS MOBILIBUS POST PASCHA.

Introductio in Pentecostarium.

Selectae quaedam notiones paschales ex computo ecclesiastico repetitae.

I. De distinctione inter solemnitatem Resurrectionis et festum Paschatis.

Vetustiora Kalendaria cum Martyrologiis plerisque *festum Resurrectionis Dominicae* a *solemnitate paschali* distinguunt [1]; illud enim festis immobilibus accensent, cui agendo diem 27. Martii assignant [2]; Pascha vero, ut ante Hebraeis fuerat, sic deinde Christianis festum mobile seu conceptivum semper fuit; quamquam hi aliquando in ejus die designando inter se

[1]) Hanc in rem consulenda tibi sunt quae post Bollandianos ad dies 25. (supra p. 254) et 27. Martii (ejusdem mensis tomo 3, p. 684) ex antiquis Kalendariis Neapolitanis et Siculis enotavit Mazochius, *Kalendar. Neapolit.* t. 1, p. 113; itemque legendae animadversiones Ruinartii *in s. Gregor. Turonen., Histor. Francor.* l. 10, c. 31 (apud Migne Patr. lat. t. 71, p. 566); nec minus videnda quae Alemanni scripsit in *Kalendar. pugillar.* ad d. 25. Mart. (apud Mai, Nova PP. biblioth. t. 6, part. 2, p. XXXIX).

[2]) Hinc consequens fuit, ut ad eandem numeri rationem *Ascensio Domini* consignaretur die 5. Maji, *Pentecostes* autem die 15.

dissenserunt, quod non omnes uno eodemque cyclo uterentur. — Vide quae huc pertinentia diximus in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1893, pp. 128—130: ubi inter alia, exemplo allato, ostendimus, ex ignoratione distinctionis inter statam solemnitatem Resurrectionis et mobile festum Paschatis a viris etiam doctis identidem parum felicem atque de longinquo petitam interpretationem festi diei 27. Martii assignati dari, ubi de proximo velut sese offert indubia explicatio.

II. De officio diem Paschatis rite designandi ac legitime publicandi.

Legitimus dies Paschatis ex Nicaenae synodi Decreto ab ecclesia Alexandrina Sedi Apostolicae quotannis erat intimandus atque inde a Romano Pontifice toti orbi cum auctoritate praescribendus.

En tibi pauca ex multis, quae eam in rem scripsimus in *Commentario de Computo ecclesiastico*, pp. 97 seqq.: *Sanctorum totius orbis synodi consensione decretum est* — verba sunt s. Cyrilli Alexandrini in *Prologo paschali* anni 437, § 2 [1]) —, *ut, quoniam apud Alexandriam talis esset reperta ecclesia, quae hujus scientiae perfectione clareret, quoto Kalendarum vel Iduum, et quota luna Pascha rite debeat celebrari, per singulos annos Romanae Ecclesiae intimaret: unde Apostolica auctoritate universalis Ecclesia per totum orbem definitum Paschae diem sine ulla disceptatione cognosceret.* — Alia in eandem sententiam scripta e s. Leonis M. *epistola (121) ad Marcianum imperatorem* vide in ipso *Com. de Computo ecclesiastico,* pp. 98—99 [2]).

Sed et multo ante jam ecclesias omnes a Summo Pontifice *juxta consuetudinem* praemoneri quotannis voluerant patres concilii Arelatensis an. 314, cujus hic canon primus fuit, quo s. Silvestrum alloquuntur: *Primo loco de observatione Paschae Dominici, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis observetur, et juxta consuetudinem literas ad omnes tu*

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 77, p. 384. Accuratius tamen exhibetur a Krusch, Der 84jährige Ostercyclus, p. 338.

[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 54, p. 1055.

dirigas [1]. Atque huc spectant celeberrimae *epistolae paschales*, de quibus praeter auctores a nobis adductos (*De Computo*, p. 98) videri meretur Mai *Nova PP. biblioth.*, t. 6, ubi etiam epistolae paschales s. Athanasii syriace et latine exhibentur.

III. De tribus elementis regulae paschalis.

Canonem de recta Paschatis celebratione s. Victor PP. (193—203) in disceptatione a Judaizantibus excitata, exemplo s. Pii PP. I. (158—167), ex Apostolica traditione determinasse legitur in Libro Pontificali, c. 14. *Hic,* verba sunt auctoris, *fecit constitum ad interrogationem sacerdotum de circulo Paschae cum presbyteris et episcopis facta collatione* [2], *ut a quarta decima luna primi mensis* [3] *usque ad vicesimam primam die Dominico custodiatur sanctum Pascha* [4]. Quod Victoris statutum, Pseudo-Isidori conceptum verbis, corpori juris canonici insertum legitur can. *Celebritatem.* 22. Dist. 3. De cons. Neque alio spectat can. *Nosse*, 21. ejusdem Dist., confectus secundum Libri Pontificalis c. 12 [5]. Quum postea tamen in *Syria, Cilicia et Mesopotamia iterum invenirentur ab ecclesia catholica dissentientes, et eodem quo*

---

[1]) Apud Hardouin. Concil. t. 1, p. 263. Cfr. etiam Krusch, l. c. pp. 69—70. Refertur in corpore juris sacri C. *De observatione Paschae.* 26. Dist. 3. de cons.

[2]) Hoc est, explicante ibidem Bencinio, post epistolas episcoporum, qui singuli in singulis provinciis responsa ad Victoris interrogationes dantes unanimi voto rescripserunt, Pascha celebrandum esse die Dominico post lunam 14. primi mensis.

[3]) *Primus mensis* lunaris is est, cujus dies 14. aequinoctium vernum proxime sequitur, quique proinde in *Nisan* (Aprilem) desinens ab hoc nomen invenit — juxta notissimam regulam chronographicam relatam in *glossa ad can. Celebritatem cit. verb. primi mensis,* quod nimirum lunationes in uno mense coeptae atque in sequenti desinentes, alteri huic mensi tribuuntur, in quo clauduntur.

[4]) Apud Migne, Patr. l. tom 127, p. 1279. Paulo secus apud Duchesne, *L. P.* t. 1, pp. 137—138, ubi vir eruditissimus, atque ad antiquissimas ecclesiarum antiquitates feliciter detegendas natus, plura historica magni momenti scituque digna in rem praesentem animadvertit.

[5]) Ibid. p. 1213.

Judaei tempore Pascha celebrantes [1]), Patres Nicaeni *inter illa fidei ut vera ita admiranda decreta etiam super celebritate memorata* [2]) *communi omnium judicio definitionem* ediderunt, ut, *Judaeorum consuetudine relicta, sanctissima haec solemnitas uno eodemque die ab omnibus ubique celebraretur* [3]).

Jam quae ad historiam pertinent hujus controversiae, quae item ad Decretum Nicaenum et omnis generis monumenta huc spectantia, in cl. D. L. Duchesne velim quaeras, qui singula summo studio exquisivit, et recentissime in Actis literariis *Revue des questions historiques* hoc commentario illustravit: *La question de la Pâque au concile de Nicée* (1880, t. 2, pp. 6 seqq.). In supplementum quoque videri poterit nova editio Libri Pontificalis loco in praecedentibus notis jam laudato.

Tria igitur *sunt praecipue,* verbis utimur s. Epiphanii, *Haeres.* 70, n. 12, *quibus Paschatis celebritas alligatur (ἐκ τριῶν συνέστηκεν ὁ τοῦ Πάσχα σύνδεσμος): solis in primis cursus, propter Dominicam ac mensem* [4]), *tum lunae itidem cursus, idque propter legem, quae 14. luna immolari Pascha praecipit* [5]).

---

[1]) Cfr. s. Athanas. *epist. ad Afros eppos.* (apud Migne, Patr. gr. t. 26, p. 1031).

[2]) Ita s. Ambrosius in *epistola ad eppos. Aemiliae* (epist. 23, classis 1, apud Migne, Patrol. l. t. 16, pp. 1026—1027). — Quodsi vero quaeratur, quonam sensu placitum Nicaenum *de Paschate rite agendo Decretum fidei* nuncupari queat, quum tamen Ecclesia absolute potuisset permittere, ut christani eodem quo Judaei tempore Pascha celebrarent, respondendum est opportune adhibita illa distinctione, quam in *Computo eccles.* proposuimus pp. 97—98: scilicet *per se* quidem ad fidem non pertinere, utrum Pascha celebretur cum Judaeis luna 14, an die Dominico sequenti; pertinere autem *ratione connexionis,* si v. g. ideo agatur luna 14. primi mensis, quod putetur *typica* illa lex mosaica de Paschate celebrando in N. Test. adhuc obligare; est enim contra fidem, credere venturi Messiae typos ejus adventu ac morte non esse sublatos.

[3]) Desumpta haec sunt ex epistola Constantini imp. *De rebus Nicaeae gestis,* relata ab Eusebio in *Vita Constantini,* l. 3, cc. 17—20 (apud Migne, Patr. gr. t. 20, pp. 1075 seqq.).

[4]) Nota, solari cursu duo elementa *τῆς τοῦ Πάσχα εὑρέσεως* contineri, primum mensem sive aequinoctium et feriam seu diem Dominicum.

[5]) Apud Migne, Patr. gr. t. 42, p. 359.

Haec tria autem *Haer. 50.* apertius ac distinctius docet esse *lunam 14, aequinoctium* ac *diem Dominicum,* singulorum rationem insuper ita declarans n. 3 [1]):

Πανταχόθεν δὲ ἡ ἁγία Θεοῦ Ἐκκλησία περὶ τῆς χρείας ταύτης τῆς μυσταγωγίας συλλέγουσα τὸν σύνδεσμον, οὐ διαπίπτει τῆς ἀληθείας. Κέχρηται γὰρ οὐ μόνον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑβδομάδι τῇ κατὰ περίοδον ἀνακυκλουμένῃ τάξει τῶν τοῦ Σαββάτου ἑπτὰ ἡμερῶν· ἵνα κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ Κυρίου γενόμενα κατὰ τὸ πρωτότυπον, εἴη ἀνάστασίς τε καὶ εὐωχία. Καὶ κέχρηται οὐ μόνον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης, ἀλλὰ καὶ τῷ δρόμῳ τοῦ ἡλίου· ἵνα μή, ἑνὶ ἐνιαυτῷ δύο Πάσχα ποιοῦντες, ἐν τῷ ἑτέρῳ μηδὲ ἓν Πάσχα τελέσωμεν. Διὸ παρατηρούμεθα μὲν τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, ὑπερβαίνομεν δὲ τὴν ἰσημερίαν, φέρομεν δὲ ἐπὶ τὴν ἁγίαν Κυριακὴν τὸ τέλος τῆς συμπληρώσεως· λαμβάνομεν δὲ τὸ πρόβατον ἀπὸ δεκάτης, ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ἐπιγνόντες διὰ τὸ ἰῶτα· ἵνα μὴ λάθῃ ἡμᾶς μηδὲν τῶν κατὰ τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν τῆς ζωτικῆς ταύτης τοῦ Πάσχα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καὶ ἀληθινῆς πραγματείας.

Ecclesia porro Catholica, quae ad id mysterium celebrandum necessaria sunt undique contrahens, et in unum conferens, veritatem retinet. Nam non solum 14. diem observat; sed et hebdomadam; hoc est septenos illos Sabbati dies, qui perpetuo circuitu ac revolutione redeunt, ut ad eorum exemplar quae sunt a Domino gesta, resurrectio epulaeque celebrentur. Deinde praeter lunae 14. diem, etiam cursum solis adhibet, ne duplex in eundem annum Pascha ita committatur, ut altero anno ne unum quidem habeatur. Quocirca 14. illam diem sic tenemus, ut aequinoctium praetergrediamur; ac demum in sanctam Dominicam religiosissimi temporis finem conjicimus; sed agnum jam tum a decimo die sumimus, quoniam in Iota littera Jesu nomen agnoscimus [2]), ne quid omnino diligentiam nostram effugiat, quod ad ecclesiasticam et germanam, ac vitae salutisque conciliatricem Paschatis celebrationem pertinere videatur.

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 41, pp. 887—888.

[2]) Hujus loci interpretationem habes apud eundem s. Epiphanium, *haer. 70,* n. 12, jcto. commentario Petavii, apud Migne, Patr. gr. t. 42, pp. 363—367.

IV. De veris ac germanis rationibus trium horum, quae ex traditione christiana Paschatis οὐσιώδη sunt, elementorum.

Quaeris, inquit s. Augustinus, *epist.* (55. alias 119) *ad inquisitiones Januarii*, l. 2 [1]), *quae causa sit, cur anniversarius dies celebrandae Dominicae passionis non ad eundem redeat anni diem, sicut dies, qua traditur natus: et deinde subjungis: si hoc fit propter sabbatum et lunam, quid sibi velit in hac re observatio sabbati et lunae?*

Hic primum oportet noveris, diem natalem Domini non in sacramento celebrari, sed tantum in memoriam revocari, quod natus sit, ac per hoc nihil opus erat, nisi revolutum anni diem, quo ipsa res acta est, festa devotione signari. Sacramentum *est autem in aliqua celebratione, quum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sancte accipiendum est. Eo itaque modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est revocemus, id est, quod mortuus est Christus et resurrexit, sed etiam caetera, quae circa ea attestantur, ad sacramenti significationem convertere non omittamus.*

Postquam deinde vocabulo Paschatis accurate declarato ostendit, *transitum de hac vita mortali in aliam vitam immortalem in passione et in resurrectione Domini commendari, ac innovationem vitae nostrae quemdam transitum esse de morte ad vitam*, s. Doctor copiosissime disputat de significatione mystica singulorum elementorum canonis paschalis, h. e., *primi mensis* seu *mensis novorum, Lunae 14.* seu *tertiae hebdomadae ejusdem mensis* nec non *Sabbati* seu *diei Dominici;* ac tandem, quae de vi atque efficacia signorum in ejusmodi mystica festi celebratione occurrentium decem capitibus fuse dixerat, una comprehensione complexus in extrema explicatione hanc summam suarum cogitationum facit c. 11. n. 21. „*Ad ignem amoris nutriendum et flatandum quodammodo, quo tanquam pondere sursum vel introrsum referamur ad requiem (in coelis), ista omnia pertinent, quae nobis figurate insinuantur; plus enim movent et accendunt amorem, quam si nuda sine ullis sacramentorum similitudi-*

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 33, pp. 204 seqq.

nibus ponerentur. Cujus rei causam difficile est dicere. Sed tamen ita se habet, ut aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moveat, plus delectet, plus honoretur, quam si verbis propriis diceretur apertissime. Credo quod ipse animae motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur pigrius inflammatur; si vero referatur ad similitudines corporales, et inde referatur ad spiritualia, quae illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur et tanquam in facula ignis agitatus accenditur et ardentiore dilectione rapitur ad quietem in Spiritu Sancto [1]).

Caeterum praeter s. Augustinum loco, quem modo indicavimus, multa de secretioribus iisque mysticis paschalis temporis rationibus scripserunt Doctores catholici, antiquae traditionis testes, ex quibus in primis consule, si lubet, qui ea de re gravissime agit, ven. Bedam *De temporum ratione, cap. 64,* quod ipsum est *de typica Paschae interpretatione* [2]). Ejus autem aliorumque scriptorum explicationis summa haec est: Ideo Pascha non ad eundem redit anni diem, sicut tempus Dominicae Nativitatis, quod ibi Nativitatis ipsius memoria tantum solemnis habeatur, hic vero praeter festivam resurrectionis Dominicae recordationem vitae venturae et mysteria celebrentur et munera capiantur.

Unde et nomen ipsum *Paschae, transitum de morte ad vitam* significans, congruum quoque mysteriis tempus requirit: *primo,* ut aequinoctio transcenso tenebrae mortis a vera luce vincantur; *deinde* ut primo mense anni, qui dicitur *mensis novorum,* vitae novae gaudia celebrentur; *tertio,* ut resurrectio die tertio facta, et tertio tempore saeculi, h. e., sub gratia manifestata, quum jam ante legem et sub lege in prophetico lateret aenigmate, in *tertia lunae septimana* veneretur; quum et ipsa tunc lunae conversio mentis gloriam de terrenis ad coelestem doceat mutari contuitum; atque *ad ultimum*, ut *dies Dominicus,* conditione lucis insignis et triumpho Christi venerandus, nostra quoque resurrectione nobis exoptabilis in memoriam revocetur.

Corollarium. Quemadmodum perspicue falsa sunt, quae Dr. H. Alt de antiquae Romanae Ecclesiae studio ac desiderio

[1]) Apud Migne, Patrol. l. t. 33, p. 214.

[2]) Ibid. t. 90, p. 516 seqq.

fixi atque immobilis festi paschalis perperam comminiscitur[1]: ita longe ab omni successus spe abesse patet propositiones, quas Dr. Maedler, professor Torpatiensis, in Russia, gubernio suo probante, non ita pridem celebrioribus Universitatibus per inclytum Collegium Eruditorum Francofordiensium *(das freie deutsche Hochstift)* faciendas curavit[2], ut scilicet novae Kalendarii emendationi recipiendae adlaborarent, qua Pascha dehinc semper unius hebdomadis spatio, h. e., intra septem dies (ad normam primae Dominicae Adventus) figeretur. — De his consiliis caesareo-russicis non est, cur hic plura dicamus, quum eorundem causas ac scopum alio loco jam ad leges critices exegerimus[3]; de antiqua Ecclesia Romana autem iis, quae disputata hucusque sunt, id unum addidisse sufficiat, Summos Pontifices *nixos traditioni, quam divo Petro acceptam referebant,* canonem suum de celebrando Paschate contra Quartadecimanos sustinuisse.

V. De mirabili canonis paschalis sanctione ab antiquis memoriae prodita.

Pervagata est veterum traditio, regulam de Paschate rite agendo speciali quadam ratione in Dei omnipotentis tutelam fuisse collatam indubiaque miraculorum sanctione evidenter confirmatam.

Memorari eam in rem debent plurimi *fontes baptismales in Paschate aqua divinitus impleti,* de quibus quid locupletiores auctores scriptum reliquerint, ex *Computo ecclesiastico* (pp. 62—64) hic accipe.

Quum anno Ch. 417. errore supputationis factum esset, ut Pascha non suo legitimo die celebraretur in Ecclesia, divino sane miraculo compertum esse errorem, Paschasinus episcopus Lilybetanus narrat in epistola an. 444. ad ad S. Leonem Papam data, quae apud Migne, Patrol. l. tom. 54, p. 606. est 3. inter epistolas S. Leonis. *Non ergo* — verba sunt Paschasini — *nos dies una longius posita terreat,*

---

[1]) Kirchenjahr, p. 174.

[2]) *Denkschrift des Herrn kais. russ. Staatsrathes Prof. Dr. Maedler.* Dorpat, 13. Nov. 1863. — Almae huic nostrae Universitati Oenipontanae nova ista Kalendarii ratio missa est dijudicanda ineunte mense Julio 1864.

[3]) De novo Kalendario a Maedler proposito quid sentiremus, in senatu academico rogati anno 1864, proprium commentarium perscripsimus, qui postea vulgatus est in append. ad *com. de rationibus festorum mobilium,* pp. 135 seqq., atque inde auctior emendatiorque transiit in nostras *Disputationes academicas,* fasc. 1, pp. 152—165.

ne quum hanc vitamus, incurramus errorem, sicut evenit tempore . . . Zosimi. Tunc enim . . . error gravissimus est ortus in tantum, ut mysterio certo, quod dono Sancti Spiritus ministratur, haec veritas probaretur. . . . Cujus mysterii miraculum tale est. Quaedam vilissima possessio, Meltinas appellatur, in montibus arduis ac silvis densissimis constituta, illicque perparva atque vili opere constructa est ecclesia. In cujus baptisterio nocte sacrosancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut aqua venerat ex sese discedit. Tunc ergo, sicut supra diximus, quum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sancta decursis, quum presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Evidenti ergo miraculo claruit Occidentalium partium fuisse errorem.

Huic plane simile descriptum exstat apud Magn. Aurel. Cassiodorum miraculum. Dum *Marciliani fontis* virtutes collaudat, divinum signum hisce exequitur verbis *Variar. lib. 8, epistola 33* [1]: *Longa sunt illius fontis memoranda describere. Veniamus ad illud singulare munus sanctumque miraculum. Nam cum die sacratae noctis precem baptismatis coeperit sacerdos effundere et de ore sancto sermonum fontes emanare, mox in altum unda prosiliens aquas suas non per meatus solitos dirigit, sed in altitudinem cumulumque transmittit. Erigitur brutum elementum sponte sua et quadam devotione solemni praeparat se miraculis, ut sanctificatio Majestatis possit ostendi. Nam quum fons ipse quinque gradus tegat eosque tantum sub tranquillitate possideat, aliis duobus cernitur crescere, quos nunquam praeter illud tempus cognoscitur occupare. Magnum stupendumque miraculum, fluenta labentia sic ad humanos sermones vel stare vel crescere, ut eis credas audiendi studium minime defuisse.*

Similia narrat de fontibus miraculose repleri solitis tempore paschali S. Gregorius Turonensis, *Histor. Franc.*

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 69, p. 765.

tum *lib. 6, c. 43*[1]), tum *lib. 10, c. 23*[2]); item *De Gloria Confessorum c. 69*[3]) ac denique *Miraculorum lib. 1, De Gloria martyrum, c. 24.* addens *cap. sequenti,* Theodegisilum regem, fraudem subesse ratum, diligenter custodes adhibuisse, nihilominus fontem baptismalem semper impletum sicque miraculi veritatem vel ex ipsius regis pervestigatione confirmatam fuisse[4]).

Adde, quae de fontibus Hispaniae, *qui in sabbato sancto Paschae ad baptizandum divinitus sponte repleri solent, an. 573. non in Hispanorum, sed in Francorum Pascha*[5]) *repletis* refert Sigebertus Gemblacensis *Chronic. ad an. 573*[6]).

Sed nec caruerunt caeterae orbis partes hisce adeo insignibus editis divina virtute miraculis. Sic illustre portentum de fonte *S. Marcellini* apud civitatem *Ebredunensem* in Galliis memorat S. Ado Viennensis in *Martyrologio* ad diem 20. Aprilis[7]), aliaque duo in Oriente, in provincia Lyciae, singulis annis baptismi occasione fieri solita affert auctor *Prati spiritualis,* cc. 204. et 205. additque: *Si quis autem haec ita esse non credit, usque ad Lyciam, non grande iter est, pergat, et rei veritas fidem illi faciet*[8]).

Aliud miraculi genus, nempe coelestem caeci illuminationem, coram doctoribus et episcopis Britonum precibus S. Augustini factum ad rectam Paschatis celebrationem comprobandam habes apud Ven. Bedam, *Histor. eccl. gentis Anglorum lib. 2, c. 2*[9]).

Ex catholicis chronographis erant, qui, antiquorum computistarum methodum secuti, etiam Gregorianum temporum

---

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 71, 409.

[2]) Ibid. p. 554.

[3]) Ibid. p. 878.

[4]) Ibid. p. 726.

[5]) Ex his merito cum *Baron.* ad *an. cit.* inferes, omnem de fraude suspicionem abolitam esse; si enim humana arte ea in baptisteriis contigissent, utique eadem ad Hispanorum sententiam comprobandam accommodata fuissent.

[6]) Migne, Patr. l. t. 160, p. 187.

[7]) Ibid. t. 123, p. 249.

[8]) Ibid. t. 74, p. 237.

[9]) Ibid. t. 95, p. 82.

ordinem consimilibus signis coelestibus divinitus confirmatum assererent. Circa ejusmodi argumentandi rationem, ut olim in *Computo ecclesiastico* (pp. 61—65), ita etiamnunc velim consulas Ricciol. *Almagest. nov. praef. art. 1.*

VI. De caeteris festis mobilibus a stabilito Paschate determinandis (αἱ συμφώνως πρὸς τὸ Πάσχα προςδιοριζόμεναι κινηταὶ ἑορταί).

Quoniam dies festi mobiles *de paschalis festi pendent articulo* [1]), hoc rite constituto, omnes reliquae festivitates conceptivae facile determinantur; semper enim, certis inter se spatiis divisae *(τὴν αὐτὴν ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπόστασιν ἔχουσαι)*, Paschatis recursum eodem ordine *(τὴν αὐτὴν πρὸς ἀλλήλας τάξιν φυλάττουσαι)* sequuntur. — Pascha antecedit *jejunium quadragesimale* cum tribus hebdomadibus *προνηστίμοις*, quae proxime antevertunt. Pascha sequitur *Ascensio Domini* post dies quadraginta, post quinquaginta *Pentecostes.* Reliqui dies anni distinguuntur, prout infra dicemus.

Sed quoniam ad conceptivos hos dies multa alia praeterea spectant, quae in tabulis paschalibus communiter contenta commentarius noster vel jam declaravit vel deinceps suis locis est explicaturus, nonnullorum annorum *διαγραφὴν* hic damus, propositis ex Horologio *Paschaliis*, quibus Graeci [2]) utuntur, subjunctis tamen paucis nonnullis sub manu natis animadversionibus, ut exhibitis tabulis et ii, qui adhuc in hujus disciplinae tirociniis haerent, etiam extra academias facile uti valeant. — Romana Horologii ἔκδοσις anni 1876 ad calcem habet *πασχάλια ἐτῶν νγ'., ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ 1877, καὶ καταλήγοντα εἰς τὸ 1930,* e quibus annum 1881 in priori editione transscripseramus. In gratiam eorum ex auditoribus nostris, qui editione illa in academiis ἑορταστικαῖς utuntur, eundem an. 1881 etiam in praesenti hac editione retinemus.

---

[1]) Ita s. Leo M., relat. can. *Proprie* 13, Dist. 4. de cons. Ea de causa etiam Pascha omnium festorum caput ac *μητρόπολις* sive *ἀκρόπολις* semper est habitum, uti recte animadvertit Petav., *De doctrina temporum,* l. 7, c. 6.

[2]) Tabellarum latinarum explicatio prostat in nostro *Computo ecclesiastico* pp. 107 seqq.

ΠΑΣΧΑΛΙΟΝ
ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ
1881. ,αωπα'. ,ζτπθ'.

Ἰνδικτιῶνος θ'.
Ἡλίου κύκλοι κε'.
Σελήνης κύκλοι ιζ'.
Σελήνης θεμέλιον ι'.
Κρεωφαγίας ἡμέραι νγ'.
Τὸ Τριῴδιον ἄρχεται φεβρουαρίου α'.
Ἑωθινὸν α'.
Ἦχος πλ. α'.
Ἡ ἀποκρέα φεβρουαρίου ιε'.
Ὁ εὐαγγελισμὸς τῇ τετάρτῃ τῆς ε'. ἑβδομάδος.
Νομικὸν Φάσκα ἀπριλίου ε'.
Λατίνων Πάσχα ἀπριλίου ε'.
Τὸ ἅγιον Πάσχα ἀπριλίου ιβ'.
Ἡ Ἀνάληψις μαΐου κα'.
Ἡ Πεντηκοστὴ μαΐου λα'.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων ἰουνίου ζ'.
Ἡ νηστεία τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἡμέραι κα'.
Ἡ μνήμη αὐτῶν ἡμέρᾳ δευτέρᾳ.
Παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων ἡμέρᾳ πέμπτῃ.

Ἑρμηνεία εἰς τὴν παροῦσαν διαγραφήν.

Pro *commentario in propositam tabulam paschalem* exilia haec accipe:

Τὸ ἔτος ,αωπα'. — ,ζτπθ'. = Annus Christi 1881 — mundi 7389.

Ἡ ἰνδικτιών sive *ἴνδικτος θ'.* — *Indictio 9.*

De indictione relegatur commentarius ad d. 1. Sept., tom. 1, pp. 265—266, et, quod ibidem citatum est, caput 7. *de Computo eccl.* pp. 89—92.

Ἡλίου κύκλοι κε', σελήνης κύκλοι ιζ'.

De utroque *cyclo* Romanorum fusius actum est in *Comp. eccl.,* et de *lunari* quidem cc. 4. et 5, pp. 71—80, de *so-*

lari autem c. 6, pp. 81—88. Id unum hic adjicimus, in antiquioribus Horologii editionibus, *σελήνην* barbara voce *φεγγάριον* vocari.

Σελήνης θεμέλιον ι'.

Graecorum *θεμέλιον epactae* nostrae ferme respondet.

Est autem ex vocis notatione *θεμέλιον* (*θέμηλον, θέμεθλον*) idem quod *ὑπόθεμα* aut *ὑπόθεσις* ejusdemque originis (a *τίθημι*), h. e., *fundamentum,* id quod alicui rei supponitur seu subjicitur basis loco.

Quam recte vero appellatio *θεμέλιον epactae* tribuatur, ex iis patet quae late explicantur in *Computo eccles.* c. 5. *de methodo investigandi diem mensis lunaris* seu *(quotae) lunae (μέθοδος πρὸς εὕρεσιν τῆς ποσταίας τῆς σελήνης).*

Κρεωφαγίας ἡμέραι νγ'. Τὸ Τριῴδιον ἄρχεται φεβρουαρίου α'. Ἡ ἀποκρέα φεβρουαρίου ιε'.

Horum terminorum interpretationem habes supra pp. 6, 30, 32.

Ἑωθινὸν α'., subaudi *εὐαγγέλιον, evangelium matutinum primum* ad initium Triodii seu *die Dominico publicani et pharisaei.*

Τὰ ἕνδεκα ἑωθινὰ (εὐαγγέλια) sunt undecim evangelia, quae ex universa historia resurrectionis Christi, prout a quatuor simul evangelistis comprehenditur, deducta leguntur in Graecorum officio ad Matutinum, unde et *εὐαγγέλια ἀναστάσιμα ἑωθινά* appellantur, slav. *evang. utrennaja voskresnaja,* rumen. *evang. manecarei invierei.*

Τὰ ἕνδεκα ἑωθινά haec sunt:

α'. Matth. 28, 16—20.	ζ'. Joan. 20, 1—10.
β'. Marc. 16, 1—8.	η'. Joan. 20, 11—18.
γ'. Marc. 16. 9—16.	θ'. Joan. 20, 19—29.
δ'. Luc. 24, 1—9.	ι'. Joan. 21, 1—14.
ε'. Luc. 24, 13—35.	ια'. Joan. 21, 15—19.
ϛ'. Luc. 24, 36—47.	

Ordiuntur a *κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων*, h. e., a Dominica prima post Pentecosten, et per totum annum usque ad Dominicam Palmarum singula in singulis Matutinis diei Do-

19*

minici ita ex ordine perleguntur, a primo incipiendo usque ad undecimum, ut ultimo hoc finito ad primum recurratur in orbem. Si ergo numerum dierum Dominicorum a *κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων* ad *κυριακὴν τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου* per undecim diviseris, quod residuum fuerit *(κατάλοιπον)*, *ἑωθινόν* sequentis anni dabit; si vero nihil fuerit superfluum, *ἑωθινόν* ipsum erit undecimum.

Exemplo sit ille ipse annus 1881.

A Dominica *τῶν ἁγίων πάντων* anni proxime elapsi (15. Junii *vet. stili*) ad initium Triodii (1. Febr.) hujus anni numerantur dies Dominici 34: quos si per 11 diviseris, praeter quotientem *(πηλίκον)* 3, residua erit *unitas*, quae proinde *ἑωθινὸν α΄* in tabula paschali denotabit.

Quum anno 1882 contra Dominicae 33 colligantur, facta divisione, praeter quotientem 3 nihil est residui *(κατάλοιπον μηδέν)*. Hinc rubrica in Paschalio anni proxime sequentis *ἑωθινὸν ια΄*.

Similis est *μέθοδος τῆς τοῦ ἤχου εὑρέσεως* seu *ratio investigandi tonum* eidem Dominicae publicani et pharisaei congruentem.

Octo Graecis esse *tonos* musicos, *ὀκτωήχον* voce comprehensos, diximus tomo 1, pp. LII—LIII, quatuor *rectos* et quatuor *obliquos* [1]). Priores simplicem denominationem sunt nacti: *ἦχος α΄., tonus primus; ἦχος β΄., tonus secundus; ἦχος γ΄., tonus tertius; ἦχος δ΄., tonus quartus.* Quatuor posteriores vero dicuntur *ἦχος πλαγίου πρώτου (ἦχος πλ. α΄.), tonus obliqui primi; ἦχος πλαγίου δευτέρου (ἦχος πλ. β΄.) tonus obliqui secundi; tonus obliqui tertii ἦχος βαρύς, tonus gravis,* audit, utpote qui *graviter* ac *morose* est decantandus. Ultimus est *ἦχος πλ. δ΄., tonus obliqui quarti.*

Incipit tonorum series Dominica secunda post Pentecosten. Sed tu relege quae de eorum dispositione atque usu jam notavimus tom. 1. l. c.

---

[1]) Sunt ex nationibus graeci ritus, quae *πλαγίους* non habent, ut Slavi, quibus in omni genere modulationum simpliciter octoni *ἦχοι (glas)* sunt.

Ὁ εὐαγγελισμός, ἡ νηστεία τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἡ μνήμη αὐτῶν, ἡ παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων.

Haec omnia breviter explicata invenies tom. 1, pp. 126, 231, 361.

Νομικὸν Φάσκα, legale Pascha, ἡ πασχαλικὴ πανσέληνος, rectius *τεσσαρεςκαιδεκάτη*, luna 14. paschalis.

Multiplici labe infectum esse vetus Kalendarium, ac nominatim cycli lunaris methodum in assignandis noviluniis vitio non carere, satis norunt eruditi omnes. Longiorem ea de re habuimus disputationem in *Computo ecclesiastico*, cc. 4—6, cujus usum aliquem ac fructum experiri poteris in legendo commentario, quo novam Kalendarii emendationem, non ita pridem a Maedler propositam, refutavimus loco supra citato p. 286.

Λατίνων Πάσχα. Τὸ ἅγιον Πάσχα. Quae in graecis et slavicis Paschaliis notatur utriusque Paschatis differentia, in arabicis transfertur ad initium jejunii quadragesimalis, adhibitis his vocibus *Faraq eç-çaum, differentia jejunii*, ut dicetur infra p. 301.

In calcem novae editionis Romanae Horologii praeterea Paschatum latinorum 56 series describitur ab anno 1877 ad 1932, hoc praefixo titulo: *Πασχάλιον κατὰ τὴν ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης.* — Et haec quidem de Paschalio graeco.

— — —

Sequuntur tres tabulae slavicae, e quibus duae priores sunt Ruthenorum, tertia vero Slavorum meridionalium ritus graeci.

Primam exscripsimus *ἐκ τοῦ παραρτήματος* libri ecclesiastici Molitvoslov, qui probante Rmo. Metropolita typis instituti Stauropigiani editus est Leopoli anno 1876.

Alteram exhibet Kalendarium Vremennik ibidem vulgatum; *tertia* tandem habetur in *ἡμερολογίοις ἀνατολικοῖς* Serborum, quae vulgo *Mĕsjacoslov vostočnoju čerkoviju* inscripta vidimus.

ПАСХАЛЇА ЗРЯЧАЯ

Лѣта ѿ Адама	Лѣта ѿ Хрта	Індиктъ	Кругъ Солнцу	Кругъ Лунѣ	въ руцѣ Лѣто	Ключъ граничный	Рож. Хрв.	Мясопуст. нед	Мясопуст. дней
҂зтпѳ	҂аѡпа	ѳ	ке	зі	г	Ф	т	з	д
҂зтч	҂аѡпв	і	кѕ	иі	д	Ж	с	є	г
҂зтча	҂аѡпг	аі	кз	ѳі	є	Ш	и	и	в
҂зтчв	҂аѡпд	ві	ки	а	з	Р	в	з	а
҂зтчг	҂аѡпє	гі	а	в	а	Б	р	д	ѕ
҂зтчд	҂аѡпѕ	ді	в	г	в	Х	ч	з	є
҂зтчє	҂аѡпз	єі	г	д	г	И	т	ѕ	д
҂зтчѕ	҂аѡпи	а	д	є	є	Ж	и	ѳ	г
҂зтчз	҂аѡпѳ	в	є	ѕ	ѕ	Є	п	з	а
҂зтчи	҂аѡч	г	ѕ	з	з	Ї	в	ѕ	
҂зтчѳ	҂аѡча	д	з	и	а	Ь	р	и	ѕ
҂зѵ	҂аѡчв	є	и	ѳ	г	И	т	ѕ	є
҂зѵа	҂аѡчг	ѕ	ѳ	і	д	Ж	с	є	г
҂зѵв	҂аѡчд	з	і	аі	є	Ш	и	и	в
҂зѵг	҂аѡчє	и	аі	ві	ѕ	К	п	ѕ	а
҂зѵд	҂аѡчѕ	ѳ	ві	гі	а	Б	р	є	
҂зѵє	҂аѡчз	і	гі	ді	в	Х	ч	з	є
҂зѵѕ	҂аѡчи	аі	ді	єі	г	И	п	ѕ	д
҂зѵз	҂аѡчѳ	ві	єі	ѕі	д	Щ	с	и	г
҂зѵи	҂ац	гі	ѕі	зі	ѕ	Є	п	з	в
҂зѵѳ	҂аца	ді	зі	иі	з	Ї	в	ѕ	
҂зѵі	҂ацв	єі	иі	ѳі	а	Ѿ	р	з	ѕ
҂зѵаі	҂ацг	а	ѳі	а	в	О	ч	ѕ	є
҂зѵві	҂ацд	в	к	в	д	Ж	с	є	д
҂зѵгі	҂ацє	г	ка	г	є	Ш	и	и	в
҂зѵді	҂ацѕ	д	кв	д	г	К	п	ѕ	а
҂зѵєі	҂ацз	є	кг	є	ѕ	Ѣ	в	ѳ	
҂зѵѕі	҂аци	ѕ	кд	ѕ	в	Х	ч	з	ѕ
҂зѵзі	҂ацѳ	з	ке	з	г	Ѕ	т	є	д
҂зѵиі	҂аці	и	кѕ	и	д	Щ	с	и	г
҂зѵѳі	҂ацаі	ѳ	кз	ѳ	є	Т	и	з	в
҂зѵк	҂ацві	і	ки	ї	з	Г	в	є	а
҂зѵка	҂ацгі	аі	а	аі	а	Ѿ	р	з	ѕ
҂зѵкв	҂ацді	ві	в	ві	в	О	ч	ѕ	є
҂зѵкг	҂ацєі	гі	г	гі	г	Я	т	д	д
҂зѵкд	҂ацѕі	ді	д	ді	є	Т	и	з	г
҂зѵкє	҂ацзі	єі	є	єі	ѕ	К	п	ѕ	а
҂зѵкѕ	҂ациі	а	ѕ	ѕі	з	Ѣ	в	ѳ	
҂зѵкз	҂ацѳі	в	з	зі	а	П	р	ѕ	ѕ
҂зѵки	҂ацк	г	и	иі	г	Ѕ	т	є	є
҂зѵкѳ	҂ацка	д	ѳ	ѳі	д	Щ	с	и	г
҂зѵл	҂ацкв	є	і	а	є	Л	и	ѕ	в
҂зѵла	҂ацкг	ѕ	аі	в	ѕ	Д	п	є	а
҂зѵлв	҂ацкд	з	ві	г	а	Ѿ	р	и	
҂зѵлг	҂ацкє	и	гі	д	в	О	ч	ѕ	є
҂зѵлд	҂ацкѕ	ѳ	ді	є	г	Ъ	т	и	д

ПО КЛЮЧЕВЫМЪ СЛОВАМЪ.

Мясопѹстъ		Благовѣщенїе		Пасха Хрїстова		Пасха римска предъ нашею	Геѡргїа		Петрова пост.		Петра и Павла
									недѣль	дней	
Ф	єі	р	є҃	Я	ві	седм.	ч	в	г		
Їа	ла	ч	вє	М	ки	равно	т	д	є	а	п
Ф	к	т	д	Я	зі	є нед.	с	св	в	в	в
Ф	ві	н	є	Я	и	седм.	н	г	г	д	р
Їа	кз	п	свѣт	М	кд	равно	в	є	є	є	т
Ф	ѕі	в	є	Я	гі	равно	р	в	в	ѕ	с
Ф	и	р	ѕ	Я	є	седм.	ч	г҃	д		н
Ф	ки	т	г	Я	кд	є нед.	с	вє	а	в	п
Ф	ві	с	є	Я	ѳ	равно	н	г	г	г	р
Ф	д	н	ѕ	Я	а	седм.	п	а̀	д	д	ч
Ф	вд	п	д	Я	ка	є нед.	в	ск	а	є	т
Ф	ѳ	р	ѕ	Я	є	равно	ч	г	д		с
Їа	ла	ч	вел	М	ки	седм.	т	д	є	а	п
Ф	к	т	д	Я	зі	є нед	с	св.	в	в	к
Ф	є	с	лаз	Я	в	равно	н	д	д	г	р
Їан	ки	п	свѣт	М	кд	равно	в	є	є	є	ч
Ф	ѕі	к	є	Я	гі	седм.	р	в	к	ѕ	с
Ф	и	р	ѕ	Я	є	седм,	ч	г	д		н
Ф	ка	ч	д	Я	иі	д нед.	т	свѣт	в	а	п
Ф	гі	с	є	Я	ѳ	седм.	н	г	г	г	в
Ф	д	н	ѕ	Я	а	седм.	п	д	д	д	ч
Ф	зі	п	є	Я	ді	д нед.	в	в	в	є	т
Ф	ѳ	к	ѕ	Я	ѕ	седм.	р	г	г	ѕ	с
Ф	а	ч	вел.	М	ки	седм.	т	д	є	а	н
Ф	ка	т	д	Я	зі	седм	с	свѣт	в	в	к
Ф	є	с	лаз.	Я	в	равно	н	д	д	в	р
Ф	кє	н	г.	Я	кв	є нед.	п	свѣт	а	д	ч
Ф	зі	к	є	Я	гі	седм.	р	в	в	ѕ	т
Ф	а	р	вел	М	кѳ	равно	ч	д	є		н
Ф	ка	ч	д	Я	иі	є нед	т	свѣт	в	а	п
Ф	гі	т	є	Я	ї	седм.	с	в	г	в	к
Їан	кѳ	н	пасх.	М	кє	равно	н	є	є	д	р
Ф	зі	п	є	Я	ді	є нед.	в	в	в	є	т
Ф	ѳ	в	ѕ	Я	ѕ	седм.	р	г	г	ѕ	с
Їан	кє	р	свѣт	М	кв	равно	ч	є	ѕ		н
Ф	ді	т	є	Я	ї	равно	с	в	г	в	п
Ф	є	с	лаз.	Я	в	седм.	н	д	д	г	р
Ф	кє	н	г	Я	кв	є нед.	п	свѣт	а	д	ч
Ф	ї	п	ѕ	Я	з	равно	в	г	г	є	т
Ф	в	р	вел.	М	кѳ	седм.	ч	д	є		с
Ф	ка	ч	д	Я	иї	є нед.	т	свѣт	в	а	п
Ф	ѕ	т	ѕ	Я	г	равно	с	г	д	в	к
Їан	кѳ	с	вел.	М	кѕ	седм.	н	є	є	г	р
Ф	иї	п	є	Я	ді	седм.	в	в	в	є	ч
Ф	ѳ	к	ѕ	Я	ѕ	седм	р	г	г	ѕ	с
Ф	кв	р	д	Я	ѳі	д нед	ч	свѣт	в		п

INDEX
ECCLESIAE GRAECO-RUTHENICAE
determinatus pro anno 1881.

УСТАВНЫЙ УКАЗАТЕЛЬ ГРЕКО-РУССКОЙ ЦЕРКВИ
на годъ 1881.

1	Въ руцѣ лѣто (буква означающая дни нед. отъ 1. Марта)	Г
2	Ключъ граничный (годовая буква)	Ф
3	Индиктъ	9
4	Основаніе (епакта юліяньская)	10
5	Епакта (епакта русская)	11
6	Кругъ солнца	25
7	Кругъ луны	17
8	Мясницъ 7 недѣль и 4 дни всего дней . . .	53
9	Тріодъ починается . . . . Февруарія дня	1
10	Мясопустъ великій . . . . Февруарія дня	15
11	Сыропустъ . . . . Февруарія дня	22
12	Евдокіи (начало церковного года нед. в поста)	1
13	Св. 40 Мучениковъ въ Понедѣлокъ в. поста нед.	3
14	Св. Алексія Ч. Б. въ Вторникъ вел. поста нед.	4
15	Благовѣщеніе въ Середу . . вел поста нед.	5
16	Пасха Хрістова . . . . Апріля дня	12
17	Преполовеніе Праздника Пасхи . . Мая дня	6
18	Св. Георгія ВМ. четвергъ по Пасхѣ . . нед.	2
19	Вознесеніе Хрістово . . . . Мая дня	21
20	Св. Іоанна Богослова въ пятн. по пасхѣ нед.	4
21	Сошествіе св. Духа . . . . Мая дня	31
22	Петровъ мясопустъ . . . . . . Юнія дня	7
23	Петрова поста . . . . недѣль	3
24	Свв. Аплъ Петра и Павла въ Понедѣлокъ	
25	Рождество Хрістово въ Пятницю	

PASCHALION
ECCLESIAE ORIENTALIS SLAVICAE
anni a Christo nato
1881.

ПАСХАЛІЯ ВОСТОЧНЫѦ СЛАВѦНСКІѦ ЦЕРКВЕ
на лѣто ѿ Рожд. Хр҃тва ҂аѡпа.

а҃.	Кр́угъ Сóлнца сегѡ̀ лѣ́та є҆́сть	к҃є.
в҃.	„ Л́уны̀ и҆лѝ злáтое Чи́сло	з҃і.
г҃.	Слóво пасхáлное	Ф.
д҃.	Чи́сло Недѣ́лное	г҃.
є҃.	І҆ндíктъ	ѳ҃.
з҃.	Є҆пáкта	ї.
ѕ҃.	Мѧсоѧ́стїѧ и҆мѣ́емъ ѕ҃ Нл҃ь и҆ г҃. дни, всегѡ̀ днéй	и҃г.
и҃.	Трїѡ́дъ начинáетсѧ . . . . . . Феврꙋáрїа	а.
ѳ҃.	Недѣ́лѧ мѧсопꙋ́стнаѧ . . . . . Феврꙋáрїа	є҃і.
ї.	Недѣ́лѧ сыропꙋ́стнаѧ . . . . . „	к҃в.
а҃і.	Благовѣ́щенїе Средà . . . . нед. вел. поста.	є҃.
в҃і.	Воскресéнїе Хр҃тóво . . . . . . А҆прíллїа	в҃і.
г҃і	Вознесéнїе Гд҃не . . . . Мáїа	к҃а.
д҃і.	Пѧтдесѧ́тница . . . . „	л҃а.
є҃і.	Нл҃ѧ всѣ́хъ Ст҃ы́хъ и҆ Петрóвъ Мѧсопꙋ́стъ І҆ꙋ́нїѧ	з҃.
ѕ҃і.	Постà Петрóва и҆мѣ́емъ . . . . днéй	к҃а.
з҃і.	Прáзд. Петрà и҆ Пáѵла въ Понедѣ́локъ.	
и҃і.	Мѧсопꙋ́стъ Ѹ҆спéнїѧ Прест҃ы́ѧ Бцⷣы . І҆ꙋ́лїа.	л҃.
ѳ҃і.	Мѧсопꙋ́стъ Рождествà Хр҃тóва . Ноéмврїа.	д҃і.
к҃.	Рождествò Хр҃тóво въ Пѧ́токъ.	

I. Tabula slavica.

Paschalija zrjačaja po ključevym slovam, h. e., *tabula paschalis synoptica juxta claves literarum dominicalium et annalium,* ab anno 1881 ad 1926.

Constat Paschalion variis columnis ad perpendiculum directis, in quibus ex ordine ponuntur:

1. *Lěta ot Adama,* anni ab Adama.
2. *Lěta ot Christa,* anni a Christo.
3. *Indikt, ἰνδικτιών.*
4. *Krug solncu, ἡλίου κύκλοι.*
5. *Krug luně, σελήνης κύκλοι.*
6. *V rucě lěto.* litera dominicalis, *κυριακὸν γράμμα.*
7. *Ključ graničnyj, κλεὶς κεφαλαία,* clavis capitis anni, h. e., litera annalis. *Μέθοδον τῆς τῶν κλειδῶν εὑρέσεως* non tetigimus in *Computo ecclesiastico,* quod ea nobis sufficienter explicata videbatur a Rmo. D. Jachimowicz, Leopolensi Ruthenorum metropolita, in opusculo a nobis citato tomo 1, p. 414.
8. *Roždestvo Christovo, ἡ τοῦ Χριστοῦ γέννησις.* Cfr. t. 1, p. 363.
9. *Mjasojast, κρεωφαγία:* quot habeat hebdomades *(nědel)* et dies *(dnej).* Vide supra p. 32.
10. *Mjasopust. ἡ ἀπόκρεως.* Repete dicta p. 31.
11. *Blagověščennije, ὁ εὐαγγελισμός.* Voces adscriptae *vel*(ikaja), *svět*(laja), *Laz*(arja) signant Annuntiationis recursum infra hebdomadam majorem, paschalem, sabbato Lazari.
12. *Pascha Christova, Πάσχα τοῦ Χριστοῦ.*
13. *Pascha Rimska pred našeju,* h. e., Pascha Romanorum ante nostrum. Indicatur differentia computatis hebdomadibus *(sedmica, neděl);* quod si nulla sit, adscribitur *ravno* seu aequale, quemadmodum in Paschalio arabico voce *sava* idem utriusque jejunii initium designatur.
14. *Gergija,* festum s. Georgii.
15. *Petrova post,* jejunium Petri, h. e., *ἡ νηστεία τῶν ἁγίων ἀποστόλων,* quot hebdomadum *(neděl)* ac dierum *(dnej)* sit.
16. *Petra i Pavla,* Petri et Pauli seu *ἡ μνήμη αὐτῶν,*

II. Tabula slavica.

Ustavnyj ukazatel greko-russkoj čerkvi na god 1881,
h. e.,
index definitus ecclesiae graeco-ruthenicae pro anno 1881.

Continet praeter notas chronographicas ac conceptivas anni festivitates, ex praecedenti πασχαλίου exscriptas, haec religiosorum dierum tempora:

1. *Syropust, ἡ τυροφάγος,* de quo die vide dicta p. 50.
2. Festa ss. Eudociae, quadraginta martyrum, Alexii, Joannis Evangelistae, de quibus consule disputata tomo 1, pp. 115—116, 118—119, 123—124, 154—155.
3. *Prepolovenije, μεσοπεντηκοστή.*
4. *Voznesenije Christovo, Ἀνάληψις τοῦ Χριστοῦ.*
5. *Sošestvije sv. Ducha, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδος.*
6. *Petrova mjasopust, ἡ ἀπόκρεως τοῦ Πέτρου,* quam laute ἀποκρεύοντες (supra p. 19) ante jejunium ss. Apostolorum servare solent.

III. Tabula slavica.

Paschalia vostočnyja slavjanskija čerkve na lěto ot Chr. ,αωπα', h. e., *Paschalion ecclesiae orientalis slavicae anni a Christo nato 1881.*

Praeter rubricas ac religiosa tempora duarum praecedentium tabularum exhibet *Nedělja vsěch svjatych, κυριακὴν τῶν ἁγίων πάντων,* et τὴν ἀμφοτέρων τῶν νηστειῶν ἀπόκρεω, nimirum τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, *mjasopust uspenija presvjatyja Bogorodicy,* et τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, *mjasopust roždestva Christova;* ante utrumque jejunium enim ἀποκρεύουσιν epulis indulgentes.

Sequuntur tabulae paschales ex Horologio arabico exscriptae.

1855.

ادم ٧٣٦٣ المسيح ١٨٥٥
قاعدة القمر ٢٣ بارامون الميلاد الجمعة
الفسحة ٣٧ التريودى ١٩ كانون
اللحن ٨ الاوتينا ١١ مرفع اللحم ٣٠ كانون
البشارة الجمعة الكبيرة
الصوم سوا الفصح ٢٧ ادار
صوم الرسل ٣٧ عيدهم الاربعا

1856.

ادم ٧٣٦٤ المسيح ١٨٥٦ كبيس
قاعدة القمر ٤ بارامون الميلاد السبت
الفسحة ٥٧ التريودى ٥ سباط
اللحن ٥ الاوتينا ٥ مرفع اللحم ١٩ سباط
البشارة الاحد الرابع من الصوم
فرق الصوم ٣٥ الفصح ١٥ نيسان
صوم الرسل ١٨ عيدهم الجمعة

1857.

ادم ٧٣٦٥ المسيح ١٨٥٧
قاعدة القمر ١٥ بارامون الميلاد الاثنين
الفسحة ٤٨ التريودى ٢٧ كانون
اللحن ١ الاوتينا ١ مرفع اللحم ١٠ سباط
البشارة الاثنين السادس من الصوم
فرق الصوم ٧ الفصح ٧ نيسان
صوم الرسل ٢٩ عيدهم السبت

Praesto nobis est Horologium arabicum, editum in monasterio s. Joannis Baptistae, in monte Kesruan, anno 1822, quod continet Paschalia 41 *veteris stili*[1]), ab anno 1823 ad an. 1864, quorum in singulis festorum ac religiosorum dierum tempora caeteraque huc spectantia eadem ratione continentur, prout ex descriptis annis 1855, 1856, 1857 patet.

Primo loco ponuntur anni computati ab *Adam* 7363, 7364, 7365; a Christo, *el-Mesîch,* 1855, 1856, 1857. Ad annum 1856 notatur *Kabîs* seu *bissextus.*

Secundo: *Qâᶜ idet elqamer, σελήνης θεμέλιον.*

Tertio: *Bârâmûn elmîlâd,* h. e., *παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων,* cujus feria notatur, ut in graeco originali.

Quarto: *Elfos chet, κρεωφαγία,* numeratis diebus omnibus Natali ad Dominicam *τῆς ἀπόκρεω.*

Quinto: *Etterijûdî, Τριῴδιον.*

Sexto: *Ellachn, ἦχος.*

Septimo: *El-eotînâ, ἑωθινόν.*

Octavo: *Marfaᶜ ellachm, ἀπόκρεως.*

Nono: *Elbišâret, εὐαγγελισμός,* cujus feria etiam accurate designatur.

Decimo notatur *Faraq eç-çaum, differentia* (initii) *jejunii* (quadragesimalis) utriusque Kalendarii; vel, ubi nulla est, uti anno 1855: *Eç-çaum sava,* h. e., *jejunium aequale.*

Undecimo: *Elfiçch, Πάσχα.*

Duodecimo: *Çaum errusul, ἡ νηστεία τῶν ἀποστόλων. Apostolorum jejunium,* quod ex lege communi ecclesiae orientalis pro vario Paschatis recursu alias longius, alias contractius est, apud Graeco-Melchitas jam ex particulari statuto semper dies habet 12.

Ultimo: *ᶜJd'hom, ἡ μνήμη αὐτῶν,* hebdomadis feria pari modo indicata.

---

[1]) Jussu patriarchae Clementis Bahus Kalendarium Gregorianum a Melchitis fuit receptum anno 1857.

De indole Pentecostarii.

Πεντηκοστάριον περιέχον τὴν ἀνήκουσαν αὐτῷ χαρμόσυνον ἀκολουθίαν.

Pentecostarion librum esse, quo officium ecclesiasticum ab ipso Paschatis die usque ad octavam Pentecostes continetur, notum jam est ex dictis tomo 1, p. LII.

Nomen habet a voce *πεντηκοστή*, quae proprie *quinquagesimum* a Paschate diem denotat; deinde vero festum adventus Spiritus sancti, quod eo die celebratur, significat; ac tertio tandem pro integro illo temporis spatio a Dominica Resurrectionis ad festum Pentecostes a graecis et latinis scriptoribus passim accipitur: quo eodem sensu a Latinis etiam *Quinquagesima* nuncupatur. Cfr. Du Cange, *Gloss. lat.* vv. *Pentecoste* et *Quinquagesima*.

Πεντηκοστὴ χαρμόσυνος. Quinquagesima laetitiae. Triod cvětnaja.

Ad discrimen Quinquagesimae poenitentiae, quae est ante Quadragesimam, nominatur *Quinquagesima paschalis, Quinquagesima laetitiae et gaudii,* quod, Tertulliano teste, *a Paschate in Pentecosten usque est gaudendum* [1] totumque illud temporis intervallum *in omni exsultatione decurrendum* [2] *propter continuam festivitatum seriem* [3].

Hinc patet, quam recte et ipsa dicatur *gaudiosa,* et officium eidem competens *laetitiae plenum, ἡ ἀνήκουσα αὐτῷ χαρμόσυνος ἀκολουθία;* omnia enim laetitiam et gaudium spirant, ipsamet natura simul reflorescente ac renovationis festum in *suaveolentium florum pulchritudine* [4] agente, quod Slavi etiam propria appellatione *Triodii floridi, Triod cvětnaja,* qua Pentecostarion designare solent, non incongrue exprimunt.

---

[1]) *De corona militis,* c. 3. Apud Migne, Patr. l. t. 2, p. 99.

[2]) *De jejuniis,* c. 14. Ibid. p. 1024.

[3]) Tertulliani sententia solius Pentecostes Christianorum festivitates in numero excedunt omnes totius anni gentilium solemnitates. *De idololatria,* c. 14. Ibid. t. 1, p. 759.

[4]) Cfr. Theophan. Ceram. *Hom. 41.* Apud Migne, Patr. gr. t. 132, p. 785.

Nova editio romana etiam *ἐπίθετον* seu nomen adjectivum *χαρμόσυνος* non substantivo *ἀκολουθία*, sed ipsi *πεντηκοστάριον* tribuit: *Πεντηκοστάριον χαρμόσυνον, τὴν . . . ἀνήκουσαν αὐτῷ ἀκολουθίαν περιέχον.*

De indole ac variis Pentecostarii editionibus plura, licet omnia non apposite, habet *πρόλογος* in novam editionem Venetam anni 1875. En tibi, quae in exordio de ipso nomine dicuntur:

Ἡ ἱερὰ καὶ χαρμόσυνος τοῦ Πεντηκοσταρίου βίβλος περιέχει ἀκολουθίαν κατὰ συνέχειαν πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ ἡμερῶν, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης κυριακῆς τοῦ Πάσχα πρωΐ, ἕως τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων. Ὠνομάσθη δὲ Πεντηκοστάριον, ἐκ τῆς πεντηκοστῆς ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἡμέρας, καὶ ἐνιαυτῷ μεγάλης ἑορτῆς, διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τὸ δεκαδικὸν καὶ εὐπρόφερτον, τῶν λοιπῶν μετὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἑπτὰ ἡμερῶν παραλειπομένων· καθὼς καὶ ἡ παρὰ τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνευτῶν γενομένη μετάφρασις τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ὀνομάζεται συνήθως, Τῶν Ἑβδομήκοντα, κατὰ παράλειψιν τῶν δύο. Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ πεντηκοστοῦ τῶν ἡμερῶν ἀριθμοῦ ἔλαβε τὴν ὀνομασίαν τὸ Πεντηκοστάριον, δῆλον, ὅτι καὶ τὰ τροπάρια, ἅπερ ψάλλομεν εἰς τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Ὄρθρου, ὡς τό, Ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς, φέρ' εἰπεῖν, καὶ τὰ ὅμοια, ὀνομάζονται ὁμοίως Πεντηκοστάρια, ἐκ τοῦ πεντηκοστοῦ ψαλμοῦ· διότι ψάλλοντες πρότερον τὸν πρῶτον στίχον αὐτοῦ, ἐπισυνάπτομεν ἔπειτα καὶ τὰ τροπάρια ἐκεῖνα. Ἐκ τοιαύτης αἰτίας λοιπὸν καὶ τῆς παρούσης βίβλου τὸ ὄνομα.

Longam disputationem subdit de variis hodierni Pentecostarii auctoribus, antiquis et recentioribus, ex qua patet, plurima fuisse auctoritate privata in sacro hoc libro immutata, atque in novam editionem etiam cadere, quod L. Allatius jam pridem de Pentecostario anni 1579 scripsit in *Examine Pentecostarii* nn. 230—231: *Ab his correctoribus ac similium librorum editoribus petere possumus, quanam auctoritate tantum facinus audeant, et temeratas manus in intemeratos ecclesiae ritus imponant? Homines sunt nulla auctoritate, nulla dignitate conspicui, qui ex arbitrio Officia ecclesiae moderantur, addunt, subtrahunt, mutant, de novo consarcinant, quidquid illis videtur. An universae orientali ecclesiae legem ipsi dare? compellerene possunt, ut compicta ab illis nugamenta inter rerum sacrarum caeremonias, non domi tantum, sed in sacris conventibus et ecclesiis legantur, recitentur, cantionum sacrarum etiam modulis in obsequiosi populi aures intrudantur? Vetant id leges, rejiciunt canones, et integerrimus ecclesiasticae disciplinae ordo prohibet*[1]).

[1]) Relegesis, quae huc spectantia supra jam animadvertimus pp. 124—125.

§ 1.

De festo Paschatis.

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη κυριακὴ τοῦ Πάσχα. *Dominica Resurrectionis.*

Slav. *Svjataja i velikaja nedělja Paschi;* rumen. *Dominec'a cé santa sî mare a Pasčeloru;* arab. *Achad elfiçch elmedšîd;* syriac. *Chadb' šabbâ daq'jâmtâ.*

Gloriosissimum mysterium praesentis

λαμπροφόρου ἡμέρας, τῆς κυρίας καὶ πρώτης τῶν ἡμερῶν, τῆς ἑορτῆς πασῶν τῶν ἑορτῶν ἀκροπόλεως

splendoriferi diei, dominici ac primi dierum, solemnitatis omnium solemnitatum arcis

Pentecostarium brevi hac formula effert in lemmate synaxarii paschalis:

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα αὐτὴν τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν ἑορτάζομεν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Sancta magnaque Dominica Paschatis ipsam vivificam resurrectionem Domini Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi celebramus.

In eandem ferme sententiam Martyrologium Romanum festivitatem solemniter annuntiat: *Hac die, quam fecit Dominus, solemnitas solemnitatum et Pascha nostrum; Resurrectio Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem:* quem titulum longiori verborum ambitu Henschenius, socius Bollandianus, ita reddit: *Haec est dies, quam fecit Dominus,* et a suo triumpho *dominicam* dici voluit. Hanc diem Jesus Christus Dominus noster magno cum labore suique sanguinis praecedente effusione acerbissimaque crucis suae morte fecit, resurgens die tertia: ac invictus potentissimusque Rex gloriae de morte, diabolo et Judaeis gloriose triumphans, sua victoria gloriam immortalem et gaudium perpetuum sibi ac nobis com-

Η ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.



SURREXIT SICUT DIXIT.

Typi.

1. Samson ambas portae fores ad verticem montis portans.
2. Jonas a pisce in aridam evomitus.

Textus prophetici.

1. Ego dormivi et soporatus sum; et exsurrexi (Ps. 3, 6).
2. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem (Ps. 15, 10).
3. Suscitavit me quasi virum, qui suscitatur a somno suo (Zach. 4, 1).
4. Vivificabit nos post duos dies; in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus (Os. 6, 3).

paravit. In hac ergo die exultemus et laetemur, ac Christo Redemptori nostro gratulemur, laetum *Alleluja* cantantes. Quicunque ille et cujuscunque mensis dies primo fuerit, dies est laetitiae et triumphi (Act. SS. Martii t. 3, p. 684).

Pascha. Ostern. Velikáuoc. Velikden. Voskresenije. Vstajenje. Pascha carnosum sive *Husvét.*

Πάσχα, hebraice *Pesach, transitus, διάβασις*. Ratio nominis proprie est, quod *angelus*, quum Aegyptios percuteret, domos Israelitarum, agni sanguine illitas, *transierit*[1]. Non audiendi igitur sunt, qui *Πάσχα* dici putaverunt *ἀπὸ τοῦ πάσχειν, a patiendo,* quod Paschae tempore Christus passus sit[2]; neque etiam probandae sunt rationes, quas Nicephorus Callistus in synaxario affert, cur *Πάσχα* sit *διάβασις;* e quibus prima est:

Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ὁ Θεὸς ἀρχῆθεν τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγεν.

Hic enim ille dies est, quo Deus in principio mundum ex nihilo produxit.

Altera:

Κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ τὸν Ἰσραηλίτην λαόν, τῆς Ἐρυθρᾶς διαβιβάσας, ἐκ τῶν τοῦ Φαραὼ ἀφαρπάζει χειρῶν.

Eodem die populum Israëliticum per mare rubrum deduxit et ex Pharaonis manibus eripuit.

Tertia denique:

Ἐν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου ἐνῴκησε.

Hoc eodem die e coelo descendit, et in utero Virginis habitavit.

---

[1] *Ἀπὸ τῆς διαβάσεως* angeli translata vox est ad significandum agnum, qui in memoriam hujus transitus seu liberationis primogenitorum immolabatur (Exod. 12, 21; II. Paralip. 35, 11; Luc. 22, 7), atque inde ipsi dies festi, quibus sacrificia paschalia celebrabantur, Pascha vocati leguntur Luc. 22, 1.

[2] S. Gregor. Nazianz. *orat. 42.* citata supra p. 272, postquam ex Hebraismo vocem explicavit, quosdam addit credidisse, *τοῦ σωτηρίου πάθους ὄνομα τοῦτο εἶναι, salutiferae passionis nomen hoc esse.* Eos et s. Hieronymus reprehendit in *c. 26.* Matth. apud Migne, Patrol. l. t. 26, p. 190.

Sed conjecturae istae ab ipsis divinis literis refelluntur, quum ex Moyse pateat, *Pascha* Hebraeis dici *Pesach,* quia Deus *pasach,* h. e., *transiit* seu *transiliit* super Israëlitarum ostia, postes eorum videns agni sanguine aspersos, prout habetur Exod. 22, 13—23.

Christianorum Pascha duplex est pro duplici, qui a Christo Domino factus est, transitu; alter fuit ex vita in mortem, quo die crucifixus est *(Πάσχα σταυρώσιμον),* alter ex morte in vitam, quo die resurrexit a mortuis *(Πάσχα ἀναστάσιμον).*

Cur vero Christiani Resurrectionis diem nomine *Paschatis* donarint, veteres multis nos edocent. S. Gregor. Nazianz. *orat. 42.* cit. *Pascha* dici ait:

διὰ τῶν ἐκ τῶν κάτω πρὸς τὰ ἄνω καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας πρόοδον καὶ ἀνάβασιν.

propter nostram ex his inferioribus ad superiora atque ad terram promissionis progressionem et ascensum.

Et s. Hieronymus scribit [1]): *Transitus* seu *Phase* vocatur, quod ita celebretur, *ut terrena et Aegyptum dimittentes ad coelestia festinemus.* Ruperto, abbati Tuitiensi, *transitus Domini Jesu ad Patrem omnium nostrum transitus est; nam illo transeunte ex hoc mundo ad Patrem transivimus et nos ejusdem Patris gratia de vinculis ad absolutionem, de tenebris ad oculorum nostrorum revelationem* [2]). Sed luculentius exponamus verbis Ceolfridi abbatis, ven. Bedae praeceptoris [3]), in epistola ad Naitonem Pictorum regem, quam Beda adducit lib. 5. *Histor. Eccl. Angl. cap. 1* [4]): *Votiva Paschae nostrae festa celebramus, ut indicemus, nos non cum antiquis excussum Aegyptiae servitutis jugum venerari; sed redemptionem totius mundi, quae in antiqui Dei populi liberatione praefigurata, in Christi autem resurrectione completa est, devota fide ac dilectione colere, ut de resurrectionis etiam nostrae, quam eadem die dominica futuram credimus, spe nos certissima gaudere signemus.*

---

[1]) L. c. p. 191.

[2]) *Lib. 2. in cap. 14. Exod.* apud Migne; Patr. l. t. 167, p. 621.

[3]) Claruit circa an. 680. Cfr. *Com. de Computo eccl.* p. 172.

[4]) Migne, Patr. l. t. 95, pp. 276—277 et t. 89, p. 354.

Nationes pleraeque nomen *Pascha* retinuerunt, indoli propriae linguae accommodatum. Ita, aliis omissis, Hispani dicunt *Pascua,* Itali *Pasqua,* Galli *Pâque,* Norwegi *Pâskir,* Dani *Paaske.* Sunt tamen etiam, qui propria utantur nomenclatura, ab hebraica illa prorsus aliena; quare et de hac paucis est pro scriptionis ratione disserendum.

Ostern, angl. *Easter.* — Notatio vocabuli olim valde incerta erat apud etymologos. Juxta ven. Bedam quidem appellatio inde venit, quod Pascha eo tempore agatur, quo festum *Eostre,* idoli Germanorum, celebrari consuevisset. *Eosturmonath,* inquit [1], *qui nunc paschalis mensis interpretatur, quondam a dea illorum, quae Eostre vocabatur et cui in illo festa celebrabant, nomen habuit, a cujus nomine nunc paschale tempus cognominant, consueto antiquae observationis vocabulo gaudia novae solemnitatis vocante.* Ast primos Saxonum fideles voluisse tam sacrae solemnitati nomen ab idolo creare, id verisimile non existimabant alii. Erant ergo quibus nomen *Ostern* deducendum videretur ab *oriente,* vel germanico *Osten,* idem fere significante [2]. *Osterum,* inquit Honorius Augustodunensis, *Sacramentar.* c. 42 [3], *dicitur ab oriente, quia sicut ibi sol surgit, in occasu quasi moritur: ita hic Sol justitiae, qui est Christus, qui in morte occasum subiit, hic surrexit.* Huic sententiae ex modernis et Adelung accessit, quod germanicum *Osten* generatim ortum atque initium significare putaret. Neque deerant, qui etymon ab *hostia* facerent, quae vox hodieque, aspiratione omissa, a pluribus *ostia* pronuntiatur. Alii ab *ostio* repetebant, quod Pascha initium anni vel etiam clarescentis gloriae Christi exordium fuerit. Alii immo originem germanicam nominis quaerentes *Ostern* simpliciter formatam asserebant ex obsoleto *Urständ,* quod significandi potestate non differt ab usitato *Auferstehung,* transpositis literis, ad quam metathesin literarum in vocabulis litera canina r affectis vulgus esse pro-

---

[1]) De *temporum ratione,* c. 15 (apud Migne, Patr. l. t. 90, p. 357).

[2]) *Ost, Osten* Germanis est *oriens,* h. e., ea pars coeli, qua sol oritur. *Oriens* autem translate sumitur pro *aurora,* seu pro hora, qua illuminari aurora oriente incipit, item pro tempore reviviscentis ac reflorescentis naturae, in quod festum Paschatis incidit.

[3]) Apud Migne, Patr. l. t. 172, p. 769.

clive animadvertebant, proposito etiam in exemplum nomine *Born* = *Brunn.*

Ex recentissimis tandem sunt, qui, posterioribus his notationibus rejectis, iterum cum ven. Beda appellationis originem ab idolo *Eostre, (Eástre)* sive *Ostârâ* (dea orientis, verni splendoris) deducunt, forma plurali *Ostern* a pluralitate dierum festivorum repetita[1]). Atque ita in hanc nomenclaturam, origine ethnicam, ea cadunt, quae supra jam in simili casu de nomine *smrtelná* ejusque a superstitioso argumento ad christianam pietatem translatione diximus pp. 189—190.

Velikánoc — *Magnae noctis* vocabulo Pascha nuncupant Čechoslavi *Velikánoc, velikonoční neděle* = *hod Boži velikanoční;* Sloveni *Velika noč;* Poloni *Wielkanoc.* — Solemnitatem paschalem etiam in jure sacro a *magna nocte* vocari, ostendimus pp. 259 et 272, ubi etiam propriam appellationis causam attigimus. — Sed et *magni diei* titulo legitur Pascha ornatum a Ruthenis *Velikden;* a Serbis *Veliki dan;* a Čechoslavis *Veliká neděle,* h. e., *magnus dies Dominicus.*

Voskresenije. Resurrectio. Breviarium slavicum ritus latini[2]), verba archetypi diligenter reddens, titulum diei reddit *Nedĕla Voskresenija, Dominica Resurrectionis.* Similiter a mysterio nomen traxit festum apud Serbo-Croatas *Uskrs,* apud Ruthenos *Voskresenije Christovo* sive *svĕtloje Voskresenije, ἡ λαμπρὰ ἀνάστασις,* apud Čechoslavos *Vzkříšení Páně, Resurrectio Domini;* apud Slovenos *Vstajenje Gospodovo.*

Husvét a *resumenda carne* Pascha vocant Hungari, quasi *carnosum,* nomine ex re indito, quod iterum *carne* (hús) vesci liceat: quemadmodum in aliis regionibus festum *ovorum* titulo insignitum legimus; quae, quum quadragenarii jejunii tempore

---

[1]) Quae ea de re copiose disputavit Grimm, *Deutsche Mythologie,* t. 1, pp. 267—268, brevi annotatione circumscripta reperies apud Weigand, *Deutsches Wörterbuch* v. *Ostern.*

[2]) Vide supra p. 188.

edere ac *publice vendere* fuisset prohibitum[1]), die Paschatis non sine festiva quadam pompa iterum venalia praedicabantur emptaque gaudii paschalis augurio mittebantur amicis; unde et historica *ovorum paschalium origo* videtur repetenda[2]). — Confundi cum historica ratione non debent variae significationes morales ac mysticae, quibus recipiendis ova paschalia semper visa sunt idonea, ut ecce, quod sint symbolum resurrectionis, quam de Christo Domino confitemur et cujus nos speremus aliquando fore consortes.

Paschatis festum semper Christianis praecipuum habitum fuit. S. Gregorius Naz.: *Haec nobis,* inquit, *festivitatum festivitas (ἑορτῶν ἑορτή) et celebritatum celebritas (πανήγυρις πανηγύρεων), tanto caeteris omnibus, non solum humanis et e terra ortis, sed iis etiam, quae ipsius Christi sunt ac propter ipsum celebrantur, superior, quanto sol stellas antecellit.* Unde ipsi etiam appellantur *dies dierum regina (ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα) ac splendida illa nox, peccati tenebras solvens, in qua nos cum magna luminis copia salutis nostrae festum celebramus atque cum luce propter nos mortua morte simul affecti cum eadem excitati simul excitamur* (Orat. 42. al. 45 cit.). Cedreno in Michaële Theophili filio, *est domina et prima dierum (κυρία καὶ πρώτη τῶν ἡμερῶν).* Aliis aliis nominibus vocatur, uti videre est apud rerum liturgicarum scriptores. Ex iis Pentecostarium in *Tropariis* odae nonae subjectis haec congerit:

Πάσχα ἱερὸν ἡμῖν σήμερον ἀναδέδεικται· Πάσχα καινόν, ἅγιον· Πάσχα μυστικόν· Πάσχα πανσεβάσμιον· Πάσχα, Χριστὸς ὁ λυτρωτής· Πάσχα ἄμωμον· Πάσχα μέγα· Πάσχα τῶν

Pascha sacrum hodie nobis ostensum est; Pascha novum, sanctum; Pascha mysticum; Pascha quammaxime venerandum; Pascha Christus Liberator; Pascha incontamina-

[1]) Cfr. Binterim, *Denkwürdigkeiten,* t. 5, part. 1, p. 239.

[2]) Cfr. Binterim, l. c. — Altius ascendendo cl. Maltzew originem ovorum paschalium a s. Maria Magdalena ducit, ita scribens: Diese Sitte (Ostereier zu verschenken) führt ihren Ursprung auf die heilige Maria Magdalena zurück, die dem Kaiser Tiberius ein Ei übergab mit dem Grusse *„Christos ist auferstanden“,* und hiermit ihre Verkündigung des Evangeliums begann *(Die Nachtwache,* p. 593). Historiam credat, qui voluerit; non ego.

πιστῶν· Πάσχα, τὸ πύλας ἡμῖν τοῦ Παραδείσου ἀνοῖξαν· Πάσχα, πάντας ἁγιάζον πιστούς.

tum; Pascha magnum; Pascha fidelium; Pascha quod nobis portas Paradisi aperuit; Pascha omnes sanctificans credentes.

Ipsa solemnitas Resurrectionis in cisalpinis ecclesiis varie celebratur. In Austria atque in pluribus aliis dioecesibus Germaniae solemnis processio ad capellam s. sepulchri dirigitur, ubi sanctissimum sacramentum est expositum. Processione ad altare majus reducta intonatur *Te Deum* atque ita tota caeremonia cum benedictione Sanctissimi absolvitur: servatis tamen pluribus singularibus ritibus, qui ex immemoriali usu servari consueverunt. Aliae ecclesiae contra magna ex parte Graecos imitantur, ac proinde horum caeremonias hic breviter describimus: Ad repraesentandum igitur Christi triumphum de inferno delatum summo mane ante Matutini recitationem ordinatur processio, in cujus reditu inveniuntur ecclesiae portae clausae: tunc episcopus vel sacerdos illa psalmi verba: *Tollite portas etc.* profert, et ex interiori parte clericus vel alius cantor respondet: *Quis est iste Rex gloriae etc.* Tandem post contentionem celebrans percutiens valvas intonat: *Surrexit Christus* ac statim ecclesiae janua expanditur. Tunc celebrans in altum extollit cereum triangulum, quem in manu gestat quemque ipsi τρικήριον appellant; quam eandem caeremoniam populus assistens facit cum lumine, quod unusquisque in manu gerit.

De salutatione et osculo paschali.

Antiquitus Christiani in festo Paschae se invicem adhibita hac forma salutare solebant: *Surrexit Dominus vere;* et respondebatur *Deo gratias* vel etiam *Et apparuit Simoni* [1]), quem morem hodieque plures religiosae familiae sequuntur. Graeci quoque diebus paschalibus salutare solent: Χριστὸς ἀνέστη (slav. *Christos voskrese;* rumen. *Christosu a inviatu), Christus surrexit;* et respondent: Ἀληθῶς ἀνέστη

[1]) Cfr. tum Beleth. *Rational. Divinorum Officiorum* c. 16, apud Migne, Patr. l. t. 202, p. 121, tum Durand. *Rational. Divin. Offic.* lib. 6, c. 46.

(slav. *Vo istinnu voskrese;* rumen. *Adeveratu cà a inviatu), vere surrexit.*

Verum praestat, ipsum L. Allatium audire, qui festivae hujus salutationis ritum omnemque *πασχαλίου ἀγάπης φιλήματος* caeremoniam accuratius describit *De Dominicis et hebdom. Graec.* n. 22:

Dato signo a sacerdote circa auroram, conveniunt omnes, tam mares quam feminae, et pueri ipsi, quilibet in suam paroeciam, quam Graeci veluti matrem agnoscunt veneranturque; raroque alibi, nec nisi magna necessitate coacti, sacrum audiunt, aut reliquis officiis ecclesiasticis intersunt. Absolutis postmodum precibus matutinis, summa animi omnium alacritate, post dictum evangelium sacerdos in foribus bematis stat, sacerdotalibus vestibus amictus, et manibus in pectore evangeliorum librum clausum tenens, in cujus parte, quae respicit populum, crux Domini argentea, vel ex alia materia, affixa est; tum canitur Troparium:

Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς ἐν τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος.	*Christus resurrexit a mortuis, morte mortem conculcans, et iis, qui in monumentis erant, vitam elargiens.*

Repetiturque donec caeremonia finiat. Interea primus dignitate accedens, post venerationem et oscula sacrarum imaginum, imaginem, quae in evangelio est, deosculatur; tum ambabus manibus sacerdotem amplectens, ejus humeros deosculatur, dicens: *Χριστὸς ἀνέστη, Christus resurrexit;* et ipse vicissim in faciem a sacerdote osculum accipiens, respondente: *Ἀληθῶς ἀνέστη, vere resurrexit.* Et sic coram sacerdote sistitur [1]). Et procedens alius, post sacerdotis oscula, alium stantem amplectitur, et mutuo amplexu alter alteri

[1]) Festiva *εἴδησις* Pentecostarii habet: *Ὁ δὲ ἀσπασμὸς γίνεταί οὕτω· Λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, καὶ ἵσταται πρὸ τῶν θυρῶν τοῦ ἁγίου βήματος, ὁ δὲ καθηγούμενος ἐλθὼν καὶ ἀσπασάμενος τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον καὶ τὸν ἱερέα, λαμβάνει αὐτὸ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ καὶ ἵσταται ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως. Εἶτα οἱ ἀδελφοὶ πάντες, κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, ἀσπάζονται πρῶτον τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, εἶτα τὸν ἱερέα καὶ τὸν καθηγούμενον, καὶ ἵστανται κᾀκεῖνοι ἔνθα ἂν τύχωσι καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους* (Edit. roman. an. 1884, p. 13).

oscula impingit, verba eadem enuncians, et penes primum manet: sic advenit tertius, quartus; donec omnes, qui in ecclesia sunt, eadem peragant, osculo dato omnibus, acceptoque ab omnibus; quo finito, a sacerdote populus maxima laetitia dimittitur. Foeminae in gynaeceo inter se ipsas mutuis amplexibus, eadem verba altera proponente, altera respondente, similia agunt, donec stantes stantibus omnes libentes, non sine complexu, suavium dent accipiantque. Neque pueris hoc osculum denegatur; illi etenim, pleni gaudio, tumultuario quodam subsultu, totis parentes et amicos et quos ipsi noverint ulnis amplectentes, oscula capiunt et reddunt. Extra quoque ecclesiam per tres illos Resurrectionis dies, et amplius, quicunque obvii facti fuerint, amplexu excepti, ad oscula mutua admittuntur, viri a viris, mulieres a mulieribus: pueri nullum servant ordinem. Et sic universus Christianorum coetus, depositis odiis, ex osculo reconciliatus, uno dilectionis vinculo colligatur. Ut itaque antecedens dies, ob mysteriorum multitudinem, magni ac sancti dicti sunt, ita et Dominicus hic dies, *magnus* et *sanctus* dici meruit.

Ad religiosum hunc ritum etiam pertinent rubentia *ova paschalia* ultro citroque data et accepta[1]). Ejusmodi ova caeteroquin, in tempore jam artificiose colorata et rite disposita, per hos dies profusa in omnes liberalitate munifice erogant fideles, quemadmodum et ipsi apud eos vidimus, et a bonis auctoribus, qui post Olearium[2]) mores nationibus ritus graeci proprios descripserunt, certo comperimus[3]). De *benedictione ovorum paschalium* inferius agetur p. 326, ubi de elevatione *τῆς παναγίας* sermo erit.

De solemni πολυγλώττου cantu evangelii.

Ἀναγινώσκεται τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον ὑπὸ τοῦ πατριάρχου καὶ ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀρχιερέων, περιοδικῶς εἰς διαφόρους διαλέκτους ὡς εἴθισται, Ita *Τυπικὸν ΚΠ.* ad h. d.

---

[1]) „Bei diesem Grusse schenkt man einander roth gefärbte Eier . . . Die rothe Farbe der Eier bedeutet das Blut des Gottmenschen, welches er vergoss als Lösegeld für die Welt.“ Ita Maltzew, *Die Nachtwache,* p. 593.

[2]) *Neue orientalische Reisebeschreibung,* p. 106. Schleswig, 1647.

[3]) Ex iis alii memorantur ab Augusti, *Denkwürdigkeiten,* t. 12,

Hoc die solet episcopus canere evangelium *In principio erat Verbum*, intonando nempe primam periodum, quam deinde variis linguis replicant, unus post alterum, ex sacerdotibus et diaconis, qui omnes adstantes unus post alterum usque ad ecclesiae januam protenduntur. Et postquam ultimus eorum hanc replicationem finivit, reassumit episcopus secundam evangelii periodum, quae eodem ordine, quo supra, a sacerdotibus et diaconis omnibus successive replicatur; et sic de periodo ad periodum usque ad evangelii finem. Quod fit ad significandum praedicationis evangelicae consensum per totum orbem ab Apostolis uniformiter factum, licet diversis linguis et in remotis terrae partibus. Finito cantu percutitur *σημαντήριον*, h. e., tabula lignea seu instrumentum illud, quo utuntur ad populum convocandum [1]), daturque unica campanae pulsatio ad denotandum praedicationis apostolicae sonum per universum orbem pervagatum.

Ἄρχεται τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον.

Evangeliorum *ἀκολουθία*, quam Patribus acceptam referunt Graeci, tempus Pentecostarii sancto Joanni attribuit. Eam autem hujus traditionis causam assignant scriptores [2]), ut fideles, dum *ab ipso reviviscentis Christi claro die usque ad eum, quo descensus Spiritus Sancti celebratur, evangelii Joannis de divinitate loquentis verba* (*τὰς θεολογικὰς τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου φωνάς*) audiunt, in immensa illa *suaveolentium florum pulchritudine quasi spirituales rosas decerpentes* (*οἷά τινα πνευματικὰ ῥόδα τρυγήσαντες*) in fide crescant et crescendo fortissimi evadant.

De mysterio festi paschalis.

Celsissimum hoc Christi resurgentis trophaeum duabus veluti partibus constat, altera quidem *ipso Resurrectionis my-*

pp. 329 seqq.; alii a Daniel, *Codex liturgicus*, t. 4, pp. 226 seqq.; alii ab aliis.

[1]) *Σημαντήριον* ex arte delineatum ac multis descriptum invenies apud Ryaeum, Bollandianum, Junii tomo 2. *dissertat. praev.*, p. XXIV.

[2]) Ex his legatur Theophanes Cerameus, homil. 5. et homil. 41. (apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 205 et 785).

sterio, altera vero *justorum ab inferis liberatione.* Utrumque Christianis omnibus notissimum est ex institutionibus catecheticis, quapropter explicationis loco festivum canonem ex Pentecostario hic sistimus, ut — sublimi ejus significatione sedulo expensa — congruos pietatis sensus in nobis excitare studeamus, nimirum, ut Christum Dominum ac Regem nostrum gloria et gaudio ineffabili fruentem contemplantes, de ejus gaudio et gloria intense gaudeamus et ipsi, primo ac praecipue propter ipsum Divinum Salvatorem amplissimum triumphantem, deinde vero etiam nostri ipsorum nostraeque propriae felicitatis causa, quam Christus redivivus humano generi in Patribus ac justis ex limbo eductis plenissime jam praebet. Quoniam vero synaxarium, quod Nicephorus C. Xantopulus eidem huic canoni inseruit, gravissimum errorem de peccatoribus ex inferno liberatis continet, ipsam ejus doctrinam, subjectis quibusdam animadversionibus, ad genuinum dogma catholicum exigemus.

Ὁ κανὼν εἰς τὴν κυριακὴν τοῦ Πάσχα[1]).
Ποίημα Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Ὠιδὴ α'. Ἦχος α'.
Ὁ εἱρμός.

„*Ἀναστάσεως ἡμέρα, λαμ-* „*πρυνθῶμεν λαοί, Πάσχα* „*Κυρίου, Πάσχα. Ἐκ γὰρ* „*θανάτου πρὸς ζωήν, καὶ ἐκ* „*γῆς πρὸς οὐρανόν, Χριστὸς* „*ὁ Θεὸς ἡμᾶς διεβίβασεν, ἐπι-* „*νίκιον ᾄδοντας.*

Τροπάρια.

Καθαρθῶμεν τὰς αἰσθή-σεις, καὶ ὀψόμεθα τῷ ἀπροσ-

Ode 1. Tonus 1.
Hirmus.

Resurrectionis dies: splendescamus, populi, Pascha Domini, Pascha. E morte enim ad vitam, et ex terra ad coelum, Christus Deus nos traduxit, victoriam canentes.

Troparia.

Expurgemur sensibus, et videbimus inaccessibili resur-

[1]) Germanice et slavice exstat apud Maltzew, *Die Nachtwache,* pp. 595—610. Canones, ut semel dicamus, in nova editione romana Pentecostarii an. 1884 exhibentur *στιχηρῶς* descripti, h. e., asteriscis ad singulorum versuum distinctionem appictis.

ἰτῷ φωτὶ τῆς ἀναστάσεως Χριστὸν ἐξαστράπτοντα, καὶ χαίρετε φάσκοντα τρανῶς ἀκουσόμεθα, ἐπινίκιον ᾄδοντες.

Οὐρανοὶ μὲν ἐπαξίως εὐφραινέσθωσαν, γῆ δὲ ἀγαλλιάσθω· ἑορταζέτω δὲ κόσμος, ὁρατός τε ἅπας, καὶ ἀόρατος· Χριστὸς γὰρ ἐγήγερται, εὐφροσύνη αἰώνιος.

rectionis luce Christum effulgentem, et: gaudete dicentem aperte audiemus, victoriam canentes.

Coeli quidem digne laetentur, terra autem exsultet: festum agat autem mundus, tum visibilis omnis, tum invisibilis: Christus enim qui laetitia sempiterna est, ad vitam rediit.

Ὠιδὴ γ'. Ὁ εἱρμός.

„Δεῦτε πόμα πίωμεν καινόν, οὐκ ἐκ πέτρας ἀγόνου τερατουργούμενον, ἀλλ' ἀφθαρσίας πηγὴν ἐκ τάφου ὀμβρήσαντος Χριστοῦ, ἐν ᾧ στερεούμεθα.

Ode 3[1]. Hirmus.

Agite, potionem bibamus novam, non ex saxo sterili prodigiose eductam, sed incorruptionis fontem e sepulchro pluente Christo, in quo solidamur.

Τροπάρια.

Νῦν πάντα πεπλήρωται φωτός, οὐρανός τε, καὶ γῆ, καὶ τὰ καταχθόνια. Ἑορταζέτω δὲ πᾶσα ἡ κτίσις τὴν ἔγερσιν Χριστοῦ, ἐν ᾧ ἐστερέωται.

Χθὲς συνεθαπτόμην σοι, Χριστέ, συνεγείρομαι σήμερον ἀναστάντι σοι, συνεσταυρούμην σοι χθές· αὐτός με συνδόξασον Σωτήρ, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Troparia.

Nunc omnia repleta sunt lumine, coelumque et terra et inferi: ferietur autem omnis creatura suscitationem Christi, in quo solidata est.

Heri una tecum tumulabar, Christe; conresurgo hodie tecum resurgente. Una crucifigebar tecum heri: ipse me tecum gloria affice, Salvator, in regno tuo.

Ὠιδὴ δ'. Ὁ εἱρμός.

„Ἐπὶ τῆς θείας φυλακῆς ὁ θεηγόρος Ἀββακοὺμ στήτω

Ode 4. Hirmus.

In divina custodia diviniloquus Habbacum stet nobis-

[1]) Non typorum errori, sed mysterio significando tribuendum est, ut odae primae tertia confestim subnectatur — omissa secunda. Cfr. quae in odarum *ἀκολουθίαν* disputata sunt tomo 1, pp. LVIII—LIX.

„μεθ' ἡμῶν, καὶ δεικνύτω „φαεσφόρον ἄγγελον διαπρυ- „σίως λέγοντα· Σήμερον σω- „τηρία τῷ κόσμῳ, ὅτι ἀνέστη „Χριστός, ὡς παντοδύναμος.

cum, et ostendat luciferum angelum clare dicentem: Hodie salus mundo, quoniam surrexit Christus ut omnipotens.

Τροπάρια.

Troparia.

Ἄρσεν μέν, ὡς διανοίξας τὴν παρθενεύουσαν νηδύν, πέφηνε Χριστός, ὡς βροτὸς δὲ ἀμνὸς προσηγόρευται. Ἄμωμος δέ, ὡς ἄγευστος κηλῖδος, τὸ ἡμέτερον πάσχα· καὶ ὡς Θεὸς ἀληθής, τέλειος λέλεκται.

Ut masculus quidem, aperiens virgineum uterum, apparuit Christus: ut mortalis autem, agnus appellatus est: immaculatus autem, ut labis expers, nostrum Pascha: et ut Deus verus, perfectus dictus est.

Ὡς ἐνιαύσιος ἀμνὸς ὁ εὐλογούμενος ἡμῖν στέφανος Χριστὸς ἑκουσίως ὑπὲρ πάντων τέθυται, πάσχα τὸ καθαρτήριον. Καὶ αὖθις ἐκ τοῦ τάφου ὡραῖος δικαιοσύνης ἡμῖν ἔλαμψεν ἥλιος.

Ut anniculus agnus, quae benedicitur nobis Corona, Christus sponte pro omnibus sacrificatus est, Pascha expiatorium, et rursus ex sepulchro speciosus justitiae nobis splenduit sol.

Ὁ Θεοπάτωρ μὲν Δαβὶδ πρὸ τῆς σκιώδους κιβωτοῦ, ἥλατο σκιρτῶν· ὁ λαὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ ἅγιος, τὴν τῶν συμβόλων ἔκβασιν ὁρῶντες, εὐφρανθῶμεν ἐνθέως, ὅτι ἀνέστη Χριστὸς ὡς παντοδύναμος.

Dei Pater quidem David ante umbrosam (typicam) arcam saltavit exsultans; populus autem Dei sanctus, signorum eventum videntes, laetemur divine, quoniam surrexit Christus ut omnipotens.

Ὠιδὴ ε'. Ὁ εἱρμός.

Ode 5. Hirmus.

„Ὀρθρίσωμεν ὄρθρου βα- „θέως, καὶ ἀντὶ μύρου τὸν „ὕμνον προσοίσωμεν τῷ Δε- „σπότῃ, καὶ Χριστὸν ὀψώμεθα, „δικαιοσύνης ἥλιον, πᾶσι ζωὴν „ἀνατέλλοντα.

Vigilemus mane profunde, et pro unguento hymnum afferamus Domino, et Christum videamus justitiae solem, omnibus vitam exorientem.

Τροπάρια.

Troparia.

Τὴν ἄμετρόν σου εὐσπλαγχνίαν οἱ ταῖς τοῦ ᾅδου σειραῖς

Quum immensam tuam misericordiam qui inferni catenis

συνεχόμενοι δεδορκότες, πρὸς τὸ φῶς ἠπείγοντο, Χριστέ, ἀγαλλομένῳ ποδί, Πάσχα κροτοῦντες αἰώνιον.

Προσέλθωμεν λαμπαδηφόροι τῷ, προιόντι Χριστῷ ἐκ τοῦ μνήματος, ὡς νυμφίῳ, καὶ συνεορτάσωμεν ταῖς φιλεόρτοις τάξεσι, Πάσχα κροτοῦντες αἰώνιον.

constricti erant, conspexissent, in lucem festinabant, Christe, exsultanti pede, Pascha plaudentes aeternum.

Accedamus faces ferentes advenienti Christo ex monumento, ut sponso: et una festum agamus cum festivis ordinibus, Pascha plaudentes aeternum.

Ὠιδὴ ϛ΄. Ὁ εἱρμός.

„Κατῆλθες ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, καὶ συνέτριψας μοχλοὺς αἰωνίους, κατόχους πεπεδημένων, Χριστέ, „καὶ τριήμερος, ὡς ἐκ κήτους „Ἰωνᾶς, ἐξανέστης τοῦ τάφου.

Ode 6. Hirmus.

Descendisti in infima terrae, et contrivisti vectes aeternos, eisque detentos expedisti, Christe. et triduanus, ut ex cete Jonas, exsurrexisti e sepulchro.

Τροπάρια.

Φυλάξας τὰ σήμαντρα σῶα, Χριστέ, ἐξηγέρθης τοῦ τάφου. Ὁ τὰς κλεῖς τῆς Παρθένου μὴ λυμηνάμενος ἐν τῷ τόκῳ σου, καὶ ἠνέῳξας ἡμῖν παραδείσου τὰς πύλας.

Σῶτέρ μου, τὸ ζῶν τε, καὶ ἄθυτον ἱερεῖον, ὡς Θεὸς ἑαυτὸν ἑκουσίως προσαγαγὼν τῷ Πατρὶ, συνανέστησας παγγενῆ τὸν Ἀδάμ, ἀναστὰς ἐκ τοῦ τάφου [1]).

Troparia.

Servatis signis sospitibus, Christe, suscitatus es e sepulchro. Qui claves Virginis non offendisti dum te peperit, et reserasti nobis paradisi portas.

Salvator meus, vivensque, nec mactata victima, ut Deus, sepsum sponte offerens Patri, una suscitasti omnigenum Adam, surgens e sepulchro.

Ὠιδὴ ζ΄. Ὁ εἱρμός.

„Ὁ παῖδας ἐκ καμίνου ῥυσάμενος, γενόμενος ἄνθρω-

Ode 7. Hirmus.

Qui pueros e fornace liberavit, factus homo, patitur ut

[1]) Inter od. 6. et 7. ut et hoc semel dicaturmedia interjacent *κοντάκιον, οἶκος, στίχοι* et *συναξάριον* cum brevioribus quibusdam canticis.

„πος, πάσχει ὡς θνητός, „καὶ διὰ πάθους τὸ θνητὸν „ἀφθαρσίας ἐνδύει εὐπρέπειαν, „ὁ μόνος εὐλογητὸς τῶν πα- „τέρων Θεός, καὶ ὑπερένδοξος.

mortalis: et per passionem, quod mortale erat, incorruptionis vestit decore: solus benedictus patrum Deus, et gloriosissimus.

Τροπάρια.

Troparia.

Γυναῖκες μετὰ μύρων θεόφρονες, ὀπίσω σου ἔδραμον· ὃν δὲ ὡς θνητὸν μετὰ δακρύων ἐζήτουν, προσεκύνησαν χαίρουσαι ζῶντα Θεόν. Καὶ Πάσχα τὸ μυστικὸν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς εὐηγγελίσαντο.

Mulieres piae cum unguentis post te accurrerunt: quem autem ut mortalem cum lacrymis quaerebant, adorarunt gaudentes, viventem Deum, et Pascha arcanum Christi discipulis bene nuntiarunt.

Θανάτου ἑορτάσωμεν νέκρωσιν, ᾅδου τὴν καθαίρεσιν, ἄλλης βιοτῆς τῆς αἰωνίου ἀπαρχήν, καὶ σκιρτῶντες ὑμνῶμεν τὸν αἴτιον, τὸν μόνον εὐλογητὸν τῶν πατέρων Θεὸν καὶ ὑπερένδοξον.

Mortis celebremus mortificationem, inferni destructionem, alterius vitae sempiternae primitias; et salientes cantemus auctorem: solum benedictum patrum Deum, et supergloriosum.

Ὡς ὄντως ἱερὰ καὶ πανέορτος αὕτη ἡ σωτήριος νύξ, καὶ φωταυγής, τῆς λαμπροφόρου ἡμέρας τῆς ἐγέρσεως οὖσα προάγγελος, ἐν ᾗ τὸ ἄχρονον φῶς ἐκ τάφου σωματικῶς πᾶσιν ἐπέλαμψεν.

Quam vere sacra et tota festiva haec salutaris nox et lucida, splendescentis diei resurrectionis exsistens praenuntia, in qua temporis exsors lumen e sepulchro corporaliter omnibus affulsit.

Ὠιδὴ η'. Ὁ εἱρμός.

Ode 8. Hirmus.

„Αὕτη ἡ κλητὴ καὶ ἁγία „ἡμέρα, ἡ μία τῶν σαββάτων, „ἡ βασιλὶς καὶ κυρία, ἑορτῶν „ἑορτή, καὶ πανήγυρίς ἐστι „πανηγύρεων, ἐν ᾗ εὐλογοῦμεν „Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Haec dies et vocata et sancta, una sabbatorum, regina et domina: solemnitatum solemnitas, et celebritas est celebritatum, in qua benedicimus Christum per saecula.

Τροπάρια.

Troparia.

Δεῦτε, τοῦ καινοῦ τῆς ἀμπέλου γεννήματος, τῆς θείας

Agite, novum vitis fructum, divinam delectationem in in-

εὐφροσύνης, ἐν τῇ εὐσήμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἐγέρσεως, βασιλείας τοῦ Χριστοῦ κοινωνήσωμεν, ὑμνοῦντες αὐτὸν ὡς Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

signi die resurrectionis, regnum Christi participemus, laudantes ipsum ut Deum per saecula.

Ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου Σιών, καὶ ἴδε· ἰδοὺ γὰρ ἥκασί σου θεοφεγγεῖς, ὡς φωστῆρες, ἐκ δυσμῶν, καὶ βοῤῥᾶ, καὶ θαλάσσης, καὶ ἑώας τὰ τέκνα σου, ἐν σοὶ εὐλογοῦντα Χριστὸν εἰς αἰῶνας.

Leva circumcirca oculos tuos Sion, et vide: ecce enim venerunt tibi divina luce praediti, velut faces ab occasu, et aquilone, et mari, et oriente, filii tui, in te benedicentes Christum per saecula.

Πάτερ παντόκρατορ, καὶ Λόγε, καὶ Πνεῦμα, τρισὶν ἑνιζομένη ἐν ὑποστάσεσι φύσις, ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεε, εἰς σὲ βεβαπτίσμεθα, καὶ σὲ εὐλογοῦμεν ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Pater omnipotens, et Verbum, et Spiritus una in tribus personis consistens natura, qui es super omnem essentiam et divinitatem, in te baptizati sumus, et te benedicemus semper in saecula.

Ὠιδὴ θ΄. Ὁ εἱρμός.

Ode 9. Hirmus.

„Φωτίζου, φωτίζου ἡ νέα „Ἱερουσαλήμ· ἡ γὰρ δόξα Κυ„ρίου ἐπὶ σὲ ἀνέτειλε. Χόρευε „νῦν, καὶ ἀγάλλου Σιών· σὺ δὲ ἁγνὴ τέρπου Θεοτόκε, ἐν τῇ ἐγέρσει τοῦ τόκου σου.

Illuminare, illuminare, nova Jerusalem: gloria enim Domini in te orta est. Salta nunc et exsulta, Sion: tu vero sancta delectare Deipara, in suscitatione tui fetus.

Τροπάρια.

Troparia.

Ὢ θείας, ὢ φίλης, ὢ γλυκυτάτης σου φωνῆς· μεθ' ἡμῶν ἀψευδῶς γὰρ ἐπηγγείλω ἔσεσθαι μέχρι τερμάτων αἰῶνος, Χριστέ, ἣν οἱ πιστοὶ ἄγκυραν ἐλπίδος κατέχοντες, ἀγαλλόμεθα.

O divinam, o amicam, o dulcissimam tuam vocem: nobiscum enim sine mendacio promisisti fore usque ad fines saeculi, Christe, quam fideles anchoram spei tenentes exsultamus.

Ὢ πάσχα τὸ μέγα, καὶ ἱερώτατον Χριστέ, ὢ σοφία, καὶ

O Pascha magnum et sacratissimum Christe, o sapien-

Λόγε τοῦ Θεοῦ καὶ δύναμις! Δίδου ἡμῖν ἐκτυπώτερόν σου μετασχεῖν, ἐν τῇ ἀνεσπέρῳ ἡμέρᾳ τῆς βασιλείας σου.

tia, et Verbum Dei, et potentia: da nobis ut expressius te participemus, in non vesperascenti regni tui die.

Animadversiones in synaxarium festi paschalis.

Quod supra jam in Triodio (pp. 22—23, 105—106) contra fidem docuerat Nicephorus, animas aeternis suppliciis addictas piorum precibus sublevari, quandoque etiam liberari [1]), id in Pente-

[1]) Idem hic error in librum symbolicum ecclesiae orientalis transiit. *Confessio orthodoxa* enim doctrinam catholicam *de purgatorio* absolute rejectura *quaest. 66*, in antecessum jam omnem statum *medium inter damnationem et beatitatem (ἀνάμεσα τῶν σωζομένων καὶ ἀπολλυμένων) προφυλακτικῶς* respuit ac de ipsis damnatis haec dogmatice statuit *quaest. 64:*

Βέβαια πολλοὶ ἀπὸ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐλευθερώνουνται ἀπὸ τῶν δεσμῶν τοῦ ᾅδου, ὄχι μὲ μετάνοιαν ἢ ἐξομολόγησιν ἐδικήντους . . . ἀλλὰ μὲ τὰς εὐποΐας τῶν ζώντων καὶ προσευχὰς ὑπὲρ αὐτῶν τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὲ τὴν ἀναίμακτον μάλιστα θυσίαν, ὅπου καθ᾽ ἡμέραν προσφέρει ἡ ἐκκλησία διὰ τοὺς ζῶντας καὶ τεθνηκότας κοινῶς ὅλως, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἀπέθανε δι᾽ αὐτούς. . . . Μόναι αἱ θεῖαι λειτουργίαι, αἱ προσευχαὶ καὶ ἐλεημοσύναι, ὅπου γίνουνται δι᾽ αὐτὴν ἀπὸ τοὺς ζῶντας, ἐκεῖνα τὴν ὠφελοῦσι πολλότατα καὶ ἀπὸ τὰ δεσμὰ τοῦ ᾅδου τὴν ἐλευθεροῦσιν.

Πρέπει πάντως νὰ παρακαλοῦμεν διὰ τοὺς κεκοιμημένους, καὶ νὰ προσφέρωμεν θυσίας ἀναιμάκτους, διδόντες ἐλεημοσύνας. κτλ.

Certo multi peccatores a vinculis inferni liberantur, non propter ipsorum poenitentiam aut confessionem, sed ob viventium bona opera, et propter ecclesiae pro ipsis fusas orationes, praecipue vero propter incruentum sacrificium, quod ecclesia quotidie offert pro omnibus viventibus simul et mortuis, quemadmodum et Christus pro iis pariter mortuus est. . . . Solum divinae liturgiae, et preces et eleemosynae, quae a viventibus pro ipsa anima fiunt, illam maxime juvant, illamque a vinculis inferni liberant. — Postremum incisum repetitur quaestione sequenti:

Oportet omnino, ut pro mortuis preces fundamus et incruenta sacrificia offeramus et eleemosynas distribuamus.

Textum graecum cum versione latina, parum tamen idonea, reperies apud Kimmel, *Lib. symb. eccl. orient.*, t. 1, pp. 133—134. Eum pridem multo fidelius in germanicum verterat Frisch, *Liber symbolicus* (Lipsiae an. 1727), pp. 46—47, nuper autem accuratissime interpretatus est rumenice Dr. Barbu Constantinescu, *Confessiunea ortodoxa*, pp. 45—46, qui tamen ad incisum: *multi peccatosi se vor isbavi din legaturile iadului . . . prin bine-facerile celor vii, prin rugaciunile facute în biserica ect. (multi peccatores a vinculis inferni liberantur . . . ob viventium bona opera et propter fusas in ecclesia orationes)* animadvertere omisit, antiquam Rumenorum ecclesiam a novitio illo graecae *Confessionis*

costario quoque illustriori exemplo plurimorum damnatorum a Christo, ut ait, ab inferno redemptorum confirmare nititur. Statuto enim in hodierno synaxario discrimine inter rationem, *qua Redemptor animas Sanctorum, qui ab orbe condito fuerunt, ab inferorum Domino violenter custodiae mancipatas liberavit,* et liberationem eorum, qui quum usque ad vitae exitum peccatores atque inde poenis aeternis addicti fuissent, Christo in inferno praedicanti credidisse et sic erepti esse perhibentur ex numero eorum, qui propter suam incredulitatem sine spe ulla salutis in iisdem aeternis poenis relicti sunt; manifestum est, synaxarii auctorem ejusdem haereseos notam vix subterfugere.

En ipsa ejus verba:

Ἐν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβάς, τῇ μήτρᾳ τῆς Παρθένου ἐνῴκησε· καὶ νῦν τὸ ἀνθρώπινον σύμπαν, τῶν τοῦ ᾅδου ἁρπάσας πυθμένων, εἰς οὐρανοὺς ἀνεβίβασε καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα ἤγαγε τῆς ἀφθαρσίας. Πλὴν καταβὰς εἰς ᾅδην, οὐ πάντας ἀνέστησεν, ἀλλ' ὅσοι πιστεῦσαι αὐτῷ ᾑρετίσαντο· τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, βιαίως κρατουμένας παρὰ τοῦ ᾅδου, ἠλευθέρωσε, καὶ πᾶσι δέδωκε πρὸς οὐρανοὺς ἀνιέναι.

Hoc die rursum de coelo descendens in utero Virginis habitavit, et nunc genus humanum omne ab infernis cavernis arreptum in coelos advexit, et ad pristinam incorruptibilitatis dignitatem traduxit. Verumtamen ad infernum descendens, non omnes vitae restituit, sed eos, qui illi credere voluerunt. Animas vero Sanctorum, qui ab orbe condito fuerunt, ab inferorum Domino violenter custodiae mancipatas, liberavit, omnibusque facultatem fecit, ut remearent ad coelos.

Quum autem ex Graecis sequioris aetatis sint, qui adeo confidenter de efficacia hujus praedicationis Christi apud inferos loquantur, ut non solum Platonem philosophum inter beatorum coetus collocatum dicant, quod nempe tunc in Redemptorem credidisset, sed et ipsum Judam comminiscantur ideo Christi mortem suspendio praevenisse, quod Salvatoris adventu sciret omnium ex inferni poenis salutem futuram[1]): haud abs re fuerit, claram expositionem doctrinae catholicae ex Benedicto PP. XIV. hic adscri-

errore prorsus abhorruisse; in authentico suo jure enim solemniter profitebatur, *gravia peccata emortui non remitti liturgiis, eleemosynis et precibus, quod Deus obserasset portam paradisi adversus illum, quodque talis defunctus consolationem non acciperet ex illis (Pravila* seu *indreptarea ledgij,* c. 158).

[1]) Legi de hoc figmento possunt Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus saeculo 11, *in Matth.* c. 27 (apud Migne, Patr. gr. tom. 124, p. 295); Theophanes Cerameus, *Homil. 27* (ibid. t. 132, pp. 577—578), Glycas et Ammonius a Leone Allatio relati *in Examine Paracletices,* nn. 324—326.

bere. Agens igitur de Christi descensu ad inferos doctissimus Pontifex haec habet *De festis D. N. J. Ch.* § 350:

Ultima quaestio est, an Christus descendens ad inferos veterum philosophorum quosdam inde eripuerit. Sed si illi in damnatorum inferno detinebantur, catholica fide docemur, nullam esse in inferno redemptionem. Ne ipsos quidem infantes, qui cum peccato originali mortui essent, modo ostendimus a Christo esse liberatos. Quamobrem ne comminisci quidem rationes ullas possumus, cur affirmemus, ereptos ex inferno eos fuisse philosophos, qui illuc conjecti essent, vel quod nullam in Christum fidem habuerint, vel si quam fidem implicitam habuere, nullam conformitatem habuerint ad caritatem Christi patientis, ut ait D. Thomas, *3. part., quaest. 52, art. 6.* Tostatus, *Paradox. 5,* cap. 132, putat probabile, Socratis, Platonis, et Aristotelis animas in sanctorum Patrum limbo fuisse, quod implicitam in Christum fidem habuerint, et integram a gravibus peccatis vitam egerint, atque inde a Christo fuisse ereptas. *Ex quo satis rationabile videtur,* inquit, *quod animae Socratis, Platonis, et Aristotelis, similiumque philosophorum ad limbum morte ipsorum descenderint, postea autem cum Christo resurgente inde in aethereas ascenderint mansiones. His quippe vita studiosa erat, et vitia castigabantur ad unguem; ne quid inhonestum eis accideret, acutissime advertebant. Quod satis colligi datur, si eorum dicta et facta ex historiis philosophorum advertamus.* Nicetas[1]), *in orat. 42. S. Gregorii Nazianzeni,* narrat, Platonem, ubi primum Christum in inferno praedicantem audivit, in eum credidisse: *quum diu antea vita functus, a quodam Christiano, maledictis, conviciisque ut improbus et impius laceratus esset, noctu ad conviciatorem suum venit, hominemque accusavit, ut inique in ipsum maledictis incessentem. Ego enim, inquit, me peccatorem esse haudquaquam inficias ivero: verum quum Christus in infernum descendit, nemo ante me ad fidem accessit.* Sed haec somnia et deliramenta, non quod fieri non potuerit, ut quidam ex ethnicis salvi sint per fidem saltem implicitam divinae providentiae, quod crediderint, Deum esse humani generis liberatorem secundum modos sibi placitos, aut per fidem adventus Christi peculiari revelatione cognitam; quae doctrina est D. Thomae, *part. 2, quaest. 2, art. 7. ad tertium;* sed quia incompertum omnino est, eos philosophos ejusmodi fidem habuisse, quos alioquin constat recte scripsisse, non recte vixisse. Bellarminus, tomo 1, controv. 4, *De Christi anima,* c. 15, in fine, Nicetae historiam tamquam fabulosam et commentitiam explodit. Petavius autem, *Theologia dogmat.,* l. 13, cap. 18, n. 13, apposite ad hanc rem: *Quamvis,* inquit, *nonnulla praeclare ab illis dicta factaque le-*

[1]) Nicetas Serronius floruit exeunte saeculo undecimo. Ejus elogium a L. Allatio conscriptum dat Migne, Patr. gr. t. 127, pp. 531 seqq., Commentarios in s. Gregorium Theologum autem post ipsas ejus orationes t. 37.

gantur, quae videntur indicia multarum esse magnarumque virtutum, tamen et ipsa non expressa, neque solida erant, sed adumbrata, et ad verborum speciem efficta, tum multo pluribus iisque certis et turpissimis flagitiorum notis dedecorata sordebant. Et Thomassinus, *Theologia dogmat.*, t. 2, l. 4, c. 9, in fine: *Nil tutius,* ait, *nil sapientiae et sobrietatis regulis accommodatius, quam communi fidelium sensui et credulitati adhaerescere, liberatos scilicet a Christo non philosophos, non quoscunque alios, nisi qui in gratia et amicitia Dei e vivis excessissent.* Pulchram Calmetus dissertationem edidit, num ethnici, quibus lex Moysis, aut Evangelium incognita fuere, potuerint aeternam salutem consequi; et ostendit, Sanctos illos ante legem Moysis, puta Seth, Noë, Melchisedech, qui fidei lumine Deum cognoverunt, et puro religiosoque cultu, et innocentia vitae coluerunt, salutem aeternam adeptos; philosophos vero, qui naturali lumine Deum habuere cognitum, tantoque beneficio abusi ejus opem non implorarunt, sed foedo idolorum cultui haeserunt, corruptisque moribus se commacularunt, inter quos Socrates, Plato, Seneca, neque salutem aeternam consecutos, neque a Christo ad inferos descendente liberatos esse.

De benedictione esculentorum in Paschate, et de elevatione τῆς παναγίας.

Rationem benedictionis ciborum in Paschate probati auctores [1]) generatim inde repetunt, quod diabolus hoc tempore magis satagat, nos supplantare suggerendo videlicet crapulam et immoderatum usum ciborum; sicut enim Christum Dominum post quadragesimale jejunium tentavit [2]), ita et nos tunc praecipue supplantare conatur, postquam modulo nostro per quadragesimam jejunavimus. Quod ne nobis eveniat, hodie praesertim benedicendi sunt cibi, *benedictione* non utique constitutiva sive consecrativa, sed *invocativa* tantum [3]), qua scilicet specialis Dei assistentia circa eorum usum imploratar, ne post longum jejunium, quando appetitus edendi est avidior, fiat ex suggestione daemonis excessus in pastu.

---

[1]) Durand., *Rational.* l. 6, c. 86; Quarti, *De benediction.* tit. 3. sect. 3, praelud. 2; Tetam. Ferdin. *Diar. An. eccles.,* t. 3, libri 5, pars 3 partis 2, n. 60; alii.

[2]) Matth. 4, 2—3.

[3]) Ita contra Gretser. *De benedict.* l. 2, c. 42. cum insigni doctorum globo tenet Tetam. Ferd. l. c. n. 56—57.

Inter esculenta hoc tempore benedicenda locum praecipuum sibi vindicant *ova,* „a quibus utpote levioribus, incipiendum fore cibum paschalem rationabilitur duxit hominum consuetudo ad salutem corporis“ [1]), praesertim quum sub benedictione ovorum paschalium plures sensus morales ac mystici pie subjici possint, quemadmodum ex *Quarti* aliisque auctoribus, qui in secretiora ejus ritus mysteria diligentius inquirunt, satis compertum est.

Apud Graecos quoque est usu receptum, ut die Paschatis ova, caseum, panes in ecclesia benedicant, et consistentibus in narthece, ante lautiorem cibum, degustanda apponant, paschalique hoc cibo percepto *πασχάζειν* se dicant. Vulgata *Oratio ad caseum et ova benedicenda (εὐχὴ εἰς τὸ εὐλογῆσαι τυρὸν καὶ ᾠά)* illustratur a Goar. *Euchol.* p. 568.

Ad *agnum paschalem* spectat *Oratio ad benedicendas carnium escas sancto et magno die Paschae (εὐχὴ εἰς τὸ εὐλογῆσαι ἐδέσματα κρεῶν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα),* quam ibidem graece et latine exhibet Goar. pp. 566—567, commentarium taliter exorsus: „Christi agni divini, pro expiandis mundi delictis in Paschate crudeliter occisi, piam memoriam recolentes Graeci, ex agni carnibus ecclesiae benedictione sanctificatis, cibum in die Paschatis sacro sumendum, in spiritalis laetitiae argumentum praeparant. Nec alienam ab hoc ritu approbando se sancta romana ecclesia declarat.“

Mysticam agni paschalis significationem ex ipsa romana benedictionis formula repetitam pluribus explicant auctores liturgici in commentariis ad Missale et Rituale roman. [2]), ubi et *de benedictione paschali panis* agunt [3]).

Ἡ ὕψωσις τῆς παναγίας.

Slav. *Vozvyšenije panagii* [4]); rumen. *Inaltiarea* [5]) *sântului artosu.*

Quemadmodum Pentecostarion ad finem hodiernae litur-

---

[1]) *Physicam* hanc ovorum paschalium *causam* inter alios tradit Baruffaldi, *Com. in Rit. Rom.* tit. 58, nn. 1—3.

[2]) Apud Tetam. Ferd. l. c., nn. 55—56.

[3]) De eâ nominatim tractat Baruffaldi, l. c., tit. 59, nn. 1—2.

[4]) Panagia Slavis etiam a multiplici benedictione, qua coelitus plena esse creditur, *Trisvjatoje, tersanctum,* appellatur.

[5]) Ὕψωσις rumenice dici quoque posset *ardicare* sive *redicare*

giae s. Joannis Chrysostomi proprium ritum paschalem *τὴν παναγίαν* ad finem mensae tractandi praescribit, a consueta *elevatione s. panis* diversum, ita et Typicon peculiari rubrica docet, *qua ratione panagia cunctis hebdomadis paschalis diebus in ecclesia elevetur (πῶς ὑψοῦται ἡ παναγία ὅλης τῆς ἑβδομάδος τῆς διακαινησίμου).* Itaque rem nos neque inutilem neque ingratam arbitramur fore, si ante omnia, quae de religiosa hac caeremonia generatim annotata habentur in libris liturgicis, cum idoneo commentario ob oculos exhibeamus, ritus paschalis proprietatem ac sensum inde sine magna opera paucis collecturi.

Παναγία, omni ex parte sancta, proprie est *ἐπίθετον,* quod Apostoli Beatissimae Virgini post mortem apparenti dedisse leguntur; a B. Virgine vero translatum est vocabulum ad *panem* coelitus benedictum, qui Christo Domino ad mensam asservari solebat quemque postea religiose particulatim comedebant [1]). Totam rem claram testatamque facit Horologium Graecorum, quod ad calcem *τῆς ἀκολουθίας τῆς τραπέζης* seu ante horam nonam hanc lectionem proponit [2]):

Περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας,
ὅπως γέγονε καὶ διὰ τί.

Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν καὶ τὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος κάθοδον, καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες οἱ Ἀπόστολοι ὁμοθυμαδόν· καὶ μετὰ τὴν εὐχήν, ἐν τῷ ἀρίστῳ ἀνακεκλιμένοι, ἀφέντες

Post Salvatoris nostri resurrectionem, et sancti Spiritus descensum, quousque ab invicem praedicationis gratia disjungerentur, concordibus animis omnes simul Apostoli versabantur, et quum post orationem mensae accumberent, relicto vacuo loco in eo pul-

---

a verbis *ardicu* seu *redicu* (elevare), quae naturalem quamdam cognationem habent cum latinis *arrigo, arrectum* et *erigo, erectum.* Sed ea de re videatur Cihac, *Dictionnaire d'étymologie Daco-Romaine,* v. *Dreg.* I., pp. 81—83.

[1]) Videri de eodem hoc nomine poterunt, quae olim notavimus in „Zeitschrift für kath. Theologie“ 1892, pp. 349—350.

[2]) Edit. venet. an. 1875, p. 105; edit. roman. an. 1876, p. 90.

κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν, καὶ ἐπὶ τῷ προσκεφαλαίῳ τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἤσθιον, εἰς μοῖραν Χριστοῦ. Μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνιστάμενοι, καὶ εὐχόμενοι, καὶ εὐχαριστοῦντες, ἐλάμβανον τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὃ εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἐπεκέκλητο μοῖραν· τοῦτο δὲ ὑψοῦντες, ἔλεγον· Δόξα σοι, ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι. Δόξα Πατρί, καὶ Υἱῷ, καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ, Μέγα τὸ ὄνομα, τό, Χριστὸς ἀνέστη, ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἕως τῆς Ἀναλήψεως· ἔκτοτε δέ, Μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Τριάδος· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, βοήθει ἡμῖν. Καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο οὕτως. Ἐποίει δὲ τοῦτο καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἂν ἔτυχε, μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. Ὅτε δὲ τὴν παγκόσμιον σύναξιν διὰ νεφελῶν ἐποιήσαντο, διὰ τὴν τῆς Θεοτόκου Δεσποίνης μετάστασιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες, μετὰ τὴν ταφὴν αὐτῆς (δηλονότι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ), παραμυθίαν ποιούμενοι, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀναστάντες, τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, τοῦ εἰς ὄνομα κειμένου τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀνυψώσαντες, καὶ τὸ Μέγα τὸ ὄνομα, προσειπόντες (ὢ θαύματος παραδόξου) ἡ νεκρά, ὥσπερ ζῶσα,

vinar ponebant, et super eo frustum panis, ex quo comedebant, quasi in partem Christi. Sumpto vero cibo surgentes e mensa et gratias agentes, segmentum panis in Christi partem sepositum elevantes, dicebant: *Gloria tibi, Deus noster, gloria tibi: Patri, et Filio et sancto Spiritui;* et vice hujus: *Magnum nomen est* ad Ascensionem usque dicebant: *Surrexit Christus,* et deinceps: *Magnum nomen est Sanctae Trinitatis; Domine Jesu Christe, succurre nobis.* Et haec quidem isto modo fiebant: illudque idem quilibet eorum observabat, ubicunque degeret, ad mortem usque Deiparae. At quando ex orbe universo in unum convenerunt Apostoli, per nubes in aëre delati, ut sacrum ejus corpus sepulturae traderent, justis ei persolutis, tertia die corpuscula cibo sumpto reficientes, quum panis segmentum Christi nomini sepositum elevarent, et *Magnum nomen est,* pronuntiarent, O miraculum inopinatum! quae mortua erat, rediviva, et lucidissimo Angelorum choro circumdata in sublimi apparet: *Avete,* inquit, *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus;* hocque solatium illis filii verbis praestitit. Discipuli autem miraculo stupefacti loco ejus, *Domine Jesu*

μετὰ νεφέλης καὶ φωτοποιῶν Ἀγγέλων παρισταμένων αὐτῇ, τῷ ἀέρι ἐπιφαίνεται, Χαίρετε, λέγουσα, ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας· τοῦτο ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ χαροποιὸν αὐτοῖς ἐπιδιδοῦσα. Οἱ δὲ Μαθηταί, τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες, ἀντὶ τοῦ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, Παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν, ἀνεκραύγασαν. Εἶτα τῷ τάφῳ προσελθόντες, καὶ μὴ εὑρόντες τὸ πανάγιον αὐτῆς Σῶμα, ἐπείσθησαν ἀληθῶς, ὅτι σύσσωμος, ζῶσα, καὶ τριήμερος, ὡς ὁ Υἱὸς αὐτῆς, ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα, καὶ μεταστᾶσα εἰς οὐρανοὺς μεταβέβηκε, σὺν Χριστῷ βασιλεύουσα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Christe, exclamaverunt: *Sanctissima Deipara, succurre nobis!* Ad sepulchrum deinde profectis, non inventis ejus reliquiis, persuasum est, tertio die instar filii sui corpore iterum assumpto a mortuis resurrexisse et in coelum assumptam cum Christo in saecula saeculorum regnare. Amen.

Sic igitur *παναγίαν*, h. e., generalem illam consuetudinem buccellam panis certo quodam benedictionis ritu comedendi ab ipsis Apostolis repetunt Graeci. Imperator in aula, monachi in monasteriis, vulgus in ecclesiis vel in domibus ritum hunc perficiunt: qua ratione expleat imperator, commonstrat Codin., *de Officiis CP.*, c. 7 [1]). Monachos ea se devotione exercentes ita describit L. Allatius apud Goar. in eundem Codin., l. c.: Quis sit Graecorum iste ritus paucis expediam, ut qui tot nugas in medium proferunt, jam desinant ineptire [2]). Antequam monachi in mensam procedant, cui id onus incumbit (illi *ἐφημέριον* vocant) in disco sive scutella (illi nuncupant *παναγιάριον)* acceptum panem ad instar crucis in quatuor dividit partes aequales, ex angulo interiori panis abscindit frustum cultro circumiens, adeo ut ex una parte anguli acuminatus sit, ex altera circulari figura trigonus imperfectus appareat; et sic excisum suo loco una cum reliquo pane simul unito relinquit. Panem sic accommodatum alia parte disci cooperit. Ita enim discus ille comparatur cardine ex una parte cum superioris partis oculo colligatus, ut modo capsarum includatur, sin minus velo. Et sic apponit in mensa, in qua solus abbas vel proegumenus, qui scilicet abbatis munere antea defunctus fuerat, vel qui abbatis, dum ille abest, locum tenet, et *δίκαιον*

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 157, pp. 79—80.

[2]) In his eminet Franc. Junius, qui ad Codin. l. c. inepte scribit, *παναγίαν* esse vocem barbaram ex Latino *panis* et Graeco *ἅγιος*, significareque *panem* a sacerdotibus *consecratum;* ejus usum a Gallis in Graeciam importatum esse etc.

appellant, assidet. Finito prandio et signo dato in contio (ita ipsi vocant campanulam ex aere fabrefactam) omnes assurgunt et conceptis precibus discum illum cum pane, qui *παναγία* est, ephemerius sustollit. Postmodum reserato panagiario, et frusto illo e pane exciso converso ut mica nuda superior sit, praesentat abbati, qui extremis digitis miculam arripit et ori impositam absumit; deinde aliis monachis servato ordine offertur, qui eodem modo miculam ex panagiario auferunt et comedunt. Tum abbas vinum calici infusum bibit, quem omnes sequuntur, et gratiis Deo actis discedunt. — Et hic est modus exaltandi panagiam, quamvis alii alio quoque modo praeparent. Nam saeculares, quum solemni convivio cives excipiunt, post mensam in dexteram adolescentuli, ex clero tamen, paululum contractam et volae sinistrae impositam ex pane praeparant, et conceptis precibus sacerdos ibi astans primus micam accipit, postea aliis adolescens suggerit; quod remanet, ipse in manibus maxima cum veneratione consumit. — His ipse Goar. *αὐτόπτης* subdit: Quum Allatius alio quoque modo praeparari consentiat, quem ipse observatum probavi, accepta viri amicissimi venia, subjungam. Remota mensa e fratrum coetu affuit, qui alios poenitentia praemissa, hoc est corporis incurvatione veneratus, dixit: *Εὐλογεῖτε, Πατέρες ἅγιοι, συγχωρήσατέ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.* Cunctis *Ὁ Θεὸς συγχωρήσῃ*, respondentibus, imaginem B. Virginis in muro positam adorans ac thure suffumigans, vicinum imagini panem in disco repositum extremis aufert digitis et in omnium conspectu elevat, dicens *μέγα τὸ ὄνομα.* Subjunxere cuncti *τῆς ἁγίας Τριάδος.* Ille *παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν.* Respondent alii *ταῖς αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς.* Mox omnibus accenso thure expiatis *τραπεζάρου* refectorarii obsequio buccellam divisam omnes consumpsere; et commune poculum Deiparae nomine benedictum devotius exhausere.

Ritus paschalis panagiam in ecclesia elevandi, in Typico praescriptus.

Πῶς ὑψοῦται ἡ παναγία ὅλης τῆς ἑβδομάδος τῆς διακαινησίμου. Ὑψοῖ τὴν προσφορὰν λέγων· Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, ἐκ τρίτου. Ὁ λαὸς ἀποκρίνεται λέγων· Ἀληθῶς ἀνέστη· καὶ ποιεῖ σταυροῦ τύπον· προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὴν τριήμερον ἔγερσιν. Εἶτα ἀσπαζόμεθα τὴν παναγίαν, οὐ μέντοι ἐσθίομεν αὐτὴν μέχρι τοῦ σαβ-

Qua ratione *παναγία* cunctis hebdomadis Paschae diebus elevetur. Elevat autem panem Sacerdos, dicens: *Christus surrexit a mortuis,* usque tertio; populus autem respondet: *Vere surrexit* (et cruce se signat), *triduanam ejus Resurrectionem veneramur.* Panem deinde osculantur, non tamen comedunt, ante Sabbati

βάτου· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην αὐτὴν ὑψοῦμεν, καὶ ἀσπαζόμεθα αὐτήν· τῷ γὰρ σαββάτῳ ἐσθίομεν αὐτήν, ψάλλοντες τό· Χριστὸς ἀνέστη. Ἀπὸ δὲ τοῦ σαββάτου Πάσχα, μέχρις ἂν ἀποδώσωμεν τό· Χριστὸς ἀνέστη· ὑψοῦται οὕτως· ὑψοῖ τὴν παναγίαν, καὶ λέγει· ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν· εἶτα ποιεῖ σταυροῦ τύπον, καὶ λέγει· Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν. Ὁ λαός· Ταῖς αὐτῆς πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς.

diem. Singulis vero diebus, more praefato elevant et osculantur. Sabbato porro comedunt illum canentes: *Christus surrexit.* A Sabbato vero Paschae usque dum deponatur hymnus: *Christus surrexit* (id est in Ascensionis festo) elevat panem sacerdos et ait: *Christus surrexit ex mortuis,* moxque facto crucis signo, dicit: *Sanctissima Deipara succurre nobis.* Populus respondet: *Ejus precibus Deus miserere, et salva nos.*

His praemissis Pentecostarium interpretatione non indiget, dum proprium hunc modum panagiam diebus paschalibus tractandi ad calcem officii liturgici, ut diximus, praescribit [1]):

Ἐν τῇ τραπέζῃ γίνεται παράκλησις τοῖς ἀδελφοῖς μεγάλη εἰς πάντα.

Μετὰ δὲ τὸ φαγεῖν πάντας, προσκομίζει ὁ διαταχθεὶς ἀδελφὸς ἄρτον ὁλόκληρον, καὶ τίθησιν αὐτὸν ἐν τῷ παναγιαρίῳ· καὶ λαβὼν τὴν ἐξ ἔθους συγχώρησιν, λαμβάνει τὸν ἄρτον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ· καὶ μικρὸν ὑψώσας αὐτὸν ἐκφωνεῖ, λέγων· Χριστὸς ἀνέστη. Καὶ ἡμῶν ἀνταποκρινομένων· Ἀληθῶς ἀνέστη· ἐκεῖνος πάλιν χαράττει σταυρὸν μετὰ τοῦ ἄρτου, λέγων· Προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὴν τριήμερον ἔγερσιν. Καὶ ἡμεῖς τὴν ὑπακοήν, καὶ τὸ κοντάκιον· καὶ ψαλλομένου τοῦ· Χριστὸς ἀνέστη, ἀσπαζόμεθα τὸν ἄρτον. Οὐκ ἐσθίομεν δὲ αὐτὸν σήμερον, ἀλλ' ὑψοῦμεν μόνον καθ' ἑκάστην, μέχρι τοῦ σαββάτου τῆς διακαινησίμου· καὶ τότε κλῶμεν αὐτὸν καὶ ἐσθίομεν.

Ὁ τύπος οὗτος ὀφείλει γίνεσθαι ἐν τῇ τραπέζῃ, ἤγουν ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ ἄρτου, καθ' ὅλην τὴν παροῦσαν ἑβδομάδα. Ἀπὸ δὲ τῆς κυριακῆς τοῦ Θωμᾶ ἕως τῆς τετάρτης τῆς πρὸ τῆς Ἀναλήψεως ἡ ἐκφώνησις γίνεται οὕτω· Χριστὸς ἀνέστη — Ἀληθῶς ἀνέστη — Παναγία Θεοτόκε, βοήθει ἡμῖν, κτλ.

[1]) Nov. edit. roman., p. 20; edit. venet. p. 8.

Ἑβδομὰς διακαινήσιμος. *Hebdomada paschalis. Albae.*

Slav. *Nedělja světlaja;* rumen. *Septeman'a luminata.*

Hebdomadis paschalis feriae simpliciter ἡμέραι πασχάλιοι, αἱ πασχάλιοι, *dies paschales,* vocantur, qui olim pari cultu ac ipse dies Paschatis agebantur. — Usu communi quidem hebdomada haec graece dicitur ἡ πασχάλιος ἑβδομάς; verum in libris liturgicis ubique ἡ διακαινήσιμος ἑβδομάς, ἑβδομὰς ἡ διακαινήσιμος, ἑβδομὰς τῆς διακαινησίμου vel ἑβδομὰς τοῦ διακαινησίμου [1]), *hebdomas renovationis*, appellatur, sive quod sanctissimo Resurrectionis Christi triumpho omnia *renoventur,* instaurentur et in meliorem statum reducantur [2]); sive quod neophyti illa septimana διὰ καινῶν, in *novis vestibus*, quas in baptismo acceperant, incederent [3]); sive tandem quod multis in locis *novus annus* putaretur a Paschate, seu rectius a benedictione cerei paschalis, in quem ipse annus cum caeteris notis kalendariis saepe inscribi solebat. Nec alias ob causas νέα ἑβδομάς passim dici putanda est.

Ab ipsa hebdomadis appellatione omnes ejus feriae vocantur β'., γ'., δ'., ε'., παρασκευή, σάββατον τῆς διακαινησίμου.

A *candore* novarum vestium, quas neophyti per hos dies gestabant, Latinis dicitur *hebdomada albarum, hebdomada in albis, hebdomada alba,* et una voce *alba* seu plurali numero *albae* [4]). Sed et in remotissimis Orientis partibus ab eodem vestium *candore* appellatam fuisse, ex syriaco Codice Vaticano N. 37. liquido patet; ibi enim ad calcem mensis Martii expresse vocatur *Šabta d'chevârê,* h. e., *Hebdomada in albis;*

---

[1]) Ita recentiores Graeci efferunt pro τῆς διακαινήσεως; ipsis quippe terminatio ιμον valde frequentatur pro nomine substantivo finiente in ις, ut τὸ ἀναλήψιμον pro ἡ ἀνάληψις, αἰτήσιμον pro αἴτησις.

[2]) Hanc interpretationem olim a Gretsero datam in *Codin. de Offic. CP.,* l. 3, c. 9. (apud Migne, Patr. gr. t. 157, p. 370) probat. L. Allat., *De Domin. et hebdom. Graec.* n. 23.

[3]) Animadvertit Reiskius, *Commentar. in Constant. Porphyrogenit., de caeremon. Aulae Byzantin.* l. 1, c. 5, festivas illas baptizatorum vestes Latinis quidem *albas* a candore, Graecis vero καινὰ (ἱμάτια) a *novitate* appellatas fuisse.

[4]) Consulatur qui hoc argumentum cum solita laude tractavit Du Cange, v. *alba.* Ex iis id unum ad instituti nostri rationem enotasse fuerit satis, appellationem *in albis* non, ut multi putarunt, ex visione angelorum, ἐν λευκοῖς, *in albis* apparentium (Joan. 20, 12) venisse.

et ne quis eam putaret esse hebdomadam *post Dominicam in albis*, addita in fine est animadversio: *haec vero sacra hebdomas vocatur Resurrectionis (šabta da q'jâmtâ).* Eam ex originali desumptam statim exhibebimus in forma extensa.

Nedělja světlaja (serb. *ned. svetla); Septeman'a luminata; ἑβδομὰς λαμπρά, λαμπροφόρος*[1]). Slavis quoque paschales feriae ex hebdomada dicuntur *ponedělnik světlyj, vtornik světlyj*[2]), *sreda světlaja*, et ita porro; nec aliunde nomen apud Rumenos inveniunt.

Nomenclatura dierum paschalium apud Slavos ritus latini recepta difficultate vacat; ita dies festi simpliciter Serbo-Croatis sunt *Uskrsni ponedjeljak, Uskrsni utorak;* Slovenis *Veliki pondeljek*, Polonis *Poniedz. Wielkanocny;* Čechoslavis *Pondělí Velikonoční:* in quorum Kalendariis etiam occurrunt nomina: *mrskaný pondělek (flagellata feria II.)* et *o pomlázce*[3]).

---

[1]) *Světl, λαμπρός*, splendidus, *φωτεινός*, lucidus, *αἰγλοφανής*, radians, *φαιδρός*, hilaris. Cfr. Miklošich, *Lexicon Palaeoslov.* p. 831.

[2]) Kalendaria serbica tamen habent *drugi dan Uskrsa, treći dan Uskrsa.*

[3]) *Pomlázka* audit certus popularis usus seu consuetudo, observata in Bohemia, Moravia, Silesia, Slovenia et partim etiam in Polonia, feriis II. et III. Paschatis se vice mutua virgis caedendi. Aliter vocatur in Bohemia šmerkust aut — kous, etiam šlehačka, in Moravia šlahačka et in Slovenia mládenkovánie. Vox pomlázka significat proprie vimina saligna aut salicis capreae, quibuscum feria II. post Pascha pueri, et feria III. puellae per domos circumeunt, consuetas quasdem cantilenas ibidem decantantes munuscula inde accepturi. Ex illis viminibus contexunt pueri venustas, longis taeniis exornatas et plerumque longiores virgas, quae virgae passim pomlázka appellantur; puellae unum solummodo vimen portant, decoratum taeniis et versicoloribus panniculis. Pueri domum ingressi his virgis per jocum caedunt virgines, maxime seniores. Altero die, feria III. scilicet, puellae vices reddunt; domos enim pari jure circumcursando juvenibus verbera pridie accepta cumulate pensant. Porro significat pomlázka etiam ipsum munusculum, quod juvenibus hac occasione praebetur, ut ecce ova paschalia rubre tincta (kraslice), frustum panis paschalis et similia. Tandem denotat vox pomlázka tempus, quo hicce antiquus usus exercetur, ita ut dictio: „o pomlázce" idem sit, ac „feria II. et feria III. Paschatis". Inde liquet quid sibi velit fer II., fer III., virgis caesa, flagellata, seu mrskaný pondělek a úterek. — Caeterum antiquus hic ritus popularis altiori sensu eo spectare creditur, ut juventus diebus paschalibus ad alacriorem vitam excitetur.

De privilegiis ἑβδομάδος τῆς διακαινησίμου. — *Ἀργία ὀκταήμερος καὶ κατάλυσις πάντων καθ' ὅλην τὴν ἑβδομάδα.*

Insigne hoc privilegium effert rubrica Horologii, Veneti Romani, Atheniensis, ad finem diei Paschatis: ἐν ὅλῃ ταύτῃ τῇ διακαινησίμῳ ἑβδομάδι, ἥτις ὡς μία λαμπροφόρος ἡμέρα λογίζεται, καταλύομεν εἰς πάντα.

Etiam in Ecclesia latina *omnes isti dies septem* — verba sunt Durandi l. c. 89, n. 2 — *pro una die Dominica reputantur; unde semper cantatur in eis:* Haec dies . . ., *et in Praefatione: Te quidem omni tempore, sed* in hoc potissimum die *gloriosius praedicare.* Inde quoque factum legimus, ut tota hebdomada simpliciter *Pascha* nuncuparetur.

De integra hac hebdomade abstinentia consueta eximenda egimus tomo 1, pp. 61—62 et heic pp. 37—38.

Šabta d'chevârê [1]), *hebdomas albarum* sive *in albis,* quae in Syriaco Codice Vaticano N. 37. habetur, has commemorationes festivas ex ordine consignat:

Fer. II. *Mariae Magdalenae et prophetarum;*
Fer. III. *Abraham, Isaac, Jacob, Adam, Evae, Seth, Enos;*
Fer. IV. *Beat. Mariae Virginis;*
Fer. V. *Apostolorum, Doctorum;*
Fer. VI. *Martyrum apud Majpheracten* [2]), *confessorum, peregrinorum et Marinae et Mariae, Annae et Elisabeth.*
Sabb. *Sacerdotum, eremitarum et monachorum et omnium fidelium defunctorum.*

---

[1]) Eadem voce *(b'chevârê)* usus est interpres Syrus verborum ἐν λευκοῖς apud Joan. 20, 12.

[2]) *Majpheracta* seu *Majapharachin*, alias *Martyropolis.* — De hodierno festo nonnulla observavimus in Actis Oenipontanis „Zeitschrift für kath. Theologie“ (1887, p. 749). Iis pauca alia ex fontibus liturgicis nunc addamus. — Eorundem martyrum festum igitur in libris graecis occurrit d. 16. Februarii; et in Menaeis quidem generatim tantum brevi titulo annuntiatur:

Μνήμη τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν ἐν Μαρτυροπόλει· καὶ τοῦ ὁσίου Μαρουθᾶ, τοῦ ἀνεγείραντος τὴν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῶν μαρτύρων.	*Memoria ss. martyrum in urbe Martyropoli quiescentium; et s. Maruthae, qui urbem nomini martyrum aedificavit;*

Τῇ παρασκευῇ τῆς διακαινησίμου· τῆς ζωοδόχου πηγῆς.

In Kalendariis Graecorum ab Ecclesia catholica separatorum *feria sexta* τῆς διακαινησίμου signatur festum τῆς ζωοδόχου πηγῆς, slav. *živopriemnij istočnik,* rumen. *isvorului celui de viėtiă aducatoriu*[1]): cujus objectum longiori hoc synaxarii titulo effertur in Pentecostario:

Τῇ παρασκευῇ τῆς διακαινησίμου ἑορτάζομεν τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Θεομήτορος, τῆς ζωηφόρου πηγῆς· ἔτι δὲ καὶ μνείαν ποιούμεθα τῶν ἐν τούτῳ τελεσθέντων ὑπερφυῶν θαυμάτων παρὰ τῆς Θεομήτορος.

Quae synaxarium ipsum paucis narrat de templo ad hunc fontem prope CP. a Leone Magno primum condito, a Justiniano deinde reaedificato, atque a Basilio Macedone demum exornato, quaeque prolixe tradit de miraculis per aquam hujus fontis, intercedente sanctissima Deipara Virgine, patratis, nihil attinet hic referre, quum curiosus talium lector ea fuse tractata inveniat apud Du Cange, *CPolis Christian.* l. 4, sect. 15, n. 13 (edit. Paris. pp. 183—184, Venet. pp. 128—129), et apud alios scriptores ibidem adductos.

Ipsi festivitatis nomenclaturae illustrandae inservire etiam poterunt, quae habet *Diction. des antiquités chrétiennes* 2. edit. 1877. p. 793, ubi refertur perantiqua imago B. M. V., cum inscriptione Ἡ πηγή, repraesentans Deiparam cum Filio suo e vase quodam veluti emergentem, unde fluunt aquae, secundum illud Cant. 4, 15:

---

in Menologio Basil. autem accuratiori hac inscriptione propositum legitur:

Συνάθροισις καὶ μνήμη τῶν ἐν Μαρτυροπόλει λειψάνων τῶν ἁγίων μαρτύρων· καὶ Μαρουθᾶ τοῦ ἐπισκόπου.	*Collectio et commemoratio reliquiarum ss. martyrum in urbe Martyropoli; et Maruthae episcopi.*

S. Maruthas quippe Theodosii (junioris, ut videtur) ad Persas legatus, illicque summo in honore habitus, quum magnam auri vim sponte oblatam recusasset, pro omni munere potius rogavit, ut fas sibi esset ss. martyrum reliquias colligere alioque transferre. Rege porro annuente Maruthas translata inde Persarum martyrum corpora uno in loco composuit, et urbe adstructa, nomen huic a *martyribus* indidit. Ita synaxaria citatis titulis subjecta. — De s. Marutha (cfr. t. 1, pp. 268 et 471) multa habet in *praefatione ad Acta martyrum orientalium et occidentalium* Evodius Assemanus, t. 1, a p. 49, ex quibus plura jam in germanicum esse conversa monuimus l. c. — Caetera, quae pertinent ad Martyropolitanam illam reliquiarum historiam, in gestis s. Maruthae latius explicantur a Josepho Simonio Assemano, *Biblioth. oriental.*, tom. 3, part. 1, paginis in indice rerum notatis sub vv. *Majpheracte* et *Maruthas.*

[1]) Alias etiam simpliciori formula nuncupatur *Isvorului Maicei Domnului,* ut est apud Melchisedek, *Oratoriu VI., (synaxariulu),* p. 83.

Puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: e quo omnes haurire possint in gaudio.

Quisnam Officium concinnaverit, et cur in Pentecostario positum fuerit, quamvis in Typico non reperiatur, aperte prodit rubrica ipsi Officio praefixa *ad feriam quintam, Vespere,* his concepta verbis:

Ψάλλομεν τὴν παροῦσαν ἀκολουθίαν, τὴν γεγοννῖαν παρὰ κυρίου Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου, εἰς τὴν ὑπεραγίαν καὶ κυρίαν Δέσποιναν Θεοτόκον, τὴν ζωοδόχον πηγήν· οὐ γὰρ εὕρομεν ὑπὸ τυπικοῦ τοιαύτην ἀκολουθίαν· ἀλλ᾽ ἐτέθη δι᾽ ἀγάπην τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

Verum Graeci catholici, quantumvis licet studio colendi Beatissimam Deiparam neminem sibi praecurrere paterentur, votivum hoc Officium tamen non receperunt, tum quod a pertinacissimo assertore haereseos (de processione Spiritus Sancti a solo Patre) esset profectum, tum quod hac solemnitate admissa sacrosancto suaemet ecclesiae canoni de vitandis novitatibus liturgicis refragari atque integerrimo ecclesiasticae disciplinae ordini adversari sibi viderentur.

Fer. VI. infra Octavam Paschae.

Ut olim *Officium s. Lanceae et clavorum* vulgo *Heiltumfest* concessum ab Innocentio PP. VI. fuit pro Sacro Imperio Romano Germanicae nationis, ita hodieque in nonnullis provinciis ex indulto Sedis Apostolicae solemniter agitur. Sed hic relegi velim, quae suo loco jam sunt dicta p. 122.

De Paschate annotino.

Pascha annotinum (πάσχα περυσινόν, ἐπέτειον, ἐνιαύσιον, ἐνιαυσιαῖον), quod antiquitus in Ecclesia Romana celebrabatur, quid proprie fuerit et quando celebratum, non una est doctorum sententia. Aliis fuisse videtur solemnitas anniversaria sancti Paschatis, quod anno proxime praeterito celebratum fuerat. Plerique scriptores tamen cum Honorio Augustod. lib. 3. *Gem. anim.* c. 137 [1]) et Beletho, *de divin. Off.* c. 84 [2]) *Pascha annotinum* respectu neophytorum vocari docent, quod qui baptizati in priori Paschate erant, post annum eodem die ad ecclesiam convenerint, suae regenerationis anniversarium cum oblationibus solemniter celebraturi.

---

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 172, p. 680.
[2]) Ibid. t. 202, p. 88.

§ 2.

De festis mobilibus a Paschate ad Dominicam omnium Sanctorum occurrentibus.

Primum a Paschate festum est *κυριακὴ τοῦ Ἀντιπάσχα*, quae apud nos *in albis* (depositis) appellatur. Exinde numerantur tres hebdomades, in quarum ultima occurrit Graecorum *μεσοπεντηκοστή* cum Octava. Diem dominicum *μετὰ τὴν ἀπόδοσιν τῆς μεσοπεντηκοστῆς*, qui Graecis est 6. *(τοῦ τυφλοῦ)*, Latinis 5. *(Vocem jucunditatis)*, in Ecclesia occidentali excipit *hebdomas Rogationum* cum festo *Ascensionis Domini*. Qui post eam occurrit dies dominicus (a Paschate apud Graecos 7, apud Latinos 6) addictus est memoriae sacri Concilii Nicaeni, quae apud alias nationes tamen aliis diebus quandoque acta apparet. Sequenti die dominico *sacra Pentecoste* celebratur.

Exinde dies dominicus a Pentecoste primus, quo Latini Sanctissimam Trinitatem proprio festo veneramur, apud Orientales olim sacer erat memoriae martyrum totius orbis; verum mutatus postea est festi hujus titulus, appellatusque dies *τῶν ἁγίων πάντων*, quam solemnitatem Latini agimus die 1. Nov., prout dictum est tomo 1, pp. 313—314.

Hinc ad mensem Septembrem ordine procedunt dominici dies, quos ab Evangelio, quod legitur, *τὰς τοῦ Ματθαίου κυριακὰς* nuncupant. Et quoniam extra illud tempus, quod a Paschate ad Pentecosten excurrit, hebdomas ipsa a subsequenti die dominico, tanquam a termino, nomen et numerum habet apud Graecos [1]), *hebdomas*, quae nobis dicitur *Pentecostes*, *πρώτη τοῦ Ματθαίου* audit, quod a feria ipsa secunda post Pentecosten lectio evangelii s. Matthaei inchoetur.

Sed haec omnia uno in conspectu posita videre poteris in expansa *tabula festorum Pentecostarii*, quam adscribimus.

[1]) Cfr. dicta supra p. 36.

Festa mobilia Pentecostarii.

Synopsis.

Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	Dominica Resurrectionis. *Statio ad s. Mariam Maj.*
Ἀρχὴ τοῦ Πεντηκοσταρίου καὶ τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.	Incipit Quinquagesima paschalis.
Ἑβδομὰς διακαινήσιμος.	Hebdomada paschalis.
Ἀργία καὶ κατάλυσις πάντων καθ᾽ ὅλην τὴν ἑβδομάδα.	Sabbato in Albis. *Statio ad s. Joan. in Laterano.*
Κυριακὴ (β΄.) τοῦ Ἀντιπάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ.	Dominica in Albis in Octava Paschae. *Quasimodo. Statio ad s. Pancratium.*
Ἑβδομὰς β΄. ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ.	Hebdomada I. post Octavam Paschae.
Κυριακὴ γ΄. ἀπὸ τοῦ Πάσχα· τῶν μυροφόρων.	Dominica II. Paschae. *Misericordia.*
Ἑβδομὰς γ΄. ἀπὸ τοῦ Πάσχα.	Hebdomada II. post Octavam Paschae.
Κυριακὴ δ΄. τοῦ παραλύτου.	Dominica III. Paschae. *Jubilate. Patrocin. s. Josephi.*
Ἑβδομὰς δ΄. ἤτοι τοῦ παραλύτου.	Hebdomada III. post Octavam Paschae.
Τετάρτη τῆς μεσοπεντηκοστῆς.	
Κυριακὴ ε΄. τῆς Σαμαρείτιδος.	Dominica IV. Paschae. *Cantate.*
Ἑβδομὰς ε΄. ἤτοι τῆς Σαμαρείτιδος.	Hebdomada IV. post Octavam Paschae.

Κυριακὴ ϛ'. τοῦ τυφλοῦ.	Dominica V. Paschae. *Vocem jucunditatis.* — Dominica Rogationum.
Ἑβδομὰς ϛ'. ἤτοι τοῦ τυφλοῦ. Ἑβδομὰς ἀναλήψιμος.	Hebdomada V. post Octavam Paschae. — Hebdomada Rogationum sive Litaniarum minorum.
	Fer. II. Rogationum. *Statio ad s. Mariam Maj.*
Τῇ γ'. Ἀπόδοσις τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα.	Fer. III. Rogationum. *Statio ad s. Joan. in Later.*
	Fer. IV. Rogationum. *Statio ad s. Petrum.*
Τετάρτη πρὸ τῆς Ἀναλήψεως.	Vigilia Ascensionis.
Πέμπτη τῆς Ἀναλήψεως.	Ascensio Domini. *Statio ad s. Petrum.*
Κυριακὴ ζ'. τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη' πατέρων.	Dominica infra Octavam Ascensionis.
Ἑβδομὰς ζ'. ἤτοι τῶν πατέρων.	Feria V. Octava Ascensionis.
Ψυχοσάββατον. Εὐλόγησις τῶν κολύβων.	Vigilia Pentecostes.
Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς. Ἀκολουθία τῆς γονυκλισίας.	Dominica Pentecostes. *Statio ad s. Petrum.* Feria IV. Quatuor temporum Pentecostes. *Statio ad s. Mariam Maj.*
Ἀργία τριήμερος καὶ κατάλυσις εἰς πάντα καθ' ὅλην τὴν ἑβδομάδα.	Feria VI. Quat. temp. Pent. *Statio ad ss. duodecim Apostolos.*
Ἑβδομὰς α'. τοῦ Ματθαίου. Δευτέρα αὐτοῦ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος.	Sabbat. Quat. temp. Pent. *Statio ad s. Petrum.*
Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων.	Festum SS. Trinitatis.

De Quinquagesima paschali.

Πεντηκοστὴ χαρμόσυνος. Pentecoste laetitiae.

Intervallum quinquaginta dierum a Dominica Resurrectionis ad festum Pentecostes non solum apud scriptores ecclesiasticos [1]), sed etiam in corpore juris canonici *Quinquagesima* seu *Pentecoste paschalis* vocatur, quod *contextae quinquaginta diebus sint feriae ac solemnitates* [2]), *non cum labore, sed cum laetitia celebrandae* [3]), omissa nimirum operosa jejuniorum genuflexionumque pietate. *Per hos quinquaginta dies,* inquit s. Maximus Taurinensis [4]), *nobis est jugis et continuata festivitas, ita ut hoc omni tempore neque ad observandum indicemus jejunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus. . . . Instar Dominicae tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, et omnes isti dies veluti dominici deputantur. . . . Sic enim disposuit Dominus, ut sicut ejus passione in Quadragesimae jejuniis contristaremur, ita ejus resurrectione in Quinquagesima laetaremur.*

Ἡ ἱερὰ πανήγυρις τοῦ Πάσχατος σὺν τῇ ἑορτῇ ὀκταημέρῳ. — Sacra Solemnitas paschalis cum Octava.

Octavam Paschae, *τὴν ἑορτὴν ὀκταήμερον*, terminat *Dominica in Albis*, cui in multis antiquis Kalendariis graecis appellatio *κυριακῆς τῆς λαμπροφόρου* facta legitur, nomine ducto ab ipso die dominicae Resurrectionis, quem simpliciter *ἡμέραν λαμπροφόρον* dici vidimus p. 304.

Quum festum Paschatis ordine ac dignitate omnium primum sit, et cum sua Octava peculiarem veluti classem inter festa constituat [5]), etiam propria § censuimus explicandas quaestiones paschales, quae ad Manualis nostri rationem pertinent.

[1]) Relege quae dicta sunt p. 302.
[2]) C. *Utinam,* 11. Dist. 76 (s. Hieronym.)
[3]) C. *Jejunium autem,* 25. Dist. 5. de cons. (s. Augustin.)
[4]) C. *Scire debet,* 8. Dist. 76.
[5]) Vide quae de festorum divisione scripsimus tomo 1, pp. 32—33.

Κυριακὴ τοῦ Ἀντιπάσχα. Dominica in Albis.

Slav. *Nedělja Antipaschi ili Thomina;* rumen. *Domineca s. Apostolu Tom'a.*

Graecis est *κυριακὴ τοῦ Ἀντιπάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ*, et plenius *ἡ ψηλάφησις τοῦ ἁγίου ἐνδόξου ἀποστόλου Θωμᾶ. Dominica Paschae opposita* sive *Thomae*, h. e., *contrectatio* seu *palpatio* [1]) *sancti gloriosi apostoli Thomae* (slav. *osjazanije svjatago slavnago apostola Thomy;* rumen *pipairea sântului sî marit. ap. Thom'a)*, quod eo die legatur Evangelium de Thoma apostolo, digitum suum in fixuram clavorum, mandato Domini, immittente: quo etiam pertinet appellatio *τῆς κυριακῆς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων*, quia haec facta sunt, *quum januae essent clausae;* aliquando etiam *ἡ καινή, ἡ νέα κυριακή, nova Dominica,* audit, ea forte de causa, ut conjicit Reiskius, *Comment. in Constantin. Porphyrogenit. De caeremoniis Aulae Byzantinae* l. 1, c. 37 [2]), quia est proxime futura Dominica post Dominicam eximie sic dictam, h. e., diem Paschatis. Dicitur etiam *δευτεροπρώτη κυριακή*, h. e., *secunda post primam,* paschalem scilicet.

Dominica in albis (subaudi *depositis*) dies est *octava Paschae,* uti habetur in Breviario et Missali Rom. Aliis dicitur *Dominica post albas* sc. *depositas,* quia subsequitur sabbatum, quo baptizati in Sabbato sancto albas vestes, quas in baptismo induerant, deponebant. Vocatur etiam *Dominica octava Paschae, Antipascha, Clausum Pascha, Conductus Paschae*, de quibus omnibus videatur Du Cange in *Glossar. lat.*

Breviarium glagoliticum ritus latini nomen ad verbum interpretatur *Neděla v bělih;* alii simpliciter *Dominicam albam* dicunt (čechoslav. *bílá ned.;* serbo-croat. *ned. biela;* sloven. *ned. bela;* polon. *n. bia.);* alii a *conductu Paschae* appellationem trahunt, uti Čechoslavi *provodní ned.* sive

---

[1]) *Ψηλάφησις* a verbo *ψηλαφάω*, tango, contrecto, palpo. Vide quae de hoc verbo disputat Curtius, *Grundzüge der gr. Etymologie,* p. 720.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. tom. 112, p. 432.

provod, et Poloni *przewodnia;* sed et apud eosdem etiam simpliciter *Dominica prima a Paschate* (1. *po Velikonoci;* 1. *povelikanočna*) nuncupantur.

Refert Cl. Brandl in *Glossar.* pp. 452—453, praesentem hanc Dominicam Serbis vulgo *družičalo,* et Silesiis *družná* vocari, docetque nomina ista tantumdem valere ac bohemicum *Neděle družebná,* quod praeeuntibus doctis Bohemis interpretati sumus *Dominicam pronubam* [1]), ipse vero, alienam secutus opinionem, eo sensu accipi vult, quo alii *Ned. smrtelná* sumunt, scilicet pro die, qui sacer esset victoriae, quam ver sive aestas jam appetens ex molesta hyeme reportasse fingebatur [2]). Dissidium componat, qui potest.

Dominicam a populo *Ned. družičalo* vocari solitam sequitur fer. II. festum *družičanie,* h. e., *ineundae spiritualis fraternitatis, ἀδελφοποιΐα πνευματική,* slav. *pobratimstvo, posestrimstvo;* german. *Wahlbruderschaft, Wahlschwesterschaft.* Ritum in spirituali hac amicitia conjuganda praescriptum exhibet propria *ἀκολουθία εἰς ἀδελφοποιΐαν πνευματικήν* in *Symbolis* meis indicata t. 2, p. 1004 atque a Goario fusius explicata pp. 705—709. De ipsis vocabulis autem adiri velim eundem Cl. Brandl, in *Časopis Matice Moravské,* 1882. fasc. 4. p. 191.

De instituto *spiritualis fraternitatis* speciatim apud Serbos recepto multis agunt, qui mores genticos describunt. Hinc est quod non mirer, *pobratimstvo* (Wahlbruderschaft) Slavorum meridionalium perquam breviter esse tactum in opere „Die österreichisch-ungarische Monarchie in Wort und Bild" (Dalmatien, p. 140; Ungarn, p. 655), quum res aliunde jam ante pedes sit posita.

De ordine ac numero dierum dominicorum Pentecostarii.

Quoad distinctionem caeterorum dierum dominicorum Quinquagesimae paschalis animadvertendum est, Graecis ipsam Paschatis Dominicam in annumeratione poni, ut adeo Latinorum *Dominica in Albis* illis sit *κυριακὴ δευτέρα μετὰ τὸ Πάσχα, secunda post Pascha,* et quae Latinis est Dominica secunda, in supputatione Graecorum appelletur *κυριακὴ τρίτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, Dominica tertia a Paschate,* et sic porro usque *ad Dominicam infra Octavam Ascensionis Christi,* quae idcirco Graecis est *κυριακὴ ἑβδόμη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, Dominica septima a Paschate.* Ita fit, ut in uno eodemque Kalendario

[1]) Cfr. dicta p. 144.
[2]) Cfr. annotata pp. 144—145 et 187—189.

serbo-croatico mixti ritus eadem Dominica vocetur *ned. 3. po uskrsu* et *ned. 4. po uskrsu.*

Mysteria huic Quinquagesimae paschali propria ex ipsis Dominicorum dierum appellationibus atque titulis mysteriorum, qui ad matutina officia leguntur, satis patescunt. Quare de iis praeter duas illas inscriptiones cum suis versibus [1]) nihil afferemus. Quoniam autem horum dierum dominicorum nomina apud varias nationes christianas ritus graeci paululum diversa reperiuntur, ea ex omnibus quinque, quae in manibus versantur, Horologiis contexuisse inutile non fuerit.

Rationes festi *τῆς μεσοπεντηκοστῆς*, quod Graecis admodum celebre est, ex synaxario cum integro canone festivo accuratius proponemus, quod Latinis fere incognitum sit.

Κυριακὴ β'. — Dominica I.

Κυριακὴ τοῦ Ἀντιπάσχα ἤτοι τοῦ Θωμᾶ. — *Dominica in Octava Paschae* sive *s. Thomae.*

Slav. *Nedělja Antipaschi ili Thomina;* rumen. *Dominec'a s. Apostolu Tom'a;* arab. *Achad elqiddîs Tômâ.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ δευτέρᾳ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὰ ἐγκαίνια ἑορτάζομεν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ ψηλάφησιν.

Eadem die, Dominica secunda post Pascha, celebramus Encaenia resurrectionis Christi et sancti Apostoli Thomae tactum.

Στίχοι.

Εἰ νηδύος κλεὶς ἢ τάφου μὴ κωλύει,
Σὴν, σῶτερ, ὁρμὴν κλεὶς θυρῶν πῶς κωλύσει;

Si uterus clausus aut sepulchrum non retinet,
Viam tuam, Salvator, quomodo januae clausae impedient?

---

[1]) Versus seu *στίχους*, ubi e re fuerit, cum interpretatione dabo juxta annotationem superius factam pp. 32—33.

Κυριακὴ γ΄.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν καὶ Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου.

Dominica II.

Dominica sanctarum mulierum unguentiferarum et Josephi justi.

Slav. *Nedělja svjatych žen myronosic i Josifa Arimathejskago;* rumen. *Dominec'a portatorieloru de miru;* arab. *Achad châmilât attîb.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ τρίτῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὴν τῶν ἁγίων γυναικῶν μυροφόρων ἑορτὴν ἑορτάζομεν, ἔτι δὲ καὶ μνείαν ποιούμεθα τοῦ ἐξ Ἀριμαθαίας Ἰωσήφ, ὃς ἦν μαθητὴς κεκρυμμένος· πρὸς δὲ καὶ τοῦ νυκτερινοῦ μαθητοῦ Νικοδήμου.

Eadem die, Dominica tertia post Pascha, celebramus festum Sanctarum mulierum unguentiferarum; item memoriam agimus Josephi ab Arimathea, qui erat occultus discipulus; praeterea Nicodemi, discipuli, qui venerat ad Jesum nocte.

Στίχοι.

Χριστῷ φέρουσιν αἱ μαθήτριαι μύρα·
Ἐγὼ δὲ ταύταις ὕμνον, ὡς μύρον, φέρω.

Christo unguenta deferunt discipulae:
Ego autem ipsis hymnum, tanquam munusculum, offero.

Synaxarium Xantopuli plura apocrypha continet, ut quae de Nicodemi evangelio refert n. 1:

Λέγεται μέντοι, ὡς καὶ Νικόδημος οὗτος, λεπτομερῶς τὰ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν συντάγμασι διεσάφησε πρῶτος πάντων ὡς τῆς συναγωγῆς ὤν, καὶ ἀκριβέστερον τάς τε βουλὰς τῶν Ἰουδαίων, καὶ τοὺς λόγους, καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδώς.

Fama est etiam, Nicodemum hunc passionis et resurrectionis Christi res gestas minutatim commentario primum omnium tradidisse, tamquam qui a synagoga esset, ideoque accuratius Judaeorum consilia, sermones, et uno verbo omnia pernosceret.

Nec minus rejicienda sunt, quae de s. Maria Magdalena subduntur n. 3:

Ἥτις, καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ[1], *εἰς Ῥώμην παραγενομένη, ὡς λόγος, καινῷ θανάτῳ τὸν Πιλάτον καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς παραδίδωσι, τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν πρὸς τὸν Καίσαρα Τιβέριον ἀνενέγκασα.*

Quae post ascensionem Christi Romam perveniens, ut fertur, in causa fuit, ut novo mortis genere Pilatus ac summi sacerdotes enecarentur; quae Christo contigerant, omnibus Caesari Tiberio renuntiatis.

Caeterum de Nicodemo repetendum ex tomo 1. hic est, ejus inventionem una cum Stephano, Gamaliele et Abibone ineunte mense Augusti celebrari, apud Graecos die 2, apud Latinos vero die sequenti (pp. 232—233), festum proprium vero ab omnibus Martyrologiis librisque Graecorum abesse, uno excepto Kalendario Neapolitano, in quo signatur die 15. Martii[2]. Et ad hujus animadversionis terminos exigi omnino debent, quae habet Nikolski (182, n. 278) *de festo s. Nicodemi die 2. Augusti agendo.*

Κυριακὴ δ'. — *Dominica III.*

Κυριακὴ τοῦ παραλύτου. — *Dominica paralytici.*

Slav. *Nedělja o razslablennom;* rumen. *Dominec'a paraliticului (slabanogului)* arab. *Achad almuchalla'.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ τετάρτῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, μνείαν τοῦ παραλύτου ποιούμεθα, καὶ ὡς εἰκός, τὸ τοιοῦτον ἑορτάζομεν θαῦμα[3].

Eadem die, Dominica quarta post Pascha, memoriam paralytici facimus, insigne illud miraculum, ut decet, celebrantes.

---

[1]) *Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου, ἀβέβαια πάντα τὰ τῆς Μαγδαληνῆς.* Ita *Horolog.* edit. Venet. 1875. p. 293, et Athen. 1891, p. 313.

[2]) Cfr. Mazochi, t. 1, p. 93.

[3]) Ex Joan. 5; agitur nimirum de aegroto ad piscinam sanato, qui triginta octo annos languerat. Cfr. supra p. 122.

Στίχοι.

Τὸ ῥῆμα Χριστοῦ σφίγμα τῷ παρειμένῳ[1])
Οὕτως ἴαμα ῥῆμα τούτου καὶ μόνον.
Verbum Christi vinculum est membris soluto[2]);
Sic ei salus verbum est vel unicum.

Τετάρτη τῆς μεσοπεντηκοστῆς. — *Feria IV. mediae Pentecostes.*

Slav. *Sreda prepolovenija pjatdesjatnicy*; rumen. *Miercuri la indiumatătîrea a cinci dieci de dîle;* arab. *El-arbaʿa niçf el-khamsîn.*

Media inter Pascha et Pentecosten memoratur apud Graecos ἡ *μεσοπεντηκοστή*, quae est vicesimus quintus dies a Paschate ac semper feria IV. contingit. Celebratur per dies octo ac desinit in feriam IV. subsequentis hebdomadae: duas hebdomadas mutilando, ut ait Leo Allat. l. c. cap. 27, primam cauda, alteram capite.

Duo in hoc festum canones exstant in Pentecostario, Theophanis, et s. Andreae Cretensis: ex quibus alterum hunc plane egregium ac luculentum in forma extensa cum synaxario Callisti exhibeo. Eum intra octo hos dies semel atque iterum, quemadmodum magnum illum canonem in Quadragesima[3]), decantant.

Alia hoc loco non adnotabo, quoniam de variis festi rationibus non ita pridem plena manu sevi in Actis „Zeitschrift für kath. Theologie" (1895, pp. 169—177), quae, ubi collibuerit, consulere quisque potest.

---

[1]) *Παρειμένος*, particip. praeterit. passiv. verbi *παρίημι*, praetermitto, relinquo, laxo, solvo, remissum ac languidum reddo; *pass. παρίεμαι*, remissus, languidus reddor; *part. praeterit. παρειμένος*, languidus, fractus, membris solutus.

[2]) H. e. „Christus Messias sermone paralytici membra adstrinxit," *παράλυτον λόγῳ συνέσφιγξε*, ut Andreas inferius canit in Can. od. 4. p. 350.

[3]) Recolantur superius dicta pp. 89, 148.

Εἰς τὴν μεσοπεντηκοστήν.
Ὁ κανὼν τοῦ ἤχου πλ. δ'.
Ποίημα Ἀνδρέου Κρήτης.

Ὠιδὴ α'.[1]
Θάλασσαν ἔπηξας.

Ἔθνη, κροτήσατε, * Ἑβραῖοι, θρηνήσατε· * ὁ ζωοδότης γὰρ Χριστὸς * τὰ δεσμὰ διέῤῥηξε * τοῦ ᾅδου, * καὶ νεκροὺς ἀνέστησε, * καὶ νόσους ἐθεράπευσε τῷ λόγῳ. * Οὗτός ἐστιν * ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δοὺς * ζωὴν τοῖς πιστεύουσιν * ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

Θαῦμα παρέδειξας, τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετελθών, ὁ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμοὺς μεταστρέψας, Δέσποτα, εἰς αἷμα· καὶ νεκροὺς ἀνέστησας, σημεῖον τοῦτο δεύτερον τελέσας. Δόξα, Σῶτερ, τῇ ἀφάτῳ σου βουλῇ· δόξα τῇ κενώσει σου, δι' ἧς ἐκαίνισας ἡμᾶς.

Ῥεῖθρον ἀέναον ὑπάρχων, Κύριε, ζωῆς ἀληθινῆς, σὺ εἶ ἡ ἀνάστασις ἡμῶν. Θέλων ἐκοπίασας, Σῶτέρ μου, καὶ ἑκὼν ἐδίψησας, τοῖς νόμοις τῆς φύσεως ὑπείκων· καὶ εἰς Σιχὰρ ἀφικόμενος, σαρκὶ τὸ ὕδωρ ἐζήτησας τῇ Σαμαρείτιδι πιεῖν.

Ἄρτους εὐλόγησας, ἰχθύας ἐπλήθυνας, ὦ ἀκατάληπτος

Ode 1.
Coagulasti mare.

Gentes, plaudite; Judaei, lugete: vitae siquidem auctor Christus, inferni dirupit vincula, mortuosque suscitavit, ac sermone curavit morbos. Hic est Deus noster, dans vitam iis, qui credunt in nomine ejus.

Miraculum exhibuisti mutans aquam in vinum, qui in Aegypto, Domine, flumina in sanguinem vertisti: mortuosque suscitasti, alterum hoc signum edens. Gloria, Salvator, tuo illi inenarrabili consilio: gloria tuae illi exinanitioni, qua nos instaurasti.

Tu, Domine, perenne fluentum verae vitae, nostra illa resurrectio es. Volens fuisti lassatus, Salvator meus, libensque sitisti, naturae legibus cedens, ac veniens Sichar, carne aquam bibere a Samaritana petisti.

Benedixisti panes, pisces multiplicasti, o Deus compre-

[1]) Canonem nova editio romana Pentetostarii an. 1884 adhibitis stellulis *στιχηδόν* descriptum sistit pp. 176—187. Prima ejus stropha exempli causa ponatur.

Θεός, καὶ λαοὺς ἐχόρτασας ἀφθόνως· καὶ πηγὴν ἀένναον σοφίας τοῖς διψῶσιν ἀπηγγείλω. Σὺ εἶ Σωτὴρ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δοὺς ζωὴν τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῷ ὀνόματι τῷ σῷ.

hensione major populosque abunde satiasti, ac jugem sapientiae fontem sitientibus promisisti. Tu es Deus noster Salvator, iis tribuens vitam qui credunt in nomine tuo.

Δόξα.

Gloria.

Τρία σύνναρχα δοξάζω καὶ σύνθρονα· Πατέρα ἄναρχον Θεόν, καὶ Υἱὸν συνάναρχον, καὶ Πνεῦμα συναΐδιον Υἱῷ· τὴν μίαν τρισυπόστατον οὐσίαν ὑμνῶν, μίαν ἀρχὴν ὑπάρχιον ἀνάρχου θεότητος καὶ οὐσιότητος τιμῶ.

Tria coaeterna, eademque majestate et sede, adoranda glorifico: Patrem aeternum Deum, Filiumque coaeternum, ac Spiritum coaeternum Filio: unam trine subsistentem essentiam laudans, principatum unum principio majorem, expertis principii aeternaeque Deitatis ac substantiae, honoro.

Θεοτοκίον.

In Deiparam.

Μόνη ἐχώρησας τὸν Κτίστην, τὸν ἴδιον, Θεογεννῆτορ, ἐν γαστρί, καὶ σαρκὶ ἐκύησας ἀφράστως, καὶ παρθένος ἔμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας λυμανθείσης. Τοῦτον, ἁγνή, ὡς Υἱόν σου καὶ Θεόν, ἀπαύστως ἱκέτευε ὑπὲρ τῆς ποίμνης σου ἀεί.

Sola, Dei Genitrix, Creatorem proprium utero capere potuisti, carneque ineffabiliter peperisti; ac virgo nihilominus, nihil laesa virginitate, mansisti. Hunc tu casta, ceu Filium tuum, Deumque, pro tuo semper indesinenterque exora grege.

Ὠιδὴ γʹ.

Ode 3.

Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου.

Firmatum est cor meum.

Μὴ τὴν κατ᾽ ὄψιν κρίσιν κρίνετε, Ἰουδαῖοι, διδάσκων ἔλεγεν ὁ Δεσπότης, ὡς ἐπέστη τῷ ἱερῷ, καθὼς γέγραπται, μεσούσης τῆς νομικῆς ἑορτῆς.

Ne, Judaei, secundum faciem judicate, dicebat docens Dominus, quum, juxta quod Scriptura habet, mediante jam legali festivitate, in templum venisset.

Μὴ τὴν κατ᾿ ὄψιν κρίσιν κρίνατε Ἰουδαῖοι· Χριστὸς γὰρ ἦλθεν, ὅνπερ ἐκάλουν οἱ προφῆται ἐκ Σιὼν ἐλευσόμενον, καὶ κόσμον ἀνακαλούμενον.

Nolite, Judaei secundum faciem judicare: quippe venit Christus, quem prophetae e Sion venturum ac instauraturum mundum, votis expetebant.

Εἰ καὶ τοῖς λόγοις οὐ πιστεύετε, Ἰουδαῖοι, τοῖς ἔργοις πείσθητε τοῦ Δεσπότου· τί πλανᾶσθε ἀθετοῦντες τὸν ἅγιον, ὃν ἔγραψεν ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆς;

Etsi minus, Judaei, sermonibus creditis, vel Domini operibus credite: utquid erratis Sanctum spernentes, quem Moyses scripsit in lege?

Εἰ τὸν Μεσσίαν πάντως δεῖ ἐλθεῖν, Ἰουδαῖοι, Χριστὸς δὲ ἦλθε νῦν ὁ Μεσσίας· τί πλανᾶσθε ἀθετοῦντες τὸν δίκαιον, ὃν ἔγραψεν ἐν τῷ νόμῳ Μωσῆς;

Siquidem plane, Judaei, venturus est Messias; venit vero Messias Christus; quorsum erratis Justum spernentes, quem Moyses in lege scripsit?

Δόξα. — Gloria.

Σὲ προσκυνοῦμεν, Πάτερ ἄναρχε τῇ οὐσίᾳ· ὑμνοῦμεν ἄναρχον τὸν Υἱόν σου, καὶ τὸ Πνεῦμα εὐσεβῶς τὸ πανάγιον, ὡς ἕνα τὰ τρία φύσει Θεόν.

Te, Pater, adoramus, substantia aeterne; tuum devote laudamus aeternum Filium, sanctissimumque Spiritum; ut tria, unum natura Deum.

Θεοτοκίον. — In Deiparam.

Εἷς τῆς Τριάδος ὤν, γενόμενος σὰρξ ὡράθης, οὐ τρέψας, Κύριε, τὴν οὐσίαν, οὐδὲ φλέξας τῆς τεκούσης τὴν ἄφθορον γαστέρα, Θεὸς ὢν ὅλος καὶ πῦρ.

Unus ipse de Trinitate, caro factus visus es; non mutata, Domine, substantia, autve Genitricis incorrupto adusto utero, qui totus Deus ac ignis es.

Κάθισμα. Ἦχος πλ. δ΄. — Sessio Ton. obliq. 4.

Τὴν σοφίαν καὶ Λόγον. — Sapientiam et Verbum.

Ἑστηκὼς ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἱεροῦ μεσαζούσης ἐνθέως τῆς ἑορτῆς· Ὁ διψῶν, ἀνέκραζες, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω.

Stans, festo mediante, templo medio, divine clamasti: „Qui sitit, veniat ad me, et bibat.“ Si quis enim e di-

Ὁ γὰρ πίνων ἐκ τούτου τοῦ θείου μου νάματος, ποταμοὺς ἐκ κοιλίας ἐκρεύσει δογμάτων μου· ὅστις δὲ πιστεύει εἰς ἐμὲ τὸν σταλέντα ἐκ θείου Γεννήτορος, μετ' ἐμοῦ δοξασθήσεται. Διὰ τοῦτο βοῶμέν σοι· Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεός, ὅτι πλουσίως ἐξέχεας τὰ νάματα τῆς σῆς φιλανθρωπίας τοῖς δούλοις σου.

vino hoc meo latice biberit, fluent de ventre ejus flumina doctrinae meae: si quis autem in me credit missum a Genitore, mecum gloriam est habiturus. Quamobrem tibi clamamus: Gloria tibi, Christe Deus, quod large servis tuis tuae clementiae flumina effuderis.

Δόξα. Καὶ νῦν. Ὅμοιον.

Gloria. Sicut erat. Simile.

Τῆς σοφίας τὸ ὕδωρ, καὶ τῆς ζωῆς ἀναβλύζων τῷ κόσμῳ, πάντας, Σῶτερ, καλεῖς, τοῦ ἀρύσασθαι σωτηρίας τὰ νάματα. Τὸν γὰρ θεῖον νόμον σου δεχόμενος ἄνθρωπος, ἐν αὐτῷ σβεννύει τῆς πλάνης τοὺς ἄνθρακας· ὅθεν εἰς αἰῶνας οὐ λήξει τοῦ κόρου σου, Δέσποτα, βασιλεῦ ἐπουράνιε. Διὰ τοῦτο δοξάζομεν τὸ κράτος σου, Χριστὲ ὁ Θεός, τῶν πταισμάτων ἄφεσιν αἰτούμενοι, καταπέμψαι πλουσίως τοῖς δούλοις σου.

Qui sapientiae vitaeque mundo scaturis flumina, omnes, Salvator, invitas ad haurienda salutis fluenta. Si quis enim divinam tuam susceperit legem, erroris carbones in seipso exstinxerit: unde nunquam non est satiandus tua, Domine Rex coelestis, dulcedine: quamobrem tuam, Christe Deus, glorificamus potentiam; rogantes ut servis tuis, diviti largitione, veniam delictorum de coelis mittas.

Ὠιδὴ δ'.

Ὁ προφήτης Ἀμβακούμ.

Ode 4.

Propheta Habacuc.

Εἰ Μεσσίαν δεῖ ἐλθεῖν, ὁ δὲ Μεσσίας Χριστός ἐστι, παράνομοι, τί ἀπιστεῖτε αὐτῷ; Ἰδοὺ παραγέγονε, καὶ μαρτυρεῖ ἃ αὐτὸς ποιεῖ· τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησε· παράλυτον λόγῳ συνέσφιγξε.

Siquidem venturus est Messias, Christus autem, scelesti, Messias est, quare non creditis ei? Ecce advenit, suntque argumento quae ipse facit: aquam vinum fecit; sermone paralytici membra astrinxit.

Μὴ συνιέντες τὰς Γραφὰς πλανᾶσθε πάντες ὑμεῖς, Ἑβραῖοι ἄνομοι· ὄντως γὰρ ἦλθε Χριστός, καὶ πάντας ἐφώτισε· καὶ ἐν ὑμῖν ἔδειξε πολλὰ σημεῖα καὶ τεράστια, καὶ μάτην ἀρνεῖσθε τὴν ὄντως ζωήν.

Erratis omnes vos, Hebraei, non intelligentes Scripturas: vere enim venit Christus, et omnes illuminavit; multaque in vobis signa et prodigia ostendit; ac frustra veram vitam negatis.

Ἓν ἔργον ἔδειξα ὑμῖν, καὶ πάντες ἤδη θαυμάζετε, ἀνέκραζε τοῖς Ἰουδαίοις Χριστός. Ὑμεῖς περιτέμνετε καὶ ἐν σαββάτῳ ἄνθρωπον, φησίν· ἐμοὶ δὲ τί ἐγκαλεῖτε λοιπόν, ἐγείραντι λόγῳ παράλυτον;

Unum vobis opus exhibui, jamque omnes miramini, clamat Christus Judaeis. Vos, inquit, vel in sabbato hominem circumciditis; quid me deinceps in crimen vocatis, quod sermone paralyticum erexerim?

Ἔργα ἐποίησα πολλά, καὶ διὰ ποῖον ἔργον λιθάζετέ με, τοῖς Ἰουδαίοις Χριστὸς ἐλέγχων ἀνέκραζεν· ὅτι ἄνθρωπον ὑγιῆ ὅλον λόγῳ ἐποίησα. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἄνθρωποι.

Multa opera operatus sum; propter quod opus me lapidatis? clamavit Judaeos arguens Christus. Nimirum, quia totum hominem sanum feci. Ne homines secundum faciem judicate.

Ἐν ἀποστόλοις ἐνεργῶν, καὶ ἐν προφήταις αὐτὸς ἀναπαυόμενος μετὰ τοῦ Πνεύματος, τὸ ἄχραντον γέννημα τῆς Πατρικῆς φύσεως, Χριστέ, τὰ ἔθνη πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν ἀνῆγες διὰ τῶν σημείων σου.

Qui in apostolis opereris, ipseque cum Spiritu pariter requiescas in prophetis, incontaminata, Christe, naturae paternae proles, signis tuis ad tuam gentes agnitionem reduxisti.

Δόξα.

Gloria.

Τριὰς ἀμέριστε, μονὰς ἄναρχε, Πάτερ, Υἱέ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἡ ἐν μονάδι Τριάς, ὁμότιμε, σύνθρονε, ζωοποιέ, ἄκτιστε Θεέ, σῶζε τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε, καὶ ῥῦσαι κινδύνων καὶ θλίψεων.

Individua Trinitas, aeterna unitas; Pater, Fili, sancteque Spiritus; Trinitas in unitate, eodem Deus sublimis honore ac sede, vivifice, increate, salvos fac laudantes te, atque a periculis afflictionibusque erue.

Θεοτοκίον.

Ἡ ἐν γαστρί σου τὸν Θεὸν ἀπεριγράπτως χωρήσασα, Θεόνυμφε Παρθενομῆτορ ἁγνή, μὴ παύσῃ πρεσβεύουσα ὑπὲρ ἡμῶν, ὅπως διὰ σοῦ ῥυσθῶμεν τῶν περιστάσεων· πρὸς σὲ γὰρ ἀεὶ καταφεύγομεν.

In Deiparam.

Quae Deum in tuo utero meruisti, Dei sponsa virgoque Mater intemerata, capere, ne pro nobis intercedere desinas, ut per te, velut qui semper ad te confugimus, a calamitatibus efficiamur liberi.

Ὠιδὴ ε΄.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Θαύμασι κατεκόσμησας τοὺς ἀποστόλους σου· τέρασιν ἐμεγάλυνας τοὺς μαθητάς, ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ δοξάσας, Σῶτερ ἡμῶν, καὶ δοὺς αὐτοῖς τὴν βασιλείαν σου.

Ἅπαντα κατεφώτισαν τῆς γῆς τὰ πέρατα, θαύμασι καὶ διδάγμασιν οἱ μαθηταί, καὶ ποικίλοις τρόποις τὸν λόγον κηρύξαντες, Χριστέ Σῶτερ, τῆς βασιλείας σου.

Αἴνεσιν ἀναπέμπομεν τῇ βασιλείᾳ σου· ὕμνον σοι δὲ προσάγομεν, τῷ δι' ἡμᾶς ἐπὶ γῆς ὀφθέντι, καὶ κόσμον φωτίσαντι, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀνακαλέσαντι.

Ode 5.

Domine Deus noster.

Perornasti miraculis apostolos tuos; prodigiis magnificasti discipulos, toto glorificans mundo, Salvator noster, eisque regnum coelorum tribuens.

Terrae fines omnes illuminarunt discipuli; miraculis, doctrinaque, ac modis variis regni tui, Christe Salvator, verbum praedicantes.

Laudem submittimus tuo regno; tibi vero offerimus canticum qui nostri ergo in terra visus illuminasti mundum ac Adam instaurasti.

Δόξα.

Δόξα σοι, Πάτερ ἅγιε, Θεὲ ἀγέννητε· δόξα σοι, Λόγε ἄχρονε μονογενές· δόξα σοι, τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον, καὶ σύνθρονον, καὶ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ.

Gloria.

Gloria tibi, Pater sancte, Deus ingenite; gloria tibi, aeternum Verbum unigenitum; tibi gloria, Spiritus divine, eadem cum Patre Filioque adorande majestate, consubstantialisque.

Θεοτοκίον.

Γέγονεν ἡ κοιλία σου ἁγία τράπεζα, ἔχουσα τὸν οὐράνιον ἄρτον, ἐξ οὗ πᾶς ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς ἔφησεν ὁ παντὸς, Θεογεννῆτορ, τροφεύς.

In Deiparam.

Factus est tuus uterus mensa sacra, coelesti instructa pane, ex quo si quis manducat, non moritur, quemadmodum locutus est, Dei Genitrix, qui universum alit.

Ὠιδὴ ς'.

Ὡς ὕδατα.

Ὁ πάντα περιέπων τὰ πέρατα, ἀνῆλθες, Ἰησοῦς, καὶ ἐδίδασκες ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς ὄχλους τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τῆς ἑορτῆς μεσούσης, ὡς Ἰωάννης βοᾷ.

Ἀνέπτυξας τὰ χείλη σου, Δέσποτα· ἐκήρυξας τῷ κόσμῳ τὸν ἄχρονον Πατέρα, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τὸ συγγενὲς ἀμφοτέρων φυλάττων καὶ μετὰ σάρκωσιν.

Τὸ ἔργον τοῦ Πατρὸς ἐτελείωσας· τοῖς ἔργοις ἐπιστώσω τοὺς λόγους σου, ἰάσεις τελῶν, Σῶτερ, καὶ σημεῖα, παράλυτον ἀνορθῶν, λεπροὺς καθαίρων, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνιστῶν.

Ὁ ἄναρχος Υἱὸς ἀρχὴ γέγονε λαβὼν τὸ καθ' ἡμᾶς· ἐνηνθρώπησε, καὶ μέσον τῆς ἑορτῆς ἐδίδασκε, λέγων· Προσ-

Ode 6.

Sicut aquae.

Qui fines omnes moderaris, ascendisti, Jesu, ut clamat Joannes, festo jam mediante, turbasque in templo verbum veritatis docuisti.

Aperuisti, Domine, tua labia; Patrem aeternum sanctissimumque Spiritum mundo praedicasti: cui etiam assumpta carne pristina cum utroque cognatio consistat.

Patris consummasti opus: sermones tuos operibus confirmasti, sanationes signaque, Salvator, perficiens, paralyticum erigens, mundans leprosos, mortuisque ad vitam revocatis.

Qui aeternus ac principii expers Filius quum esset, humana assumpta natura principium creatus est [1]), factusque homo,

[1]) Ἀρχὴ γέγονε, λαβὼν τὸ καθ' ἡμᾶς, h. e., nostra hominum assumpta natura, Dei filius factus est principium, in quo simus ipsi creati in operibus bonis (Ephes. 3, 10), instauratis ac ceu in principio recapitulatis in eo omnibus (Ephes. 1, 10).

δράμετε τῇ πηγῇ τῇ ἀεννάῳ· ζωὴν ἀρύσασθε.

festo mediante docuit dicens: Accurrite ad fontem perennem; vitam haurite.

Δόξα.

Τὴν μίαν ἐν Τριάδι θεότητα, οὐσίαν τρισυπόστατον, ἄκτιστον, ἀμέριστον, πάντες δοξολογοῦμεν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς τρία οὖσαν καὶ ἕν.

Gloria.

Unam in Trinitate Deitatem omnes laudamus, substantiam trine subsistentem, increatam, individuam; Patrem, Filiumque, ac Spiritum sanctum; velut tria unumque existentem.

Θεοτοκίον.

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε· παρθένον καὶ μητέρα δοξάζομέν σε μόνην, ἁγνὴ Θεόνυμφε κόρη· ἐκ σοῦ γὰρ ὄντως Θεὸς ἐσαρκώθη ζωοποιήσας ἡμᾶς.

In Deiparam.

Te laudamus post partum virginem; te solam, casta Deo sponsa puella, virginem glorificamus ac matrem; vere enim ex te Deus carnem assumpsit, vitam mortalibus largiens.

Συναξάριον.

Τῇ τετάρτῃ τοῦ παραλύτου, τὴν τῆς μεσοπεντηκοστῆς ἑορτάζομεν ἑορτήν.

Synaxarium.

Quarta feria a die dominico paralytici celebramus festum mediae Pentecostes.

Στίχοι.

Ἑστὼς διδάσκει τῆς ἑορτῆς ἐν [μέσῳ,
Χριστὸς Μεσσίας, τῶν διδα- [σκάλων μέσον.

Versus.

Festivitatis medio stans edocet
Christus Messias in choro ma- [gistrorum.

Τὴν ἑορτὴν ταύτην ἑορτάζομεν διὰ τὴν τιμὴν τῶν δύο μεγάλων ἑορτῶν· τοῦ Πάσχα λέγω, καὶ τῆς Πεντηκοστῆς, ὡς ἑκατέρας ἑνοῦσαν καὶ συνδέουσαν. Γέγονε δὲ αὕτη οὕτω. Μετὰ τὸ ἐνεργῆσαι τὸν Χριστὸν τὸ εἰς τὸν παράλυτον θαῦμα ὑπερφυές, οἱ Ἰουδαῖοι

Celebramus hoc festum, ob duarum praecipuarum solemnitatum honorem ac reverentiam; Paschatis, inquam, et Pentecostes; velut ambas uniat atque conserat. Sic porro res habuit. Ubi Christus insigne illud miraculum in paralyticum operatus esset, scandalizati Ju-

δῆθεν ὑπὲρ τοῦ Σαββάτου σκανδαλιζόμενοι, καὶ γὰρ ἐν Σαββάτῳ πέπρακται, „Ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι“. Φεύγει τοίνυν εἰς Γαλιλαίαν, καὶ τοῖς ἐκεῖσε ὄρεσι διατρίβων, τὸ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων τεράστιον ἐνεργεῖ. Μετέπειτα δέ, τῆς Σκηνοπηγίας ἐνστάσης (μεγάλη δὲ καὶ αὕτη ἑορτὴ παρὰ Ἰουδαίοις) εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβαίνει, καὶ περιεπάτει κρύφα. Περὶ δὲ τὸ μέσον αὐτῆς εἰς τὸν ἱερὸν ἀνιών, ἐδίδασκε καὶ πάντες τῇ αὐτοῦ διδαχῇ ἐξεπλήττοντο. (Μετ᾽ οὐκ ὀλίγα, καὶ διάλεξιν περὶ Σαββάτου, τριῶν τε ἑορτῶν, Πάσχα, Πεντηκοστῆς, καὶ Σκηνοπηγίας). — Τελουμένης ταύτης τῆς ἑορτῆς [Σκηνοπηγίας] στὰς ὁ Ἰησοῦς, μεγάλῃ φωνῇ ἔκραξεν· Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. Ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ταύτῃ ὁ Χριστὸς Μεσσίαν ἑαυτὸν ἀπέδειξε, μεσίτης καὶ διαλλακτὴς ἡμῶν γενόμενος, καὶ τοῦ αἰωνίου αὐτοῦ Πατρός, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζοντες, καὶ Μεσοπεντηκοστὴν ὀνομάζοντες, τὸν Μεσσίαν ἀνυμνοῦμεν Χριστόν, καὶ τὸ τίμιον τῶν παρ᾽ ἑκάτερα δύο μεγάλων ἑορτῶν παριστάνομεν. Τούτου δὲ οἶμαι χάριν, καὶ ἡ τῆς Σαμαρείτιδος μετ᾽ αὐτήν ἑορτὴ ἑορτάζεται, ὅτι κἀκεῖσε πολλὰ

daei, propter nimirum Sabbati diem: quippe Sabbato editum est: „Quaerebant eum occidere.“ Fugit itaque in Galilaeam, ubi moratus in montibus, prodigium illud operatur quinque panum et duorum piscium. Postmodum vero, ubi Scenopegia advenisset, est autem etiam haec magna apud Judaeos solemnitas, ascendit Hierosolymam, et ambulabat in occulto. Circa autem ejus medium ascendens in templum docebat, omnesque ejus stupebant doctrinam. *(Post non pauca, ac ubi de Sabbato tribusque solemnitatibus, Paschate, Pentecoste ac Scenopegia nonnulla disseruit).* — In fine hujus solemnitatis (nempe Scenopegiae) stans Jesus, clamavit voce magna: „Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.“ Quia ergo hac se doctrina Christus Messiam ostendit, factus mediator noster ac conciliator, Patrisque ipsius aeterni, idcirco praesentem colentes solemnitatem, titulo Mediae Pentecostes, Christum laudamus Messiam, ac utrinque duarum praecipuarum solemnitatum exhibemus praestantiam. Ejus rei puto gratia, mox etiam Samaritanae colimus celebritatem, quod et illic multa Christus de Messia disserat, deque aqua et siti, quemadmodum hoc loco.

περὶ τοῦ Μεσσίου Χριστοῦ διέξεισι, καὶ περὶ ὕδατος καὶ δίψης, ὡς ἐνταῦθα.

Τῷ ἀπείρῳ ἐλέει σου, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Per infinitam misericordiam tuam, Christe Deus noster, miserere nobis. Amen.

Ὠιδὴ ζ΄.

Τῶν Χαλδαίων ἡ κάμινος.

Ode 7.

Caminus Chaldaeorum.

Σαρκικῶς ἐκοπίασας, ἡ ἀνάπαυσις πάντων· ἑκουσίως ἐδίψησας, ἡ πηγὴ τῶν θαυμάτων· τὸ ὕδωρ ἐζήτησας, ὕδωρ τὸ ζῶν, Ἰησοῦ, ἐπαγγειλάμενος.

Carne fessus fuisti, requies universorum: sponte sitisti, fons miraculorum; quaesivisti aquam, o Jesu, qui viventem aquam promisisti.

Σαμαρείτιδι, Κύριε, γυναικὶ προσωμίλεις, διελέγχων τὴν ἄνοιαν τῶν ἀνόμων Ἑβραίων. Ἡ μὲν γὰρ ἐπίστευσεν Υἱόν σε εἶναι Θεοῦ, οἱ δὲ ἠρνήσαντο.

Colloquebaris, Domine, cum muliere Samaritana, arguens improborum Hebraeorum insaniam. Quippe credidit illa esse te Filium Dei; illi negarunt.

Ὕδωρ ζῶν τὸ ἁλλόμενον ὕδωρ ἀθανασίας, ἡ πηγὴ ἡ ἀείζωος παρέχειν ἐπηγγείλω, τοῖς πίστει τὸ Πνεῦμά σου προσδεχομένοις, Σῶτερ, τὸ προϊὸν ἐκ Πατρός.

Vitae fons perpetuae, viventem aquam, salientem, inquam, pollicitus es exhibiturum, Salvator, immortalitatis aquam, tuum illum fide exspectantibus Spiritum, qui a Patre procedit.

Πέντε ἄρτοις ἐξέθρεψας χιλιάδας πεινώντων· καὶ τοῦ κόρου τὰ λείψανα, εἰς ἄλλας μυριάδας ἐπερίσσευσας, δεικνὺς τὴν δόξαν σου τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς.

Esurientium millia panibus quinque pavisti, superantesque saturatis reliquias, in millia alia, tuam sacris tuis discipulis gloriam exhibens, abundare fecisti.

Ὁ ἐσθίων τὸν ἄρτον σου, ζήσεται αἰωνίως· καὶ ὁ πίνων τὸ αἷμά σου, ἐν σοὶ μένει,

Qui manducat tuum panem, vivet in aeternum; ac qui tuum bibit sanguinem, in te manet:

Σῶτερ μου, καὶ σὺ ἐν αὐτῷ μένεις, καὶ ἀναστήσεις αὐτόν, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ῥοπῇ.

tuque in eo, in supremo momento resuscitaturus, manes.

Ἐθαυμάστωσας, Δέσποτα, τὴν σὴν οἰκονομίαν, πιστωσάμενος θαύμασι τὴν θείαν ἐξουσίαν. Τὰς νόσους ἀπήλασας· νεκροὺς ἀνέστησας· τυφλοὺς ἐφώτισας ὡς Θεός.

Mirabilem, Domine, reddidisti assumptae carnis dispensationem, astruens miraculis divinam potentiam. Morbos abegisti; suscitasti mortuos; caecos ut Deus illuminasti.

Τοὺς λεπροὺς ἐκαθάρισας, τοὺς χωλοὺς ἀνωρθώσω· παραλύτους συνέσφιγξας· αἱμόῤῥουν θεραπεύσας, ἐπέζευσας πέλαγος, δεικνὺς τὴν δόξαν σου τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς·

Mundasti leprosos; erexisti claudos; paralysi solutos astrinxisti: curasti fluentem sanguine; tuam sacris tuis discipulis gloriam exhibens, mare pedes ambulasti.

Δόξα.

Gloria.

Προσκυνοῦμέν σου, Κύριε, τὸν ἄχραντον Πατέρα, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, ἣν τοῖς σοῖς ἀποστόλοις Θεὸς ὢν διένειμας, ἐξαποστέλλων αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κήρυγμα.

Tuum, Domine, adoramus intemeratum Patrem: quamque, velut Deus exsistens, iis quos emitteres ad praedicandum, Spiritus gratiam distribuisti.

Θεοτοκίον.

In Deiparam.

Ἐν γαστρί σου ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον Λόγον· ἐκ μαζῶν σου ἐθήλασας τοῦ κόσμου τὸν τροφέα· ἀγκάλαις ἐβάστασας τὸν παροχέα ἡμῶν Θεογέννητορ ἁγνή.

Tuo utero Verbum, quod capi nequit, capere meruisti; lactasti tuis uberibus eum, qui mundum alit. Nostrum praebitorem [1], casta Dei Genitrix, gestasti ulnis.

Ὠιδὴ η'.

Ode 8.

Ἄγγελοι καὶ οὐρανοί.

Angeli atque coeli.

Δεῦτε, ἴδετε, λαοί, τὸν ἐπὶ θρόνον δόξης ἀνυμνούμενον,

Venite, populi, eum videte scelesto Judaeorum ore bla-

[1]) Παροχέα, al. πάροχον, de qua voce, tum qua ab ἔχω, uti hoc loco, tum qua ab ὄχος derivatur, fuse disputavimus in proprio commentario *„de vocatione parochi"*, relato in op. „de vocatione ad statum ecclesiasticum", pp. 79 seqq.

ὑπὸ λαῶν ἀνόμων βλασφημούμενον· καὶ ἰδόντες, ὑμνεῖτε τὸν ἐν προφήταις Μεσσίαν προῤῥηθέντα.

sphemiis appeti, qui in throno gloriae laudibus celebratur; videntes vero, praedictum in prophetis Messiam laudibus celebrate.

Σὺ εἶ ὄντως ὁ Χριστὸς ὁ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον προερχόμενος, ἐξ οὗ ἡ σωτηρία, καὶ ἡ ἄφεσις τῶν πατρῴων σφαλμάτων· σὺ ἡ ὄντως ζωὴ τῶν σοὶ πεπιστευκότων.

Tu es vere Christus, qui in mundum hunc processisti, a quo est salus, noxaeque paternae remissio. Tu vere vita tuorum fidelium.

Ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, τῆς ἑορτῆς μεσούσης, καθὼς γέγραπται, τῷ ἱερῷ ἐπέστη, καὶ ἐδίδασκεν ὅτι ὄντως αὐτὸς ἦν ὁ Μεσσίας Χριστός, δι᾽ οὗ ἡ σωτηρία.

Dei sapientia, festo jam, prout scriptum est, mediante, in templum venit; ac se vere Christum Messiam, per quem salus sit, docuit.

Ἐν τοῖς Σάββασι Χριστὸς, καὶ ἐν ἡμέραις ὅλαις ἀπεδείκνυτο τὰ τῶν σημείων ἔργα, ἐξιώμενος τοὺς ἐν νόσοις ποικίλαις· ἀλλ᾽ ὁ πλάνος λαὸς θυμῷ ἐνεκοτεῖτο.

Christus Sabbatis, ac dies totos, signorum exhibens opera, iis qui morbis variis detinerentur sanitatem impertiebat: caeterum errans populus, ira veteri, animo aestuabat.

Τὸν παράλυτον, φησί, τόνδε, χρόνοις πλείστοις κατακείμενον, ἐν τῷ Σαββάτῳ οὗτος ἐθεράπευσε, καὶ παρέβη τὸν νόμον, Ἰουδαῖοι Χριστῷ πικρῶς ἐλοιδοροῦντο.

Hicce, inquit, jam olim jacentem hunc paralyticum Sabbato curans, legem transgressus est; aspere improperabant Judaei Christo.

Οὐ Μωσῆς ὑμῖν, φησί, τὸν νόμον δοὺς, κελεύει περιτέμνεσθαι; καὶ ἐν Σαββάτῳ ἄνδρα περιτέμνετε, ἵνα μή πως ὁ νόμος τῶν Πατέρων λυθῇ, Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις.

Nonne qui vobis dedit legem Moyses, jubet circumcidi? virumque Sabbato circumciditis, ut ne lex Patrum solvatur, ait Christus Judaeis.

Οἱ ἀγνώμονες πάντη, οἱ ἐν ἐρήμῳ παροικήσαντες, τὸν εὐεργέτην φθόνῳ κατενέσκηπτον,

Qui semper improbi, in deserto accolae exstiterunt, prae livore incessebant beneficum,

βλασφημοῦντες, κινοῦντες τὰς ἀδίκους γλώσσας, κενὰ μελετῶντες.

blasphemantes, moventes linguas iniquas, inania meditantes.

Δόξα.

Εἷς Θεὸς ἡ Τριάς· τοῦ Πατρὸς μὴ ἐκστάντος εἰς υἱότητα· οὐδὲ Υἱοῦ τραπέντος εἰς ἐκπόρευσιν· ἀλλ' ἰδίᾳ καὶ ἄμφω, φῶς Θεὸν τά τρία δοξάζω [1]) εἰς αἰῶνας.

Gloria.

Trinitas Deus unus est: ut Pater minime in filietatem excesserit; aut Filius sit mutatus in processionem: seorsim vero ac junctim lumen, tria, Deum glorifico in saecula.

Θεοτοκίον.

Πῶς ἐγέννησας, εἰπέ, τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως προεκλάμψαντα, καὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι ἀνυμνούμενον, ἢ ὡς οἶδεν ὁ μόνος εὐδοκήσας ἐκ σοῦ τεχθῆναι, Θεοτόκε.

In Deiparam.

Qui, rogo, eum genuisti qui olim a Patre aeternum eluxit, pariterque cum sancto Spiritu laudatur? Plane qua ratione is solus novit, o Deipara, cui ex te nasci placuit.

Ὠιδὴ θ'.

Ἀλλότριον τῶν μητέρων.

Τῆς ἑορτῆς μεσαζούσης τῶν Ἰουδαίων, ἀνῆλθες ὁ Σωτήρ μου, ἐπὶ τὸ ἱερόν σου, καὶ ἐδίδασκες πάντας· ἐθαύμαζον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ, Πόθεν οὗτος οἶδε γράμματα, μὴ μεμαθηκώς; ἔλεγον.

Ἰάματα χαρισμάτων ὁ Λυτρωτής μου πηγάζων ἐπετέλει τέρατα καὶ σημεῖα, φυγαδεύων τὰς νόσους, ἰώμενος τοὺς ἀσθενοῦντας. Ἀλλ' Ἰουδαῖοι ἐξε-

Ode 9.

Alienum est a matribus.

Mediante jam festo Judaeorum ascendens, Salvator meus, in templum tuum, docebas omnes: mirantes Judaei: Unde hic, inquiebant, scit literas, quum non didicerit?

Manans Redemptor meus gratias sanationum, prodigia signaque faciebat, morbos fugans, ac infirmis medens. Enimvero agebantur in furo-

[1]) Melodus eandem vult rationem utriusque nominis θεὸς καὶ φῶς, ut seorsim applicentur unicuique personae, quae sint vereque dicantur *Deus et lumen,* non tamen ut collectione plures existant dii aut lumina, sed ut una individua in tribus deitas et lux glorificetur. Combefis. ad h. l.

μαίνοντο τῷ πλήθει τῶν θαυμάτων αὐτοῦ.

Τοὺς ἀπειθεῖς Ἰουδαίους ὁ Λυτρωτής μου ἐλέγχων, ἀνεβόα· Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε. Καὶ γὰρ ὁ νόμος καὶ ἐν Σαββάτῳ περιτέμνεσθαι κελεύει πάντα ἄνθρωπον.

Τὰ μείζονα τῶν θαυμάτων τοῖς μαθηταῖς σου, Σῶτερ, ὡς ἐπηγγείλω, παρέσχες, ἀποστείλας εἰς τὰ ἔθνη κηρῦξαι τὴν δόξαν σου. Οἱ δὲ τῷ κόσμῳ ἐκήρυττόν σου τὴν ἀνάστασιν, τὴν χάριν, καὶ τὴν σάρκωσιν.

Εἰ ἄνθρωπον περιτέμνετε ἐν Σαββάτῳ, μήπως λυθῇ ὁ νόμος, νῦν ἐμοὶ τί χολᾶτε, ὅτι ἄνθρωπον ὅλον ἐποίησα ὑγιῆ λόγῳ; „Κατὰ τὴν σάρκα ὑμεῖς κρίνετε," φησὶ τοῖς Ἰουδαίοις Χριστός.

Ὁ τὴν ξηρὰν θεραπεύσας χεῖρα τῷ λόγῳ, τὴν ξηρανθεῖσαν πάλαι γῆν τῆς ἐμῆς καρδίας ἰασάμενος, Λόγε, ἀνάδειξόν με καρποφόρον, ἵνα ἐργάσωμαι κἀγώ, Σῶτερ, καρποὺς ἐν μετανοίᾳ θερμῇ.

Λεπροῦσάν μου τὴν καρδίαν ἀποκαθάρας, καὶ τῆς ψυχῆς μου, Λόγε, τὰ ὄμματα φωτίσας, ἐπὶ κλίνης ὀδύνης με κείμενον ἀνόρθωσον, ὡς τὸν παράλυτον ἀνέστησας ἐν κλίνῃ κατακείμενον.

rem Judaei a tot ejus miraculis.

Judaeos contumaces arguens Redemptor meus clamabat: „Nolite secundum faciem judicare; sed judicate justum judicium." Quippe jubet lex virum omnem Sabbato etiam circumcidi.

Majora, Salvator, miracula, juxta quod promisisses, discipulis edenda praebuisti, mittens praedicare gentibus tuam gloriam. Ii porro tuam mundo praedicaverunt resurrectionem, gratiam ac assumptam carnem.

Si hominem circumciditis in Sabbato, ut ne lex solvatur, quid in me jam succensetis, quod sermone hominem totum Sabbato sanum fecerim? „Vos, inquit Judaeis Christus, secundum carnem judicatis."

Qui sermone curasti manum aridam, tu, Sermo, cordis terram olim arefactam sanans me exhibe fertilem, ut et ipse, Salvator, calenti fructus poenitentia faciam.

Cor meum a lepra mundans, ac animi oculos tu, Sermo, illuminans, qua ratione excitasti paralyticum lecto decumbentem, me erige in lecto doloris jacentem.

Δόξα·

Ἀλλότριον τοῖς ἀνόμοις ἐστὶ τὸ σέβειν τὴν ἄναρχον Τριάδα, Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν τε, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τὴν ἄκτιστον παντοκρατορίαν, δι᾽ ἧς ὁ σύμπας κόσμος ἥδρασται, τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

Gloria.

Alienum ab improbis ut venerentur aeternam Trinitatem, Patrem, Filiumque, ac Spiritum sanctum, increatam omnipotentiam, qua mundus totus, robore virtutis ejus, fundatus ac firmatus est.

Θεοτοκίον.

Ἐχώρησας ἐν γαστρί σου, Παρθενόμητορ, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος, Χριστὸν τὸν ζωοδότην, ὃν ὑμνεῖ πᾶσα κτίσις, καὶ τρεμοῦσιν οἱ ἄνω Θρόνοι· αὐτὸν δυσώπει, παμμακάριστε, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

In Deiparam.

Meruisti, Virgo mater, utero capere unum illum de Trinitate, Christum vitae auctorem, quem laudant omnia creata, tremuntque superni Throni. Ipsum, beatissima, ut animorum salutem consequamur, exora.

Ἐξαποστειλάριον.
Ὁ οὐρανὸν τοῖς ἄστροις.

Ὁ τὸν κρατῆρα ἔχων τῶν ἀκενώτων δωρεῶν, δός μοι ἀρύσασθαι ὕδωρ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὅτι συνέχομαι δίψει, εὔσπλαγχνε μόνε οἰκτίρμων.

Exapostilarium.
Qui coelum astris.

Qui craterem habes inexhauribilium donorum, tribue hauriam aquam in remissionem peccatorum; quippe, o solus misericors, siti teneor.

Russi aliique plures Slavi ritus graeci hodie *solemnem aquae benedictionem* peragunt, eadem ferme adhibita pompa, qua *ἁγιασμὸν τοῦ ὕδατος* die 6. Januarii in Oriente celebrari diximus tomo 1, p. 59. Omnia eorum Kalendaria quippe, quae nobis praesto sunt multa et varia [1]), inter solemnes *crucis supplicationes* seu liturgicas illas circuitiones, quae *praelata cruce* adornantur *(krestnyje chody)*, hodiernam processionem ad fontem sive ad rivi cujusdam fluenta recensent. Conferri de ea possunt, quae ex Muralt, *Briefe über den Gottesdienst der morgenländischen Kirche* (p. 232) enotat Daniel, *Codex liturgicus,* tom. 4, p. 229.

[1]) Bonum numerum ex provinciis austriaco-hungaricis memoravimus in „Zeitschrift für kath. Theologie“ 1895, p. 170. Honoris causa accedat Maltzew, *Nachtwache,* p. 637.

Quae caeremonia quum festo *τῆς μεσοπεντηκοστῆς* praeter rubricas liturgicas fiat, nulla conjectura assequi possumus, cur editores Kalendarii hungarici Societatis sancti Stephani *(Szent-István-társulat naptára)* eandem hanc aquae benedictionem omnibus fidelibus ecclesiae orientalis sine ullo discrimine in Hungaria proponant, tum in Paschalio p. 17[1]), tum in ipso Hemerologio p. 7.

Κυριακὴ ε΄. — *Dominica IV.*

Κυριακὴ τῆς Σαμαρείτιδος. — *Dominica Samaritanae.*

Slav. *Nedělja Samarjanyni;* rumen. *Dominec'a Samarinenei;* arab. *Achad assâmirijjat.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ε΄. ἀπὸ τοῦ Πάσχα. Μνεία τῆς ἐπὶ τὸ εἰς Σιχὰρ φρέαρ τοῦ Ἰακὼβ διαλέξεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν Σαμαρείτιδα. (Ita antiqua editio Romana an. 1738.)

Eadem die Dominica quinta post Pascha. Memoria colloquii, quod Jesus Christus Dominus ac Salvator noster cum Samaritana habuit ad fontem Jacob juxta civitatem Sichar.

Editio nova rom. an. 1884 cum veneta vulgata simpliciori hac forma utitur: *τὴν τῆς Σαμαρείτιδος ἑορτὴν ἑορτάζομεν.*

Στίχοι.

Ὕδωρ λαβεῖν ἐλθοῦσα τὸ φθαρτόν, γύναι,
Τὸ ζῶν ἀπαντλεῖς, ᾧ ῥύπους ψυχῆς πλύνεις.
Aquam inquinatam venisti sumere, mulier,
Vivam hauris, qua maculas animae abluis.

Ταῖς τῆς σῆς μάρτυρος Φωτεινῆς πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ θεός, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Precibus martyris tuae Photinae, Christe Deus, miserere nobis. Amen.

Martyrium *s. Photinae,* Samaritanae et sociorum multis describitur in Menaeis ad d. 26. Februarii. De ea item agunt Graeci et Latini die 20. Martii.

---

[1]) Utimur editionibus annorum 1880 et 1881. In utraque autem *festum benedictionis aquae (vízszentelés ünnepe)* et tabulae *festorum conceptivorum (változó ünnepek)* ecclesiae orientalis insertum et in Hemerologio ipsi huic diei *τῆς μεσοπεντηκοστῆς* assignatum legimus.

Ad diem 26. Febr. ejus memoria ita annuntiatur: *Μνήμη τῆς ἁγίας μάρτυρος Φωτεινῆς τῆς Σαμαρείτιδος, ᾗ ὡμίλησεν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ φρέατι, καὶ τῶν σὺν αὐτῇ.*

In antiquis Kalendariis syriacis manu exaratis cod. vatic. simili formula refertur ad 20. Martii: *Coronatio (Kullâl) Photinae Samaritanae, cum qua Dominus locutus est (d'mallêl ʿammâh Mâran).*

In hodierno Officio divino iterum decantatur canon *τῆς μεσοπεντηκοστῆς* s. Andreae Cretensis, ex feria IV. repetitus.

Κυριακὴ ϛ'. — *Dominica V.*

Κυριακὴ τοῦ τυφλοῦ. — *Dominica coeci nati.*

Slav. *Nedělja slěpago* sive *o slěpom;* rumen. *Dominec'a orbului;* arab. *Achad el-aʿmâ.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ἕκτῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα. Μνεία τοῦ εἰς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν γενομένου θαύματος ὑπὸ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Eadem die Dominica sexta post Pascha. Memoria miraculi, a Domino Deo et Salvatore nostro Jesu Christo erga coecum a nativitate patrati.

Στίχοι.

Φωτὸς χορηγός, ἐκ φάους πέλων φάος,
Τόν ἐκ γενετῆς ὀμματοῖς τυφλόν, Λόγε.

Τῷ ἀπείρῳ ἐλέει σοῦ, φωτοδότα Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Dominica Rogationum. Neděle modlitebná sive *prosebná. — Dominica Crucis. Neděle křížova. — Dominica ante Litanias.*

Rogationum dies in Breviario nostro glagolitico ritus latini slavice vocantur *ponedělik prošennij*[1], h. e., *feria II. Rogationum; vtornik proš., feria III. Rog.; sreda proš., fer. IV. Rog.* Eadem ratione Bohemis dicuntur *prosební* sive *modlibtení dnové;* Croatis *molitveni dani;* Serbis

[1]) Novum Missale glagoliticum habet *prošbni.*

prošencije; Germanis *Bitttage;* Rumenis *dîlele rugiloru.* Saepe etiam a processione *crucis* nuncupantur bohemice *křížové dni;* polonice *dnie krzyżowe;* ruthenice *krestnyj dni;* slovenice uno nomine *križevo;* germanice *Kreuztage;* hungarice *kerestjáró napok.* — De nomenclatura *Litaniarum minorum* repete, quae dicta jam sunt p. 139.

Rogationes, in concilio Arelatensi V. anni 511 receptas [1]) atque ipsius tandem Romani Pontificis Leonis III. auctoritate approbatas, a s. Mamerto, episcopo Viennensi, ineunte saeculo sexto primum fuisse institutas, cum s. Gregorio Turonensi, *Histor. Franc.* l. 2, c. 34 [2]), referunt s. Avitus Viennensis, *Homil. de Rogat.* [3]), Sidonius Apollinaris, Avernorum episcopus, l. 7, epist. 1 [4]); s. Ado Viennensis *in Chronico* [5]); Rupert. *De divin. offic.* l. 9, c. 5;

---

[1]) Can. *Rogationes* 3. Dist. 3. de cons.

[2]) Rogationum originem s. Gregorius ita describit: Refert beatus Avitus in quadam homilia, quam de Rogationibus scripsit, has ipsas Rogationes, quas ante Ascensionis dominicae triumphum celebramus, a Mamerto ipsius Viennensis urbis episcopo, cui et hic eo tempore praeerat, institutas fuisse, dum urbs illa multis terreretur prodigiis. Nam terrae motu frequenter quatiebatur; sed et cervorum atque luporum feritas portas ingressa, per totam, ut scripsit, urbem nihil metuens oberrabat. Quumque haec per anni circulum gererentur, advenientibus paschalis solemnitatis diebus, exspectabat misericordiam Dei plebs tota devote, ut vel hic magnae solemnitatis dies huic terrori terminum daret. Sed in ipsa gloriosae noctis vigilia, dum Missarum celebrarentur solemnia, subito palatium regale intramuraneum divino igne succenditur; pavore omnibus perterritis et ecclesiam egressis, credentibus ne aut hoc incendio urbs tota consumeretur, aut certe disrupta tellure dehisceret, sanctus sacerdos prostratus ante altare cum gemitu et lacrimis Domini misericordiam imprecatur. Quid plura? penetravit excelsa poli oratio pontificis inclyti, restinxitque domus incendium flumen profluentium lacrimarum. Quumque haec agerentur appropinquante Ascensione, ut jam diximus, majestatis dominicae indixit populis jejunium, instituit orandi modum, edendi seriem, erogandi hilarem dispensationem. Cessantibus quoque exinde terroribus, per cunctas provincias dispersa facti fama, cunctos sacerdotes imitari commonuit, quod sacerdos fecit ex fide: quae usque nunc in Christi nomine per omnes ecclesias in compunctione cordis et contritione spiritus celebrantur. (Apud Migne, Patr. l. t. 71, pp. 231—232.)

[3]) Apud Migne, Patr. l. t. 59, pp. 289—294.

[4]) Ibid. t. 58, pp. 563—564.

[5]) Ibid. t. 123, pp. 102—103.

Belethus c. 122 aliique scriptores citati a Du Cange, *Glossar. lat.* h. v. — Verum Sassi, *Aeppi. Mediolanens. series chron. hist., de s. Lazzaro,* et Henschen., socius Bollandian., Act. SS. 11. Febr. (ejusdem mensis t. 2, p. 522) Rogationes a s. Lazzaro Mediolani ante tempora s. Mamerti jam institutas fuisse contendunt.

Conjunctum initio cum Rogationibus *jejunium* erat; ita enim Patres Arelatenses statuerant canone adducto: *Rogationes, id est, litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut praemissum triduanum jejunium in Dominicae Ascensionis Solemnitate solvatur, per quod triduum servi et ancillae ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat: quo triduo omnes abstineant et etiam quadragesimalibus cibis utantur.*

Quoniam vero ex alio canone [1]) operosa jejuniorum pietas indicenda non est tempore Quinquagesimae paschalis, glossa ad hunc locum animadvertendum censet, *jejunium hic non praecipi, sed suaderi tantum;* in ejusmodi materia enim *in illo tempore unamquamque provinciam abundare debere in sensu suo* juxta c. *Utinam* 11. Dist. 76. Verum quomodo illa *quae per hos quinquaginta dies nobis est jugis ac continuata festivitas* [2]), non tollatur Rogationum jejunio, rationibus juridicis non incongrue docet glossa ad c. *Scire debet,* verb. *jejunia.*

De rationibus triduani hujus jejunii, quod medio hoc tempore paschalis laetitiae Viennenses primum servare coeperunt s. Avitus Viennensis merito scribit [3]): *Festivitas est, cujus jucunditas tota sola sobrietas, cujus epulae lacrimae, cujus pastus esuries est; cujus principium ex necessitate, perseverantia in dilectione, actus in requie, requies in labore.*

---

[1]) C. *Scire debet* 8. Dist. 76. Vide supra p. 340.
[2]) Cfr. C. *Scire debet* cit.
[3]) Migne, Patr. l. t. 59, p. 293.

Ἀνάληψις τοῦ Κυρίου. Ascensio Domini.

Slav. *Voznesenije Gospodne;* rumen. *Inaltearea Domnului;* arab. *Khamîs aç-çu'ûd elmuqaddâs.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος ἀπὸ τοῦ Πάσχα τὴν ἀνάληψιν ἑορτάζομεν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Eadem feria V. sextae hebdomadis post Pascha celebramus Ascensionem Domini Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi.

Ἐπισωζομένη. *Spasovo.* — Dies *salutis consummatae.*

Τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν Καππαδοκῶν ἔθει Ἐπισωζομένη λέγεται ἡ ἀνάληψις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Vernaculo Cappadocum usu* Ἐπισωζομένη *dicitur Ascensio Domini nostri Jesu Christi.* Ita vetus interpres s. Gregorii Nysseni εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάληψιν τὴν λεγομένην τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν Καππαδοκῶν ἔθει τὴν Ἐπισωζομένην [1]).

Nominis rationem a *consummata salute* repetunt, quod, ut s. Bernardus ait, *Ascensio Christi consummatio et adimpletio sit reliquarum solemnitatum et felix clausula totius itinerarii filii Dei* [2]); hoc festo enim recolitur mysterium per quod, juxta Constitutiones Apostolicas, *tota oeconomia incarnationis Verbi divini est adimpleta, et redemptio generis humani plene obtenta ac gloriose consummata* [3]); mysterium scilicet, quo

Ἡμεῖς οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι φανέντες, εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνέβημεν τὴν ἄνω, ὑπερέβημεν τοὺς οὐρανούς, ἐπελαβόμεθα τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικοῦ· καὶ

nos — verba sunt s. Joannis Chrysostomi [4]) — *qui terra videbamur indigni, in coelum sublati sumus; ad supernum coeleste regnum ascendimus, coelos pervasimus, thronum*

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 46, pp. 689—690.

[2]) *Sermo 2. de Ascens. Domini* (apud Migne, Patr. l. t. 183, p. 301).

[3]) Ὁ Κύριος κατὰ τὴν ἀνάληψιν πληρώσας πᾶσαν οἰκονομίαν καὶ διάταξιν ἀνῆλθε πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν Θεὸν καὶ Πατέρα (Lib. 5, c. 19; apud Migne, Patr. gr. t. 1, p. 896. Ἡ ἀνάληψις . . . τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας (Lib. 8, c. 33; ibid. p. 1136).

[4]) *Homil. in Ascens.,* n. 2. Migne, Patr. gr. t. 50, pp. 444—445.

Η ΑΝΑΛΗΨΙΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.



ASSUMPTUS EST IN COELUM.

Typi.

1. Henoch in paradisum transfertur.
2. Elias in curru igneo in coelum ascendit.

Textus prophetici.

1. Ascendet pandens iter ante eos (Mich. 2, 13).
2. Ascendit Deus in jubilo (Ps. 46, 6).
3. Elevabitur Dominus (Is. 2, 17).
4. Ecce, quasi nubes ascendet (Jer. 4, 13).



ἡ φύσις, δι' ἣν ἐφύλαττε τὸν παράδεισον τὰ Χερουβίμ, αὕτη ἐπάνω τῶν Χερουβὶμ κάθηται σήμερον. — Σεμνὴ καὶ μεγάλη καὶ τὸν τῶν ἀνθρώπων ὑπερβαίνουσα νοῦν ἡ παροῦσα ἑορτή, καὶ τῆς μεγαλοδωρεᾶς ἀξία τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν Θεοῦ.

regalem apprehendimus; et natura, propter quam paradisum servabant Cherubim, ipsa supra Cherubim sedet hodie! — Veneranda utique et magna sensumque ac intellectum omnem humanum excedens praesens ista solemnitas, Deique munificentia, qui illam fecit, digna!

In Kalendariis croaticis et serbicis Ascensio Domini slavico vocabulo, quod idem valet ac Ἐπισωζομένη, *Spasovo* sive *Spasov-dan* apte nuncupatur, a nomine *spas*, σωτηρία, *salus*, unde adj. poss. *spasov*, de quo vide Miklosich, *Lexic.* p. 943. Iis adde, si placet, quae de rationibus τῆς ἐπισωζομένης notavimus in „Zeitschrift für kath. Theologie“ 1893, pp. 527—528.

Caeteri populi slavi ritus latini nomen ἄνοδος *ascensio* simpliciter verterunt, ut Bohemi *Nanebevstoupení Páně;* Sloveni *Kristusov Vnebohod;* Poloni *Wniebowstąpienie Pańskie;* in Breviarium glagoliticum autem appellatio palaeo-slovenica *Voznesenije Gospodne*, ἡ ἀνάληψις τοῦ Κυρίου, e libris liturgicis ritus graeci transiit. — Hungaris vocatur *Aldozó csütörtök, feria V. Communicantium*, ab *áldozás, oblatio, communio*, quod hic dies olim multis in locis terminus esset spatii, quo fideles communionem paschalem percipere deberent.

Festivitatem Ascensionis Domini ab ipsis Apostolis institutam celebratamque multi tradunt; verum, licet cum Paschate ac Pentecoste omnes alios dies festos antiquitate vincat, certo tamen statui non posse videtur, eam ab Apostolis esse ordinatam, praesertim quum non uno et eodem ubique ritu observata fuerit, quemadmodum recte monet Martenius, *De antiq. Eccles. rit.*, l. 4, c. 28.

Mysterium Ascensionis arctissime cohaeret cum mysterio Pentecostes ipsique veluti implicitum apparet [1]). Atque inde ex-

[1]) *Ascendens in altum . . . dedit dona hominibus.* — Ἐκ δεξιᾶς καθέσας πατρικῆς . . . παρέσχες πίστιν κτλ.

plicari posse videtur, cur Silvia ambo festa Hierosolymis certa quadam colligatione conserte contexteque celebrari viderit „Quinquagesimarum die", h. e., Dominica Pentecostes, quando nimirum tota oeconomia incarnationis Filii Dei *cum effectu* fuit adimpleta; dum contra, „die Quadragesimarum post Pascha, idest quinta feria *(τῆς ἀναλήψεως)*, divino Officio in Bethlehem frequentato, etiam initia ejusdem salutaris oeconomiae commemorari perspexisset" (*Peregrinatio,* p. 101): scilicet utroque die conjunctim sumpto integram oeconomiam salutis, initium, progressum, finem, repraesentante. Quodsi „eo die, Silvia teste, in Bethlehem in ecclesia, in qua spelunca est, ubi natus est Dominus, fiebant et dicebantur apta diei et loco": ab iis fortasse quispiam non omnino aliena duxerit, quae Graeci hodieque in Laudibus canunt:

*Ἐτέχθης, * ὡς αὐτὸς ἠθέλησας· * ἐφάνης, * ὡς αὐτὸς ἠβουλήθης· * ἔπαθες σαρκὶ ὁ θεὸς ἡμῶν· * ἐκ νεκρῶν ἀνέστης, * πατήσας τὸν θάνατον * ἀνελήφθης ἐν δόξῃ, * ὁ τὰ σύμπαντα πληρῶν· * καὶ ἀπέστειλας ἡμῖν Πνεῦμα θεῖον, * τοῦ ἀνυμνεῖν καὶ δοξάζειν σοῦ τὴν θεότητα*[1]).

Sed de varia, quae saeculorum decursu hodierni Officii facta est facies, operae fuerit pretium legere „comparationem diversorum typicorum orientalium atque italo-graecorum", quam „plerumque ex ineditis" publico dedit Theodor. Toscani in suis *Ad typica Graecorum animadversionibus* pp 76—81: *ἡ ἔνδοξος ἀνάληψις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

In jure sacro Ascensio Domini cum festis Passionis, Resurrectionis et Pentecostes inter *solemnitates oecumenicas* recensetur[2]), diebus per omnia annumerata, *qui maximi in festivitatibus habentur*[3]).

Et ista quidem de festo Ascensionis breviter attigisse sufficiat. Si quis praeterea populares ritus nosse cupiat, qui olim variis in regionibus eodem die servari solebant, ut quum impressa in Monte Oliveti pedum Christi vestigia singulari pietate colebantur, vel quum multis in ecclesiis festi mysterium actione exprimebatur, vel quum Venetorum Dux solemni pompa mari desponsabatur: si quis, inquam, talia scire velit, scriptores adeat, qui de rebus ad festa dominica spectantibus ex professo sunt commentati.

---

[1]) Edit. venet., p. 157; roman. p. 323; slavice et germanice apud Maltzew, *Die Nachtwache,* p. 642.

[2]) C. *Illa autem.* 11. Dist. 12. (S. Augustini *epistola ad Januar.,* apud Migne, Patr. l. t. 33, p. 200).

[3]) C. *Si quis extra.* Dist. 1. de cons. (Concil. Agathen. anni 506).

De canone festivo hujus diei.

Qui nunc in Pentecostario prostat *κανὼν ἑορταστικός* plures habet auctores, qui alia atque alia pro tempore addendo carmen ad octoginta *τροπάρια* extenderunt. Ex longa illa stropharum serie eas hic sistimus, quae communiter s. Joanni Damasceno tribuuntur, quod prae caeteris ad solidae pietatis et divini amoris sensus alendos ac confirmandos aptae videantur.

Εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ.

Κανὼν τοῦ ἤχου πλ. α'.

Ποίημα Ἰωάννου Μοναχοῦ[1]).

Ὠιδὴ α'. Ὁ εἱρμός[2]).

*„Τῷ Σωτῆρι Θεῷ, * τῷ ἐν „θαλάσσῃ λαὸν * ποσὶν ἀβρό- „χοις * ὁδηγήσαντι, * καὶ Φα- „ραὼ πανστρατιᾶ * καταποντί- „σαντι, * αὐτῷ μόνῳ ᾄσωμεν, * „ὅτι δεδόξασται.*

Ode 1. Hirmus.

Salvatori Deo, qui in mari populum siccis pedibus duxit, et Pharaonem cum universo exercitu demersit; ipsi soli canamus, quoniam glorificatus est.

Τροπάρια.

Ἄισωμεν πάντες λαοὶ τῷ ἐπὶ ὤμων Χερουβὶμ ἀναληφθέντι μετὰ δόξης Χριστῷ, καὶ συγκαθίσαντι ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός, ᾠδὴν ἐπινίκιον, ὅτι δεδόξασται.

Τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστόν, χοροὶ ἀγγέλων θεασάμενοι μετὰ σαρ-

Troparia.

Canamus, omnes populi, in humeris Cherubim ascendenti cum gloria Christo, et collocanti nos in dextera Patris, victoriae cantum, quoniam glorificatus est.

Mediatorem Dei et hominum Christum, chori angelorum spectantes cum carne in

[1]) H. e. *τοῦ Δαμασκηνοῦ*.

[2]) In nova editione romana etiam praesens hic canon asteriscis est ad singulorum versuum distinctionem conspersus. Ex eo visum est *ἀρχιτελείαν* repraesentare stellatam, *ἀρχὴν* nimirum *τὸν εἱρμὸν τῆς ᾠδῆς α'*, *τέλος* vero *τὸ θεοτοκίον*, quo melodus canticum finit. — Octo hirmorum versiones slavica et germanica consuli possunt apud Maltzew, *Die Nachtwache,* pp. 644—646.

κὸς ἐν ὑψίστοις, ἐξεπλήττοντο· συμφώνως δὲ ἀνέμελπον ὕμνον ἐπινίκιον, ὅτι δεδόξασται.

excelsis, obstupescebant. Consonanter autem recinebant victoriae cantum, quoniam glorificatus est.

Ὠιδὴ γ΄. Ὁ εἱρμός.

„Δυνάμει τοῦ σταυροῦ σου, „Χριστέ, στερέωσόν μου τὴν „διάνοιαν, εἰς τὸ ὑμνεῖν καὶ „δοξάζειν σου τὴν σωτήριον „ἀνάληψιν.

Ode 3. Hirmus.

Potentia crucis tuae, Christe, solida meam mentem, ad canendum et glorificandum tuam salutarem ascensionem.

Τροπάρια.

Αἱ τάξεις τῶν ἀγγέλων, Χριστέ, βροτείαν φύσιν θεασάμεναι συνανιοῦσάν σοι ἀπαύστως ἐκπληττόμεναι, ἐδόξαζον.

Troparia.

Ordines angelorum, Christe, mortalem naturam spectantes, una ascendentem tecum, incessanter admirando glorificabant.

Ὠιδὴ δ΄. Ὁ εἱρμός.

„Εἰσακήκοα, Κύριε, τὴν „ἀκοὴν τῆς δυναστείας τοῦ „σταυροῦ, ὡς παράδεισος ἠνοί„γει δι᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐβόησα· „Δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε.

Ode 4. Hirmus.

Exaudivi, Domine, auditionem potentiae crucis, quod paradisus apertus sit per ipsam, et clamavi: Gloria potentiae tuae, Domine.

Τροπάρια.

Ἀνελήφθης ἐν δόξῃ ὁ τῶν ἀγγέλων βασιλεύς, τὸν Παράκλητον ἡμῖν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀποστεῖλαι, ἵνα βοῶμεν· Δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε.

Ὡς ἀνῆλθεν ὁ Σωτὴρ πρὸς τὸν Πατέρα σὺν σαρκί, κατεπλάγησαν αὐτὸν αἱ τῶν ἀγγέλων στρατιαί, καὶ ἐβόησαν· Δόξα τῇ δυνάμει σου, Κύριε.

Troparia.

Assumptus es in gloria, angelorum rex, ad Paracletum nobis a Patre mittendum, ut clamemus: Gloria potentiae tuae, Domine.

Ut ascendit Salvator ad Patrem cum carne, admirati sunt ipsum angelorum exercitus, et clamarunt: Gloria potentiae tuae, Domine.

Αἱ τῶν ἄνω δυνάμεις, ταῖς ἀνωτέραις ἐβόων· Πύλας ἄρατε Χριστῷ τῷ ἡμετέρῳ βασιλεῖ, ὃν ἀνυμνοῦμεν ἅμα τῷ Πατρί, καὶ τῷ Πνεύματι.

Superhae potestates superioribus clamabant: Portas attollite Christo nostro regi, quem concinimus una cum Patre et Spiritu.

Ὠιδὴ ε΄. Ὁ εἱρμός.

„Ὀρθρίζοντες βοῶμέν σοι „Κύριε· Σῶσον ἡμᾶς· σὺ γὰρ „εἶ Θεὸς ἡμῶν, ἐκτός σου· „ἄλλον οὐκ οἴδαμεν.

Ode 5. Hirmus.

Vigilantes de luce, clamamus tibi, Domine, salva nos: tu enim es Deus noster: extra te alium non novimus.

Τροπάρια.

Πληρώσας εὐφροσύνης τὰ σύμπαντα ἐλεήμων, ταῖς ἄνω δυνάμεσι μετὰ σαρκὸς ἐπεδήμησας.

Ἀγγέλων αἱ δυνάμεις αἰρόμενόν σε ἰδοῦσαι, τὰς πύλας ἐκραύγαζον· Τῷ βασιλεῖ ἡμῶν ἄρατε.

Troparia.

Implens laetitia universa misericors, supernis potentiis cum carne peregrinatus es.

Angelorum potentiae sublatum te videntes, portas, clamabant, regi nostro attollite.

Ὠιδὴ ς΄. Ὁ εἱρμός.

„Ἐκύκλωσέ με ἄβυσσος, τα„φή μοι τὸ κῆτος ἐγένετο, „ἐγὼ δὲ ἐβόησα πρός σε τὸν „φιλάνθρωπον, καὶ ἔσωσέ με „ἡ δεξιά σου, Κύριε.

Ode 6. Hirmus.

Circuivit me abyssus, sepultura mihi cete exstitit: ego autem clamavi ad te benignissimum et servavit me dextera tua, Domine.

Τροπάρια.

Ἐσκίρτησαν ἀπόστολοι, ὁρῶντες μετάρσιον σήμερον τὸν κτίστην φερόμενον, ἐλπίδι τοῦ πνεύματος καὶ φόβῳ ἔκραζον· Δόξα τῇ ἀνόδῳ σου.

Ἐπέστησαν οἱ ἄγγελοι βοῶντες, Χριστέ, τοῖς μαθηταῖς σου· Ὃν τρόπον κατίδετε Χρι-

Troparia.

Saltarunt Apostoli, videntes sublimem hodie creatorem latum: spe spiritus et timore clamabant: Gloria ascensioni tuae.

Astiterunt angeli, clamantes, Christe, discipulis tuis: Quemadmodum spectastis Chri-

στὸν ἀνυψούμενον, οὕτω σαρκὶ ἐλεύσεται δίκαιος ὁ πάντων κριτής.

Ὡς εἶδόν σε, Σωτὴρ ἡμῶν, αἱ ἄνω δυνάμεις ἐν ὑψίστοις αἰρόμενον σύσσωμον, ἐν φόβῳ ἐκραύγαζον· Μεγάλη, Δέσποτα, ἡ φιλανθρωπία σου.

stum elevatum, sic carne veniet justus omnium judex.

Ut viderunt te, Salvator noster, supernae potentiae in excelsis sublatum cum corpore, in timore clamabant: Magna, Domine, benignitas tua.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῆς ἕκτης ἑβδομάδος ἀπὸ τοῦ Πάσχα· Μνεία τῆς εἰς οὐρανὸν μετὰ σαρκὸς ἀνόδου τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ita editio rom. an. 1738, p. 199. Nova autem hoc loco ipsum ponit titulum festi ut heic legitur p. 366.

Στίχοι.

Ἐκ δεξιᾶς καθίσας πατρικῆς, Λόγε,
Μύσταις παρασχὼν[1]) πίστιν ἀσφαλεστέραν.

Ὁ ἀναληφθεὶς ἐν δόξῃ, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Ὠιδὴ ζ΄. Ὁ εἱρμός.

„Ὁ ἐν καμίνῳ πυρὸς τοὺς „ὑμνολόγους σώσας παῖδας· „Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πα-„τέρων ἡμῶν.

Ode 7. Hirmus.

Qui in fornace ignis cantatores servavit pueros: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Τροπάρια.

Ἐπὶ τῶν ὤμων, Χριστέ, τὴν πλανηθεῖσαν ἄρας φύσιν, ἀναληφθεὶς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσήγαγες.

Ὁ ἐν νεφέλῃ φωτὸς ἀναληφθείς, καὶ σώσας κόσμον· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ὁ ἀνελθὼν ἀπὸ γῆς πρὸς τὸν ἀσώματον Πατέρα· Εὐλο-

Troparia.

In humeris, Christe, errantem tollens naturam, assumptus sursum, Deo et Patri adduxisti.

Qui in nebula luminis es assumptus, et salvasti mundum: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Qui ascendisti e terra ad incorporeum Patrem: Bene-

---

[1]) Editio veneta habet παρέσχες.

γητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

dictus Deus patrum nostrorum.

Ὠιδὴ η΄. Ὁ εἱρμός.

„Τὸν ἐκ Πατρὸς πρὸ αἰώ-„νων γεννηθέντα Υἱὸν καὶ Θεόν, „καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων „σαρκωθέντα ἐκ Παρθένου „μητρὸς ἱερεῖς ὑμνεῖτε· Λαός, „ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ode 8. Hirmus.

Ex patre ante saecula natum Filium et Deum, et in ultimis temporibus incarnatum ex Virgine matre, sacerdotes, canite: plebs, superexaltate per omnia saecula.

Τροπάρια.

Τὸν ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις ἀναπτάντα ζωοδότην Χριστὸν εἰς οὐρανοὺς μετὰ δόξης, καὶ Πατρὶ συγκαθεζόμενον, ἱερεῖς ὑμνεῖτε· Λαός, ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Τὸν ἐκ δουλείας τὴν κτίσιν τῶν εἰδώλων λυτρωσάμενον, καὶ παραστήσαντα ταύτην ἐλευθέραν τῷ ἰδίῳ Πατρί, ἱερεῖς ὑμνεῖτε· Λαός, ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Τὸν τῇ αὐτοῦ καταβάσει καθελόντα τὸν ἀντίπαλον καὶ τῇ αὐτοῦ ἀναβάσει ἀνυψώσαντα τὸν ἄνθρωπον, ἱερεῖς, ὑμνεῖτε· Λαός, ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Troparia.

In duabus substantiis volantem vitae datorem Christum in coelos cum gloria et cum Patre sedentem, sacerdotes, laudate; plebs, superexaltate per omnia saecula.

Qui a servitute idolorum creaturam salvat, et ponit ipsam liberam apud proprium Patrem, hunc sacerdotes laudate, plebs, superexaltate per omnia saecula.

Sua ipsius descensione qui obruit inimicum, et sua ipsius ascensione qui exaltavit hominem, hunc, sacerdotes, laudate; plebs, superexaltate per omnia saecula.

Ὠιδὴ θ΄. Ὁ εἱρμός.

„Σὲ τὴν ὑπὲρ νοῦν καὶ „λόγον Μητέρα Θεοῦ, τὴν ἐν „χρόνῳ τὸν ἄχρονον ἀφράστως „κυήσασαν, οἱ πιστοὶ ὁμοφρό-„νως μεγαλύνομεν.

Ode 9. Hirmus.

Te supra mentem et rationem Matrem Dei, quae in tempore temporis exsortem ineffabiliter enixa es, fideles unanimiter magnificamus.

Τροπάρια.

Σὲ τὸν λυτρωτὴν τοῦ κόσμου Χριστὸν τὸν Θεὸν οἱ ἀπόστολοι βλέποντες ἐνθέως ὑψούμενον, μετὰ δέους σκιρτῶντες, μεγαλύνομεν.

Σὲ τὸν καταβάντα ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ τὸν ἄνθρωπον σώσαντα, καὶ τῇ ἀναβάσει σου ἀνυψώσαντα τοῦτον μεγαλύνομεν.

Θεοτοκίον.

*Χαῖρε, Θεοτόκε, * μῆτερ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ * ὃν γὰρ ἐκύησας, σήμερον * ἐκ γῆς ἀνιπτάμενον * σὺν ἀγγέλοις ὁρῶσα, * ἐμεγάλυνας.*

Troparia.

Te salvatorem mundi Christum apostoli videntes divinitus exaltatum, cum timore exsultantes, magnificamus.

Te descendentem usque ad extrema terrae, et hominem salvantem, et ascensione tua superexaltantem hunc, magnificamus.

In Deiparam.

Ave, Deipara mater Christi Dei: quem enim peperisti, hodie ex terra supravolantem cum angelis videns, magnificasti.

Ἀπόδοσις τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα.

A festivitate *τῆς Ἀναλήψεως* ipsa hebdomas appellationem *τῆς ἀναληψίμου* invenit. Ejus Feria III. vespere incipit *ἀκολουθία τῆς ἀποδόσεως τοῦ Πάσχα* finiturque post liturgiam diei sequentis, quemadmodum *εἴδησις* Pentecostarii ad eum locum animadvertit: *καί οὕτως ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας καὶ ζωηφόρου τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως* [1]); addita etiam gratiosa rubrica *περὶ τῆς καταλύσεως: εἰς τὴν τράπεζαν γίνεται τοῖς ἀδελφοῖς παράκλησις μεγάλη, δι' ἰχθύος.* Exinde mutatur ritus, prout Pentecostario praescriptum atque in Typicis usui datum legimus [2]).

[1]) In nova editione rom. an. 1884, p. 305; in veneta p. 144.

[2]) Cfr. *Hypotypos. Studitan.* cc. 5—6, apud Migne, Patr. gr. t. 99, pp. 1707—1708.

Κυριακὴ ζ'. — *Dominica VI.*

Κυριακὴ τῶν ἁγίων τιη' θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ. — *Dominica ss. 318 deiferorum Patrum Nicaenorum.*

Slav. *Nedělja svjatych i bogonosnych otec iže v Nikei;* rumen. *Dominec'a santîloru sî portatoriloru de Ddieu parenti dein Nice'a;* arab. *Achad el-abâ elqiddîsîn elmudschtami'în bimedinât Niqijja.*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὴν ἐν Νικαίᾳ πρώτην οἰκουμενικὴν σύνοδον ἑορτάζομεν τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων.

Eadem die, Dominica septima post Pascha, synodum Nicaenam primam oecumenicam 318 deiferorum Patrum celebramus.

Ita post venetam nova editio romana. In antiqua editione romana titulus praeterea mentionem injecerat Arii, contra cujus blasphemias Nicaeae constituta fuit Verbi, ut Patri consubstantialis, divinitas. Integra festi annuntiatio erat: *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ζ'. ἀπὸ τοῦ Πάσχα· Μνεία τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου τῶν κατὰ Ἀρείου τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων.*

Στίχοι.

Πόλου νοητοῦ ἀστέρες σελασφόροι,
Ἀκτῖσιν ὑμῶν φωτίσαιτέ μοι φρένας.

Κατὰ Ἀρείου.

Ξένον τὸν υἱὸν πατρὸς οὐσίας λέγων
Ἄρειος, ἤτω τῆς θεοῦ δόξης ξένος.

Ταῖς τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Memoria primi concilii oecumenici in hodiernis libris liturgicis Graecorum festum conceptivum habetur, dominico huic diei assignatum: antiquitus contra, locum in Kalendariis orientalibus certum ac stabilem habebat; eidem enim in Menologio Basiliano attributum videmus diem 29 mensis

Maji [1]), in Synaxario Coptorum 9. Nov. et in Kalendario syriaco, Cod. vat. Nr. 69 msc. 21. Febr.

Mutatae sedis causam Nicephorus Callistus assignat in synaxario scribens: *Τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, τὴν καθ' ἡμᾶς φορήσας σάρκα, τὴν οἰκονομίαν ἅπασαν ἀῤῥήτως ἐνήργησε, καί πρὸς τὸν πατρῷον ἀποκατέστη θρόνον, θέλοντες δεῖξαι οἱ ἅγιοι, ὅτι ἀληθῶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ τέλειος ἄνθρωπος Θεὸς ἀνελήφθη, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, καὶ ὅτι ἡ σύνοδος αὕτη τῶν ἁγίων πατέρων οὕτως αὐτὸν ἀνεκήρυξε, καὶ ἀνωμολόγησεν ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον τῷ Πατρί· τούτῳ τῷ λόγῳ μετὰ τὴν ἔνδοξον Ἀνάληψιν, τὴν παροῦσαν ἐθέσπισαν ἑορτήν, ὡσανεὶ τὸν σύλλογον τῶν τοσούτων πατέρων προβιβάζοντες, τοῦτον δὴ τὸν ἐν σαρκὶ ἀναληφθέντα, Θεὸν ἀληθινὸν καὶ ἐν σαρκὶ τέλειον ἄνθρωπον ἀνακηρυττόντων.*

Quaenam porro in instituendis conciliorum festis mens esset ecclesiae orientalis, paucis jam diximus tomo 1, pp. 214, 215; scilicet, non id spectavit, ut coelestes honores tot simul Patribus decernerentur, sed vero ut debitae Deo gratiae referrentur, qui numine suo ad rectam doctrinam tuendam Patrum animos erexerat et confirmarat. *Ἑορτάζουσα ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τὴν τοιαύτην ἀνάμνησιν δοξάζει τὸν Θεόν.* Alia notavimus in „Zeitschrift für kath. Theologie“ 1882, pp. 195—197.

Dr. H. Alt, Berolinensis, cujus lapsus identidem jam leviter tetigimus, in famosa illa pagina 188, qua hodiernam solemnitatem exhibet, plura errorum portenta congerit, quae bonam famam atque existimationem doctae Germaniae apud exteros in discrimen vocare debent; praeter enim quam quod *dominicum hunc diem memoriae septem conciliorum oecumenicorum* addicit, ibidem etiam in describenda hebdomade praecedenti *τὸ Θαυμαστὸν ὄρος* in *montem Olivarum* male pervertit ad d. 24. Maji, et in hebdomade subsequenti *s. Dalmatum* ejusque monasterium CPolitanum inscite cum provincia Dalmatiae confundit ad d. 30. ejusdem mensis [2]).

[1]) Menologium Basilianum sequuntur plura Menaea antiqua manu exarata apud Martinov, *Ann. ecclesiast. gr. slav. ad d. 29. Maji.*

[2]) De utroque hoc capite legi poterunt quae scripsimus tomo 1, pp. 165 et 167.

Τῷ σαββάτῳ τῆς ζ΄. ἑβδομάδος
ἤτοι
Τῷ πρὸ τῆς Πεντηκοστῆς.

Μνήμην ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος κοιμηθέντων εὐσεβῶς ἐπ᾽ ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου.

Ita editiones recentiores veneta et romana. Antiqua romana an. 1730 habet: *Μνήμην . . . κοιμηθέντων εὐσεβῶν χριστιανῶν, πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.* A quo ferme non abludit commemorationis annuntiatio in Horologio: *Μνήμην ἐπιτελοῦμεν τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος κεκοιμημένων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.*

Rationes iteratae hujus *commemorationis omnium fidelium defunctorum* relege ex disputatis in *Τριῴδιον* supra pp. 20—21.

Ut in Officio prioris illius *ψυχοσαββάτου πρὸ τῆς ἀποκρέω*, sic et in altera hac commemoratione rubrica praescribit *εἰς τὸν ὄρθρον: Ἐν δὲ ταῖς συναπταῖς πάσαις τῆς στιχολογίας καὶ τοῦ κανόνος μνημονεύονται πάντες οἱ προαπελθόντες πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἡμῶν.*

Officium nocturnum *ἀκολουθία τῆς παννυχίδος* vocatur, juxta ea, quae ante monuimus t. 1, p. 55.

Εὐλόγησις τῶν κολύβων.

Benedictio colyborum hodie quater praescribitur in Typico CP., p. 254, scilicet *ad finem Vesperarum, in psalmo ἄμωμος* ad vers. 94, *post νεκρώσιμα εὐλογητάρια*, et *absoluto Officio.*

Colyborum rationes generatim jam attigimus supra ad primum sabbatum jejuniorum pp. 96—99; quapropter id unum est reliquum, ut nunc de *colybis pro defunctis offerendis ac benedicendis* breviter dicamus.

Κόλυβα. Ἡδύσματα. Καρυκεύματα. Ψυχόπιττα.

Finitis igitur solemnioribus functionibus communiter incipit *ἡ τῶν κολύβων προςφορὰ καὶ εὐλόγησις.*

Colyba sive *Collyba* hic sunt leguminum, et potissimum tritici grana decocta, quibus in satura immiscentur avellanae tusae, uvae passae, nuces minutim sectae, amygdalae cortice nudatae, aliaque ἡδύσματα seu καρυκεύματα, h. e. *condimenta*, quae licet initio ornatus causa, sive potius condimentorum vice τῷ σίτῳ ἑψητῷ superaddita fuissent, ut palato sacrum hoc edulium gratius acceptiusque evaderet, a sequioribus Graecis tamen varias virtutum species denotare finguntur, quibus sancti et probi homines in terris excelluerunt, iisdem in coelis quoque sublimiori modo ornandi [1]). Benedictione peracta lancem cum granis frugibusque catervatim eidem impositis accipit sacerdos templumque lustrando unicuique, tam pueris ac mulieribus, quam viris, hujus miscellae portiunculam distribuit, quam omnes ab ipso, osculantes vel manum vel vestem, in reverentiae signum gratanter et avide accipiunt. Quod ex sacro hoc acervo residuum fuerit, in ipsius sacerdotis et ministrorum usus cedit. Hoc ritu se communem universalemque mortuorum resurrectionem, cujus colyba symbolum sunt, credere testantur, occasione sumpta tum ex Christi verbis (Joan. 12, 24): *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert;* tum ex s. Pauli textu (I. Cor. 15, 36): *Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur; et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta, tritici, aut alicujus caeterorum; Deus autem* etc. [2]).

Colybis in ecclesia distributis hodie solemnis προέλευσις sive *processio* ad coemeterium accedit. Hoc Sabbato enim, quo communes suas pro mortuorum animabus preces reno-

---

[1]) Vide dicta supra pp. 97—98.

[2]) Praeter alios, qui de *colybis* scripsisse leguntur apud Fabricium, *Biblioth. gr.* t. 11, p. 590 (edit. nov.), conferri velim Gabriel. Sever. archiepisc. Philadelph., περὶ τῶν κολύβων, ibidem laudatum p. 626, ex quo de mysticis rationibus colyborum plura sum mutuatus in commentario: *Ueber das Tischcompliment „Wünsche wohl zu speisen“*, quae eidem opusculo subnexui inscripta: *Die himmlische Tischgenossenschaft in der griechischen Kirche.* Brevem eorum summam videbit, qui volet, in „Zeitschrift für kath. Theologie“, loco superius indicato p. 99.

vant, eodem ferme ritu atque statis diebus anniversariis defunctorum parentum, cognatorum amicorumve sepulchra multis florum sertis ornata pie invisunt, exequias solemnes absoluturi. Postquam vero sacerdos quod sui officii est, peregit, explicatis super sepulchra strophiolis productisque cibis denuo apparant convivium caritatis exercendae gratia, ut pauperes et ecclesiae ministri, dapibus vinoque recreati, ad preces pro mortuis fundendas moveantur. Sed nec tenuioris fortunae homines a simili erga defunctos caritate alieni sunt; panem enim in fragmenta longiora concisum vinoque tinctum transeunti cuilibet et degustare non detrectanti offerunt, ut eo sumpto repensam orationis vicem mortuis propinquis suis accipiant, desiderata hac voce audita: *Ὁ Θεὸς μακαρίσῃ τοὺς*, h. e., *αὐτούς*, *beatos illos Deus faciat.* Panem ita oblatum *ψυχόπιτταν* appellant, quasi *placentam,* iis, qui pro *animabus* sunt oraturi, oblatam [1]).

Quaestio psychosabbatina de purgatorio.

Περὶ καθαρτηρίου.

Dogma catholicum *de purgatorio* maxima cum animorum contentione verbis rejiciunt Graeci ab Ecclesia catholica separati, *quod* (ut ipsi genuinum dogmatis sensum pervertendo scribunt) *ab orthodoxa doctrina alienum sit, ut sacramenti poenitentiae pars in altera vita peragatur, qua anima pro peccatis satisfacere possit* [2]). Verum, quum animas post mortem in abditissimis regionibus conditas detentasque tum *ἀνιαρά, aerumnas,* subire ac perpeti, tum viventium suffragiis, oblationibus et sacrificiis adjuvari habeant persuasum, praxim ipsam ad dogma Ecclesiae catholicae exigunt. Ita v. g. sacerdos omnino ad mentem s. Ecclesiae romanae orat pro anima defuncti:

Μετὰ πνευμάτων δικαίων τετελειωμένων τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου	Cum spiritibus justis consummatis animam servi tui, Salva-

[1]) Cfr. quae de his Graecorum ritibus circa funera scripserunt Busbequius, *Legationis Turcicae,* epist. 1, p. 23 (edit. Basil., an. 1740); Goarius, *Euchology.* pp. 526—527; Kohl, *St. Petersbg.,* II., pp. 398—404.

[2]) *Ἤθελεν ἠμπορεῖ νὰ δεχθῇ καὶ μέρος ἀπὸ τὸ μυστήριον τῆς μετανοίας, τὸ . . . νὰ εἶναι ἔξω ἀπὸ τὴν ὀρθόδοξαν διδασκαλίαν.* Ita Confessio orthodoxa, part. 1, q. 66, apud Kimmel, pp. 136—137. Dr. Barbu Constantinescu ad literam vertit p. 47: *ar fi tribuit sa ia parte sî la sacramentul penitentiei ceea ce este în contra doctrinei ortodoxe.*

σου, Σῶτερ, ἀνάπαυσον, φύλαξον αὐτὴν εἰς τὴν μακαρίαν ζωὴν τὴν παρά σου, φιλάνθρωπε . . . Ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός, ὁ τὸν θάνατον καταπατήσας, τὸν δὲ διάβολον καταργήσας καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ σου δωρησάμενος, αὐτὸς Κύριε ἀνάπαυσον τὴν ψυχὴν τοῦ κεκοιμημένου δούλου σου, τοῦδε, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός· πᾶν ἁμάρτημα τὸ παρ' αὐτοῦ πραχθὲν ἐν λόγῳ ἢ ἔργῳ ἢ διανοίᾳ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον.

tor, fac quiescere, illamque in beatam vitam quae apud Te est, benigne, custodi . . . Deus spirituum omnisque carnis, qui morte conculcata et diabolo devicto vitam mundo largitus es, ipse Domine, fac quiescere animam servi tui defuncti in loco lucido, in loco amoeno, in loco refrigerii, ubi dolor, aerumna et suspirium aufugit. Omne peccatum sive verbo sive opere sive cogitatione ab ipso commissum, Tu, benignus ac clemens Deus, remitte.

Sed ipsam ἀκολουθίαν τοῦ ἐξοδιαστικοῦ, *officium exequiarum*, consulas [1]), ubi plurimae hujusmodi orationes occurrunt, quae dogma catholicum de purgatorio rite intellectum suppositum habent.

Ad ejusdem veritatis normam etiam μερίδας seu *particulas* in sacris liturgiis in antecessum offerre ac juxta sanctum panem consecrandum ponere solent [2]), ut etiam confirmat Gabriel Philadelphiensis in proprio opusculo περὶ τῶν μερίδων his verbis:

Ἔτι προσφέρομεν αὐτὰς ὑπὲρ τῶν ἐν Χριστῷ κεκοιμημένων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν καὶ φίλων καὶ συγγενῶν· τὸ δὲ τέλος, ἵνα τάξῃ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὁ Κύριος ἐν τό-

Etiam illas offerrimus pro iis, qui in Christo obdormierunt, patribus et fratribus nostris, et amicis et cognatis; finis autem est, ut Dominus illorum animas

---

[1]) Apud Goar. *Euchol.* pp. 423 seqq.

[2]) Postquam sacerdos ad prothesin stans benedixit panem (cujus σφραγίδα sive supremam partem signaculo impressam in patina collocat, postea in corpus Christi consecrandam), ad benedicendum decem particulis vel ex eodem pane vel ex aliis, quos populus obtulerit (προσφοράς vocant), desumptis sese accingit. Decem hae μερίδες seu *particulae* penes panem consecrandum ponuntur in honorem B. Virg. Mariae, s. Joannis Baptistae, ss. Apostolorum, quorundam orientalium celeberrimorum antistitum, s. Stephani Protomartyris aliorumque quos nominat *Divinae Liturgiae ordo*; denique benedicitur μερίς, quae non solum propitiatoria et impetratoria est pro universo ordine hierarchico, pro benefactoribus et amicis omnibusque viventibus, sed etiam ἱλαστικὴ seu *expiatoria* pro mortuis, offerturque, ut oratio liturgica habet, *in memoriam et peccatorum remissionem omnium defunctorum, qui in Christo sub spe vitae aeternae obdormierunt* (ὑπὲρ μνήμης καί ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν . . . πάντων τῶν ἐπ' ἐλπίδι ἀναστάσεως ζωῆς αἰωνίου τῇ σῇ (Χριστοῦ) κοινωνίᾳ κεκοιμημένων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν).

πῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ; ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα λύπη καὶ στεναγμός· καὶ ἵνα καταπέμψῃ ἄφεσιν καὶ παραψυχὴν τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν, καὶ δώσῃ αὐτοῖς ἐλευθερίαν καὶ λύτρωσιν τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ στεναγμῶν καὶ δακρύων, καθάπερ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία διδάσκει κηρύττουσα.

collocet in loco lucido, in loco amoeno, in loco refrigerii, ex quo dolor et gemitus exulat, et ut iis impertiatur remissionem et relaxationem ab aerumnis, quae illos comprehendunt, detque illis libertatem et redemptionem ab inferni gemitibus et lacrimis, sicut sancta Dei Ecclesia docet ac praedicat.

Similiter in Missa s. Joannis Chrysostomi ὑπὲρ τεθνεώτων, *pro defunctis,* liturgiam celebraturus sacerdos accommodate ad dogma catholicum dicit:

Ὑπὲρ ἀναπαύσεως καὶ ἀφέσεως τῆς ψυχῆς τοῦ δούλου σου, δεῖνος, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἔνθα ἀπέδρα λύπη καὶ στεναγμός, ἀνάπαυσον αὐτὴν ὅπου ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου.

Pro requie et remissione animae servi tui N. in loco lucido, a quo exulat dolor et gemitus, fac eam quiescere, ubi respicit lumen vultus tui.

In Pentecostario quoque sexcenties occurrunt formulae liturgicae ad intemeratum catholici hujus dogmatis canonem expressae. Ejusmodi inter alias sunt preces, quas Graeci crastino die fundunt ad Vesperas, in oratione quinta Officii τῆς γονυκλισίας, quae incipit: Ἡ ἀεννάως βρύουσα ζωτικὴ καὶ φωτιστικὴ πηγή. Eas ex editione Veneta (pp. 199—200) hic adscribimus:

Αὐτός, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὁ Θεὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν, ὁ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἐσχάτῃ, καὶ μεγάλῃ, καὶ σωτηρίῳ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας, καὶ ὁμοουσίου, καὶ συναϊδίου, καὶ ἀδιαιρέτου, καὶ ἀσυγχύτου Τριάδος ὑποδείξας ἡμῖν, καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ παρουσίαν τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος, ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου Ἀποστόλους ἐκχέας, καὶ Εὐαγγελιστὰς αὐτοὺς θέμενος τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν πίστεως, καὶ ὁμολογητὰς καὶ κήρυκας τῆς ἀληθοῦς ἀναδείξας θεολογίας, ὁ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ παντελείῳ ἑορτῇ καὶ σωτηριώδει, ἱλασμοὺς μὲν ἱκεσίους, ὑπὲρ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδῃ, κα-

Ipse omnium Domine, Deus et Salvator noster, spes omnium finium terrae et iis, qui in mari longe sunt positi, qui in hac magna et salutifera Pentecostes die, sanctae, et consubstantialis et coaeternae, et individuae, et inconfusae Trinitatis nobis mysterium revelasti, et adventu praesentiaque sancti et vivifici Spiritus in ignearum linguarum forma super sanctos Apostolos tuos effusa, devotae fidei nostrae Evangelistas illos et confessores, veraeque et divinae sapientiae praecones renuntiasti, qui in undequaque absoluto et salutifero festo *suffragia, supplicationesque pro detentis in inferis suscipere dignatus es, magna spe nobis subjecta, detentis hujusmodi,*

ταξιώσας δέχεσθαι, μεγάλας δὲ παρέχων ἡμῖν ἐλπίδας, ἄνεσιν τοῖς κατοιχομένοις τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν, καὶ παραψυχὴν παρὰ σοῦ καταπέμπεσθαι. Ἐπάκουσον ἡμῶν τῶν ταπεινῶν καὶ οἰκτρῶν δεομένων σου, καὶ ἀνάπαυσον τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου τῶν προκεκοιμημένων, ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα πᾶσα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός, καὶ κατάταξον τὰ πνεύματα αὐτῶν ἐν σκηναῖς δικαίων, καὶ εἰρήνης καὶ ἀνέσεως ἀξίωσον αὐτούς, ὅτι οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, Κύριε, οὐδὲ οἱ ἐν ᾅδῃ ἐξομολόγησιν παῤῥησιάζονται προσφέρειν σοι, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογοῦμέν σε καὶ ἱκετεύομεν, καὶ τὰς ἱλαστηρίους εὐχὰς καὶ θυσίας προσάγομέν σοι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν.

detinentium eos tormentorum relaxationem et solamen a Te fore repetendum etc. [1]).

Verumtamen recentiores Graeci acatholici, ne peractis hisce defunctorum Officiis vere catholicis ipsam etiam veritatem catholicam *de purgatorio* fateri videantur, inepte populum curant instituendum in confessione orthodoxa [2]), *juste quidem ob animas defunctorum incruentum sacrificium Deo offerri ab Ecclesia precesque pro remissione peccatorum fundi; sed id non fieri, quod, quum aliqualem poenam subierint, postea purgentur,* sicque, naturali ac claro sensu precum liturgicarum in angustias adducti, animas damnatorum ab inferni poenis liberari potius concedunt [3]), quam ut veritatem catholicam, communi utriusque Ecclesiae consensu in concilio oecumenico solemniter definitam amplectantur.

Sed de ipsa hac definitione ejusque rationibus legenda est, quam supra adduximus pp. 24 seqq., Josephi Methonensis episcopi

Ἀπόδειξις τοῦ τρίτου κεφαλαίου τῶν ἐν τῷ ὅρῳ τῆς συνόδου, ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ τελευτησάντων καθαίρονται μετὰ θάνατον,

Demonstratio tertii capitis eorum quae in decreto synodi (Florentinae) *continentur, id est, animas eorum, qui in poenitentia moriuntur, post mortem purgari* [4]).

ex qua prooemii ἀρχιτέλεια tantum huc transscribimus, ut necessarium spatium reservemus egregio documento patrio afferendo, quod multo difficilius invenitur, quam opus in Patrologia graeca a D. Migne propositum.

Initium prooemii:

Καιρὸς τοίνυν καὶ περὶ τοῦ τρίτου κεφαλαίου τοῦ ἐν τῷ ὅρῳ κει-

Tempus igitur est de tertio etiam capite, quod in decreto

---

[1]) Caetera non vertimus, quod pleraque jam in praecedentibus latine prostent.

[2]) Ἡ ἐκκλησία μὲ δικαιοσύνην προσφέρει δι' αὐτὰς τὴν ἀναίμακτον θυσίαν καὶ προσευχὰς πρὸς Θεὸν πέμπει ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· μὰ ὄχι ἐκεῖνοι νὰ πάσχουσι κἂν μίαν κόλασιν καὶ μετ' αὐτὴν νὰ καθαρίζωνται. Ita quaest. 66; apud Kimmel, p. 137.

[3]) Recole quae ex Confessione orthodoxa citavimus pp. 322—323.

[4]) Apud Migne, Patr. gr. t. 159, pp. 1227—1270.

μένον, διαλαβεῖν Ποῖον δὲ τοῦτ᾿ ἔστιν; Ἡ τῶν ψυχῶν μετὰ θάνατον κάθαρσις. Ὅ παρὰ μὲν τοῖς Γραικοῖς καθαρτήριον, παρὰ δὲ τοῖς Λατίνοις πουργατώριον λέγεται. Οὗ ἡ περίληψις ἐν τῷ θείῳ καὶ ἱερῷ ὅρῳ, τοιάδ᾿ ἐστίν·

„Ἔτι ἐὰν οἱ ἀληθῶς μετανοήσαντες ἀποθάνωσιν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ, πρὶν τοῖς ἀξίοις τῆς μετανοίας καρποῖς ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἠμελημένων, τὰς τούτων ψυχὰς καθαρτικαῖς τιμωρίαις καθαίρεσθαι μετὰ θάνατον, ὥστε δὲ ἀποκουφίζεσθαι αὐτὰς τῶν τοιούτων τιμωριῶν, λυσιτελεῖν αὐταῖς τὰς τῶν ζώντων πιστῶν ἐπικουρίας· δηλονότι τὰς ἱερὰς θυσίας, καὶ εὐχάς, καὶ ἐλεημοσύνας, καὶ τἄλλα τῆς εὐσεβείας ἔργα, ἅτινα παρὰ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν εἴωθε γίγνεσθαι κατὰ τὰ τῆς ἐκκλησίας διατάγματα.“

continetur, pertractandi. Sed qualenam id est? Animarum post mortem purgatio, quod apud Graecos *catharterion,* apud Latinos vero *purgatorium* dicitur. Cujus tenor ex divino et sacro decreto hic est:

Praeterea decernimus, si vere poenitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari; et ut a poenis hujusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. (Apud Hardouin. Conc. t. 9, p. 422).

Conclusio prooemii. — Ductis deinde primis veluti lineis totius disputationis, exordium ita concludit:

Εἰς τρεῖς τοίνυν γενικὰς μερίδας, εἴτουν τάξεις, τοὺς προαπελθόντας πάντας ἀπέρχεσθαι τάττομεν. Ὃ καὶ δείξομεν μάλα γενναίως· οὐ γὰρ θεμιτὸν ἄλλως εἰπεῖν. Μίαν μὲν καὶ πρώτην, τὸν τῶν θεοφόρων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν σύλλογον· οἵ εἰσιν, ἀπόστολοι, μάρτυρες, ἱεράρχαι, ὅσιοι καὶ δίκαιοι. Οἳ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, οὐδεμιᾷ ὅλως τῆς ἁμαρτίας κηλῖδι ὑπέπεσον· ἁγνείᾳ δὲ μᾶλλον καὶ σωφροσύνῃ ἀσκήσαντες ἑαυτούς, καὶ καθαροὺς οἴκους τοῦ Πνεύματος τὰ ἑαυτῶν κατεσκεύασαν σώματα· οἱ μισήσαντες τὸν κόσμον τοῦτον τὸν ὁρώμενον, καὶ μόνα ποθήσαντες τὰ οὐράνια. Ὅθεν καὶ ἀπέλαβον ὃν ἡτοίμασαν ἑαυτοῖς τόπον τῆς ἀναπαύσεως. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ βαπτισθῆναί τινι ἁμαρτίας κηλῖδι ὑπέπεσον, εἶτα

In tres igitur generales partes sive classes defunctos omnes abire decernimus; quod et egregie comprobabimus, non enim aliter dicere fas est. Unam et primam, divinorum et sanctorum virorum coetum, apostolos scilicet, martyres, hierarchas, athletas Dei sanctos et justos, qui nulla penitus post baptismum macula peccatorum vitam resperserunt, sed in castimonia et temperantia magis se exercuerunt, curaruntque ut sua corpora tanquam domos mundas s. Spiritus efficerent: qui hunc visibilem mundum odio habuerunt et coelestia tantum concupierunt, quibus rebus locum quietis receperunt, quem sibi antea compararunt. Si vero post

ἔτι ζῶντες, ἢ καὶ μετὰ τὸ ἀποθέσθαι τὸ σῶμα καθαρθέντες, τῇ οὐρανίῳ προσδέχονται κατοικίᾳ, κατὰ τὸν θεῖον καὶ ἱερὸν τῆς συνόδου ὅρον· ὁμοίως δὴ καὶ οἱ πρὸ τοῦ βαπτίσματος διὰ τῶν ἀρετῶν σωθέντες, προπάτορες, προφῆται, πατριάρχαι, καὶ δίκαιοι. Οὓς ἐλθὼν ὁ Χριστός, καὶ ἐκ τῶν ἀλύτων τοῦ ᾅδου δεσμῶν λύσας, ἀνήγαγεν εἰς παράδεισον καὶ τούτου ἀπολαύειν ἠξίωσε. Δευτέραν δέ, τῶν μέσων, ἤτοι τῶν ἐν μετανοίᾳ τελευτησάντων καὶ ἐν ἐξομολογήσει μὲν καὶ συντριβῇ τῆς καρδίας ἀφέντων τὰ ἑαυτῶν πνεύματα, μὴ φθασάντων δὲ ἱκανοποιῆσαι περὶ τῶν ἡμαρτημένων ὁμοῦ καὶ ἠμελημένων αὐτοῖς, διὰ τὴν πολλάκις αἰφνίδιον καὶ ἀθρόαν μεταλλαγήν· ταύτην ἐν τῷ καθαρτηρίῳ λέγομεν εἶναι. Καὶ ὅπερ οὐκ ἔφθασαν ἐκεῖνοι ζῶντες ποιῆσαι, ὑπὲρ τούτων οἱ ζῶντες ἐπικουροῦσι τὰ πρὸς ἀνάῤῥυσιν, κατὰ τὸν φάσκοντα· Ἴσως ἔχει τινὰ πρὸς ὠφέλειαν καὶ τοῦτο, διὰ τῶν ἱερῶν εὐχῶν, καὶ ἐλεημοσυνῶν, καὶ θυσιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῆς εὐσεβείας ἔργων· ὡς ἐν τῷ θείῳ καὶ ἱερῷ ὅρῳ μάλα καλῶς γέγραπται. Τρίτην τε καὶ τελευταίαν· τῶν ἐν θανασίμοις ἁμαρτήμασιν ἀπερχομένων τοῦ τῇδε βίου, καὶ μηδένα καρπὸν μετανοίας κτησαμένων ἐν τῷ παρόντι· ὧν τὰς ψυχὰς εὐθέως καταβαίνειν εἰς ᾅδην, τιμωρίαις ὅμως ἀνίσοις τιμωρηθησομένας ὁ ἱερὸς αἰνίττεται ὅρος.

baptismum aliquam peccati labem contraxerunt, eadem ipsa vel dum adhuc viverent, vel post depositum corpus mundatos, in coelestem patriam assumi, secundum divinum et sacrum synodi decretum. Eos etiam addimus, qui ante baptismum suarum virtutum beneficio servati sunt, primos Patres, prophetas, patriarchas et justos, quos suo adventu Christus ab inferni vinculis liberatos in coelum deduxit, et ut eo fruerentur dignos effecit. Secundam vero mediorum, sive illorum qui poenitentes decesserunt, ac in confessione et cordis contritione spiritum emiserunt; sed sublata iis facultate satisfaciendi pro peccatis vel omissis ipsorum ob repentinam (ut fit) et momentaneam demigrationem; hanc in purgatorio esse dicimus; quodque ii non potuerunt in vita perficere, pro his superstites ad redemptionem opem ferunt, secundum illius dictum: Si forte quid prosit tibi: idque sanctarum precum beneficio, eleemosynis, sacrificiis aliisque piis operibus, ut in divino et sacro decreto optime scriptum est. Tertiam et ultimam constituimus eorum qui in mortalibus peccatis ex hac vita migraverunt, nullumque sibi poenitentiae praesidium dum viverent reliquerunt, quorum animas ad inferos statim descendere, poenis tamen disparibus plectendas sacrum innuit decretum.

Eundem illum, quem Methonensis antistes hic secutus est disputandi ordinem, saeculo proxime elapso servarunt nostrates monachi Balázsfalvenses ritus graeci [1]) in praeclara sua

[1]) De celebri monasterio Balázsfalvensi saepe a nobis actum est in „Symbolis" nostris, locis sub ea voce in indice rerum notatis.

apologia unionis primum rumenice edita sub titulo *Florea adevarului,* subinde vero etiam latine versa: *Flosculus veritatis*[1]), cujus articulus 4. inscribitur: *Ostenditur praeter coelum, sedem beatorum, et infernum, carcerem damnatorum, tertium dari locum, in quo animae nondum expiatae detinentur et purificantur.*

Pro clariori hujus articuli intelligentia — ita exordiuntur dogma explicare — *tres partes enucleandae veniunt: prima circa animas*

[1]) *Flosculus veritatis de ecclesiarum unione* ex variis orientalis ecclesiae libris studio RR. PP. ordinis s. Basilii Magni Balázsfalvensium collectus olim et semel iterumque editus, nunc denuo novis recensitus curis. Romae, ex typis s. Congreg. de Prop. Fide 1862. — De insigni hoc opusculo deque doctis ejus auctoribus pauca haec accipe ex *Monito,* quod novae illi editioni Emus. Card. Pitra praefixit. *Hunc libellum,* inquit, *primi in lucem dederunt venerabiles illi coenobitae ordinis S. Basilii Magni, qui, saeculo proxime elapso, a sinu usque Baltico ad ultimos Danubii meatus, cum magno Ecclesiae fructu atque fidelium Christianorum emolumento, tam numero quam scientia et sanctimonia floruerunt. Quorum enim ex castris quotannis educebantur agmina apostolorum, qui grassantis tunc e Septentrione schismatis nimiumque vi et fraude superbientis impetus strenue retundebant. Favente in primis piissima Regina Maria Theresia, cui hunc libellum Balázsfalvenses sacrum dicatumque voluerunt, tam scriptis quam verbis, scholis, concionibus, caeterisque fidei vindiciis et certaminibus, multa inter pericula et angustias, non semel ad mortem usque adacti, nihil praetermiserunt, ut sacram cum Romana et Catholica Ecclesia unionem tuerentur et foverent. In coenobio Balázsfalvensi (Blasendorf) in Transilvania, typis* Flosculus *primum Valachico idiomate, deinde Latino, ante an. 1758, editus est. Qui religiose, uti par erat, asservatus ad hunc diem in archivio ejusdem familiae Basilianae, nunc in sacro B. Mariae Virginis Crypto-Ferratensi coenobio feliciter superstitis, ac nobiscum nuperrime, non sine multa Reverendissimi P. Nicolai Contieri Prioris humanitate, communicatus, exiguus licet libellus, tanta rerum bonae frugi copia visus est ad cumulum refertus, ut Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro ritu orientali iterum eum typis mandari jusserit.*

In eo quam maxime laudandi Transilvaniae Basiliani sunt, quod ex libris inter schismaticos celeberrimis, solemni tum apud Valachos, tum apud Graecos et Slavos consuetudine et ritu consecratis, nova et hactenus intacta pro fidei defensione argumenta in hoc libello praestiterunt. Si quis inter Graecos fortasse, nonnulla hic collecta cum suis libris ecclesiasticis conferendo, ea desiderari quereretur in editionibus quae apud ipsos circumferuntur, exemplum habebit (p. 22) mutationis audacter vel in sacram liturgiam a recentioribus invectae, et alia istiusmodi multa facinora produnt tum veteres Slavorum et Valachorum libri, tum quae supersunt vel apud schismaticos exemplaria antiquis manibus scripta. Quae causam facessenti dare ad cumulum et usque ad magnae molis librum congerere in promptu foret.

justorum absque omni macula decedentium; secunda circa animas reproborum; tertia circa animas in macula veniali decedentium. Dogmate catholico deinde ex solis fontibus graeco-rumenis solide probato, tertiam partem ita finiunt:

Quod his, qui in peccatis venialibus decedunt et in poenis temporalibus inveniuntur, prosint viventium pia opera, quae pro ipsis offeruntur, docet etiam s. Dionysius in Pravila[1], c. 158, *dicens:* Si vero parva fuerint peccata hominis, id est mortui, tunc ille accipit pro sacrificiis, precibus et eleemosynis, quae fiunt pro ipso, consolationem, id est remissionem[2]. *Quapropter etiam Ecclesia pro ejusmodi animabus preces fundendo ait:* Quem de terra assumpsisti, fac filium lucis, purgans ei maculam peccati multum misericors,

---

[1]) *Nomocanon* major (vulgô *Pravila,* valachice *indreptarea ledgij),* longe celebrius famigeratumque opus, tantam ubique apud Rumenos obtinuit auctoritatem, ut ad ejus decisiones velut ad palladium religionis provocare hodiedum non cessent. Ita Rmus. Cipariu, Praepositus major Capituli ecclesiae Metropolitanae Balázsfalvensis, *De re literaria Valachorum*, p. 18. (edit. Balázsfalv. 1858).

[2]) Fragmentum ex capite illo 158 Codicis *Pravila* dedimus supra p. 323. Verum integer textus omnino dignus est, qui ex primo suo fonte hic sistatur.

Pentru care pecate se iérta dupe mórte, pentru liturgii, pentru rugi, si pentru (milostenii) elemosine, carele se facu pentru cei morti.

Pentru acésta Marele Dionisiu a descoperitu, cà devoru fi mici pecatele omului, ce se dîce ale mortului, atuncie'lu ie in folosintia pentru liturgii si rugi si (milostenie), elemosine, carele se facu pentru dinsulu *adeca'lu iérta; ér'de voru fi grele pecatele si mari,* atunci *nu i se iérta,* cà a inchisu Domnedieu pórt'a raiului de dinsulu, si nu-i este folosu de acele. Dreptu aceca trebue se portamu grige deale nóstre suflete: se facemu lucruri bune, carele placu lui Domnedieu pana avemu acésta viétia a nóstra trecatóre, si se nu acceptamu se ne fie pecatele ne iertate, cà daca vomu mori, nu se voru iérta cu prescurile.

De peccatis defunctorum, quae liturgiis, orationibus, et eleemosynis, post mortem remittuntur.

De hoc Dionysius Magnus revelavit, quod si hominis peccata venialia fuerint, tunc in usum accipit liturgias, orationes et eleemosynas, quae fiunt pro illo, id est remittuntur ei (peccata venialia); sed si peccata magna (gravia) fuerint, tunc non remittuntur ei, quia Deus inclusit ab illo coeli portas, et (non accipit) non habet in usum illas (orationes, liturgias et eleemosynas). Quamobrem curam debemus gerere de nostris animabus: faciamus actus bonos, qui Deo placent, donec habemus hanc vitam nostram transitoriam, et non expectemus, ut peccata nostra sint irremissibilia, quia si moriamur, prosphoris (liturgiis) non remittuntur illa peccata nobis.

ut habetur in Officio defunctorum Laicorum, ode quarta [1]). *Atque hic est locus ille temporalium poenarum, in quo purgantur peccatorum maculae, quem Romani proprio vocabulo* purgatorium *appellant.*

Pene oblitus eram adnotare, in polemicis literis encyclicis patriarchae cpolitani ejusque synodi anni 1895 inter alias antiquorum Graecorum criminationes adversus Ecclesiam latinam (*τὰ αἰτιάματα τῆς λατινικῆς ἐκκλησίας* vocabant) etiam illorum querelam de purgatorio *ἀγωνιστικῶς* moveri n. 12: quae tamen ejusmodi est, ut eam studioso lectori non possimus invidere, quum textus ipse consensionem doctrinae utriusque Ecclesiae latinae et graecae, clare testatam faciat. *Τμῆμα* igitur adscribam integrum; neque vereor ne nimius sim, quia prolixitas, ut spero, utilitate compensabitur. *Ἀριθ. ιβ'. Ἡ μία, ἁγία, καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία τῶν ζ'. οἰκουμενικῶν συνόδων, στοιχοῦσα τῇ θεοπνεύστῳ διδασκαλίᾳ τῆς ἁγίας γραφῆς καὶ τῇ ἀνέκαθεν ἀποστολικῇ παραδόσει, εὔχεται καὶ ἐπικαλεῖται τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ ὑπὲρ συγχωρήσεως καὶ ἀναπαύσεως τῶν ἐν κυρίῳ κεκοιμημένων· ἀλλ' ἡ παπικὴ ἐκκλησία ἀπὸ τοῦ ιβ'. αἰῶνος καὶ ἐφεξῆς ἐπενόησε καὶ συνεσώρευσεν ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ πάπα, ὡς μοναδικοῦ τινος προνομιούχου, πληθὺν καινοτομιῶν περὶ καθαρτηρίου πυρός, περὶ περισσίας ἀρετῶν τῶν ἁγίων καὶ διανομῆς αὐτῶν τοῖς δεομένοις καὶ τὰ παραπλήσια, (πρεσβεύουσα ἅμα καὶ τελείαν ἀνταπόδοσιν τοῖς δικαίοις πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως).*

Jam vero, qui graece scit et articulos fidei cognitos habet, absque monitore ipse advertet, priorem hujus capitis partem, quae est *de exoranda et imploranda Dei misericordia pro remissione et requie eorum, qui in Domino obierunt,* praeclare consistere cum dogmate catholico *de purgatorio* [2]); alteram vero partem sic esse comparatam, ut res omnes, de quibus Ecclesiam latinam apud Graecos criminatur, veritatem catholicam *de purgatorio* non attin-

---

Sed et eadem haec sacrificii virtus salutaris uberius confirmatur propositisque exemplis illustratur capite sequenti, quod titulum habet praefixum:

Pentruca nunumai mortîloru sunt de folosu sî de iertarea pecateloru domnedeescile liturgii; ci inca sî viiloru.	*Quia non solum mortuis sunt utiles et in remissionem peccatorum divinae liturgiae, sed etiam vivis.*

[1]) In archetypo legitur: *Ὃν ἐκ γῆς προσελάβου, τέκνον φωτὸς τοῦτον ἐργαζόμενος, τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀρχὴν ἐκκαθαίρων πολυέλεε.* (Apud Goar., Euchol., p. 427 et Daniel, Cod. liturg., t. 4, p. 640).

[2]) Authentica Ecclesiae doctrina quippe eo redit, ut credatur, *purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio, juvari.* Concil. trident., sess. 25. decret. de purgatorio.

gant[1]); seposita etiam falsitate historica eorum, quae inde a saeculo 12 a Latinis adinventa dicuntur.

Quod censuram doctrinae catholicae de *potestate Summi Pontificis supereffluentia sanctorum merita in alios derivandi* spectat, omni verborum ambiguitate resoluta, captiosam criminationem, praeeuntibus theologis nostris[2]), convenienter diluit non sine laude nominandus sacerdos graecus M. in lucubratione: *Ἀπάντησις εἰς τὴν περὶ τῶν χωριζουσῶν τὰς δύο ἐκκλησίας διαφορῶν πατριαρχικὴν καὶ συνοδικὴν ἐγκύκλιον τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως*[3]), *κεφαλ. ζ' περὶ λυσιποίνων ἀφέσεων* (de indulgentiis) pp. 55—62.

Quae tandem in extremo ejusdem capitis inciso (hic intra parenthesim posito) de plena justorum beatitudine usque ad universalem omnium resurrectionem dilata proferuntur, ea jam superius a nobis praeoccupata relegas pp. 24—30, et si placet, graeca illustratione apte adornata videas in eadem *Ἀπαντήσει, κεφ. η'. περὶ τῆς ἀμέσου ἀνταμοιβῆς τῶν ἁγίων*, pp. 63—67.

Vigilia Pentecostes. Jejunium. Benedictio fontis bapt.

Quas Graeci in celeberrima solemnitate Pentecostes *servili habitu* peragunt genuflexiones, diebus Dominicis canonum auctoritate prohibitas[4]), eas Latini in pervigilio jam cum jejunio suscipimus, *ut* — verba sunt Durandi, *Rational.*, l. 6, c. 7. — *per jejunium mundati et purificati Spiritum sanctum digne suscipere mereamur*[5]).

In omnibus ecclesiis, quae *scrutinium et baptisma habent*[6]), hodie fons baptismalis benedicitur, quia festum Pentecostes Latinis est legitimum solemnis baptismi tempus, quemadmodum ex ipso jure docuimus tomo 1, p. 60.

[1]) Pro hac parte lectorem remiserim ad optimum eruditissimumque S. M. Brandi, superius laudatum p. 224.

[2]) Ex iis memorantur praecipui apud Hurter, *Theolog. dogmat.*, tractat. „de indulgentiis", t. 3, pp. 479 seqq. edit. 9. (an. 1896).

[3]) Constantinop. 1895, typ. Zellitz, ubi etiam in linguam gallicam translata prostat.

[4]) C. *Quoniam sunt.* 10. Dist. 3. de Cons. (Concil. Nicaen.): C. *Si quis presbyter.* 17. Dist. 30. (Concil. Bracar.); C. *Quoniam in parte* 2. X. de feriis (Alexand. PP. III.).

[5]) Jejunium Vigiliae Pentecostes non est ex jure positivo sancitum, sed ex generali consuetudine Ecclesiae latinae legitime receptum et sub gravi obligatione servandum, ut fuse explicat Tetam., *Diar.* ad hunc diem, nn. 26—29.

[6]) Ita C. *Dilectus filius.* 2. X. De capellis monach. (Innocent. PP. III.). De *scrutinio* repete quae dicta sunt pp. 144—145.

Η ΑΓΙΑ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ.



REPLETI SUNT OMNES SPIRITU S.

Typi.

1. Moyses accipit duas tabulas testimonii lapideas.
2. Eliae sacrificium igne voratur.

Textus prophetici.

1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum (Sap. 1, 7).
2. Emittes Spiritum tuum, et creabuntur (Ps. 103, 30).
3. Misisti Spiritum tuum, et creata sunt (Judith 16, 17).
4. Effundam Spiritum meum super semen tuum (Is. 44, 3).

Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς.	*Dominica Pentecostes.*

Slav. *Nedělja svjatyja Pjatdesjatnicy. Sošestvije svjatago Ducha;* rumen. *Dominec'a Rosalialoru seau Scoborirei* (al. *Pogorirei*) *Spiritului santu;* arab. *Achad el-ʿinçarât el-ʿatçîm;* syriac. *Chadb'schabbâ d'pentîqostî.*

Rubrica editionis venetae et novae romanae est:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ ὀγδόῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν.	*Eodem die, Dominica octava post Pascha, sanctam Pentecosten celebramus.*

Antiqua romana autem ipsum festi mysterium annuntiat[1]): *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κυριακῇ ὀγδόῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα· Μνεία τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, καθ' ἣν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν τοῖς μαθηταῖς ἐπεδήμησε:* quod et in *κοντακίῳ* canonis, etiam in *ὡρολογίῳ* relato, paucis effertur:

Ὅτε καταβάς,	Quando descendens
τὰς γλώσσας συνέχεε,	linguas confundit,
διεμέριζεν ἔθνη ὁ ὕψιστος.	divisit gentes Altissimus;
ὅτε τοῦ πυρὸς	quando igneas
τὰς γλώσσας διένειμεν,	linguas distribuit,
εἰς ἑνότητα πάντας ἐκάλεσε·	in unum omnes vocavit:
καὶ συμφώνως δοξάζωμεν	una ergo voce celebremus
τὸ πανάγιον Πνεῦμα.	sanctissimum Spiritum.

Κοντάκιον slavice et germanice habes apud Maltzew, *Die göttlichen Liturgieen*, p. 532. Et quoniam varietas linguarum maxime hodie delectat, authenticam versionem rumenam ex *Orologiulu celu mare* usibus academicis adscribere non cunctor.

Condacu viersu 8.

Candu s'a scoboritu amestecandu limbele, despartìtu-a poporale celu prea inaltu; er'candu a impartîtu limbe de focu, intra una unire pre toti i-a chiamatu, sî cu unu viersu marimu pre prea Santulu Spiritu.

[1]) Loco consueto, h. e., ante odam septimam.

Dominico hoc die ipsum Spiritus sancti *descensum* (*τὴν κάθοδον*), *adventum* (*τὴν ἐπιφοίτησιν*), *accessum* seu *ingressum* (*τὴν ἐπιδημίαν*) atque in eo *manifestum reconciliati nobiscum Dei Patris argumentum* (*τῆς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα καταλλαγῆς φαιδρὰν τὴν ἀπόδειξιν*) recolunt Graeci, infinitas ejus perfectiones cras latius explicaturi ac veneraturi.

Dominica octava a Paschate, inquit Allat. *de Dom. Gr.* c. 30, *Spiritus sancti est, et a dierum numero, quae inter Pascha et eam excurrunt,* Pentecostes *nomen sibi sumit.* Est festum nascenti Ecclesiae coaevum ac per totos septem dies a fidelibus celebratur, quibus *hebdomas pentecostalis* constituitur. Ad eam non amplius pertinet Dominica proxime sequens, quo fit, ut festum Pentecostes *carere octavis* dicatur C. *Capellanus* 4. X. *de feriis* (II, 9).

Quemadmodum Hebraeorum Pentecoste primario celebrata fuit in gratam recordationem summi beneficii datae sibi legis in monte Sina, ita Pentecoste christiana praesertim instituta est ad agendam festivam memoriam legis gratiae ipso hoc die in Spiritus sancti adventu solemniter promulgatae [1]. Utraque legis promulgatio scilicet facta est quinquagesimo die a Paschate, illa in Sina, haec in Sion. Ibi terrae motu contremuit mons, hic domus Apostolorum. Ibi inter flammas ignium et micantia fulgura turbo ventorum et fragor tonitruorum personuit, hic cum ignearum visione linguarum sonitus pariter de coelo tanquam spiritus vehemens advenit. Ibi clangor buccinae legis verba perstrepuit, hic tuba evangelica Apostolorum ore intonuit [2].

Nova lege sic promulgata, ipso hoc die coepit et baptismus esse necessarius, et christiana religio omnes homines obligare, veteri foedere cum festis suis abolito.

Sed et specialis causa instituendae Pentecostes fuit, ut gratiae Deo agerentur pro adventu Spiritus sancti in mundum, in corda videlicet Apostolorum et caeterorum fidelium, sicut ipsis Christus Dominus promiserat et s. Lucas narrat Act. 2:

---

[1]) Cfr. Tetam. *Diar.,* Not. in Domin. Pentecost., pp. 275—276.

[2]) Cfr. s. Hieronym. *epist.* (78. alias 127) *ad Fabiolam,* mansio 12. (Apud Migne, Patr. l. t. 22, pp. 707—708).

quapropter etiam *solemnitas Spiritus sancti* in jure vocatur C. *de jejunio* Dist. 76.

Pascha Resurrectionis et Pentecostes. Ita Breviar. Roman. *Rubric. general.* tit. 7, c. 2. — Quemadmodum Ecclesia hoc loco utrumque festum, Resurrectionis et Pentecostes, eodem *Paschatis* nomine insignivit, ita etiam in exteriori solemnitate paschali festo Pentecosten vult assimilari. *Non minori laetitia* — verba sunt juris — *celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curavimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, jejunavimus Sabbato, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes institimus: unde necesse est, similem observantiam similis laetitia subsequatur* [1]. Patres immo *venerandam sacratissimamque Pentecosten* vocant *omnium celebritatum principem, festum festorum* [2], *praestitutum promissioni tempus speique impletionem* [3], *tempus* scilicet *in maturam messem spiritualem immittendi falcem* [4]; mysterium, quo id tandem plene sumus consecuti, quo universa incarnati Verbi oeconomia spectabat, quemadmodum praeclare docet s. J. Chrysostomus in *exordio homiliae Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν* [5]:

Μεγάλα, ἀγαπητοί, καὶ πάντα λόγον ἀνθρώπινον ὑπερβαίνοντα τὰ σήμερον ἡμῖν δωρηθέντα παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ χαρίσματα· διά τοι τοῦτο κοινῇ πάντες χαίρωμεν, καὶ σκιρτῶντες ἀνυμνήσωμεν τὸν ἡμέτερον Δεσπότην. Ἑορτὴ γὰρ ἡμῖν καὶ πανήγυρις ἡ σήμερον ἡμέρα. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ

Magna sunt, dilectissimi, nec ulla possunt humana oratione comprehendi, quae nobis hodierno die a benignissimo Deo impertita sunt dona. Quamobrem omnes communiter gaudeamus, et laetitia exsultantes Dominum nostrum laudemus. Festivitas enim publicusque conventus nobis est dies ho-

---

1) C. *Nosse credo.* 9. Dist. 77 (s. Ambros.).

2) *Ἡ μεγίστη ἑορτή, πάνσεπτος καὶ παναγία Πεντηκοστή, ἑορτὴ τῶν ἑορτῶν.* Ita Euseb. *Vit. Constantin.*, l. 4, c. 64. (Apud Migne, Patrol. gr. t. 20, p. 1219).

3) *Προθεσμίαν ἐπαγγελίας καὶ ἐλπίδος συμπλήρωσιν.* Ita s. Gregor. Naz. *Orat. 44.* p. 708. (Ibid. t. 36, p. 437).

4) *Καιρὸς ὡρίμῳ τῷ πνευματικῷ θέρει τὸ δρέπανον ἐπαγαγεῖν.* (Ita Oecumen. *in Act.* c. 2. (Ibid. t. 118. p. 62).

5) Apud Migne, Patr. gr. t. 50, pp. 463—464.

τῆς τῶν ὡρῶν καὶ τῶν τροπῶν ἐναλλαγῆς ἑτέρα τὴν ἑτέραν διαδέχεται, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας ἑορτὴ ἑορτὴν διαδεχομένη, οὕτως ἡμᾶς εἰς ἀλλήλας παραπέμπουσι. Πρῴην μὲν οὖν ἑωρτάσαμεν τὸν σταυρόν, τὸ πάθος, τὴν ἀνάστασιν, μετὰ ταῦτα τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· σήμερον δὲ λοιπὸν εἰς αὐτὸ τὸ τέλος ὑπηντήσαμεν τῶν ἀγαθῶν, εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν ἐφθάσαμεν τῶν ἑορτῶν, εἰς αὐτὸν τὸν καρπὸν παρεγενόμεθα τῆς τοῦ Κυρίου ἐπαγγελίας. Ἐὰν γὰρ ἀπέλθω, φησίν, ἐγώ, ἄλλον Παράκλητον πέμψω ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς. Εἴδετε κηδεμονίαν; εἴδετε φιλανθρωπίαν ἄφατον; Πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνῆλθεν εἰς οὐρανόν, τὸν βασιλικὸν ἀνέλαβε θρόνον, τὴν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθέδραν ἀπείληφε, καὶ σήμερον ἡμῖν τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου χαρίζεται, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ μυρία ἡμῖν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἀγαθὰ χορηγεῖ. Τί γάρ, εἰπέ μοι, τῶν συνεχόντων τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν οὐχὶ διὰ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν ᾠκονόμηται; διὰ τούτου δουλείας ἀπαλλαττόμεθα, εἰς ἐλευθερίαν καλούμεθα, εἰς υἱοθεσίαν ἀναγόμεθα, καὶ ἄνωθεν, ὡς εἰπεῖν, ἀναπλαττόμεθα, τὸ βαρὺ καὶ

diernus. Nam quemadmodum in quatuor anni tempestatum ac solstitiorum vicissitudine alteri succedit altera: sic nimirum et in Ecclesia Domini festivitas dum festivitati succedit, ad sese mutuo nos transmittunt. Nuper itaque festum Crucis celebravimus, Passionis, Resurrectionis, ac deinde Domini nostri Jesu Christi in coelos Ascensus; hodie tandem ad ipsum culmen bonorum provecti sumus, ad ipsam metropolim festorum evasimus, ad fructum ipsum dominicae promissionis pervenimus. *Si enim abiero, inquit, ego alium Paracletum mittam vobis, et non relinquam vos orphanos (Joan. 16. 7).* Videtis sollicitudinem? videtis ineffabilem benignitatem? Ante hos dies in coelum ascendit, regium thronum recepit, sedem ad Patris dexteram recuperavit; et hodie nobis sancti Spiritus adventum largitur, ac per ipsum de coelis sexcenta nobis bona suppeditat. Quid enim, quaeso, eorum, quibus salus nostra continetur, non per Spiritum dispensatum est nobis? per ipsum a servitute liberamur, in libertatem vocamur, in adoptionem deducimur, ac denuo, ut ita dicam, fingimur, grave foetidumque peccatorum onus deponimus: per Spiritum san-

δυσῶδες τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον ἀποτιθέμεθα· διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἱερέων βλέπομεν χορούς, διδασκάλων ἔχομεν τάγματα· ἀπὸ τῆς ἐντεῦθεν πηγῆς καὶ ἀποκαλύψεων δωρεαί, καὶ ἰαμάτων χαρίσματα· καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ὅσα τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ κοσμεῖν εἴωθεν, ἐντεῦθεν ἔχει τὴν χορηγίαν.

ctum sacerdotum cernimus choros, doctorum ordines habemus: ab hoc fonte manant et revelationum donationes, et gratiae sanitatum; et reliqua omnia, quibus Ecclesia Dei condecorari solet, inde promuntur.

Pentecostes solemnitas variis ex causis varia nomina traxit. Et initio quidem a *tempore* nuncupatur appellationibus ex graeco vocabulo *Πεντηκοστή* fictis [1]) slav. in Breviario glagolitico *Pentikosti;* in Kalendariis slovenicis *Binkošti;* hungar. *Pünkösd;* gall. *Pentecôte;* german. *Pfingsten;* dan. *Pintse.* etc.; — deinde ab *adventu Spiritus sancti* vocatur bohem. *Hod Boží svatodušní, Svatodušní neděle, Seslání Ducha svatého* (missio Spiritus sancti); serb. et croat. *Ned. Duhovi;* ruthen. *Vospominanije sošestvija sv. Ducha;* rumen. (in antiquioribus libris) *Dom. sântului Duchu;* — tertio a *mysterio ss. Trinitatis,* cui etiam dies Pentecostes multis in provinciis Ecclesiae est sacer, nominatur serb. *Trojičin dan* [2]): russ. *Ned. Svjatyja Troïci;* rumen. *Serbarea sântei Treime;* — quarto a *candore vestium,* quas neophyti in hesterno baptismo acceperunt, apud Anglos nomen invenit *Whitsunday;* — quinto demum a *floribus* ac *virentibus ramis* in hodierna festivitate adhibitis saepe dicitur *Pascha rosatum;* ruthen. *Zelenyi svjata;* polon. *Zielone Święta;* german. *Maienfest* sive *Blumenfest;* bohem. *Slavnost Letnice* (festum aestivale).

Latinis passim dicitur *Pascha rosatum,* a rosarum usu, quod nempe, quum rosae tunc maxime floreant, invicem do-

---

[1]) Pauca de *Pentecostes* nomine et significatione habes supra p. 302.

[2]) Kalendarium croaticum ritus latini Danica utrumque mysterium, *adventus Spiritus sancti* et *augustissimae Trinitatis,* Dominicae Pentecostes assignat: *Duhovi* iliti *Trojaci.*

nari soleant, vel etiam quod rosae cum nebulis seu oblatis et stupis ardentibus inter Missarum solemnia de supremis volutionibus ecclesiae in populum spargerentur ad exprimendum sacrae solemnitatis mysterium, de quo ritu videri potest Du Cange, *Glossar. lat.* vv. *nebula, oblata, rosa.*

Caetera nomina indicata ruthen. *Zelenyi svjata,* polon. *Zielone św.,* german. *Maien-* sive *Blumen-Tag,* festo dedit mos ille christianorum, qui multis in locis obtinet, domos et templa *gramine, floribus, betulis viridantibus* ornandi, de quo videri possunt, quae praeter lexicographos [1]) scripsit Königsmann, propria dissertatione ea de re edita sub titulo: *De betulis pentecostalibus, quibus templa illo festo exornari solent.* Kilon. 1707 [2]). Similibus caeremoniis apud antiquos Bohemos acta fuisse videntur *solemnia aestivalia* ethnicae vetustatis *Slavnost Letnice,* quorum nomen deinde ad sacram Pentecosten christianam translatum ostendit Brandl, *Glossar.,* p. 125.

Quae praeterea ex nonnullis scriptoribus orientalibus adducitur appellatio *Ἄσαρθα,* ad hebraicum vocabulum *'açäreth* [3]) reducitur, unde etiam venit nomen arabicum festi *'Id el-'unçure,* et quod jam in titulo posuimus p. 393: *Achad el-inçarat el-'atçîm,* h. e., *Dominica magnae congregationis festivae.*

De Officio pentecostali.

Divina hujus diei Officia apud Graecos in duplici differentia versantur: alia enim ad festivam alacritatem spiritualem fovendam spectant, alia contra ad luctus et contritionis sensus excitandos pertinent.

Usque ad secundas Vesperas *omnes ritus laeti ac solemnes ex ordine servantur* [4]), qui tantae festivitati dominicae

---

[1]) Cfr. Adelung et Weigand, vv. *Maie, Maibaum, Maibirke.*

[2]) Haec consuetudo a Judaeis descendisse putatur, quod iidem in gratam momoriam datae sibi legis pavimenta aedium, plateas et synagogam gramine perspargant, fasciculos ramusculorum viridantium passim fenestris apponant, et corollas virides capitibus impositas gestent; eo tempore enim, quo lex in monte Sinai promulgata est, omnia florentia fuisse ac viridantia, colligunt ex Exod. 34, c. 3, ut eum in morem post alios animadvertunt Buxtorf, *Synag. Jud.* c. 20, et Maltzew, *Nachtwache,* pp. 648—649.

[3]) Cfr. tom. 1, p. 27.

[4]) *Τελοῦνται ἅπαντα τὰ αἴσια ἀκολούθως κτλ.* Ita Constantin.

competunt. Exinde vero, quod reliquum est Officii, *servili habitu expiatoriis precibus et genuflexionibus laboriosis peragitur*[1]), ut si quid luxus aut vanae laetitiae in mores invexit paschalis solemnitas, vel ejus decursu dissolutionis nonnihil secum attulit hominum in vitia prona libertas, totum id corrigat dolor spiritus sponte assumptus, et contractas sordes poenitentiae abstergant lamenta[2]).

Ex priori parte Officii eum canonem hic damus, qui Cosmae Hagiopolitae[3]) est, quod nobis prae altero, qui eidem subjungitur[4]), laetitiae spiritus accommodate ad tempus propagandae idoneus videatur.

Ὁ κανὼν εἰς τὴν Πεντηκοστήν.

Ποίημα Κοσμᾶ μοναχοῦ

οὗ ἡ ἀκροστιχίς·

Πεντηκοστὴν ἑορτάζωμεν.

cujus acrostichis:

Pentecosten celebremus.

Ὠιδὴ α΄. Ἦχος βαρύς.
Ὁ εἱρμός.

„Πόντῳ * ἐκάλυψε Φαραὼ
„σὺν ἅρμασιν * ὁ συντρίβων
„πολέμους * ἐν ὑψηλῷ βρα-
„χίονι. * Ἄισωμεν αὐτῷ, * ὅτι
„δεδόξασται.

Ode 1. Tonus gravis.
Hirmus.

Mari operuit Pharaonem cum curribus qui conterit bella in excelso brachio. Cantemus illi, quoniam glorificatus est.

Porphyrogenit., *De caeremoniis Aulae Byzant.* l. 1. c. 2. (Apud Migne, Patr. gr. t. 112, p. 252.)

[1]) *Δουλικῷ σχήματι τῶν ἱλαστηρίων εὐχῶν ἐκφωνουμένων καὶ ἡμῶν κλινόντων τὸ γόνυ.* Cfr. Blastares, Matth. *in Nomocanon. Στοιχείῳ ε΄., περὶ ἐθῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀγράφων, de consuetudinibus Ecclesiae non scriptis.*

[2]) Vide, quae de rationibus doloris hoc die accersendi ex s. Basilio affert Goar. in *Notis in Officium s. Pentecostes.*, Euchołog., pp. 605—606, et cum iis confer, quae mox ex s. Leone Magno adducentur de institutione jejunii pentecostalis Latinorum, ut nimirum per salutarem abstinentiam castigentur delicta, quae inter paschalia gaudia ex negligentia et immoderata laetitia sunt commissa.

[3]) De Cosma relege annotata supra p. 260.

[4]) Alter hic canon in Pentecostario inscribitur: *Ποίημα κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ἀρκλᾶ* (alias *Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ἀρκλᾶ* vel etiam *Ἰ. ἐπονομαζομένου Ἀρκλᾶ).*

Τροπάρια.

Ἔργῳ, ὡς πάλαι τοῖς μαθηταῖς ἐπηγγείλω, τὸ Παράκλητον Πνεῦμα ἐξαποστείλας, Χριστέ, ἔλαμψας τῷ κόσμῳ φῶς, φιλάνθρωπε.

Νόμῳ τὸ πάλαι προκηρυχθὲν καὶ προφήταις ἐπληρώθη τοῦ θείου Πνεύματος σήμερον. Πᾶσι γὰρ πιστοῖς χάρις ἐκκέχυται.

Troparia.

Reipsa, quomodo quondam discipulis promiseras, Paraclitum Spiritum mittens, Christe, illuxisti mundo lumen, o benignissime.

In lege olim praedictio et prophetis facta Spiritus sancti, impleta est hodie. Omnibus enim fidelibus gratia effusa est.

Ὠιδὴ γ'. Ὁ εἱρμός.

„Τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν τοῖς „μαθηταῖς, Χριστέ, Ἕως οὗ „ἐνδύσησθε, ἔφης, καθίσατε „ἐν Ἱερουσαλήμ· ἐγὼ δὲ ὡς „ἐμὲ Παράκλητον ἄλλον Πνεῦ„μα τὸ ἐμόν τε καὶ Πατρὸς „ἀποστελῶ, ἐν ᾧ στερεωθή„σεσθε.

Ode 3. Hirmus.

Virtute ex alto discipulis, Christe, donec induamini, dixisti, sedete in Jerusalem: ego vero ut me Paraclitum alium, Spiritum meum Patrisque mittam, in quo solidabimini.

Τροπάριον.

Ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιφοιτήσασα δύναμις, τὴν μερισθεῖσαν πάλαι φωνὴν κακῶς ὁμονοησάντων, εἰς μίαν ἁρμονίας θείως συνῆψε γνῶσιν, συνετίζουσα πιστοὺς τῆς Τριάδος, ἐν ᾗ ἐστερεώθημεν.

Troparion.

Divini Spiritus adveniens virtus divisam olim vocem perperam consentientium, in unam harmoniae divinitus coaptavit sententiam, erudiens fideles de Trinitate, in qua solidati sumus.

Ὠιδὴ δ'. Ὁ εἱρμός.

„Κατανοῶν ὁ προφήτης τὴν „ἐπ᾿ ἐσχάτων σου, Χριστέ, „ἔλευσιν, ἀνεβόα· Τὴν σὴν „εἰσακήκοα, Κύριε, δυναστείαν, „ὅτι πάντας τοῦ σῶσαι τοὺς „χριστούς σου ἐλήλυθας.

Ode 4. Hirmus.

Intelligens propheta tuum in novissimis temporibus, Christe, adventum, clamabat: Tuam audivi, Domine, potentiam, quoniam ut salvos faceres omnes christos tuos advenisti.

Τροπάρια.

Ὁ ἐν προφήταις λαλήσας καὶ διὰ νόμου κηρυχθεὶς πρώην τοῖς ἀτελέσι Θεὸς ἀληθής, ὁ Παράκλητος τοῖς τοῦ Λόγου ὑπηρέταις καὶ μάρτυσι γνωρίζεται σήμερον.

Σῆμα θεότητος φέρει τοῖς ἀποστόλοις, ἐν πυρὶ Πνεῦμα κατεμερίσθη, καὶ ξέναις γλώσσαις ἐνέφηνεν, ὡς πατρόθεν θεῖον σθένος ἐρχόμενόν ἐστιν αὐτοκέλευστον.

Troparia.

Qui in prophetis locutus est, et per legem praedicatus olim minus perfectis Deus verus Paraclitus, Verbi ministris et testibus innotescit hodie.

Signum divinitatis ferens apostolis, in igne Spiritus dispertitus est, et stupendis linguis apparuit, quod a Patre divina virtus sit sponte adveniens.

Ὠιδὴ ε΄. Ὁ εἱρμός.

„Τὸ διὰ τὸν φόβον σου „ληφθέν, Κύριε, ἐν γαστρὶ „τῶν προφητῶν, καὶ κυηθὲν „ἐπὶ γῆς Πνεῦμα σωτηρίας, „ἀποστολικὰς καρδίας κτίζει „καθαράς, ἐν τοῖς πιστοῖς „εὐθὲς ἐγκαινίζεται. Φῶς γὰρ „καὶ εἰρήνη διότι τὰ σὰ προσ„τάγματα.

Ode 5. Hirmus.

Qui per timorem tuum conceptus fuit, Domine, in ventre prophetarum, editusque mundo Spiritus salutis, apostolica corda creat munda, inque fidelibus rectus innovatur; Lumen enim et pax siquidem sunt mandata tua.

Τροπάριον.

Ἡ ἐπιφοιτήσασα ἰσχὺς σήμερον αὕτη, Πνεῦμα ἀγαθόν, Πνεῦμα σοφίας Θεοῦ, Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορευθὲν καὶ δι᾽ Υἱοῦ πιστοῖς ἡμῖν πεφηνός, μεταδοτικὸν ἐν οἷς κατοικίζεται, φύσει τῆς ἐν ᾗ κατοπτεύεται ἁγιότητος.

Troparion.

Quae advenit virtus haec hodie, Spiritus est bonus, Spiritus sapientiae Dei, Spiritus ex Patre procedens, et per Filium fidelibus nobis apparens, donabilis iis in quibus inhabitat, ob naturam ejus, in qua cernitur, sanctitatis.

Ὠιδὴ ς΄. Ὁ εἱρμός.

„Ναυτιῶν τῷ σάλῳ τῶν „βιωτικῶν μελημάτων, συμ-

Ode 6. Hirmus.

Nauseans aestu hujus vitae curarum, navigantibus mecum

„πλόοις ποντούμενος ἁμαρ-
„τίαις, καὶ ψυχοφθόρῳ θηρὶ
„προσριπτόμενος, ὡς Ἰωνᾶς,
„Χριστέ, βοῶ σοι· Ἐκ θανα-
„τηφόρου με βυθοῦ ἀνάγαγε.

submersus peccatis, belluaeque animi corruptrici projectus, ut Jonas, Christe, ad te clamo: Ex mortifero me profundo educ.

Τροπάριον.

Ἐκ τοῦ Πνεύματός σου σάρκα ἐπὶ πᾶσαν, ὡς εἶπας, πλουσίως ἐξέχεας, καὶ ἐπλήσθη τῆς σῆς τὰ σύμπαντα γνώσεως, ὅτι ἐκ Πατρὸς Υἱὸς ἀῤῥεύστως ἔφυς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀμερίστως πρόεισιν.

Troparion.

De Spiritu tuo super omnem carnem, ut dixeras, affatim effudisti, et repleta est omnis terra cognitione tua quod ex Patre Filius sine semine natus sis, et Spiritus indivisibiliter emanet.

Ὁ οἶκος[1]).

Ταχεῖαν καὶ σταθηρὰν
δίδου παραμυθίαν
τοῖς δούλοις σου, Ἰησοῦ,
ἐν τῷ ἀκηδιᾶσαι
τὰ πνεύματα ἡμῶν.
Μὴ χωρίζου τῶν ψυχῶν ἡμῶν
ἐν θλίψεσιν,
μὴ μακρύνου τῶν φρενῶν ἡμῶν
ἐν περιστάσεσιν,
ἀλλ' ἀεὶ ἡμᾶς πρόφθασον,
ἔγγισον ἡμῖν, ἔγγισον
ὁ πανταχοῦ.
ὥσπερ τοῖς ἀποστόλοις σου
πάντοτε συνῆς,
οὕτω καὶ τοῖς σε ποθοῦσιν
ἕνωσον σαυτόν, οἰκτίρμων,
ἵνα συνημμένοι σοι
καὶ ὑμνῶμεν καὶ δοξολογῶμεν
τὸ πανάγιον Πνεῦμα.

Prompta et fortia
praebe solatia
tuis, o Jesu famulis,
dum moerore concidunt
nostri spiritus;
ne tu a nostris recedas mentibus
inter aerumnas;
ne procul a nostris animis abeas
in calamitatibus,
sed semper ad nos propera,
accede huc, accede,
tu qui ubicumque es:
sicut apostolis tuis
semper aderas,
ita et desiderantibus se
unum te fac, o misericors,
ut conjuncti tecum
et hymnis et canticis celebremus
sanctissimum Spiritum.

[1]) Desumptum est hoc carmen ἐμβόλιμον cum κοντακίῳ jam exhibito p. 323 ex longiori hymno s. Romani, quem ex antiquis codicibus erutum dedit Emus. Pitra, *Analecta sacra*, pp. 157—164.

Στίχοι.

Πνοῇ βιαίᾳ γλωσσοπυρσεύτως νέμει
Χριστὸς τὸ θεῖον Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις.
Ἐκκέχυται μεγάλῳ ἐνὶ ἤματι Πνεῦμ᾽ ἁλιεῦσι.

Ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

Ὠιδὴ ζ΄. Ὁ εἱρμός.

„Οἱ ἐν καμίνῳ τοῦ πυρὸς „ἐμβληθέντες ὅσιοι παῖδες, τὸ „πῦρ εἰς δρόσον μετέβαλον, „διὰ τῆς ὑμνῳδίας οὕτω βο„ῶντες· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, „ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Ode 7. Hirmus.

Qui in fornacem ignis injecti sunt sancti pueri, ignem in rorem converterunt, cantu sic clamantes: Benedictus es, Domine, Deus patrum nostrorum.

Τροπάρια.

Ῥητορευόντων τὰ θεῖα μεγαλεῖα τῶν ἀποστόλων, τοῦ Πνεύματος ἡ ἐνέργεια ἐνομίζετο μέθη τοῖς ἀπιστοῦσι, δι᾽ ἧς Τριὰς ἐκηρύττετο, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Τὴν ἀδιαίρετον φύσιν ὀρθοδόξως ὑμνολογοῦμεν, Θεὸν Πατέρα τὸν ἄναρχον, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας Λόγον, καὶ Πνεῦμα· Εὐλογητὸς εἶ, κράζοντες, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Troparia.

Eloquentibus divina magnalia apostolis, Spiritus quae erat virtus reputabatur ebrietas ab infidelibus, per quam Trinitas praedicabatur unus Deus patrum nostrorum.

Individuam naturam orthodoxe laudamus, Deum Patrem sine principio, ejusdem potentiae Verbum Spiritumque: Benedictus es, clamantes, Deus patrum nostrorum.

Ὠιδὴ η΄. Ὁ εἱρμός.

„Ἄφλεκτος πυρὶ ἐν Σινᾷ „προσομιλοῦσα βάτος, Θεὸν „ἐγνώρισε τῷ βραδυγλώσσῳ καὶ „δυσήχῳ Μωσῇ, καὶ παῖδας „ζῆλος Θεοῦ τοὺς ἀναλώτους „τῷ πυρὶ ὑμνῳδοὺς ἔδειξε· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμνεῖτε τὸν

Ode 8. Hirmus.

Incombustus igne in Sina rubus, quasi sermocinando Deum notum fecit tardiloquo et difficile verba proferenti Moysi; et pueros zelus Dei non absumptos igne cantatores effecit: Omnia opera Domini,

„Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς „πάντας τοὺς αἰῶνας.

Dominum laudate, et superexaltate in omnia saecula.

Τροπάρια.

Ζωτικῆς ἐξ ὕψους βιαίας φερομένης ἠχητικῶς τοῦ Πνεύματος τοῦ παναγίου ἁλιεῦσι πνοῆς, πυρίνων εἴδει γλωσσῶν, τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ ἐῤῥητόρευον· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὡς μὴ θιγομένῳ προσβαίνοντες ἐν ὄρει μὴ πεφρικότες πῦρ δειματοῦν, δεῦτε καὶ στῶμεν ἐν τῷ ὄρει Σιών, ἐν πόλει ζῶντος Θεοῦ, πνευματοφόροις μαθηταῖς νῦν συγχορεύοντες· Πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Troparia.

Vivifico desuper vehementi veniente cum strepitu Spiritus sanctissimi super piscatores flatu ignearum specie linguarum, magnalia Dei loquebantur: Omnia opera Domini, Dominum laudate, et superexaltate in omnia saecula.

Tanquam intactum ascendentes in montem, non veriti ignem terrificum, venite et stemus in monte Sion, in civitate viventis Dei, cum Spiritu repletis discipulis nunc choreas agentes: Omnia opera Domini, Dominum laudate, et superexaltate in omnia saecula.

Ὠιδὴ θ'. Ὁ εἱρμός.

„Ἡ τῆς φθορᾶς διαπείρᾳ „κυοφορήσασα, καὶ παντεχνήμονι „Λόγῳ σάρκα δανείσασα, „μῆτερ ἀπείρανδρε, Παρθένε „Θεοτόκε, δοχεῖον τοῦ ἀστέ„κτου, χωρίον τοῦ ἀπείρου „πλαστουργοῦ σου, σὲ μεγα„λύνομεν.

Ode 9. Hirmus.

O non per corruptionis experientiam gravidata, omniumque artifici Verbo carnem mutuata, mater virum nesciens, Virgo Deipara, hospitium ejus qui portari nequit, locus infiniti fictoris tui, te magnificamus.

Τροπάρια.

Ἐπιπαφλάζοντος πάλαι πυρίνου ἅρματος, ὁ ζηλωτὴς καὶ πυρίπνους χαίρων ὀχούμενος, τὴν νῦν ἐκλάμψασαν ἐπίπνοιαν ἐδήλου ἐξ ὕψους ἀποστόλοις,

Troparia.

In aestuante olim igneo curru zelotes ille ignemque spirans laetus dum veheretur, quae nunc effulsit inspirationem indicabat ex alto apostolis, qua

ὑφ' ἧς καταλαμφθέντες, τὴν Τριάδα πᾶσιν ἐγνώρισαν.

Νόμου τῶν φύσεων δίχα, ξένον ἠκούετο· τῶν μαθητῶν τῆς μιᾶς γὰρ φωνῆς ἀπηχουμένης Πνεύματος χάριτι, ποικίλως ἐνηχοῦντο λαοί, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι τὰ θεῖα μεγαλεῖα, τῆς Τριάδος γνῶσιν μυούμενοι.

illustrati Trinitatem omnibus notam fecerunt.

Naturae supra leges stupenda res audiebatur: discipulis namque una voce informatis Spiritus munere, diversimode docebantur populi, tribus et linguae magnalia Dei, Trinitatis notitia imbuti.

De vespertino reconciliationis Officio.

Τῇ αὐτῇ κυριακῇ ἑσπέρας τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς σημαίνει ταχύτερον διὰ τὴν τῆς γονυκλισίας ἀκολουθίαν.

Μετὰ τὸν προοιμιακὸν ψαλμὸν συναπτὴ μεγάλη.... Εἶτα λέγει ὁ διάκονος·

Ἔτι καὶ ἔτι, κλίναντες τὰ γόνατα, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν.

Καὶ ἡμῶν κλινάντων τὰ γόνατα ἐπὶ γῆς καὶ ἀσκεπῶν ὄντων, ἀναγινώσκει ὁ ἱερεὺς τὰς εὐχὰς ἀπὸ τοῦ βήματος μεγαλοφώνως, εἰς ἐπήκοον πάντων. Ita Pentecostarion.

Eadem Dominica sanctae Pentecostes sub Vesperam datur signum solito citius propter morosum geniculationis Officium.

Post psalmum prooemiacum preces τῆς συναπτῆς. . . . Postea dicit Diaconus:

Adhuc et iterum genua flectentes, Dominum precemur.

Et nobis super terram procumbentibus et detectis capitibus, preces legit sacerdos ex bemate elata voce, audientibus omnibus [1]).

---

[1]) Rubricam hanc ter habet *τάξις τῆς γονυκλισίας* religioseque servat orientalis ecclesia. *Po otpustě vsejčas,* inquit Měsjacoslov Leopolitanum, *načinajetsja Vecernja, na kotoroj čitajutsja molitvy s kolěnopreklonenijem,* h. e., *absoluto reliquo Officio initium datur Vesperis, in quibus recitantur preces cum genuflexionibus.* Et de Rumenorum Officio scribit Rascanu, *Liturgica,* p. 198: *Serviciul divin de séra din acésta-dî este fórte edificatoriu prin rugaciunele sale. . . . Si finindu-se partea I-ia a serviciului de séra toti chrestinii sî pléca genuchele de trei-ori ascultând rugaciunile.*

Vespertinas has preces ad luctum contritionemque spectare jam diximus; iis quippe sanctum de coelis Spiritum cum lacrimis advocant, ex profundiore humilitate orationes ingeminant, ex peccatorum recordatione, ut pugnis pectus, ita suspiriis coelum veluti tundunt ac genuum inflexionibus, quibus jam desueti erant, denuo insudant.

Lugubrem functionem notis illustrat Goar. in *Euchol.*, exhibita ex Pentecostario graece et latine tota genuflexionum precumque serie pp. 597 seqq. Eam Maltzew quoque germanice et slavice, *ἀνερμηνεύτως* tamen, sistit sub titulo: „Abendgottesdienst am Pfingstsonntag“, in *Nachtwache*, pp. 657 seqq. Illuc igitur plura scire aventem remittimus, dum ipsi ad alia transimus.

Δευτέρα τῆς Πεντηκοστῆς· Αὐτοῦ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος.

Feria II. Pentecostes: ipsius sancti et vivificantis Spiritus.

Slav. *Ponedělnik svjatago i životvorjaščago Ducha;* rumen. *Luni Rosalialoru, Serbarea Spiritului santu,*

Festo in utraque editione, veneta et nova romana, praefixus est titulus: *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, δευτέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, αὐτὸ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν καὶ παντοδύναμον ἑορτάζομεν Πνεῦμα, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος Θεόν, τὸ ὁμότιμον καὶ ὁμοούσιον καὶ ὁμόδοξον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ.*

Eodem die feria II. Pentecostes celebramus ipsum Spiritum sanctum, vivificantem et omnipotentem, unum in Trinitate Deum, qui Patri et Filio est consubstantialis et cum ipsis simul honoratur et conglorificatur.

Antiqua romana vero eundem hunc diem honoribus Spiritus sancti *proprie* esse dicatum expressius annuntiat: *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς· Μνεία ἰδιαιτάτως τοῦ παναγίου καὶ παντοδυνάμου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ, τοῦ ὁμοουσίου καὶ ὁμοδόξου τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ.*

Στίχοι.

Πᾶσα πνοὴ δόξαζε Πνεῦμα Κυρίου,
Δι᾽ οὗ πονηρῶν πνευμάτων φροῦδα θράση.

Τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, πρεσβείαις τῶν ἀποστόλων σου, Χριστὲ ὁ θεὸς ἐλέησον ἡμᾶς. Ἀμήν.

De haeresi processionis Spiritus sancti a solo Patre hodierno synaxario inserta atque inde in libros symbolicos assumpta.

Ex multis, quas in expedito habemus, venetis Pentecostarii editionibus, tres haeresim illam non proponunt, scilicet quae factae sunt annis 1759, 1853 et 1875, reliquae omnes, quae in manibus sunt, insiticia vocula *μόνον* errorem aperte docent:

Ἁπλῶς, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, παρὰ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.	*Simpliciter, quaecunque habet Pater et Filius, praeter paternitatem et filiationem, a solo Patre procedens* (Spiritus s. possidet).

Quam eandem haeresim ex corruptis editionibus graecis etiam in versiones slavicas et rumenas transiisse sane dolendum est. Sic novissima editio Viennensis anni 1865 textum slavice reddit: *prosto vsia imat jelika otec i syn kromě neroždenija i roždenja ot otca* jedinago *ischodiaj*[1]); et Cibiniensis anni 1859 verba in rumenum transfert: *Cu unu cuventu tóte le are cate sî Tatalu sî Fiulu afara de nenascere sî de nascere, carele din* singuru *Tatalu purcede*[2]).

Eandem haeresim autem ex Pentecostario in libros liturgicos ecclesiae orientalis assumptam prodit Confessio orthodoxa,

[1]) Editio leopolitana an. 1785 dogma catholicum *de processione Spiritus s. a Patre et Filio* nostro hoc loco expresse proponit: *ot otca i syna ischodiaj,* h. e., *qui a Patre Filioque procedit;* sub gravibus poenis quippe statuerat synodus Zamoscena an. 1720, *ut symbolo fidei, ubicunque imprimeretur aut recitaretur, particula* Filioque *adderetur* (Coll. concil. Lac. t. 2, p. 22). Caeterum vere et catholice dici potest: *παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον*, quia, dum Spiritus sancti a Patre processio asseritur, ea, quae etiam a Filio est, non negatur, quod egregie illustratum vide a Franc. Scorso in *Notis ad Theophanem Ceram.,* homil. 56, apud Migne, Patr. gr. tom. 132. pp. 971—976. — Item, quod singulariter uni ex personis divinis tribuitur, id etiam alteri convenire intelligitur, nisi sit illud, quo ab altera persona distinguitur. Atqui Pater non distinguitur a Filio per hoc, quod ab eo Spiritus sanctus procedat; non enim ea ratione Filio *σχετικῶς* opponitur, quemadmodum recte est a theologis animadversum apud L. Allat. in *Examine Pentecostarii,* n. 5. Atque hinc est, cur Sedes Apostolica saepius statuerit, Graecos catholicos credere quidem debere, Spiritum sanctum a Patre et Filio aeternaliter tamquam ab uno principio et una spiratione procedere, id tamen in symbolo expresse pronuntiare non teneri, nisi subesset scandalum, vel suspicio haeresis, vel alia justa causa: qua de re consuli possunt *Instructio* Clementis PP. VIII., edita d. 31. Augusti an. 1595, n. 28 (Collectio Lacens. citata tom. 2. p. 450); *Decret. S. Congreg. de Propaganda Fide,* edit. d. 5. April. an. 1729, n. 2 (ibid. p. 442); *Constitutio* Benedicti PP. XIV. *Etsi pastoralis,* edit. 26. Maji an. 1742, § 1, n. 1 (ibid. p. 508).

[2]) Editio Cibiniensis anni 1841 habet: *carele din singuru Tatalu ése.*

quaest. 71 [1]): *Quodnam secundum est, quod hoc articulo docetur?* — Resp. *Quod Spiritus sanctus ex solo* [2]) *Patre velut fonte ac principio deitatis procedit (διδάσκει πῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὡς πηγῆς καὶ ἀρχῆς τῆς θεότητος).* Propositis deinde potioribus ex iis argumentis, quae doctores catholici saepe jam solide accurateque diluerunt, Confessio orthodoxa ad extremum Romam ipsam in confirmationem erroris contestatur, *quod teste Baronio ad an. 809 symbolum duabus tabulis argenteis, jussu Leonis III. in basilica s. Petri appensis, latine et graece inscriptum sine additamento ἐκ τοῦ Υἱοῦ servatum voluisset* [3]). Quod idem recens epistola encyclica cpolitana an. 1895 non sine verborum ampullis renovat, addita etiam criminatione, quod Leo PP. XIII. ad antiquam provocans fidem et secum ipse pugnet et *orthodoxo praedecessori suo homonymo atque orthodoxiae defensori Leoni III. adversetur* [4]).

A rationibus vero recensendis, quibus *processionem Spiritus sancti a Patre et Filio* esse invicte demonstrant doctores catholici, pro assumpti argumenti limite abstinemus; neque enim in institutionibus dogmaticis hic versamur. Qui in magis abditam et penetralem hujus quaestionis tractationem excurrere voluerit, consulere poterit auctores catholicos, maxime recentiores, qui de ea praeclare ac solide disseruerunt, ut ecce: Dr. Hug. Laemmer, a quo multa sunt de eodem argumento egregie animadversa in erudita sua *Scriptorum Graeciae orthodoxae bibliotheca selecta* (Friburgi Brisg. Herder. 1866); Alois. Vincenzi, qui de catholico dogmate late graviterque disputavit in opere *De processione Spiritus sancti ex Patre Filioque* (Romae. Typ. Propagand. 1878); multa item praeclara in medium sunt allata a doctissimis nostris in alma hac literarum Universitate collegis RR. DD. Joan. Bapt. Katschthaler, *Theologia Dogmat.*, t. 1, pp. 234 seqq., Gustav. Bickell, *Conspectus rei Syrorum literariae*, p. 22, et in

[1]) Apud Kimmel, p. 142.

[2]) Dr. Barbu Constantinescu omissa hac vocula graecum ita vertit: *ca sfântul Duh purcede de la Tatal ca dela fôntâna sî începutul sau principiul Dumnezeirii* (p. 50). Verum lectio ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς in omnibus graecis editionibus legitur.

[3]) De symbolo his tabulis seu scutis inscripto, videatur Duchesne, *Lib. Pont.* t. 2, p. 46, n. 110.

[4]) Sanctum Leonem PP. III. dogma catholicum de processione Spiritus sancti a Patre et Filio solemniter asseruisse, norunt eruditi theologi omnes. Verum quod expressam illius in symbolum inferendi *cantandique consuetudinem* non probaret, id inde venit, quod Ecclesia Romana tenacissima semper fuit antiquitatis, nec unquam nisi exigente necessitate sacratis symbolis quidquam addi sivit. Legito quae ea de re post L. Allatium ac Perrone, *de Trinitate,* c. 5. prop. 2, accurate scripsit Brandi, *Dell' Unione delle chiese,* pp. 21, 22.

Ephemeride *Literarisch. Handweiser* an. 1869, N. 86, p. 525 [1]), Hug. Hurter, *Theolog. Dogmat.*, t. 2, pp. 144—155 (ed. 9 an. 1896). Sed omnium copiosissime accuratissimeque totum argumentum pertractavit Emus. J. B. Card. Franzelin, qui quum primum in egregio suo libro *de Deo Trino secundum personas* de eo fuse disputasset (Romae, typ. Propagand. an. 1869), deinceps etiam supplemento ejusdem libri edito (*Paralipomenon Tractatus de SS. Trinitate,* an. 1876), peculiari disputatione de eadem quaestione instituta graviter nervoseque refutavit quidquid ab adversariis, novissime autem a *Macario,* episcopo russo, et a *Langen,* professore Bonnensi, contra catholicam veritatem propositum fuerat.

Ad hos auctores igitur permittat se lector remitti, dum ipsi, academicae disputationis loco, rara quaedam ex adducto jam libello *Flosculus veritatis* exhibemus, ut methodum a monachis Balázsfalvensibus in veritate catholica ex libris liturgicis confirmanda adhibitam novo exemplo illustremus. Ad textum latinum archetypon graecum Pentecostarii ex editione Vulgata veneta apponimus, ut genuinus citationum sensus facilius deprehendi possit. Rationes liturgicas igitur docti Basiliani ita evolvunt pp. 17—20 (edit. rom.):

Similiter (Apoc. c. 22, v. 1) habetur: *Et ostendit mihi fluvium aquae vivae splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni.* Ubi per vocem *Dei* intelligitur Patris, et per *Agni* intelligitur Filii, ut (Joan. 1, 1) legitur: *Et Verbum erat apud Deum.* Et exprimit Ecclesia in Cantico glorificationis, dum canit: *Agnus Dei* et *Filius Patris.* Rursus per voces: *Fluvium aquae vivae* intelligitur Spiritus sanctus, ut habetur (Joan. 7, 38): *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae; hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Demum per *sedem* denotatur unicum hujus fluvii, seu processionis Spiritus sancti principium. Ex quibus recte infertur Spiritum sanctum a Patre Filioque, tanquam ab uno principio procedere.

Conformia his habet etiam nostra Ecclesia in suis Officiis. Sic in Pentecostario, feria tertia Pentecostes in priori Cathismate legitur; quod *Deus, qui unus est in essentia Deitatis, et trinus in*

[1]) Quae pro confirmanda veritate catholica *processionis Spiritus S. a Patre et Filio* ex fontibus liturgicis Syrorum eruta cl. auctor hoc loco brevius angustiusque concludit, ea Rmus. David, archiep. Damasc. Syrorum, fusius uberiusque dilatavit, proprio commentario edito in Ephemeride *„Revue de l'Église grecque-unie"*, tali praefixo titulo: „Doctrine de l'ancienne Église Syrienne sur la procession du Saint-Esprit" (1888, pp. 177—178). In eo praeter alia etiam solemnem professionem fidei pastorum universae ecclesiae syriacae in concilio Ctesiphonte collectorum an. 410 factam sistit: *Confitemur Spiritum vivum et sanctum, Paraclitum vivum, qui a Patre et Filio:* quemadmodum exstat in Actis synodi a cl. prof. Lamy, editis Lovanii an. 1868.

Personis, distinguatur solum secundum relationes Personarum [1]); et in Triodio, feria secunda quartae hebdomadis ode 9. *In essentia est unitas indivisa Trinitatis, Deitas quae est super omnia; quae una in essentia distinguitur personaliter secundum relationes* [2]). Et in Octoicho Tono secundo in Triadico, ode 8 legitur: *Trias, quae es indistincta in omnibus, praeter luciferas relationes* [3]).

Porro quid, quotquot sint relationes, quibus Sanctissima Trinitas distinguitur secundum Personas, rursus habetur esse duas: *generationem* nimirum et *processionem.* In Pentecostario, feria quarta hebdomadis quartae in Can. ode octava, et iterum in Menologio 30. Januarii in Can. ode sexta [4]): *Tres in Trinitate distinctiones esse, videlicet ingenitum Patrem, genitum Filium, et Spiritum sanctum procedentem.* Quum itaque juxta praemissa, alia distinctio in Trinitate non habeatur, nisi secundum duas illas relationes, *generationis* nimirum et *processionis:* inter quas Personas intercesserint hae relationes, habebitur etiam distinctio, et inter quas praedictae relationes non intercesserint, nec Personarum distinctio habebitur; quia ergo inter Patrem et Filium habetur relatio *generationis,* recte per hanc etiam Personarum distinctio habetur inter Patrem et Filium: et similiter quia inter Patrem et Spiritum sanctum habetur relatio *processionis,* per hanc etiam Spiritus sanctus a Patre recte distinguitur Personaliter, quia ab eo procedit; quod si vero Spiritus sanctus a Filio quoque non procederet, jam inter Filium et Spiritum sanctum nulla relatio haberetur; non *generationis,* ut fide certum est, quia Filius Spiritum sanctum non gignit, nec ab eo gignitur; non etiam *processionis,* ut in illa hypothesi supponeretur, quia in illa hypothesi non procederet a Filio; ergo nulla. Quod si nulla relatio haberetur, juxta praemissa, nec distinctio Personarum inter Filium et Spiritum sanctum haberetur; quod est impium asserere. Catholice itaque cum Ecclesia confitendum est, inter Personas Filii et Spiritus sancti dari relationem *processionis,* ac proinde quod Spiritus sanctus a Filio quoque procedat, et sic Spiritus sanctus distinguatur personaliter a Filio per processionem.

---

[1]) *Συντάττω, συνυμνῶ, συνδοξάζω, συνσέβω τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, ἑνῶν τῇ θεότητι, διαιρῶν ἰδιότησιν.* P. 208.

[2]) *Τῇ οὐσίᾳ μονάς ἐστιν ἄτμητος, ἡ ὑπέρθεος Τριάς, ἑνουμένη τῇ φύσει, μερίζεται τοῖς προσώποις ἰδικῶς.* P. 211.

[3]) *Ἀπρόσιτε Τριάς, συναΐδιε, συνάναρχε θεαρχία, ἡ ἀπαράλλακτος ἐν πᾶσι πλὴν τῶν φωσφόρων ἰδιοτήτων.*

[4]) *Ἴδια ἐν τῇ Τριάδι, τριττὰ συνθεολογεῖτε, τὴν ἀγγεννησίαν τοῦ Πατρός, τοῦ Λόγου τὴν γέννησιν, καὶ Πνεύματος τὴν ἐκπόρευσιν μόνου.* Men. 30. Jan., p. 251. Hujus Troparii interpretationem dat Ryaeus, socius Bollandianus, in Act. SS. Jun. t. 2, prooem. p. LI.

Accedit quod Spiritus sanctus dicatur *ignis ex igne procedens*, in Pentecostario, Dominica Pentecostes ad Laudes [1]). Quum autem in Trinitate etiam altera Persona, videlicet Filius, dicatur *ignis;* ut quum persaepe alibi, tum feria quarta secundae hebdomadis ad Vesperas in Gloria [2]); et ibidem quarta Dominica in Can. Completorii, ode nona; et in Theotokiis communibus, Theotokia diei lunae Toni primi [3]); ac in orationibus ad s. Communionem, infertur quod Spiritus sanctus sit ex Filio procedens.

Similiter Filius dicitur *fons perpetuo fluens, virtus Patri coaeterna et cooperans*, in Pentecostario, Dominica Pentecostes in oratione quae incipit: *Fons vitae* etc. [4]). Et siquidem in Sanctissima Trinitate alia non habeatur aeterna operatio, quam *ab intra* (quaecumque enim ad extra facta sunt, in tempore facta sunt, Genes. 1), *generationis* nimirum et *spirationis;* et quum Filius in generatione non dicatur Patri cooperari, sed ab eo generari; dicetur itaque quod cooperetur in spiratione Spiritus sancti illum emanando, uti etiam habetur feria quarta Pentecostes in Vesperis ad Stichir. de Christo: *Fons qui assidue emanas ineffabilem fluvium bonitatis, ex quo semper fluit aqua viva essentialiter fluens per rivulos suos* [5]); aqua viva autem dicitur Spiritus sanctus, ut supra vidimus, et habetur feria quarta quartae hebdomadis in Can. ode septima [6]).

Item in Pentecostario, feria quinta Pentecostes in Vesperis ad Stichir. dicitur, quod *Spiritus sanctus ex aeterno Patre eluxerit, et per Filium procedat* [7]), et in Octoicho Tono tertio, in Can. ode nona: *Christe, donas nobis Spiritum bonorum largitorem, qui ex Patre per Te procedit* [8]). Item ibidem Tono tertio in Antiphonis de Spiritu sancto: *Sicut per Patrem et Filium simul elucet* [9]). Et in Pentecostario, feria secunda Pentecostes in Completorio ode nona de Spiritu sancto: *Qui ex Patre procedis, et per Filium abundanter daris*

---

1) *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, φῶς καὶ ζωή, καὶ ζῶσα πηγὴ νοερά . . . πῦρ ἐκ πυρὸς προϊόν, λαλοῦν κτλ.* P. 195.

2) *Τοῦ πυρὸς ὁ χόρτος ἁψάμενος σέσωσται (Θωμᾶς).* P. 35.

3) *Συλλαβοῦσα ἀφλέκτως τὸ πῦρ τῆς θεότητος, καὶ τεκοῦσα ἀσπόρως πηγὴν ζωῆς τὸν Κύριον, κεχαριτωμένη Θεοτόκε, περίσωζε τοὺς σὲ μεγαλύνοντας.* In Horologio Veneto p. 354.

4) *Ἡ ἀεννάως βρύουσα ζωτικὴ καὶ φωτιστικὴ πηγή, ἡ συναΐδιος τοῦ Πατρὸς δημιουργικὴ δύναμις, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν.* P. 199.

5) *Ἡ πηγὴ ἡ ἀΐδιος, ἀεννάως ἡ βρύουσα ποταμὸν ἀνέκφραστον ἀγαθότητος, ὕδωρ τὸ ζῶν ἀεὶ βλύζουσα, συμφύτως προχέουσα ταῖς αὐτοῦ ἐπιῤῥοαῖς.* P. 210.

6) *Ὕδωρ ζῶν . . . τὸ Πνεῦμά σου.* Cfr. supra p. 356.

7) *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς . . . φῶς ὑπερτέλειον ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν ἐξ ἀνάρχου τελείου Πατρός, καὶ δι᾽ Υἱοῦ προερχόμενον.* P. 211.

8) *Χριστέ· ἵλεως νέμοις ἡμῖν Πνεῦμα μεταδοτικὸν ἀγαθότητος ἐκ Πατρὸς διὰ σοῦ προερχόμενον.*

9) *Ὡς Πατρὶ καὶ Υἱῷ συναστράπτει,*

creaturae[1]). Et Dominica Pentecostes ode tertia, et quinta in Can.: *Spiritus sanctus per Filium manifestatur nobis*[2]). Ibidem ode prima: *Christus elucet lumen effective mittendo Spiritum sanctum*[3]). Et in Octoicho Tono septimo in Can. Triadico ode prima: *Mens aeterna* (id est Pater) *quae genuisti Verbum coaeternum, et Spiritum simul coaeternum eluxisti*[4]).

Rursus ibidem in Pentecostario, feria tertia quartae hebdomadis ad Vesperas dicitur: *Data est ab illo* (id est Christo) *discipulis infallibilis promissio, quae significat apparitionem Parakliti*[5]); et in liturgia Magni Basilii in oratione quae incipit *Dominator Domine* etc. de Filio: *a quo manifestatus est Spiritus sanctus*[6]). Et in Menologio 6. Januar. ad Stichir. de Christo: *Quod sciat dare Spiritum sanctum fidelibus.* Et in Pentecostario, Dominica Pentecostes ode prima: *Christus spirando, et in linguis ignitis dat Spiritum sanctum*[7]). Et de Patre (Joan. 14, 16): *Et alium Paraclitum dabit vobis.*

Pariter de Patre in Pentecostario feria tertia Pentecostes ad Stichir. habetur: *Spiritus Filii, qui est ejusdem essentiae cum Filio a Patre mittitur in linguis ignitis*[8]). Et de Filio in Pentecostario (Bukarestini edito, anno 1743), Dominica Pentecostes in Can. ode septima: *Spiritum qui exit ex sinibus Patris increatum, et simul Creatorem, et ejusdem sedis, a te misisti.* Ibidem in oratione quae incipit: *Fons vitae: Et descensionem, et adventum sancti et vivificantis Spiritus in forma linguarum ignitarum super Apostolos tuos fudisti*[9]). Quod autem haec non de donis Spiritus sancti, sed de ipsa *personalitate* Spiritus sancti dicantur, constat ex verbis supra relatis: *essentialiter fluens*, et aliis subsequentibus; tum ex his, quum dicitur feria secunda Pentecostes ad Vesperas: *Spiritum*

---

1) *Τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τὸ προϊὸν ἐκ τοῦ Πατρός, καὶ δι' Υἱοῦ ἐνδημῆσαν.* P. 206.

2) *Οὗ τὴν δι' Υἱοῦ . . . νῦν ἐμφανίζει συμφυῆ φρυκτωρίαν.* P. 191. *Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορευτὸν καὶ δι' Υἱοῦ πιστοῖς ἡμῖν πεφηνός.* P. 192.

3) *Ἔργῳ τὸ Παράκλητον Πνεῦμα ἐξαποστείλας, Χριστέ, ἔλαμψας τῷ κόσμῳ φῶς.* P. 191.

4) *Νοῦς ὁ ἄναρχος Λόγον συναϊδίως γεννήσας, καὶ Πνεῦμα συνάναρχον ἐκλάμψας κτλ.*

5) *Τῆς μετὰ Χριστοῦ θάνατον . . : παρ' αὐτοῦ δεδομένης ἀψευδοῦς μαθηταῖς ὑποσχέσεως τὴν τοῦ Παρακλήτου δηλούσης ἐπιφάνειαν.* P. 82.

6) *Παρ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξεφάνη.* (Orat. *Ὁ Ὤν, δέσποτα*).

7) *Πνοῇ βιαίᾳ καὶ πυρὸς γλωττήμασι νείμας τὸ Πνεῦμα Χριστός, ὡς ὑπέσχετο.* P. 191.

8) *Σήμερον τὸ Πνεῦμά σου . . . ἐκ Πατρὸς καταπέμπεται, τὸ σοὶ ὁμοούσιον, ἐν πυρίναις γλώσσαις.* P. 208.

9) *Τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ παρουσίαν τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σου Πνεύματος ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους σου Ἀποστόλους ἐκχέας.* P. 199.

sanctum, quem Christus misit discipulis suis: essentialiter acceperunt Apostoli[1]):

Quae omnia, et his similia, quae in nostris libris habentur, attente considerata, non modo particulas *per, ex, a, ab*, eandem habere significationem denotant, sed etiam non obscure ostendunt eadem praedicta eodem modo, in *spiratione*, seu processione Spiritus sancti de Patre et Filio praedicari, consequenter quod etiam eodem modo eademque actione Spiritus sanctus a Patre Filioque procedat tanquam ab uno principio. Merito proinde Spiritus sanctus dicitur *Spiritus Patris et Filii*, ut habetur Dominica Pentecostes in Can. ode tertia: *Spiritum meum et Patris mittam vobis*[2]).

Ex quibus omnibus palam fit, quanta temeritate elati quidam recentiores contra hanc veritatem, et manifestam orientalis ecclesiae auctoritatem et confessionem, quum in aliis libris, tum praesertim in Poucsenia, seu libro Concionum, feria secunda Pentecostes, contrarium docere non reformidaverint, dicentes *Spiritum sanctum procedere a solo Patre et non a Filio*[3]).

Ponedělnik sv. Ducha i sv. životvorjaščija Trojcy.

Quae ex decreto synodi Zamoscenae, inter alia festa conceptiva, *Sanctissimae Trinitatis solemnia* apud Ruthenos catholicos celebranda vidimus tomo 1, p. 36, ea jam ad hunc diem signata conspiciuntur adhibita brevi formula: *Svjatyja životvorjaščija Trojcy*, h. e., *SS. vivificae Trinitatis.*

Plura de augustissimo hoc mysterio recolendo statim afferemus ad diem dominicum proxime sequentem.

Apud multos alios populos slavos autem eandem hanc feriam II. honoribus Spiritus sancti assignatam ostendunt varia ejus nomina, ut apud Bohemos *Pondělí svatodušní*, apud Croatas *Duhovski ponedjeljak*, apud Serbos *Drugi dan*

---

[1]) Οἱ μαθηταί σου, Λόγε, οὐσιωδῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐδέξαντο. P. 208.

[2]) Ἐγὼ δὲ ὡς ἐμὲ Παράκλητον ἄλλον, Πνεῦμα τὸ ἐμόν τε καὶ Πατρός, ἀποστελῶ. P. 191. Quibus quidem adjungi etiam poterant, quae in utroque Officio Vespertino festi Pentecostes de relatione Spiritus sancti ad Filium leguntur in oratione Δεῦτε λαοί (pp. 188 et 202): Τὸ Παράκλητον Πνεῦμα, τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐν Υἱῷ ἀναπαυόμενον, *Spiritus Paraclitus, qui a Patre procedis et in Filio requiescis.* Ea rumena Pentecostarii editio, quae nobis praesto est, fideliter vertit: *Duchele mangaitoriule, cela ce din Tatalu purcedi sî in Fiulu te odihnesci.*

[3]) Vehementius etiam mirarentur hodie ac dolerent docti ascetae, quum eandem haeresim in vicina urbe Cibiniensi, editorum κακοζηλίᾳ sive mala exterorum imitatione, Pentecostario insertam animadverterent.

Duhova; in Kalendariis russiacis immo simpliciter *Den. sv. Ducha* signatur. Aliis nationibus vocatur *feria II. Pentecostes,* Slovenis *Pondelj Binkoštni,* quemadmodum et Hungaris dicitur *Pünkösd hetfö.* Poloni feriam a die principali nuncupant *Poniedz. Zielonych Świąt.*

Ἡ ἁγία Πεντηκοστή. — Ἀργία τριήμερος. — Ἑβδομὰς λελυμένη. — Ἦχος βαρύς.

Priscis Ecclesiae temporibus dubium non est, solemnes dies Natalis et Paschatis et Pentecostes singulares fuisse [1]; sed eos non ita multo post auctos historia docet. Pentecostes celebritatem nominatim maturius in septem dies succrevisse, post alios testatur Honorius Augustodunensis, *Gemma animae,* sive *de divinis officiis,* l. 3, cc. 147 et 149 [2]. Verum festivitatem proprie dictam nunc ferme ad tres dies *(ἀργία τριήμερος)* redactam invenimus.

Hebdomadem sanctae Pentecostes in ecclesia orientali quoque praecipuis anni hebdomadis fuisse accensitam, aperte declarat Rubrica Pentecostarii: *Ἰστέον δέ, ὅτι καθ᾽ ὅλην ταύτην τὴν ἑβδομάδα τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς γίνεται κατάλυσις εἰς πάντα:* quae verba in editione Romana accuratiorem hanc interpretationem habent pro monachis: *Ἰστέον δέ, ὅτι ἡ ἑβδομὰς αὕτη τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς λελυμένη ἐστὶν ἀπὸ τυροῦ, ἰχθύος, οἴνου καὶ ἐλαίου.* Saecularibus per totam hebdomadam carnes comedere licet, quemadmodum etiam expresse annotat Kalendarium Leopolitanum: *V siju Sedmicu razrěšeno v Seredu i Pjatok na mjaso.*

Ἦχος βαρύς. Tonus gravis sive septimus simul ac alter *πλ. δ΄. obliq. quarti* sive ultimus [3] pene totum Pentecostes Officium implet; cui concentus gravitati die dominico solemnes veluti naeniae in *ἀκολουθίᾳ τῆς γονυκλισίας* accedunt, eademque melodia per totam hebdomadem insonat ad praeparandum et inchoandum jejunium, quod sanctis Apostolis Petro et Paulo consecratur.

---

[1] Cfr. Morcelli *Kalendar. CP.,* t. 1, p. 285.

[2] Apud Migne, Patr. l. t. 172, p. 684.

[3] Repete quae de tonis dicta sunt p. 292.

ΠΑΡΑΡΤΗΜΑ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΑΡΙΟΝ.

Ex msc. Kalendariis orientalibus.

Hebdomas pentecostalis.

Antiqui codices Syriaci, ex scriniis vaticanis saepius jam adducti, ad finem mensis Maji, praesenti huic hebdomadi commemorationes tribuunt, quae sequuntur:

Die Pentecostes. *Obitus s. Aaronis.*

Feria II. post Pentec. *S. Aaron adversus invidiam et malum oculum (Ahrôn metul ch'sâmâ v'ʿainâ bîštâ).*

Feria III. post Pentec. *Apostoli aedificarunt ecclesiam.*

Feria IV. post Pent. *Baptizarunt Deiparam*[1], *et obtulit Jacobus primum sacrificium.*

Feria VI. post Pent. *Apostolorum, quae vocatur* auri[2]. *(Erubtâ dašlîchê d'metqarjâ d'dahbâ).*

Mensis pentecostalis.

Eodem mense pentecostali Kalendaria syriaca mscr. plures alias commemorationes festivas referunt, e quibus quum lucis aliquid in literas heortologicas derivari possit, praecipuas hic in medium proferendas censemus; inexplicatas tamen, ut juvenes studiosi, antiquitatum ecclesiae syriacae cupidi, habeant, quo in academiis exerceantur.

1. Maji. *Hieremiae proph. — S. Maruthae Tagritensis* (Martyropolitani) *pro puerorum raptu. — Mosis proph. et Aaron sac. — Eudoxiae mart. — S. Michaelis et sororis extra portam meridionalem Merdae, et vocatur coenobium columnae. — Et s. Joannis Caphonae supra Zaz.*

2. Maji. *Obitus Noe justi; vixit* (an.) *950. — S. Danielis Galašae contra daemones et febrim. — Et s. Achudemae episcopi, qui coronatus est an. 880, estque puer ille, quem s. Šalita resuscitavit a mortuis.*

3. Maji. *S. Sabbatii. — Et s. Sabae Juliani et Mamae mart. — Et Thimothei et Maurae. — Et Sebastianae mart. — Athanasii Magni ep. Alexandr.*

4. Maji. *Plurimorum martyrum. — Et Eleazari Hebsenosae.*

5. Maji. *SS. Irenae et Leontii martyrum. — Et Gajani, Barbari et Pelagiae martyrum. — SS. Tarbae et Makdastae, sororum Simeonis catholici, et sanctimonialis earum ancillae, quae tres*

---

[1]) Cur B. V. M. baptismum suscepisse credatur, multis explicant doctores citati ab Holweck, *Fasti Mariani,* pp. 344—345.

[2]) Ita vocatur, quod eo die recitetur cap. 3. Act. Apost., ubi Petrus claudo dixisse legitur: *Argentum et aurum non est mihi.*

serra sectae sunt. — Et Mosis eremitae ex agmine et Carei martyris. — Et s. Danielis, principis Scetes et Danielis proph.

6. Maji. *SS. Novati et Demetrii et soc. — Et s. Job justi. — Et ss. Sergii et Bacchi mart.*

7. Maji. *S. Crucis apparitio in coelis Hierosolymis. — Et Theopompi ep. mart. — Et Acacii mart. — Et alibi apost.*

8. Maji. *Joannis Evangelistae et Deiparae et Arsenii Magni abb.*

9. Maji. *Esaiae proph. — Et Probi mart. — Et s. Pachomii abb.*

10. Maji. *Simeonis Cananaei, Apost.*

11. Maji. *Coronatio Euphemiae mart. — Et Barnabae. — Et Abgari regis et Adaei apostoli. — Et Elisaei Aquilonaris. — Et Bassi et Susannae sororis ejus.*

12. Maji. *S. Jacobi Nisibeni. — Et Epiphanii episcopi Cypri. — S. Azazaëlis mart.*

13. Maji. *S. Methodii ep. et mart. — Et Isaac Doctoris.*

14. Maji. *Egressus Adaei ap. ex Edessa. — Et Isidori et Pachomii et Glyceriae mart.*

15. Maji. *Festum Deiparae ad aristas. — Obitus s. Samuelis Cartam. et abb. Tabennesiotarum et Bochtjesu mart. — Et Isaac et Simeon Persarum.*

16. Maji. *12000 et Ebedjesu ep. — Et s. Theodori, discip. s. Pachomii.*

17. Maji. *Judae Apostoli, fratris Jacobi et Joannis* (sic), *et Andronici apost. ex septuaginta.*

18. Maji. *S. Petri et soc. mart.*

19. Maji. *S. Patritii ep. et soc. — Et Agrippae mart.*

20. Maji. *Quatuor Evangelistae. — Et Marci Tarmakitae. — Et Eulalii misericordis.*

21. Maji. *Constantini imperatoris ejusque matris Helenae. — Et Athanasii, qui aedificavit monasterium Telbesmae et Simeonis nautae.*

22. Maji. *Basilisci mart., filii sororis Theodori martyris. — Et Judae Apost.*

23. Maji. *Meletii mart. — Et Michaelis ep. conf.*

24. Maji. *Plurimorum martyrum et Eusebii Samosateni. — Obitus s. Simeonis thaumaturgi.*

25. Maji. *S. Sozontis. — Et tertia inventio cap. Joan. Bapt.*

26. Maji. *Carpi apost. ex 70.*

27. Maji. *Evagrii et Algarii.*

28. Maji. *Obitus s. Aaronis, hora 9. die Pentecostes.*

29. Maji. *Coronatio Petri Alexandrini, qui rupto pariete exiit. — Et 318 Patrum.*

30. Maji. *Eutychii, disc. s. Joan. Apost.*

31. Maji. *Hermeni mart., cui propinatum est venenum mortiferum, quin damnum caperet.*

Festa mobilia tempore paschali.

Iidem Syriaci Codices Vaticani tempori paschali seu Quinquagesimae laetitiae *(τῇ Πεντηκοστῇ χαρμοσύνῳ)* praeter comme-

morationes conceptivas superius jam indicatas pp. 334 et 415 etiam alia haec festa assignant:

Hebdomad. 2. post Pascha. Feria V. *S. Petri Apostoli.*
Hebdomad. 3. post Pascha. Feria V. *S. Joannis Evangelistae.*
Hebdomad. 4. post Pascha. Feria IV. *celebramus festum mediae Pentecostes,* et Feria V. *S. Pauli.*
Dom. 4. post Pascha. *S. Jonae in terra Bedlis.*
Hebdomad. 6. Feria V. *Festum Ascensionis.*
Hebdomad. 7. Feria V. *S. Barsumae ep. et mart. in monasterio Haori.*
Dom. 1. Maji. *S. Lazari Hebsenosae* [1]).
Prima Feria VI. Maji *S. Barbarae.*

Jejunium quatuor temporum aestatis.

Feriis IV. et VI. et sabbato hebdomadis Pentecostes jejunia aestiva quatuor temporum celebramus.

Refert s. Isidorus Hispalensis, *de ecclesiasticis officiis,* l. 1, c. 38 [2]), aestivum quatuor temporum jejunium a multis ante Pentecosten, auctoritate Evangelii, observatum fuisse, illud Domini testimonium Matth. 9, 15. ad literam accipientibus: *Venient dies, quum auferetur sponsus, et tunc jejunabunt;* ut sc. Apostolorum exemplo promissum Spiritum sanctum mererentur accipere. Verum, quum ex canonum praescriptis *a die dominicae Resurrectionis usque in diem Pentecostes observanda non essent jejunia* [3]), plures ecclesiae aestivam hanc abstinentiam in ipsa hebdomade Pentecostes celebrarunt, quod s. Gregorius PP. VII. deinceps ab omnibus fieri perpetua lege constituit, quemadmodum narrat Micrologus, scriptor Gregorio suppar, *de eccles. observ.* c. 25 [4]); et hanc disciplinam synodali decreto confirmavit Urbanus PP. II., quod in corpore juris exhibetur c. *Statuimus* 4., Dist. 76.

Dicitur autem *jejunium exultationis,* quia laetitiae tempore servatur, absque genuflexione, cum *Alleluja, Gloria in Excelsis,* et vestibus solemnibus in Missa. *Nec vero contristat aut obscurat,* verba sunt Ruperti *de divin. offic.* l. 10, c. 26, *sed magis illustrat observantia jejuniorum illam de adventu Spiritus sancti solemnitatem: quippe quia deliciae*

[1]) In praecedenti Kalendario *Eleazarus* vocatur d. 4.
[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 83, p. 773.
[3]) Cfr. *Dictum Gratiani* in c. jejunium 7. Dist. 76.
[4]) Apud Migne, Patr. l. t. 151, p. 997.

sancti Spiritus deliciarum carnalium fastidium important electorum mentibus [1]).

Rationes jejunii quatuor temporum paucis attigimus p. 122. Ex citata ibidem *Distinctione* 76. Decreti tu eam hic accipe, quae propria est *aestivi* hujus jejunii quaeque, verbis s. Leonis PP. I. concepta, proponitur c. *Igitur* 4: *Salubriter et necessario consuetudo est ordinata jejunii, ut si quid forte inter ipsa festivitatum gaudia negligens libertas licentia inordinata praesumpsit, hoc religiosae abstinentiae censura castiget.* Quae sane mire cum iis convenire perspiciuntur, quibus s. Basilius M. operosam τῆς γονυκλισίας pietatem caeterasque corporis afflictiones hac hebdomade suscipiendas in Officio Vesperarum festi Pentecostes enixe commendat apud Goar. loco supra adducto p. 399.

Animadversiones finales in Tempus paschale Ecclesiae latinae. — *De brevitate Officii.* — *De suspensione interdicti.* — *De usu Sequentiarum.* — *De frequentatione cantici* Alleluja. — *De lectionibus ex sacra Scriptura.* — *De publicatione magni Jubilaei.* — *De nomenclatura dierum dominicorum.*

De brevitate Officii divini in Paschate et Pentecoste.

In die Resurrectionis usque in sabbatum in Albis, et in die Pentecostes usque in sabbatum ejusdem tres psalmos tantum ad Nocturnos tresque lectiones antiquo more cantamus et legimus. Ita s. Gregorius PP. VII., relatus c. *In die Resurrectionis* 15. Dist. 5. de cons.

Brevitatis rationem eam esse tradunt multi auctores, ne recenter baptizati, Officiis canonicis assistentes, ob psalmorum multiplicitatem et multarum precum recitationem taedio afficiantur et labore graventur. In sententiae suae confirmationem adducunt verba Ordinis Romani, tit. *de Octavis Paschae: Tres psalmi cantantur in nocturnali Officio per septem dies baptismales, et unum diem ducimus in religione per illos septem dies. Deinceps, insequenti tempore, quasi*

[1]) Ibid. t. 170, p. 289.

crescentium arborum frondes, multiplicantur, et recoluntur mores boni diversorum per plures psalmos. Historica tamen ac naturalis ratio brevitatis horum Officiorum ea esse videtur, quod quum fideles ad multam noctem in Officio et Missa detenti jam fuissent, et rursus, viribus paulum refectis, ad Officia divina redirent, nocte jam vergente in diem, pluribus Nocturnis recitandis spatium non suppetebat: qui ritus etiam per reliquos hebdomadae dies servari debuit, quoniam, quoad Officia divina, omnis Octava reputatur facere unum cum ipso festo.

Cur vero *unum* ponatur Nocturnum cum *tribus* psalmis, antiphonis *tribus* totidemque lectionibus, multis mysticis rationibus ex Amalario, Honorio Augustod., Durando aliisque scriptoribus depromptis clare ostendit Tetamus, *Diar.* ad diem Paschae, c. 1, n. 2, et ad diem Pentecostes, c. 1, n. 2.

De suspensione interdicti localis generalis in solemnitatibus Paschae et Pentecostes.

Eam censuram *ob reverentiam harum solemnitatum* suspendit Bonifacius PP. VIII. ita statuens C. *Alma Mater* 24. *de sentent. excom. in VI.: In festivitatibus vero Natalis Domini, Paschae et Pentecostes et Assumptionis Virginis gloriosae campanae pulsentur, et januis apertis, alta voce, divina Officia solemniter celebrentur; excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis, quibus ob reverentiam dictarum solemnitatum (et ut ipsi ad humilitatis gratiam et reconciliationis affectum facilius inclinentur) praefatis diebus participationem permittimus divinorum: sic tamen quod illi, propter quorum excessum interdictum hujusmodi est prolatum, altari nullatenus appropinquent.*

De Sequentiis Victimae paschali *et* Veni sancte Spiritus *in Paschate et Pentecoste permissis.*

Sequentia sic appellata est, quia Graduale sequebatur, ut post Grancolas, Doctorem Parisiensem, monet Sala (ad Bona, Rerum liturg. l. 2, c. 4).

Primus Sequentiarum auctor Notkerus, s. Galli monachus († 911), a plerisque creditur[1]; at post eum dictu incredibile est, quot in ejusmodi pangendis cantiunculis laborarint. Quoniam vero pleraeque hujus generis Sequentiae verbis ignotis et barbaris, ineptis quoque et puerilibus sententiis scatebant, Coloniensis Synodus an. 1536 de illis delendis cogitavit Part. II. can. 11, uti videre est apud Hardouin. tom. 11, p. 1982.

Eadem fuit Tridentinorum Patrum sententia. Quamobrem in emendatione Missalis Romani jussu s. Pii PP. V. editi Sequentiae fere omnes expunctae sunt, quod scil. earum pleraeque, ut Concilium Coloniense ait, *caeco quodam judicio superstitiosius invectae* ineptae atque pueriles essent et ecclesiasticae dignitati minus consentaneae, et quod earum usus a priscis Ecclesiae institutis abhorreret.

Memoriae gratia tamen nonnullae in Missali Romano retentae sunt, nempe *Lauda Sion Salvatorem*, quam s. Thomas Aq. composuit; *Veni Sancte Spiritus*, cujus auctorem Hermannum Contractum, monachum Augiae Divitis († 1054), Joannes Egon asserit[2], alii Robertum, Galliarum Regem († 1031), uti ex Ziegelbauer tradit Migne[3], alii denique Innocentium PP. III. perhibent; et *Victimae paschali laudes*, cujus ignoratur auctor, licet multi eam Notkero tribuant. In Missis defunctorum permissa quoque fuit *Prosa: Dies irae, dies illa*, cujus omnino incertus est auctor, quum non minus octo scriptorum foetus dicatur. Accessit demum Sequentia *Stabat Mater dolorosa*, quae Innocentio PP. III. a Pagio juniore adscribitur.

In Romanis Ordinibus primaevis, inquit Zaccaria, *Biblioth. ritual.* t. 1, p. 33. nullum vestigium de Sequentiis in Missa Romani Pontificis dicendis comperio. Saeculo 12. Sequentiarum et *Prosarum* (sic appellatarum, quod in iis non observantur metricae regulae) usum, non tamen in re divina, agnoscimus, sed in die Natalis Domini et in die Paschatis inter prandendum. Iis enim diebus solebat Romanus Pontifex cum episcopis et caeteris ordinibus cibum sumere, et post lectionem homiliarum ad mensam Sequentia a cantoribus, mandante Pontifice, decantabatur. Sae-

[1]) Cfr. Migne, Patr. l. t. 131, p. 989.
[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 143, p. 10.
[3]) Ibid. t. 141, p. 899.

culo 13. inclinante demum Sequentias in Missis cantatas fuisse Ordo Romanus eo tempore editus tradit.

De crebra repetitione cantici Alleluja.

Tempore paschali canticum *Alleluja* non tantum seorsim decantatur, sed omnibus insuper *versibus, psalmis* et *antiphonis* adjungitur, impleturque quod vatidico ore Tobias praedixerat cap. 13, 22: *Ex lapide candido et mundo omnes plateae sternentur, et per vicos* Alleluja *cantabitur.* Duplex etiam additur in *Responsor. brevi* omnium horarum; omittitur autem in *Pretiosa* ad Primam, similiter non dicitur in versibus, qui formam *precum* referunt, quia preces necessitatem ac gemitum significant, quae gaudio et cantico paschali *Alleluja* non conveniunt. Et in hoc disciplinae capite a fratribus nostris orientalibus tantisper discedimus, servata tamen, in una omnium matre altriceque Ecclesia catholica, sancta fidei unione. Graecis enim canticum *Alleluja* est argumentum *moeroris, compunctionis* ac *devotionis;* quapropter illud et tempore Quadragesimae frequentant et in mortuorum exequiis assumunt [1]; Latinis contra est *canticum laetitiae,* quod *Christus resurgens a mortuis nobis reddidit* [2]), cui proinde tempore paschali saepius decantando indulgemus, *ut majoribus gaudiis et quasi mentibus innovatis ad laudem Dei recurrat affectus.*

De libris sacrae scripturae in divino Officio legendis.

Ex canonum praescriptis *ab Octavis Paschae usque ad Octavam Pentecostes in ecclesia leguntur Actus Apostolorum, Apocalypsis et epistolae canonicae* [3]), quia virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Jesu Christi, ut cum aliis fuse declarat Honorius Augustod., *Gemma animae,* l. 3, cc. 141—143 [4]).

---

[1]) Alliluia *in Biserica orientala de a exprima sentimente de rugaciune, pentru care se sî pune mai mult în postul mare.* Ita Rascann, *Liturgica,* p. 133. — Sed relege, quem t. 1, p. 18. ex Horologio Veneto exscripsimus, textum graecum.

[2]) C. *Hi duo solummodo* 55. Dist. 1. de cons.

[3]) C. *Sancta Romana* 3. Dist. 15. (§ Caeterum 82).

[4]) Apud Migne, Patr. l. t. 172, pp. 681.

De magno Jubilaeo anni sancti *tempore Quinquagesimae paschalis solemniter annuntiando.*

Qui vicesimo quinto quoque anno Romae a Vigilia Nativitatis Domini celebratur *magnus Jubilaeus* seu *annus sanctus,* praecedenti festo Ascensionis Domini solemniter annuntiatur, quoniam eo die ascendens Christus in altum dedit dona hominibus, ad quae etiam extraordinaria illa Jubilaei indulgentia spectat, *quae in annis centesimis a Nativitate Christi olim concedi solita perhibetur* C. *Antiquorum* 1. de poenit. et remiss. *Extrav.* Cfr. Jul. Lavor. de Laurino, proprio tractatu *de Jubilaeo,* c. 24.

De variis nominibus Dominicarum Quinquagesimae paschalis.

Dominicae paschales varie appellantur. Quae in Breviario Romano inscribuntur *Dominicae secunda, tertia, quarta, quinta post Pascha,* in Missali vocantur *Dominicae secunda, tertia, quarta, quinta Paschae.*

Praeterea quae est *secunda Paschae,* ab Evangelio suo etiam *Dominica Bonus pastor* nuncupatur in jure C. *Quum dilecti* 6. de dolo et contumacia.

Quae nunc *Dominica infra Octavam Ascensionis* dicta legitur, olim erat *Dominica de rosa* vel *de rosis,* quod eo die de altitudine templi sanctae Mariae Rotundae, in quo tunc statio celebrabatur, rosae dejicerentur in figuram venturi Spiritus sancti, quo sane pertinent, quae ex Ordine Romano affert Mabillon, *Musaei Ital.*, t. 2, p. 147. Alia de nomenclatura invenies apud Du Cange, *Glossar.* v. Dominica.

Praeter pauca haec afferri ex Quinquagesima paschali Latinorum multa alia possent, quae haud exiguum ut delectationis ita et utilitatis et aedificationis fructum praeberent rerum liturgicarum amatoribus: ut ecce, quae referuntur ad consecrationem, significationem, usum cerearum formarum *Agnus Dei;* quae spectant ad secretiores rationes ritus paschalis; et praesertim quae pertinent ad interiorem ac reconditam liturgicarum *ἀναγνώσεων* intelligentiam quaeque, ut recte

ac graviter monet Thalhofer[1]), rerum liturgicarum tractatores ad disciplinae suae utilitatem omnino conferre debent.

Verum ista omnia omittere cogimur, quia vincti compede, pro institutae scriptionis limite, hic incedimus; arctioreque nunc littore provehimur, quam ut, quae aliorum sunt, ad nos attrahere parvamque naviculam nostram alienis mercibus, quantumvis pretiosis, onerare possimus.

Τῷ σαββάτῳ μετὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς.

Quoniam *festum Pentecostes Octavis caret*[2]), *ἑπταήμερος* ejus *ἑορτή* ipso hoc sabbato absolvitur. *Ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ,* inquit *εἴδησις* Pentecostarii Veneti p. 212, *γίνεται τῆς ἑορτῆς ταύτης ἡ ἀπόδοσις, καὶ ψάλλομεν ἀπαραλλάκτως πάντα τὰ αὐτῆς ἔν τε τῷ ἑσπερινῷ καὶ τῷ ὄρθρῳ καὶ τῇ λειτουργίᾳ, πλὴν τῶν ἀναγνωσμάτων, τοῦ πολυελέου καὶ τῶν ἀντιφώνων. Ἡ δὲ τοῦ μηναίου ἀκολουθία ψάλλεται ἐν τοῖς ἀποδείπνοις.* Consonat rubrica Breviarii Romani ipso hoc die proposita: *Post Nonam, celebrata Missa, terminatur Tempus paschale*[3]).

---

[1]) In Actis literariis *Literar. Rundschau,* 1879, N. 13, pp. 393—394.

[2]) Cfr. quae ea de re ex jure dedimus supra p. 394, ac vide etiam Binterim, *Denkwürdigkeiten,* t. 1, part. 1, pp. 263—267, a quo multa sunt de eodem argumento collecta.

[3]) Quoniam hora nona apud Romanos nostrae hórae tertiae pomeridianae respondet, nuperrime, h. e., d. 20. Maji 1896, ad tramites juris declaratum a Summo Pontifice legimus, Sabbato infra Octavam Pentecostes meridie adhuc recitandam esse paschalem Antiphonam *Regina coeli laetare* (Acta SS. t. 29, p. 64).

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων. — *Dominica SS. Trinitatis.*

Slav. *Nedělja vsěch svjatych;* rumen. *Dominec'a toturoru santîloru;* arab. *Achad dšamî ʿelqiddîsîn.*

In Pentecostario festum enuntiatur:

Τῇ σήμερον ἡμέρᾳ, κυριακῇ μετὰ τὴν Πεντηκοστήν, τὴν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύῃ καὶ Εὐρώπῃ, Βοῤῥᾷ τε καὶ Νότῳ, ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν.

Hodierna die, Dominica post Pentecosten, ubique per universum terrarum orbem existentium, sive in Asia sive in Libya, sive in Europa, Septentrione atque Austro, Sanctorum omnium diem festum celebramus.

Primo dominico die, qui solemnia Pentecostes subsequitur, ecclesia graeca *insigni ac splendidissimo festo* [1]) *immortales illos flosculos universos recolit, quos totus orbis terrarum, perennibus Spiritus sancti fluviis irrigatus, produxit,* quemadmodum Leo imperator, (886—911) cognomento *τοῦ Σοφωτάτου*, objectum hodiernae solemnitatis effert, in *orat. in omnes SS.*, a Gretsero translata tom. 15, pp. 329 seqq. [2]).

Initio quidem CPoli dies sacer erat memoriae *martyrum totius orbis* [3]); postea vero mutatus est festi titulus appellataque solemnitas *τῶν ἁγίων πάντων, Sanctorum omnium,* quam Latini agimus Kalendis novembribus, quemadmodum dictum est supra tomo 1, pp. 312—313 [4]).

[1]) Ita *τὴν νῦν κειμένην πανήγυριν* saeculo sexto vocabat Constantinus, diaconus CP., in exordio orationis mox citandae.

[2]) Apud Migne, Patr. gr. t. 107, p. 171—192.

[3]) Huc pertinet s. Joannis Chrysostomi *Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους πάντας ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μαρτυρήσαντας*, apud Migne, Patr. gr. t. 50, pp. 706—712.

[4]) Caeterum Romae quoque olim *martyrum omnium* memoriae idem hoc festum erat dedicatum, quod deinde *Sanctorum omnium* solemnitate consecratum ostendimus l. c. *Idem hoc festum,* inquam; quia et in Urbe Roma addictum erat dominico diei a Paschate octavo, quo scilicet in honorem omnium martyrum Pantheon fuit a s. Bonifacio PP. IV. consecratum anno 609: quemadmodum bonis rationibus contra alios docet Morcelli, *Kal. CP.*, t. 2. p. 147.

ΟΙ ΑΓΙΟΙ ΠΑΝΤΕΣ.



PROCIDEBANT ET ADORABANT.

Typi.

1. Sancta Sanctorum.
2. Adoratio Christi in ss. eucharistia.

Textus prophetici.

1. Fulgebunt justi (Sap. 3, 7).
2. Adorate eum omnes angeli ejus (Ps. 96, 7).
3. Benedicite angeli Domini Domino (Dan. 3, 58).
4. Laetitia sempiterna super caput eorum (Is. 35, 10).



Rationibus celebritatis ex jure sacro ibidem prolatis eas adjicias velim, quas Graeci in hodierno synaxario inprimis illustrant.

Ex Officio duo carmina adjungantur, οἶκος ac κοντάκιον. Et quoniam postremo hoc hymno tota series canticorum ex Pentecostario in Horologium assumptorum terminatur, eum etiam rumenice damus: tripartita veluti clausula nostro in Pentecostarium commentario imposita.

Ὁ οἶκος.

Πρὸς τό· Αὐτὸς μόνος.

Οἱ ἐν πάσῃ τῇ γῇ μαρτυρήσαντες	Qui testes per omnem terram facti sunt,
καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς μετοικήσαντες,	et in coelos transtulere sedem,
οἱ τὰ πάθη Χριστοῦ μιμησάμενοι,	qui Christi passiones aemulati sunt,
καὶ τὰ πάθη ἡμῶν ἀφαιρούμενοι,	nosque ne patiamur exemerunt,
ἐνταῦθα σήμερον ἀθροίζονται,	hic hodie congregantur,
πρωτοτόκων δεικνύοντες ἐκκλησίαν,	primitivorum referentes Ecclesiam,
ὡς τῆς ἄνω τὸν τύπον ἐπέχουσαν,	typum ac si supernae contineat,
καὶ Χριστῷ ἐκβοῶσαν. Θεός μου εἶ σύ,	et Christo clamet: Deus meus tu es,
διὰ τῆς Θεοτόκου συντήρησον πολυέλεε.	per Deiparam custodi nos. O multae misericordiae.

Κοντάκιον. Ἦχος πλ. δ΄.

Ὡς ἀπαρχὰς τῆς φύσεως,	Naturae uti primitias
τῷ φυτουργῷ τῆς κτίσεως,	tibi, creaturae satori,
ἡ οἰκουμένη προσφέρω σοι [1]), Κύριε,	totus ego orbis offero, o Domine,

[1]) *Προσφέρει σοι.* Ita textus typis editi. Verum Card. Pitra praeclare animadvertit: *exquisitam scripturam Codicis taurinensis (προσφέρω σοι) probo, non ea tantum audaci captus prosopopoeia, qua totus orbis assurgit, ut martyrum trophaea victori Domino proferat, sed me-*

τοὺς θεοφόρους μάρτυρας·	theophoros martyres:
ταῖς αὐτῶν ἱκεσίαις,	quorum ex supplicibus votis
ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ,	in alta pace
τὴν ἐκκλησίαν σου,	Ecclesiam tuam,
τὴν πολιτείαν σου [1])	imperium tuum,
διὰ τῆς Θεοτόκου συντήρησον,	favente Deipara, conserva,
πολυέλεε.	multae misericordiae Deus.

Rum. Condacu, viersu 8.

Cá nesce pârga a firii tîe saditoriului fapturii lumea-ti aduce, Domne, pre martorii celi portatori de Domnedieu. Pentru ale càror'a rogatiuni, in pace adenca, Beserec'a ta, intru mostenirea [2]) ta, pentru Nascatori'a de Domnedieu o pazesce, multu indurate.

Corollarium. *De gloria et invocatione Sanctorum geminus error una oratione in ecclesia graeca pridem refutatus.*

Recentiores Graeci ab Ecclesia catholica separati quum Sanctorum animas coelos non recta petere statuant, ubinam interim collocari debeant [3]), suis, quas sibi nectunt, difficultatibus involuti plane haerent. Locum istum, ubi sit, teste Confes-

mor celebris hymni ἀκαθίστου, in quo Sergius, auctorem nostrum aemulatus, in scenam adducit novam Romam Virgini victrici νικητήρια offerentem, προςφέρω σοι (Analecta sacra Spicileg. Solesm. parat. t. 1, p. 165).

[1]) *Τὴν πολιτείαν σου.* Verba haec omissa sunt in publicis Graecorum libris; Graeci quippe, Turcarum servi, de industria expunxerunt quaecunque ad byzantini imperii memoriam attinent. Sed restituta leguntur in nova editione rom. Horologii p. 63. mirorque restituta non fuisse in nova editione Atheniensi an. 1891. Slavice translata leguntur *žitelstvo twoe,* quae Miklosich ad verbum reddit *civitatem tuam, τὴν πολιτείαν σου (Lexicon pal.-slov.,* p. 198), Maltzew autem liberiori interpretatione vertit *Deine Wohnungsstätte (Nachtwache,* pp. 275 et 298).

[2]) *Mostenire (mostianire, moščenire),* contract. ex *mositianire,* proprie est *hereditas, κληρονομία,* speciatimque usurpatur pro bonis ac juribus hereditate acquisitis; translate vero generatim designat res omnes, quas quis jure legitimo *ceu herus* (a quo multorum sententia dicitur) sive dominus possidet. Atque eo significatu ipsa *respublica christiana, ἡ πολιτεία τοῦ Κυρίου,* etiam in sacris canonibus ecclesiae catholicae *hereditas Domini* vocatur C. Multa. 1. de Jud. Extrav. com. (V, 2).

[3]) Altera hac quaestione abstinent *literae encyclicae CPolitanae anni 1895,* sola querela contentae, quod *„ecclesia papistica asserat perfectam justorum remunerationem ante universalem resurrectionem et*

sione orthodoxa, modo *τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ*, *manus Dei*, modo *παράδεισον*, *paradisum*, modo *κόλπον τοῦ Ἀβραάμ*, *sinum Abrahae*, *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, *regnum coelorum*, nuncupant, a coelo beatorum autem omnino distinguunt, ut patet ex iis, quae diximus pp. 23 seq. Verum eadem hac sententia quasi retractata et damnata, vi veritatis catholicae veluti adacti Sanctos tandem ad coelum admittere videntur in eadem Confessione orthodoxa, propriam ea de re institutam quaestionem 67. ita finientes [1]).

Διὰ τοῦτο ὅποιος ὀνομάσει τὸν τόπον τοῦτον ἕνα ὄνομα ἀπὸ ὅσα εἴπαμεν, δὲν σφάλει· μόνον νὰ γροικᾷ, πῶς εἶναι αἱ ψυχαὶ εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν· καί, καθὼς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ ὕμνοι ψάλλουσιν, εἰς τὸν οὐρανόν [2]).

Igitur quocunque ex his, quae recensita sunt, nominibus locum istum quispiam appellaverit, non errabit, modo intelligat, animas esse in gratia Dei et in coelesti regno, et, ut hymni ecclesiastici canunt, in coelo.

Priorem hunc errorem *de dilata gloria coelesti ad extremum judicium* cum altero, qui Protestantium nostri temporis est, *de Sanctis non invocandis*, egregie refutavit Constantinus, ecclesiae CPolitanae sub Justiniano diaconus, insigni illa panegyrica *oratione in omnes Sanctos*, ab oecumenica synodo Nicaena II. an. 788 olim laudata [3]), nunc autem a Card. Mai in forma extensa vulgata [4]), in qua ad extremum haec ait nn. 40—41.

Καὶ τοῖς κινδύνοις τὴν κεφαλὴν τοῦ δυνάστου συνθλάσαντες δράκοντος, οὕτω καθάπερ τινὲς νικηφόροι θριαμβευταὶ μεγάλοις στεφθέντες ἀνδραγαθήμασιν, ὑπὲρ τὸν Ἠλίου δρόμον καὶ τὴν ἐφ' ἅρματος εἰς ὕψος ἀνάληψιν, τῶν οὐρανῶν τὰς πύλας διεληλύθατε, κουφότερόν τε καὶ εὐσταλέστερον, ἐπιδίφριοι ταῖς ἀρεταῖς ἀναγόμενοι, καὶ τοῖς ἀθλητικοῖς ἐποχούμενοι κατορθώ-

Vestris periculis, caput dominantis draconis conterentes, sic demum ut victoriosi triumphatores magnis facinoribus coronati, sublimiore quam Elias cursu, ejusque in curru sedentis ascensione, coelorum januas intrastis facilius atque stabilius, virtutum curribus nixi, factisque fortibus vecti; et nunc demum cum innumero angelorum choro et pri-

---

iudicium (πρεσβεύουσα τελείαν ἀνταπόδοσιν τοῖς δικαίοις πρὸ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως καὶ κρίσεως).

[1]) Apud Kimmel, *Lib. symbol. eccles. orient.*, t. 1, p. 138.

[2]) Dr. Barbu Constantinescu rumenice vertit p. 48: *Asiá dar nu gresiesce cel ce numesce locul acela cu unul din aceste nume, numai sa se întieleaga ca sufletele sûnt in gratia lui Dumnezeu sî în imperatîa cerurilor sî în ceruri, precum se cânta în imnurile bisericei.*

[3]) Apud Hardouin. Coll. Conc. t. 4, pp. 309—312.

[4]) Spicilegium Roman., tom. 10. Apud Migne, Patr. gr. tom. 88, pp. 477—527.

μασι· καὶ νῦν μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων πρὸ τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς συγχορεύετε.

Διὸ καὶ τοῖς ὁμογενέσιν ὑμῖν ἐξεγένετο τῆς ἑαυτῶν μεταδιδόναι λαμπρότητος, σπῶσιν ἐκ τοῦ τῆς νοητῆς πηγῆς ἀπαυγάσματος· καὶ γὰρ κοινῷ τῷ γένει κατέστητε ψυχῶν ἐπιμεληταί, σωμάτων θεραπευταί, πίστεως κρηπίς, ἱερωσύνης τελείωσις, ἁμαρτιῶν ἀπολύτρωσις, ἐκκλησιῶν θεμέλιός τε καὶ στήριγμα, τῶν νόσων κάθαρσις, ὁδοιπορούντων ἀνάπαυσις, πλεόντων κυβέρνησις, ἐπικουρία τῶν δεομένων, ἀγωνιστῶν συμμαχία, πιπτόντων ἀνόρθωσις, ὀδυνωμένων ἀνάκτησις, ὁδηγία πεπλανημένων, εὐθυπορούντων ἔρεισμα, τῶν λυπουμένων παράκλησις, πάντων βοήθεια καρτερὰ καὶ βεβαίας ἐλπίδος ἀσφάλεια.

mogenitorum coetu ante verum tabernaculum choreas ducitis [1]).

Hinc accidit, ut fratribus quoque vestris splendoris vestri partem impertiamini, quem ex intellectuali luce hauritis. Etenim universo humano generi praepositi estis, tanquam animarum tutores, corporum medici, fidei columna, sacerdotii consummatio, peccatorum remissio, ecclesiarum fundamentum et fulcrum, morborum remedium, viatorum requies, navigantium gubernaculum, indigentium suppetiae, pugnantium subsidium, cadentium erectio, dolentium recreatio, errantium duces, recte incedentium praesidium, moestorum solatium, omnium potens auxilium et firmae spei tutamen [2]).

[1]) *Sancti homines igitur,* inquit Card. Mai in nota ad h. l., *gloria coelesti fruuntur statim post mortem, non exspectato, ut nunc volunt Graeci schismatici, universali judicio.*

[2]) *Haec contra haereticos nostrorum temporum, qui Sanctorum invocationem catholicis crimini dant, intercessionem ipsorum apud Deum et beneficia hominibus saepe collata negant.* Ita idem Cardinalis in nota adscripta.

ΤΕΛΟΣ

ΣΥΝ ΘΕΩΙ ΑΓΙΩΙ ΤΟΥ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΑΡΙΟΥ.

ΟΚΤΩΗΧΟΣ Η ΜΕΓΑΛΗ

ΗΤΟΙ

ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΗ

ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ

ΠΑΣΑΝ ΤΗΝ ΑΝΗΚΟΥΣΑΝ ΑΥΤΗΙ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑΝ.



[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

CAPUT III.

ΟΚΤΩΗΧΟΣ.

DE FESTIS MOBILIBUS POST PENTECOSTEN.

Ὀκτώηχος; slav. *Osmoglasnik, Oktoich;* rumen. *Optu tonuri, Opt-glas, Oktoichu.*

In ecclesia graeca Pentecostarion *Ὀκτώηχος* excipit. Continet *octo tonos* ecclesiasticos, qui a Dominica secunda post Pentecosten perpetuo circulo canuntur usque ad Triodion, quapropter et tertiae huic anni ecclesiastici parti nomen indidit [1]). Sed de ipsis tonis deque eorum in Octoëcho dispositione atque usu satis superque dictum est tomo 1, p. LIII et heic p. 292.

Ὀκτώηχος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περιέχουσα τὴν ἐν ταῖς κυριακαῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ψαλλομένην ἀναστασίμων ἀκολουθίαν. Ἐν Ῥώμῃ. 1886 [2]). *Σελ.* seu Pag. 151 in 4.

Παρακλητικὴ ἤτοι Ὀκτώηχος ἡ μεγάλη.

Παρακλητικὴ ipsa est *Ὀκτώηχος* in integras hebdomadas extensa; dum enim Octoëchus proprie dictus ea tantum

---

[1]) Consuli de hoc argumento meretur Arcadius Neapolitanski, auctor russus, cujus insignis tractatus *Cerkovnyj ustav v tablicach . . . (Typicum ecclesiasticum tabulis trifariam divisis ordinatum)* secundo in lucem prodiit Petropoli an. 1879.

[2]) *Ὀκτώηχος συντεθεῖσα παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ἐνετίῃσιν παρὰ Φραγκίσκῳ τῷ Ἀνδρεώλᾳ. 1830.*

continet, quae a primis Vesperis Dominicae ad finem usque Missae canuntur, Paracletice praeter illa et subsequentes Vesperas et aliorum per hebdomadam dierum Officia integra exhibet: uno nempe *ἤχου* unam hebdomadem implente, altero subsequentem, tertio tertiam, et sic de singulis, donec, omnibus octo ex ordine finitis, denuo ad initium reditur.

Editio Romana anni 1738 rem in ipso libri titulo ita effert: *Παρακλητικὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχουσα τὴν πρέπουσαν αὐτῇ κατὰ τοὺς ὀκτωήχους ἀκολουθίαν*[1].

Ex editionibus venetis[2] caeteris praestat ea, quae facta est anno 1857, hunc ferens titulum: *Παρακλητικὴ ἤτοι Ὀκτώηχος ἡ μεγάλη, περιέχουσα πᾶσαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῇ ἀκολουθίαν, ἐπιμελέστερον νῦν καὶ οὐσιωδέστερον ἐξακριβωθεῖσα ὑπὸ τῶν αὐταδέλφων Ἰωάννου καὶ Σπυρίδωνος Βελούδων. Ἔκδοσις δευτέρα. Ἐνετίῃσιν ἐκ τοῦ Ἑλληνικοῦ τυπογραφείου τοῦ ἁγίου Γεωργίου.*

Novissima editio romana stellata inscribitur: *Παρακλητικὴ ἤτοι Ὀκτώηχος ἡ μεγάλη, περιέχουσα πᾶσαν τὴν ἀνήκουσαν αὐτῇ ἀκολουθίαν, μετὰ τῶν ἐν τῷ τέλει συνηθῶν προςθηκῶν. Ἐν Ῥώμῃ.* 1885. *Σελ.* seu Pag. 750 in 4.

Παρακλητική ipsa in octo has partes seu *periodos hebdomadarias* dividitur:

Περίοδος	*τοῦ α'. ἤχου* . . .	*σελ.*	1— 98.
—	*τοῦ β'.* — . . .	*σελ.*	99—184[3].
—	*τοῦ γ'.* — . . .	*σελ.*	185—270.
—	*τοῦ δ'.* — . . .	*σελ.*	271—360.
—	*τοῦ πλ. α'.* . . .	*σελ.*	361—448.
—	*τοῦ πλ. β'.* . . .	*σελ.*	449—532.
—	*τοῦ βαρέος ἤχου*	*σελ.*	532—614.
—	*τοῦ πλ. δ'.* —	*σελ.*	615—705.

[1]) *Νεωστὶ τυπωθεῖσα, καὶ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας διορθωθεῖσα κατὰ τοὺς παλαιοὺς βιβλίους. Ἐν ἔτει τῆς ἀπὸ τοῦ κόσμου κτίσεως ͵ζσμ϶', καὶ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ͵αψλη', κατὰ μῆνα Ἀπρίλλιον.*

[2]) Contulimus editiones an. 1783 *(Νικολ. Γλυκῦ)*, 1837 *(Γεωργ. Διαμαντίδου)*, 1857 *(τῶν Βελούδων)*, et an. 1872 *(ἐκ τοῦ Ἑλλην. τυπογρ. τοῦ Φοίνικος)*.

[3]) Duos hos priores tonos, in latinum a Petro Morellio translatos, exhibet Jacob. Billius inter opera s. Joannis Damasceni, edit. Paris. an. 1603, pp. 365—378.

Et haec quidem de corpore libri.

Quae deinde sequuntur *consuetae appendices* primo loco sistunt Ἐξαποστειλάρια et ἑωθινὰ ἰδιόμελα ἀναστάσιμα, imperatorum Leonis, τοῦ Σοφωτάτου, ac filii ejus Constantini, quae etiam latinitate donata prostant apud Migne, Patr. gr. t. 107, pp. 299—308.

Succedunt, quae ex Horologio nota sunt, Θεοτοκία ἀπολυτίκια εἰς ἕκαστον ἦχον.

Volumen claudunt tres celebres canones liturgici, qui ex eodem Horologio slavice et germanice versi locis suis exhibentur a Maltzew, in egregio opere *Andachtsbuch,* saepius jam laudato: nimirum Κανὼν ἱκετήριος εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δύο κανόνες παρακλητικοὶ [1]) εἰς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον (ὁ μικρὸς καὶ ὁ μέγας), κανὼν τοῦ ἀκαθίστου ὕμνου [2]).

Παρακλητική non solum per eam anni partem in usu est, quae media interjacet inter Pentecostarion et Triodion, sed aliis temporibus etiam saepissime adhibetur; quum fere quotidie aliquid in eo reperiatur, quod sive in Missa, sive in Vesperis, sive in Matutino recitandum est; quando enim in aliis Officiis propria desiderantur, quae ad complementum Officii pertineant, ad Παρακλητικὴν lector remittitur. Non igitur miraberis, si hoc volumen prae caeteris omnibus libris choralibus frequenti cantorum contrectatione foedatum assiduoque usu contritum, ac tantum non jam ῥακῶδες, ut Graeci ajunt, in ecclesiis inveneris.

Ὀκτώηχος — ὁ ἑξάμηνος ἀνεόρταστος.

Tempus τῆς Ὀκτωήχου olim adeo raris festis distinctum erat, ut αὐτολέξει *anni tempus festis carens* (ὁ sive ἡ ἑξάμηνος ἀνεόρταστος) diceretur. In hodierno graeco communi tamen septem solemnia conceptiva habet, quibus in nonnullis particularibus ecclesiis modo unum, modo et alterum accedit.

---

[1]) Prior habetur apud Migne, Patr. gr. t. 140, pp. 771—780.

[2]) Exstat etiam graece et latine apud Migne, Patr. gr. t. 105, pp. 1019—1028.

Diebus dominicis aguntur festa, quae omnibus communia sunt, nimirum *commemorationes synodorum oecumenicarum* mensibus Julio et Octobri; *commemorationes tum patriarcharum tum patrum veteris foederis* mense Decembri. Ut dies conceptivi item celebrantur mense Septembri *dies dominici ante et post Crucis solemnia,* ac rursus dies dominicus, qui saepe in Dodecaëmero occurrit. In his exponendis declarandisque diu non immorabimur, quum plana fere omnia sint nec longam commentationem requirant.

Vetus Kalendarium CPolitanum duo festa mobilia urbis regiae propria exhibet: *alterum sacrae synodi*, quae CPoli *sub Mena patriarcha* adversus Severum celebrata est anno 536, idque agendum die dominico, qui primus est post diem 16. mensis Julii; alterum *miraculi τῆς κόνεως* seu *pulveris Vesuviani*, qui magno mortalium terrore CPolim usque improvisus pervenit die 6. Novemb. anno, ut videtur, 472; et hoc assignatur illi diei dominico, qui praedictum 6. diem Novemb. praecedit. Utriusque festi rationes ab insigni viro Morcelli diligenter expositas legito.

Propria Graeco-Melchitarum, Ruthenorum Galicianorum et Syrorum tum purorum, tum Chaldaeorum et Maronitarum, habent *festum Corporis Christi,* cui in Kalendario Leopoliensi et *festum dolorum B. Deigenitricis Mariae* accedit. Neque id novum, sacra illa solemnia, quae a Latinis celebrarentur, Graecis placuisse, quemadmodum multis exemplis prolatis evidenter ostendit laudatus Morcelli, *Kal. CP.,* t. 2, pp. 145—148.

Italo-Graeci tandem, qui in Calabria et Sicilia familiarissime utuntur Latinis, praeter *festum Corporis Christi,* etiam *Solemnitatem Rosarii* nobiscum agunt.

Semestre Sanctorum. Semestre aestatis. — Tabulae paschales Ecclesiae occidentalis.

Qui ex Latinis totum annum in duas partes dividunt, in *Semestre Domini* seu *hiemem,* et *Semestre Sanctorum* seu *aestatem,* alteram hanc partem, quae Octoëcho ferme respondet, Graecorum exemplo *festis mobilibus carentem (ἀνεόρταστον)*

pronuntiant. Hodie tamen et ipsa complectitur plures dies festos conceptivos, quorum nonnulli toto orbe praecipui maximeque digni sunt, quos brevi commentario illustremus.

Octavo die post Pentecosten exhibetur *festum SS. Trinitatis;* feria V. proxime sequenti *festum Corporis Christi,* et nono post die *festum SS. Cordis Jesu;* mense Julio *festum pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Ch.;* mense Augusto *festum s. Joachim;* mense Septembri *festum septem dolorum B. M. V.;* mense Octobri *plura alia solemnia ejusdem SS. Deigenitricis;* mensibus Novembri et Decembri tempus *Adventus.*

Perpauca, ut vides, conceptiva solemnia numerantur, si longitudinem Semestris spectes; segetem tamen argumentorum in iis habemus plane uberem, quae pro scriptionis ratione expedienda atque illustranda sunt, ne materiam tractatione dignam, tanquam ad exitum jam properantes, intactam reliquisse videamur.

Ut autem quae pro academiarum usu adnotari potissimum interest, lectoris animum utilitate aliqua citra fastidium tenere possint, ante omnia *occidentales tabulas paschales utriusque Breviarii, latini et glagolitici,* ob oculos explicandas censemus; etenim quum novitas et varietas mirificam habeant oblectationem, juvenis academicus in contemplanda scriptura glagolitica (quam si non jam in prioris tomi paginis 508—509 typis expressam viderit, ipsi certe maxime nova accidet) hic commode satis cum delectationis atque utilitatis fructu tantisper immorabitur mirabundus [1]): alacrius exinde studiosiusque in caeteras, quae residuae sunt, materias perdiscendas excursurus.

---

[1]) Literas glagoliticas olim *hieronymianas* appellatas fuisse produnt monumenta a nobis allata tomo 1, pp. 502—505, nimirum ex spuria quadam clericorum Dalmatiae traditione, saeculo 13. orta, *de sancti Hieronymi versione slavica textus sacri,* literis dalmaticis seu glagoliticis perscripta. Consulas quae de hac quaestione habet vir rerum slavicarum peritissimus Dobrowsky, *Institutiones linguae slavicae dialecti veteris,* Praef. § 2; qui etiam opportune animadvertit, tantum apud illos Slavos (meridionales), qui ex indulgentia Sedis Apostolicae juxta ritum latinum officia divina in lingua slavica celebrant, literas glagoliticas in usu esse.

TABULA TEMPORARIA

Anni Dmni.	Lit. Dom.	Aur. Num.	Epactae.	Septuagesima	Dies Cinerum.	Pascha.
1881	b	1	*	13 Febr.	2 Mart.	17 Apr.
1882	A	2	xi	5 Febr.	22 Febr.	9 Apr.
1883	g	3	xxii	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.
1884	f e	4	iii	10 Febr.	27 Febr.	13 Apr.
1885	d	5	xiv	1 Febr.	18 Febr.	5 Apr.
1886	c	6	xxv	21 Febr.	10 Mart.	25 Apr.
1887	b	7	vi	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.
1888	A g	8	xvii	29 Jan.	15 Febr.	1 Apr.
1889	f	9	xxviii	17 Febr.	6 Mart.	21 Apr.
1890	e	10	ix	2 Febr.	19 Febr.	6 Apr.
1891	d	11	xx	25 Jan.	11 Febr.	29 Mart.
1892	c b	12	i	14 Febr.	2 Mart.	17 Apr.
1893	A	13	xii	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.
1894	g	14	xxiii	21 Jan.	7 Febr.	25 Mart.
1895	f	15	iv	10 Febr.	27 Febr.	14 Apr.
1896	e d	16	xv	2 Febr.	19 Febr.	5 Apr.
1897	c	17	xxvi	14 Febr.	3 Mart.	18 Apr.
1898	b	18	vii	6 Febr.	23 Febr.	10 Apr.
1899	A	19	xviii	29 Jan.	15 Febr.	2 Apr.
1900	g	1	xxix	11 Febr.	28 Febr.	15 Apr.

FESTORUM MOBILIUM.

Ascensio.	Pentecost.	Corpus Christi.	Indictiones.	Dom. p.Pent.	Dominica I. Adventus.
26 Maji	5 Junii	16 Junii	9	24	27 Nov.
18 Maji	28 Maji	8 Junii	10	26	3 Dec.
3 Maji	13 Maji	24 Maji	11	28	2 Dec.
22 Maji	1 Junii	12 Junii	12	25	30 Nov.
14 Maji	24 Maji	4 Junii	13	26	29 Nov.
3 Junii	13 Junii	24 Junii	14	23	28 Nov.
19 Maji	29 Maji	9 Junii	15	25	27 Nov.
10 Maji	20 Maji	31 Maji	1	27	2 Dec.
30 Maji	9 Junii	20 Junii	2	24	1 Dec.
15 Maji	25 Maji	5 Junii	3	26	30 Nov.
7 Maji	17 Maji	28 Maji	4	27	29 Nov.
26 Maji	5 Junii	16 Junii	5	24	27 Nov.
11 Maji	21 Maji	1 Junii	6	27	3 Dec.
3 Maji	13 Maji	24 Maji	7	28	2 Dec.
23 Maji	2 Junii	13 Junii	8	25	1 Dec.
14 Maji	24 Maji	4 Junii	9	26	29 Nov.
27 Maji	6 Junii	17 Junii	10	24	28 Nov.
19 Maji	29 Maji	9 Junii	11	25	27 Nov.
11 Maji	21 Maji	1 Junii	12	27	3 Dec.
24 Maji	3 Junii	14 Junii	13	25	2 Dec.

ⰕⰀⰁⰎⰋⰜⰀ ⰂⰓⰅⰏⰅⰐⰐⰀⰡ.

ⰎⰡⰕⰀ ⰃⰕⰄⰐⰡ	ⰒⰋⰔⰏ ⰐⰅⰄⰡ	ⰈⰎⰀ. ⰝⰋⰔⰎ.	ⰅⰒⰀ-ⰍⰕⰟ	ⰔⰅⰄⰏⰑⰄⰅ-ⰔⰡⰕⰐⰋⰜⰀ	ⰄⰅⰐⰟ ⰒⰅⰒⰅⰎⰐⰋⰋ̆	ⰒⰀⰔⰘⰀ
ⰝⰛⰑⰀ	Ⰱ	Ⰰ	*	ⰂⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰱ. ⰏⰀⰓ.	ⰆⰊ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰁ	Ⰰ	Ⰱ	ⰀⰊ	Ⰴ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰁ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰸ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰂ	Ⰶ	Ⰲ	ⰋⰁ	ⰋⰀ. ⰋⰀⰐ.	Ⰶ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰄ. ⰏⰀⰓ.
ⰝⰛⰑⰃ	ⰅⰄ	Ⰳ	Ⰲ	Ⰹ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰆ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰂⰊ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰄ	Ⰳ	Ⰴ	ⰃⰊ	Ⰰ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰇⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰴ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰅ	Ⰲ	Ⰵ	ⰋⰄ	ⰋⰀ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰹ. ⰏⰀⰓ.	ⰋⰄ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰆ	Ⰱ	Ⰶ	Ⰵ	Ⰵ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰂ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰹ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰇ	ⰀⰆ	Ⰷ	ⰆⰊ	ⰋⰈ. ⰋⰀⰐ.	ⰄⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰰ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰑⰈ	Ⰵ	Ⰸ	ⰋⰇ	ⰆⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰵ. ⰏⰀⰓ.	ⰋⰀ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒ	Ⰴ	Ⰹ	Ⰸ	Ⰱ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰰ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰵ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰀ	Ⰳ	ⰀⰊ	Ⰻ	ⰋⰄ. ⰋⰀⰐ.	ⰀⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰈ. ⰏⰀⰓ.
ⰝⰛⰒⰁ	ⰂⰁ	ⰁⰊ	Ⰰ	ⰃⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰱ. ⰏⰀⰓ.	ⰆⰊ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰂ	Ⰰ	ⰂⰊ	ⰁⰊ	ⰋⰈ. ⰋⰀⰐ.	ⰄⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰱ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰃ	Ⰶ	ⰃⰊ	ⰋⰂ	ⰋⰀ. ⰋⰀⰐ.	Ⰶ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰄ. ⰏⰀⰓ.
ⰝⰛⰒⰄ	Ⰵ	ⰄⰊ	Ⰳ	Ⰹ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰆ ⰗⰅⰂⰓ.	ⰃⰊ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰅ	ⰄⰃ	ⰅⰊ	ⰄⰊ	Ⰱ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰈⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰴ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰆ	Ⰲ	ⰆⰊ	ⰋⰅ	ⰃⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰲ. ⰏⰀⰓ.	ⰇⰊ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰇ	Ⰱ	ⰇⰊ	Ⰶ	Ⰵ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰂ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰹ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰛⰒⰈ	Ⰰ	ⰈⰊ	ⰇⰊ	ⰋⰈ. ⰋⰀⰐ.	ⰄⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	Ⰱ. ⰀⰒⰓ.
ⰝⰜ	Ⰶ	Ⰰ	ⰋⰈ	ⰀⰊ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰋⰇ. ⰗⰅⰂⰓ.	ⰄⰊ ⰀⰒⰓ.

ⰒⰓⰀⰈⰄⰐⰋⰍⰑⰂⰟ ⰄⰂⰋⰆⰋⰏⰟⰋⰘⰟ.

ⰂⰅⰈⰐⰅ- ⰔⰅⰐⰋⰅ	ⰒⰅⰐⰕⰋ- ⰍⰑⰔⰕⰋ	ⰕⰡⰎⰑ ⰘⰂⰑ	ⰋⰐⰄⰋⰍⰕⰟ	ⰐⰅⰄⰡⰎⰡ ⰒⰑ ⰒⰅⰐⰕ	ⰐⰅⰄⰡⰎⰡ Ⰰ ⰒⰓⰋⰞⰅⰔⰕⰂⰋⰀ
ⰋⰅ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰴ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰅⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰸ	ⰋⰃ	ⰋⰆ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰇⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰇ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰷ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰹ	ⰋⰅ	Ⰲ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
Ⰲ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰂⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰃ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰀⰉ	ⰋⰇ	Ⰱ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
ⰋⰁ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰰ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰁⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰁⰉ	ⰋⰄ	Ⰼ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰃⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰃ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰳ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰂⰉ	ⰋⰅ	ⰋⰈ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
Ⰲ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰂⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰋⰃ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰃⰉ	ⰋⰂ	ⰋⰇ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰈⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰈ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰸ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰄⰉ	ⰋⰄ	ⰋⰆ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
Ⰹ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰻ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰌⰀ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰰ	ⰋⰆ	Ⰱ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
Ⰼ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰸ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰻ ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰱ	ⰋⰃ	Ⰰ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
ⰄⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰄ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰴ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰲ	ⰋⰅ	Ⰼ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
Ⰶ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰆⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰇ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰳ	ⰋⰆ	ⰋⰈ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰋⰅ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰴ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰅⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰴ	ⰋⰃ	ⰋⰆ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰀⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰀ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰰ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰵ	ⰋⰆ	Ⰲ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
Ⰲ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰂⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰃ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰶ	ⰋⰇ	Ⰱ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
ⰋⰂ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰱ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰂⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰷ	ⰋⰄ	Ⰰ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
ⰃⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰃ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰳ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰸ	ⰋⰅ	ⰋⰈ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰋⰆ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰵ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰆⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	Ⰹ	ⰋⰃ	ⰋⰇ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰈⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰈ. ⰏⰀ Ⰱ	Ⰸ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰀⰉ	ⰋⰄ	ⰋⰆ. ⰐⰑⰅⰏⰂⰓ.
ⰀⰉ. ⰏⰀⰋⰡ	ⰋⰀ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰰ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰁⰉ	ⰋⰆ	Ⰲ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.
ⰋⰃ. ⰏⰀⰋⰡ	Ⰲ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰃⰉ. ⰋⰣⰐⰋⰡ	ⰂⰉ	ⰋⰄ	Ⰱ. ⰄⰅⰍⰅⰏ.

De festis mobilibus a fine Pentecostarii ad initium Triodii occurrentibus.

Synopsis.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων· α΄. τοῦ Ματθαίου. Ἄρχεται ἡ ἀκολουθία τῶν ἕνδεκα ἀναστασίμων ἑωθινῶν. Ἡ ἀπόκρεως τῶν Ἀποστόλων. Δευτ. Ἄρχεται ἡ νηστεία τῶν Ἀποστόλων.	Dominica SS. Trinitatis, I. post Pentecost.
Πεμπτ. Ἡ τοῦ Σώματος τοῦ Χριστοῦ ἑορτή.	Fer. V. Solemnitas Corporis Christi.
Κυριακὴ β΄. τοῦ Ματθαίου. Ἄρχεται ἡ Ὀκτώηχος.	Dom. infra Octav. Corporis Christi, II. post. Pent.
Παρ. τῆς γ΄. ἑβδ. τοῦ Ματθ. Slav. *Pamjat sostradanija presvjatyja Bogorodicy.* Italo-gr. *Ἡ τῆς τιμιωτάτης Καρδίας τοῦ Ἰησοῦ ἑορτή.*	Fer. VI. post Octav. Corp. Ch. Festum SS. Cordis Jesu.

Mense Julio.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν ταῖς ς΄. οἰκουμενικαῖς συνόδοις.	Dom. I. Festum pretiosiss. Sanguinis D. N. J. Ch.
Μνήμη τῆς ἐν ΚΠ. κατὰ Σευήρου συνόδου.	Dom. III. Festum SS. Redemptoris.

Mense Augusto.

	Dom. infra Octav. Assumpt. S. Joachim, patris B. M. V.
	Dom. post Oct. Assumpt. Fest. puriss. Cordis M.

Mense Septembri.

Κυριακὴ ὑστάτη τοῦ Ματθαίου.	Dom. I. SS. Angelorum custodum.
Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως.	Dom. infra Octav. Nativ. B. M. Virg. SS. Nominis Mariae.
Παρασκ. μετὰ τὴν ὕψωσιν· Τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου.	Quatuor tempora autumni.
Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν. Δευτ. Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου.	Dom. III. Septem dolorum B. M. Virginis.
Κυριακὴ α΄. τοῦ Λουκᾶ.	

Mense Octobri.

Κυριακὴ α΄. Ἡ τοῦ θειοτάτου ῥοδαρίου ἑορτή.	Dom. I. Festum SS. Rosarii.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῆς ζ΄. οἰκουμ. ἐν Νικαίᾳ συνόδου.	Aliis Dom. festa Maternitatis et Puritatis B. M. V.

Mensibus Novembri et Decembri.

Κυριακὴ πρὸ τῆς ϛ΄. Νοεμ. Μνήμη τῆς κονέως.	Dom. I. Adventus. Quatuor tempora hyemis.
Κυριακὴ τῶν ἁγίων προπατόρων.	Dom. III. Adventus.
Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· τῶν πατέρων. Παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων.	Dom. IV. Adventus.
Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.	Dom. infra Octav. Nativ.



Κυριακὴ πρώτη τοῦ Ματθαίου. Dom. I. post Pentecosten.

A Dominica omnium Sanctorum ad mensem Septembrem inchoatum dominici dies ordine procedunt, quos, ab evangelio quod legitur, *τὰς τοῦ Ματθαίου κυριακάς* nuncupant. Sequuntur duo dies dominici, qui ad festum Exaltationis s. Crucis pertinent. Hinc ad initium Triodii ab evangelio s. Lucae nomen habent. Apud Graecos scilicet dierum dominicorum nomina ab evangelistis, ex quorum evangelio ad Missam et inter Officia legitur, desumi consueverunt, nisi major solemnitas diem sibi vindicaverit. Quare, quum tempore Triodii et Pentecostarii, h. e., a *Dominica publicani et pharisaei* ad *ipsam Pentecosten* semper aliquod mysterium sua dignitate conspicuum singulis diebus dominicis celebretur, factum est, ut evangelistarum nomina cessarint et mysteria diem occupando festo nomen indiderint, quod post Pentecosten aliter evenit; tunc enim, quum nullum mysterium splendidius die dominico celebretur, dominicus ipse dies ab evangelista nomen habet [1]).

Περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν διαδοχῆς, πόθεν ἄρχονται καὶ ποῦ καταλήγουσιν. — De evangelistarum ordine, quando incipiant et ubi finiant.

Ea de re Praefatio ad *Εὐαγγελιστάριον* ex libro *Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας* praeter alia haec refert:

Ἰστέον ὅτι τὸ ὕφος [2]) *τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου ἀναγινώσκεται ἐν ὅλαις ἑβδομάσιν ἑπτά, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς*

---

[1]) Plura de hoc argumento disputat vir diffusissimae lectionis Leo Allatius tum in opusculo *de dominicis et hebdomadibus Graecorum,* § 31, tum in *dissertatione 1. de libris ecclesiasticis Graecorum*, n. 3. Exstat in Fabricii Bibliotheca graeca, l. 5, append. pp. 25—26 (edit. Hamburg. an. 1723).

[2]) *Ὕφος*, proprie *textile,* h. e., id ipsum quod textum est (germ. Gewebe), a verbo *ὑφαίνω, ὑφάω, texo, ordior* (germ. weben). Translate dicitur tum de oratione *(τὸ ὕφος τοῦ λόγου)*, tum de opere scripto *(τὸ ὕφος τοῦ βιβλίου)*, vulgo *textus* libri, *contextus* orationis. Unde recte hic dicitur legi *τὸ ὕφος τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου, textus evangelii secundum Joannem,* quia integer ejus textus continuata *τμημάτων*, in quae divisus est, serie continenter recitatur, donec finiat. Eo absoluto similiter *τὸ ὕφος τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, textus evangelii secundum*

ἁγίας κυριακῆς τοῦ Πάσχα, καὶ λῆγον ἄχρι τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, χωρὶς ἡμερῶν τριῶν.

Τὸ δὲ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ἀναγινώσκεται ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς μετὰ τὴν Πεντηκοστήν, ἤγουν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἄχρι τῆς μετὰ τὴν ὕψωσιν παρασκευῆς κυκλοῦν ἑβδομάσι ιζ'., ὧν αἱ μὲν ια'. ἔχουσι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀναγινωσκόμενον, ἀπὸ δὲ τῆς ιβ'. ἑβδομάδος ἀναγινώσκεται τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις· ἐν δὲ τοῖς σάββασι καὶ ταῖς κυριακαῖς πάλιν ὁ Ματθαῖος, ἄχρι τῶν ιζ'. ἑβδομάδων.

Τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ἄρχεται ἀπὸ τῆς μετὰ τὴν ὕψωσιν δευτέρας ἄχρι τῆς κυριακῆς τοῦ ἀσώτου, ἔχον ὁλοκλήρως τὰς ιβ'. ἑβδομάδας. Ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας τῆς ιγ'. ἑβδομάδος ἀναγινώσκεται ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις τὸ κατὰ Μάρκον. Ἐν δε τοῖς σάββασι καὶ ταῖς κυριακαῖς πάλιν τὸ κατὰ Λουκᾶν.

Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον ὅσον μὲν ἀναγινώσκεται ἀνὰ μεταξὺ τοῦ Ματθαίου καὶ τοῦ Λουκᾶ. Τὸ δὲ ἐπίλοιπον κατὰ τὴν μεγάλην τεσσαρακοστήν, ἐν ἑβδομάσι πέντε, ἤγουν ἐν πέντε σάββασι καὶ πέντε κυριακαῖς.

Evangelia igitur hac ratione distribuuntur:

A primo die Paschatis usque ad Pentecosten legitur evangelium s. Joannis [1]); a feria II. post Pentecosten ad feriam VI. post festum Exaltationis recitatur evangelium s. Matthaei, absolviturque hebdomadibus septemdecim. Per priores undecim hebdomadas singulis diebus ejus lectio continuatur; a duodecima autem quinque diebus hebdomadis Marci evangelium assumitur; verum sabbata et dies dominicos Matthaeus lectione sua occupat usque ad hebdomadam decimam septimam, dummodo haec adhuc infra tempus ipsi assignatum occurrat. Evangelium s. Lucae a feria II., quae Dominicam post Exaltationem s. Crucis excipit, recitatur, et integris hebdomadibus duodecim continuatur. Ab initio tertiae decimae

---

Matthaeum, nullo alius evangelistae capite interjecto, solus legitur, donec ad exitum fuerit perductus: excipiuntur tamen dies solemnes, qui pro mysterii ratione peculiare sibi poscunt evangelium.

[1]) Cur Joannis evangelium Pentecostarii tempori congruere censeatur, e graecis auctoribus ostensum est supra p. 315.

hebdomadis Marci evangelium iterum assumitur quinque diebus hebdomadis, sabbatis tamen et Dominicis Lucae relictis. Hac ratione Marci pars potissima inter Matthaeum et Lucam absumitur, quod vero fuerit reliquum, sabbatis et Dominicis Quadragesimae absolvitur, quemadmodum supra jam ad Dominicam II. Quadragesimae annotavimus p. 123.

Cur autem in liturgica hac totius anni inter quatuor evangelistas distributione tempus aestatis sancto Matthaeo obtigerit, paucis declarat Theophanes Cerameus, homiliam (4.) *εἰς τὴν κυριακὴν τῶν ἁγίων πάντων* ita exorsus [1]):

Ὁ μὲν καιρὸς πρὸς αὐτὸ τὸ τοῦ ἔαρος ἡμᾶς ἄγει ἀκροτελεύτιον. Ὅτε γὰρ ὁ ἥλιος θερμοτέρας ἡμῖν τὰς τῶν ἀκτίνων βολὰς ὑπαφίησι, καὶ τῶν ἀνθέων τὰ κάλλη τὸν μαρασμὸν ὑπεμφαίνουσιν, ἤδη δὲ καὶ τὰ ἡδύπνοα ἄνθη παρέρχεται· ἀλλὰ διαδέχεται τὸ τούτων κάλλος ἡ τῶν κρίνων εὐπρέπεια· δοκεῖ δέ μοι τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἡ τάξις τῷ καιρῷ συναρμόζεσθαι εἱρμῷ τινι, καὶ ἀκολουθίᾳ τοῖς καιροῖς τὴν διδασκαλίαν συνείρουσα· ἀμέλει τὰς θεολογικὰς τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου φωνάς, οἷά τινα πνευματικὰ ῥόδα τρυγήσαντες, ἐπὶ τὰς κρινωνιὰς τοῦ μεγάλου Ματθαίου σήμερον μεταβαίνομεν τὰ καθαρώτατα κρίνα τῶν χριστολέκτων ῥημάτων δρεψόμενοι εἰς τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ τοὺς ἀθλητὰς διεγείροντα.

Anni tempus ad ipsum jam nos perducit veris extremum. Quando enim sol ferventiora nobis radiorum spicula immittit, florum incipit pulchritudo marcescere, ac jam suaveolentes praetereunt flores: sed eorum venustatem excipit liliorum decor. Ac videtur sane mihi evangelicarum lectionum ordo tempori satis accommodatus, et apta quadam serie et consecutione temporibus doctrinam adnectere. Nimirum quum evangelii Joannis de divinitate loquentis verba quasi spirituales decerpserimus rosas, hodie ad magni Matthaei lilieta progredimur, ut verba Christi ad confessionem sui athletas suos hortantis quasi purissima lilia colligamus.

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 783—786.

Sed et *de quaternario evangelistarum numero* idem Theophanes pie admodum subtiliterque philosophatur in *homilia* (5.) *εἰς τὴν κυριακὴν μετὰ τὴν ὕψωσιν ἤγουν πρώτην τοῦ Λουκᾶ*, post explicatam hanc anni inter quatuor evangelistas distributionem *quatuor elementa sensibilis mundi* cum virtutibus quatuor principalibus, quae in hominis parvo mundo elementorum quamdam rationem habent, comparando, atque ipsa quatuor evangelia (utpote quae ad hominis informationem a Deo data sint) cum singulis elementis ac virtutibus conferendo. Ingeniose et venuste scriptam disputationem doctis annotationibus illustravit Franciscus Scorsi, relatus apud Migne, Patr. gr. t. 132, pp. 203—210, ubi eam cum aliis textibus de variis, quas Patres in quaternario evangeliorum numero inesse docent, mysticis rationibus consulere poteris [1]).

De annuo Dominicarum circulo ad pericopas evangelicas descripto.

Quum in diebus dominicis *τοῦ ἑξαμήνου ἀνεορτάστου* sive *τῆς Ὀκτωήχου* nihil occurrat, quod difficultatem vel ex nomine vel aliunde creet, satis fuerit, eorum nomina ex ordine hic adscripsisse, praemissis tamen, quas a propriis suis mysteriis appellari diximus, Triodii et Pentecostarii Dominicis, ut ita lector accuratam habeat et simplicem unoque in conspectu positam omnium totius anni Dominicarum seriem ac divisionem: qua brevi synopsi nihil efficacius esse comperimus et ad levandum studiosorum laborem et ad conservandos academiarum fructus. Sequimur autem Kalendarium Julianum, quod, qui in Austro-Hungaria servant ritum graecum, emendatam Kalendarii formam nondum susceperunt.

---

[1]) Quia Francisci Scorsi opus non omnibus est in manibus, ex eo huc transferre visum est, esse ex Patribus qui *quaternarium evangelistarum numerum* praesignatum in Vet. Testam. credant *quatuor paradisi fluminibus et quatuor annulis, quibus arca Domini gestabatur, et quatuor animalibus Ezechielis et Apocalypsis.* Quaternarium numerum alii inde derivant, *quod quatuor sunt partes orbis terrae, per cujus universitatem Christi Ecclesiam dilataturi evangelistae hoc munus ipso sui numeri sacramento quodammodo declararunt.* Sed ipsum fontem adeas *si vacat.*

Diagramma dierum dominicorum

anni ecclesiastici 1881

veteris stili [1])

ad propositos canones exactum.

I.

ΤΡΙΩΙΔΙΟΝ.

α΄. Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου.	1. Dominica IV. post Epiphaniam.	
β΄. Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου.	2. D. Septuages.	
γ΄. Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω.	3. D. Sexages.	
δ΄. Κυριακὴ τῆς τυρινῆς.	4. D. Quinquag.	
ε΄. Κυριακὴ πρώτη τῶν νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὀρθοδοξίας.	5. D. I.	Quadragesimae.
ϛ΄. Κυριακὴ δευτέρα τῶν νηστειῶν.	6. D. II.	Quadragesimae.
ζ΄. Κυριακὴ τρίτη τῶν νηστειῶν, ἤτοι τῆς σταυροπροσκυνήσεως.	7. D. III.	Quadragesimae.
η΄. Κυριακὴ τετάρτη τῶν νηστειῶν, ἤτοι τοῦ Ἰωάννου τῆς κλίμακος.	8 D. IV.	Quadragesimae.
θ΄. Κυριακὴ πέμπτη τῶν νηστειῶν, ἤτοι τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας.	9. D. V.	Quadragesimae.
ι΄. Κυριακὴ τῶν βαΐων.	10. D. Palmarum	

[1]) Cur annum 1881 in priori editione assumptum etiam nunc retineamus, heic, p. 289 declaratum vide, si placet.

II.

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΑΡΙΟΝ.

ια΄.	Κυριακὴ τοῦ Πάσχα.	11. D. Resurrect.	
ιβ΄.	Κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα ἤτοι ἡ ψηλάφησις τοῦ Θωμᾶ.	12. D. in Albis.	
ιγ΄.	Κυριακὴ τρίτη ἀπο τοῦ Πάσχα, ἤτοι τῶν μυροφόρων.	13. D. II.	post Pascha.
ιδ΄.	Κυριακὴ τετάρτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τοῦ παραλύτου.	14. D. III.	
ιε΄.	Κυριακὺ πέμπτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τῆς Σαμαρείτιδος.	15. D. IV.	
ιϛ΄.	Κυριακὴ ἕκτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τοῦ τυφλοῦ.	16. D. V.	
ιζ΄.	Κυριακὴ ἑβδόμη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ.	17. D. infra Oct. Ascensionis.	
ιη΄.	Κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς.	18. D. Pentecost.	
ιθ΄.	Κυριακὴ πρώτη μετὰ τὴν Πεντηκοστήν, ἤτοι τῶν ἁγίων πάντων ἤτοι πρώτη τοῦ Ματθαίου.	19. D. I. post Pentecosten	

III.

ΟΚΤΩΗΧΟΣ.

κ΄.	Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ: *de doctrina Christi.*	20. D. II.	post Pentecosten.
κα΄.	Κυριακὴ τρίτη τοῦ Ματθαίου· ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός: *lucerna corporis est oculus.*	21. D. III.	
κβ΄	Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου: *de centurione.*	22. D. IV.	

κγ'.	*Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν δύο δαιμονιζομένων: de duobus vexatis a daemone.*	23. D. V.
κδ'.	*Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ παραλυτικοῦ: de paralytico.*	24. D. VI.
κε'.	*Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν δύο τυφλῶν: de duobus caecis.*	25. D. VII.
κς'.	*Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν πέντε ἄρτων καὶ τῶν δύο ἰχθύων: de quinque panibus et duobus piscibus.*	26. D. VIII.
κζ'.	*Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἐν θαλάσσῃ περιπάτου: de ambulatione in mari.*	27. D. IX.
κη'.	*Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ σεληνιαζομένου: de lunatico.*	28. D. X.
κθ'.	*Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ βασιλέως: de parabola regis.*	29. D. XI.
λ'.	*Κυριακὴ δωδεκάτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Ἰησοῦν πλουσίου: de divite Jesum interrogante.*	30. D. XII.
λα'.	*Κυριακὴ δεκάτη τρίτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀμπελῶνος: de parabola vineae.*	31. D. XIII.
λβ'.	*Κυριακὴ δεκάτη τετάρτη τοῦ Ματθαίου· περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸν γάμον: de vocatis ad nuptias.*	32. D. XIV.
λγ'.	*Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως.*	33. D. XV.
λδ'.	*Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν.*	34. D. XVI.

post Pentecosten.

λε΄.	Κυριακὴ πρώτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων: *de venatione seu captura piscium.*	35. D. XVII.	
λϛ΄.	Κυριακὴ δευτέρα τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἀγάπης: *de diligendis inimicis.*	36. D. XVIII.	
λζ΄.	Κυριακὴ τρίτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ υἱοῦ τῆς χήρας: *de filio viduae.*	37. D. XIX.	
λη΄.	Κυριακὴ τετάρτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ σπόρου: *de parabola seminis.*	38. D. XX.	
λθ΄.	Κυριακὴ πέμπτη τοῦ Λουκᾶ περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου: *de divite et Lazaro.*	39. D. XXI.	post Pentecosten.
μ΄.	Κυριακὴ ἕκτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ ἔχοντος τὸν λεγεῶνα: *de habente legionem.*	40. D. XXII.	
μα΄.	Κυριακὴ ἑβδόμη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἀρχισυναγώγου καὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης: *de filia Archisynagogi et de sanguinis profluvio laborante.*	41. D. XXIII.	
μβ΄.	Κυριακὴ ὀγδόη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος τὸν Κύριον νομικοῦ: *de jurisconsulto Jesum interrogante.*	42. D. XXIV.	
μγ΄.	Κυριακὴ ἐννάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ οὗ ἐφόρησεν ἡ χώρα πλουσίου: *de divite, cujus regio exuberavit.*	43. D. ultima	
μδ΄.	Κυριακὴ δεκάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας: *de muliere habente spiritum infirmitatis.*	44. Dominica I. Adventus.	
με΄.	Κυριακὴ ἑνδεκάτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τῶν κεκλημένων εἰς τὸ δεῖπνον: *de vocatis ad coenam.*	45. Dominica II. Adventus.	

μϛʹ. Κυριακὴ τῶν προπατόρων.	46. D. III.	Adventus.
μζʹ. Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως· τῶν πατέρων [1]).	47. D. IV.	
μηʹ. Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.	48. D. infra Oct. Nativitatis.	
μθʹ. Κυριακὴ πρὸ τῶν φώτων.	49. D. infra Oct. Circumcisionis.	
νʹ. Κυριακὴ μετὰ τὰ φῶτα.	50. D. infra Oct. Epiphaniae.	
ναʹ. Κυριακὴ δεκάτη πέμπτη τοῦ Λουκᾶ· περὶ τοῦ Ζακχαίου: *de Zachaeo.*	51. D. II. post Epiphaniam.	

Isti sunt omnes unius anni dies dominici cum praecipuis lectionibus in iis legi solitis.

Caetera *Εὐαγγέλια ἐκλογάδια* prolixitatis vitandae causa omittimus, quum e primo quoque libro liturgico Graecorum peti possint. Si cui vero in promptu non sit liber ritualis ecclesiae orientalis, is adeat Asseman., qui ea de re accurate agit in *Kal. Eccles. Univers.* tom. 5, pp. 563 seqq.; atque ex eo speciatim quoad numerum *dierum dominicorum post Epiphaniam*, ex subsequentis Paschatis sede definiendum, haec sibi notet, qui computi ecclesiastici dogmata plene cognita non habet.

Quum Dominicae post Epiphaniam modo plures, modo pauciores sint, si tempus ipsius Paschae, pro cujus norma istae diriguntur, consideres, animadvertendum est,

a) si Pascha subsequens 22., aut 23., aut 24. Martii eveniet, Dominica post Lumina [2]) nulla erit, sed statim Trio-

[1]) Duobus hisce diebus dominicis 47. et 48, qui a Nativitate Christi nomen habent, legitur evangelium ex Matthaeo; atque inde venit, ut dies dominicus 51. sit 15. Lucae.

[2]) *Epiphania Domini* Graecis ἡ ἡμέρα τῶν φώτων, *dies Luminum,* dicitur a cereis et lampadibus, quibus accensis universus ille ritus baptismi absolvitur; quod enim Latini *baptismo ablui* dicunt, id orientalibus est *φωτίζεσθαι, illuminari.* Sed ea de re satis multa tomo 1, p. 57.

dium inchoabitur et evangelium Dominicae *μετὰ τὰ φῶτα*, *post Lumina*, die 7. Januarii recitandum;

b) si vero Pascha agetur 25., aut 26., aut 27., aut 28., aut 29., aut 30., aut etiam 31. Martii, tantummodo sola Dominica post Lumina erit et deinde Triodium ponetur;

c) si Pascha celebrabitur a 1. Aprilis usque ad 6. *inclus.*, una hebdomas inter Dominicam post Lumina et Triodium numeratur eaque evangelium XV. Lucae recitandum[1]);

d) si Pascha cadet in dies ab 8. usque ad 14. Aprilis, duae erunt hebdomades inter Dominicam post Lumina et Triodium, et priori XII. Lucae, altera XV. evangelium dicetur et tum initium Triodio dandum;

e) si Pascha habebitur 15. Aprilis usque ad 21., inter Dominicam post Lumina et Triodium tres ponentur hebdomades, in quarum prima legetur XII. Lucae evangelium, in altera XV., et tertia XVII. Matthaei, tum Triodium incipiendum;

f) si tandem Pascha unum ex diebus tenebit inter 22. et 25. Aprilis, tunc non minus quam quatuor hebdomades numerabuntur inter Dominicam post Lumina et Triodium: in earum prima legetur XII., secunda XIV., tertia XV. Lucae, quarta XVII. Matthaei: tum sequetur Triodium seu *Dominica publicani et pharisaei*, quae Dominicae Septuagesimam Latinorum proxime antecedenti respondet.

De jejunio ss. Apostolorum.

Jejunium Apostolorum, quod, praeter Armenos, orientales omnes antiquo more servant, etiam *Quadragesimam* vocari diximus tom. 1, pp. 230 et heic p. 82; ubi relege, si placet, quae post canonistas et theologos de hac jejunandi consuetu-

[1]) Quibus annis Pascha agitur 2. Aprilis, litera Dominicalis est A, ac proinde dies Dominici numerantur 53, uti declaratum est in *Computo Eccles.* cap. 6, pp. 82 seqq. Id vero duobus saeculis, quae proxime sequentur, in Kalendario Juliano Orientalium octies continget: 1895, 1917, 1928, 1990, 2001, 2012, 2087 et 2096; in Kalendario Gregoriano vero sexies tantum 1893, 1899, 1961, 1972, 2051 et 2056.

dine carptim perstricta protulimus. Iis nunc brevem explicationem quatuor illorum articulorum addimus, qui in extensis Graecorum Paschaliis signantur, nimirum: *vigilia, initium, duratio* et *finis.*

Vigilia jejunii. — *Κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων. Ἡ ἀπόκρεως τῶν Ἀποστόλων.*

Dies proximus ante jejunium nomine *τῆς ἀπόκρεω* vocatur, quod, quum ultimus sit dies, quo carnibus vesci liceat, per eum solito lautius *ἀποκρεύοντες* epulis indulgeant. Ejusmodi *ἡμέρα τῆς ἀπόκρεω (mjasopust)* in Paschaliis [1]) quater occurrit: die dominico ante feriam II. *τῆς τυροφάγου*, hoc festo omnium Sanctorum *(ἡ ἀπόκρεως τῶν Ἀποστόλων* sive etiam *τοῦ Πέτρου)*, ultimo Julii *(ἡ ἀπόκρεως τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου)*, et die 14. Novembris *(ἡ ἀπόκρεως τῶν Χριστουγέννων)*. Sed satis nobis multa de rationibus *τῆς ἀπόκρεω* disputasse videmur pp. 19, 30—35 et 298—299.

Ἡ ἀπόκρεως itaque Graecis tantundem valet, quod Armenis dies *Paregentán*, quem singulis jejuniis ab ipsis praemitti dicemus infra in altera sectione *de anno ecclesiastico ecclesiae armenae.*

Initium jejunii. — *Τῇ β'. τῆς β'. ἑβδομάδος τοῦ Ματθαίου· Ἀρχὴ τῆς νηστείας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.*

Slav. *Načalo Petrova posta;* rumen. *Inceperea ajunului santîloru Apostoli.*

Diem *τῆς ἀπόκρεω* excipit ipsum *jejunium Apostolorum,* Slavis *αὐτολέξει jejunium Petri,* vulgo *Petriwka* nuncupatum; quamvis nonnunquam etiam a *ss. Petro et Paulo* dicatur. Alii contra jejunium hoc *omnibus Apostolis,* quorum communis est solemnitas die 30. Junii, solemniter consecratum volunt. *Ἰδίαν ἐννοίαν*, inquit Symeon Thessalonicensis [2]), *propriam rationem habet,* nam

Ἡ νηστεία τῶν Ἀποστόλων διὰ τὴν τούτων τιμήν. Καὶ	*Jejunium Apostolorum in eorum honorem institutum est.*

[1]) Inspice inter alia Paschalion superius repraesentatum p. 297.

[2]) *Ἀποκρίσεις* sive *Responsiones ad Gabrielem Pentapolitanum, quaest. 54.* (apud Migne, Patr. gr. t. 155, pp. 899 seqq.).

δικαίως· ὅτι πλείστων ἀγαθῶν δι᾽ αὐτῶν ἠξιώμεθα, καὶ ὅτι νηστείας οὗτοι καὶ ὑπακοῆς ἄχρι θανάτου καὶ ἐγκρατείας ἐργάται ὤφθησαν ἡμῖν καὶ διδάσκαλοι. . . . Συναπτῶς τῇ νηστείᾳ ἐκείνῃ καὶ τοὺς παραδεδωκότας νηστεύειν, Ἀποστόλους τιμῶντες νηστεύομεν.

Justissime quidem, quia per eos plurima bona accepimus, et quia nobis fuerunt abstinentiae, obedientiae usque ad mortem et temperantiae auctores et magistri. . . . Apte jejunio hoc Apostolos honoramus, a quibus jejunare didicimus.

Duratio jejunii. — *Ἡ νηστεία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων (ἐν ἔτει ͵αωπα΄) ἡμέραι κα΄.*

Slav. *Petrova posta* (1881) *nedĕl. 3;* rumen. *Ajunulu ss. Apostoli* (1881) *3 septemani.*

Apostolorum jejunium a variis varie servatum legimus apud Balsamon. in *Responso ad 53. quaestionem Marci, patriarchae Alexandrini* [1]). Symeon Thessalonicensis de una hebdomade loquitur citata quaestione 54. Sed nunc a feria II. post Dominicam omnium Sanctorum ad 29. Junii assumitur estque pro festivitatis paschalis varietate incertum: brevius si Dominica omnium Sanctorum in Junium inciderit, longius, si in Majum [2]). Quot hebdomades ac dies pro anni vice involvat, Paschalion ostendit. Totidem dierum est, inquit Isaacus monachus [3]) quot a Paschate ad diem 3. Maji

---

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 138, p. 1002.

[2]) Pro varietate *termini paschalis (τῶν τοῦ Πάσχα ὁρίων)* accidere potest, ut ἡ νηστεία τῶν Ἀποστόλων jejunium quadragesimale exaequet. Ad rem cl. D. J. Borosiu in egregio suo *Ritualu,* p. 67: *Postulu acesta,* inquit, *se incepe de lune dupa* Dominec'a toturoru Santiloru *si tiene pana in diu'a serbatorei acesteia, si asia postulu acesta póte se fia mai lungo ori mai scurtu, dupacum s. Pasci cadu mai inte séu mai tardiu, si adeca; póte se tiena numai 1 septemana si 1 dî, — séu si pana la 6 septemani.* Rarissimus hic casus evenit, quando Pascha celebratur ἐν κατωτάτῳ ὅρῳ, ut Graeci ajunt, h. e., die 22. Martii (v. g. an. 2285 in Kalendario Gregoriano, et an. 1915 in Kalendar. Juliano), tunc enim a Dominica Resurrectionis ad d. 3. Maji sex hebdomades numerantur. Verum hebdomadam 1 et diem 1 habet jejunium, si Pascha agatur ἐν ἀνωτάτῳ ὅρῳ h. e. die 25. Apr. (ut an. 1886 *n. st.,* et an. 1983 *v. st.).*

[3]) Apud Migne, Patr. gr. t. 19, pp. 1306—1307.

computantur; nam a Paschate ad Dominicam omnium Sanctorum dies sunt 57; a die 3. Maji ad d. 28. Junii totidem. Quare dempto intervallo a die 3. Maji ad Dominicam omnium Sanctorum unum idemque spatium erit a Paschate ad d. 3. Maji, quod est a Dom. omnium Sanctorum ad 28. Junii.

Finis jejunii. — *Ἡ μνήμη αὐτῶν (ἐν ἔτει ͵αωπα΄) ἡμέρᾳ δευτέρᾳ.*

Slav. *Praznik svv. Apl.* (1881) *v ponedělok;* rumen. *Diua lor in luni.*

Τέλος τῆς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων νηστείας, Finis jejunii Apostolorum, in Paschaliis signatur adscripta hebdomadis feria, in quam eo anno festum Principum Apostolorum (29. Junii) incidit.

Ex quo Graeco-Melchitae Kalendarium Gregorianum receperunt, jejunium Apostolorum apud eos ex particulari statuto semper dies habet 12, quemadmodum dictum est supra p. 301; verum in vulgato Kalendario arabico *novi stili,* quod non ita pridem ex longinqua Syria accepimus, dies adhuc juxta antiquam *τῆς νηστείας μέθοδον* sunt computati. Ita v. g. assumpto anno 1881 signantur in Paschalio *n. st.: Çaum errusul 16 jaum, ʿid'hom el-arbaʿa = jejunium Apostolorum 16 dies, memoria eorum feria IV.;* in Paschalio Juliano autem: *Çaum errusul 21, ʿid'hom el-itsnain = jejunium Apostolorum 21* (dies), *memoria eorum feria II.,* quae etiam in aliis Paschaliis ritus graeci annotata vidimus.

Simili ferme ratione Kalendaria caeterique libri liturgici Ruthenorum canonicum hoc jejunium hodieque juxta antiquam disciplinam referunt, quamvis ad unum diem sit ex dispensatione redactum. Quod nimirum synodus provincialis Zamoscena an. 1720 jam *censuerat, ab hoc jejunio rusticos aliosque operarios vel in parte vel in totum absolvi posse, propterea quod incidit in tempus, quo fruges colliguntur* [1]), id postea episcopus Leopoliensis *Petrus Bělanski,* instante gubernio civili propter famem tunc grassantem, generatim

[1]) Tit. 16. *De jejuniis et festis.* Collect. Lacens. t. 2, p. 63.

quoad totam dioecesim (regularibus tamen exceptis) praestitit epistola pastorali d. 30. Maji 1788 jejunio ad unum diem restricto [1]. Verum illud quantumvislicet abrogatum et Kalendaria legitimis jejuniorum temporibus accensere et fideles religiosissime servare pergunt [2].

In libris liturgicis et Kalendariis Rumenorum eadem haec *νηστεία τῶν Ἀποστόλων* similiter praescriptis ecclesiae jejuniis (*posturile*, juxta nostrates Transsilvanos et Bukovinaenses rectius *ajunurile*) ubique annumeratur [3].

Apud Syros ecclesiae catholicae unitos jejunium ss. Apostolorum ad quatuor dies redactum est, dum a Syris Jacobitis hodieque Graecorum more observatur. In eo tamen caeterae nationes orientales a graeco ritu discedunt, quod in minoribus Quadragesimis tantum a cibis vetitis abstinentiam habent, sublata lege servandi alteram jejunii partem, quae in unica comestione consistit. Sed legi velim annotationes doctissimi viri Archiepiscopi David in Actis *Revue des Églises d'Orient*, t. 2, pp. 148—149, ubi multa habes, quae ad orientales jejunii leges pertinent.

Quadragesimae Apostolorum apud orientales in ritu latino *jejunia vigiliarum* respondent. Generali ecclesiae lege quippe statutum est, ut „*omnium Apostolorum vigiliae in observatione jejunii celebrentur, praeter vigilias Apostolorum Philippi et Jacobi et beati Joannis Evangelistae: quoniam ipsorum solemnitas* (1. Maji) *intra solemnitatem paschalem, istius autem intra natalem Domini* (27. Decemb.) *celebratur.*“ C. Consilium 2. X. de observ. jejun. (III, 46).

Quemadmodum autem austeritas quadragesimae Apostolorum in Oriente fuit labentibus annis in pluribus mitigata, ita et in Occidente jejuniis vigiliarum paulatim mitior forma induci coepit: jejunii obligatione aut in aliud tempus, praecipue Adventus, translata, aut alias in faciliorem modum immutata.

---

[1] Apud Harasiewicz, *Annales ecclesiae ruthenicae*, p. 612.

[2] Salubri exemplo sunt, quae de integerrima hac Ruthenorum pietate *αὐτόπτης* refert Pelesz, *Geschichte der Union* t. 2, p. 743.

[3] Cfr. Papp-Szilágyi, *Enchiridion juris eccl. orient.* p. 509;

Κυριακὴ α΄. τοῦ Ματθαίου. Ἀρχὴ τῆς τῶν ἑωθινῶν ἀκολουθίας.

Κυριακὴ β΄. τοῦ Ματθαίου. Ἀρχὴ τῆς Ὀκτωήχου.

Μέθοδος τοῦ εὑρίσκειν τὸ ἑωθινὸν καὶ τὸν ἦχον.

Methodus inveniendi evangelium matutinum et tonum.

Κανόνια ἐν οἷς εὑρίσκεται ἀεί ποτε τὸ ἑωθινὸν τῶν Κυριακῶν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ὁμοίως καὶ ποῖος ἦχος ψάλλεται ἐν ἑκάστῃ Κυριακῇ.

Canones, per quos semper invenitur evangelium matutinum Dominicarum totius anni, similiter et qualis tonus canitur singulis Dominicis.

Sub hoc titulo plures regulae computisticae assutae leguntur vulgatis *Εὐαγγελισταρίοις*, quarum omnium loco tu unum illum generalem canonem teneas, quem supra dedimus pp. 291—292; et re sane vera, si ad eum rationes subduxeris, invenies v. g. recte in Paschaliis arabicis (p. 300) signari:

1855.	*Ellachn*	*8,*	*El-eotînâ*	*11;*
1856.	—	*5,*	—	*5;*
1857.	—	*1,*	—	*1;*

similiter in Kalendario arabico anni 1881, quod ex Oriente nos accepisse diximus:

Kal. Julian.	*Ellachn*	*1,*	*El-eotînâ*	*1* [1]);
Kal. Gregor.	—	5,	—	5.

Sed idem hoc Paschalion ritus graeci ad leges Kalendarii Gregoriani confectum propter suam raritatem, immo et

Rascanu, *Liturgica,* partea 4, *postul st. Apostoli,* p. 218; Felician. Branu, *de jejun. ecclesiast.* et Kalendaria passim. Apposite cl. D. Borosiu: *La cuvenintiós'a serbarea acestei dile mari,* inquit l. c., *credintiosii se pregatescu cu postu.*

[1]) A Dominica I. post Pentecosten ad initium Triodii numerantur an. 1855 Dominicae 33, an. 1856 Dom. 38, an. 1857 Dom. 34, an. 1881 Dom. 34; quos numeros si per 11 diviseris, habebis ex ordine, juxta canonem propositum pp. 291—292, descripta *ἑωθινά* 11, 5, 1, 1. — Et quoniam *Ὀκτώηχος* una hebdomade serius incipit, facta divisione numerorum 32, 37, 33 per 8, invenies tonos Triodio quatuor illis annis convenientes 8, 5, 1, 1.

singularitatem, dignum omnino videtur, quod in forma integra hic extendatur, quum nullum aliud adhuc, quod sciamus, Paschalion Gregorianum ritus graeci typis sit in Europa vulgatum [1]).

ΠΑΣΧΑΛΙΟΝ

ΤΟΥ ΕΤΟΥΣ

1881. ͵αωπα΄. ͵ζτπθ΄.

ΗΜΕΡΟΛΟΓ. ΓΡΗΓΟΡΙΑΝ.

سنة ادم ٧٣٨٩ سنة المسيح ١٨٨١ قاعدة القمر ٣٠ بارمون
الميلاد الجمعة الفسحة ٥٨ يوم اللحن ٥ التريودى ٦ شباط
الاوتينا ٥ مرفع اللحم ٢٠ شباط عيد البشارة الجمعة فرق
الصوم ٧ ايام الفصح ١٧ نيسان صوم الرسل ١٦ يوم عيدهم الاربعا

ΗΜΕΡΟΛΟΓ. ΙΟΥΛΙΑΝ.

ادم ٧٣٨٩ المسيح ١٨٨١ كيكليس الشمس ٢٥ كيكليس القمر
١٧ قاعدة القمر ١٠ بارمون الميلاد الاربعا الفسحة ٥٣ التريودى
١ شباط اللحن ١ الاوتينا ١ مرفع اللحم ١٥ شباط عيد
البشارة الاربعا من الجمعة الخامسة فرق الصوم ٧ الفصح
١٢ نيسان صوم الرسل ٢١ عيدهم الاثنين

[1]) Editio Romana Horologii an. 1876 habet quidem προςθήκης instar *Πασχάλιον κατὰ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης* ab an. 1877 ad an. 1932 (p. 365); verum in eo sola Paschata Kalendarii Gregoriani indicantur, quum *Πασχάλια* proprie dicta e contrario sint omnia ad leges Kalendarii Juliani exacta pp. 351—364.

Dominica Sanctissimae Trinitatis.

Slav. *Nedělja presvjatyja Trojcy;* arab. *Achad et-tsâlûts el-aqdas;* syr. *Chadb'šabbâ dath'lîthâjûthâ qaddîštâ.*

Sanctissimae Trinitatis festum apud Slavos praeterea vocatur bohem. *Ned. Nejsvětější Trojice;* croat. *Ned. sv. Trojica;* slov. *Ned. sv. Trojice;* polon. *Nied Św. Trójcy.* In Kalendariis civilibus rumenis signatum est *Dominec'a prea Sant'a Treime* vel *Trinitate;* in hungaricis *Szent Háromságvasárnap. Ἡμερολόγιον ἑλληνοβλαχικόν* nomen vertit: *Κυριακὴ τῆς ἁγίας Τριάδος.*

Dominica, quae Pentecosten proxime consequitur, *Festum Sanctissimae Trinitatis* Latini celebramus, cujus rationibus indagandis inservit Decretalis *Quoniam 2. X. de Feriis* (II, 9). Eo capite vero Alexander PP. II.[1]) haec habet § 3: *„Praeterea festivitas Sanctissimae Trinitatis secundum consuetudines diversarum regionum a quibusdam consuevit in Octavis Pentecostes, ab aliis in Dominica prima ante adventum Domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quod in aliquo tempore hujusmodi celebret specialiter festivitatem, quum singulis diebus* Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto *et caetera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis."* Cujus Decretalis verba ut planius intelligantur, haec sunt ex ordine notanda.

Festi *Sanctissimae Trinitatis* celebrationi specialis dies assignatus non fuit primis Ecclesiae saeculis, usque dum pul-

[1]) Decretalem *Quoniam 2. X. de Feriis* in corpore juris canonici Alexandro PP. III. mendose tribui, post Martene, *De antiqua Eccl. discipl. in celebrand. divinis Offic.* c. 28, et Thomassin., *de festorum celebrat.,* lib. 2, c. 18, ex eo conficit Benedictus PP. XIV., *de festis D. N. J. Ch., part. I, n. 521,* quod eam memoret Micrologus, *de Ecclesiasticis observ.* c. 60 (apud Migne, Patr. l. t. 151, p. 1020). Nullum autem dubium, quin Micrologus vixerit sub s. Gregorio PP. VII. (uti patet ex c. 14 op. cit.), qui creatus est Pontifex an. 1073. Alexander PP. III. ergo quum Pontificatum sit adeptus anno 1159, ejus legis auctor esse non potest. Alexander igitur, cujus meminit Micrologus l. c., ejus nominis *Secundus* esse debet, qui ad Pontificiam dignitatem evectus legitur an. 1061. Cfr. Bened. PP. XIV. l. c. Edition. Bruxell. an. 1866, t. 2, p. 95.

lulante haeresi Ariana sancti Ecclesiae Patres Officium peculiare cum Canticis, Responsoriis, Praefatione et hymnis propriis disposuerunt, ut diebus dominicis celebraretur hoc magnum mysterium. Exstant Orationes cum Praefatione Sanctissimae Trinitatis in vulgato Sacramentario s. Gregorii M. apud Migne, Patr. l. t. 78, p. 116. Non tamen inter dominicos dies proprius Sanctissimae Trinitatis honori deputatus fuit, usque dum saeculo 8. celebrari coepit die dominico: Octava videlicet Pentecostes in aliquibus ecclesiis; in aliis vero Dominica ante primam Adventus, qua de re latam quaestionem habet Benedictus PP. XIV. *De festis D. N. J. Ch. part. 1. n. 522* [1]). Hinc factum est, ut multae ecclesiae Octavam Pentecostes non agnoscerent, quia diem illum Sanctissimae Trinitati dicarant, de qua consuetudine accipiendum est C. *Capellanus,* ubi Clemens PP. III. asserit, *festum Pentecostes carere Octavis,* quemadmodum diximus supra pp. 394 et 423.

Unde quum Alexander PP. II. consultus fuisset, utrum specialem diem huic festivitati dicare liceret, ut plures ecclesiae fecerant, hac Decretali *Quoniam* respondit, Ecclesiam Romanam non consuevisse aliquem diem specialiter adscribere solemnitati Sanctissimae Trinitatis, quum singulis diebus diceretur *Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto;* non tamen idcirco reprobavit consuetudinem ecclesiarum, ubi certo et praefinito die Sanctissimae Trinitatis festivitas celebrabatur; immo quum ad plures provincias latius in dies vulgaretur [2]), tandem a Joanne PP. XXII. († 1334) decretum est, ut prima post Pentecosten Dominica ab universali celebraretur Ecclesia, atque ita eo tempore recollectio veluti fieret cultus totius anni omnibus diebus Dominicis Sanctissimae Trinitati in universa Ecclesia exhibiti, quo jam constituta in Pentecoste lege nova et Ecclesia christiana, Luna mystica, per elevatum solem nostrum stante in ordine, seu obsignatis omnibus ad Christum attinentibus mysteriis, reserata est Augustissimae Trinitatis notitia, ut post Rupert. c. 1. notarunt Theophil.

[1]) Edition. cit. tom. 2, p. 96.

[2]) Cfr. Rupert. Tuitien., *de divinis officiis,* l. 11, c. 1. (Migne, Patr. lat. t. 170, p. 293) et Durand. *Rational. lib. 6. c. 11.*

Raynaud. tom. 15 *in Heterocl.* p. 3, c. 2. et Suarez *de religione* tom. 1, lib. 2, c. 4, n. 17 [1]).

Praefationem illam celeberrimam, quae festo sacratissimi hujus mysterii in Missa respondet, non esse coaevam ipsi festo a Joanne PP. XXII. instituto, res est testatissima tum ex Micrologo, qui, licet respuat festum, hanc Praefationem tamen *ex Romana auctoritate susceptam diebus Dominicis frequentari* ait *de ecclesiasticis observationibus cap. 60* [2]), tum ex C. *Invenimus 71* Dist. 1. de Cons., ubi eam antiquus auctor inter novem illas Praefationes ponit, *quas longa retro vetustas in Romana Ecclesia servavit* [3]). Hanc ipsam tamen de Sanctissima Trinitate Praefationem Clemens PP. XIII., respiciens ritus antiquae disciplinae, singulis Dominicis peculiari festo non impeditis recitandam constituit Decreto 3. Januarii an. 1759.

Quod vero ad Doxologiam attinet *Gloria Patri,* quam Decretalis ait cani quotidie, vulgaris quondam sententia fuit, in Nicaena Synodo illam glorificationem fuisse compositam, eam in Oriente addi solitam in fine cujuslibet Psalmi, ac

[1]) Menardus in notis et observationibus ad s. Gregorii M. Sacramentarium putat, festum Sanctissimae Trinitatis in Ecclesia Romana olim celebratum, postea intermissum ac tandem a Romanis Pontificibus instauratum fuisse. Cfr. Migne, Patr. lat. t. 78, p. 392.

[2]) Apud Migne, Patr. lat. t. 151, p. 1020.

[3]) In gratiam eorum, quibus manca tantum est corporis juris canonici cognitio, haec animadvertimus. *Praefatio* Latinis dicitur oratio seu gratiarum actio, quae Canoni praemittitur, qua disponitur sacerdos et populus ad tremendorum mysteriorum confectionem seu actionem; nam *Canon* et *Actio* κατ' ἐξοχήν vocatur legitima et regularis sacramentorum confectio. De Praefatione notatu dignissimi sunt canones *Quando* 70 et *Invenimus* 71 Dist. 1 de Cons. In priori s. Cyprianus declarans, quare *Sursum corda* in Praefatione dicatur, haec scribit: Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, invigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio carnalis hominis et secularis abscedat, nec quicquam tunc animus aliud, quam id solum cogitet, quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem, Praefatione praemissa, parat fratrum mentes dicendo *Sursum corda,* ut, dum respondet plebs *Habemus ad Dominum,* admoneatur nihil se aliud quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra adversarium pectus et soli Deo pateat: nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur *(De orat. dominic.* c. 31. apud Migne, Patr. l. t. 4, p. 539). In altero canone *Invenimus* s. Gregorii M. decessor

laudabilem invectam esse in Occidentem ejusmodi consuetudinem a Damaso Papa, Hieronymo impulsore, uti videre est apud Gonzalez in C. *Quoniam* cit. Sed haec omnia falso affirmari pluribus ostendit cum Benedicto PP. XIV. *De festis D. N. J. Ch.*[1]), Pellegrini Roni[2]), quum ejus hymni jam meminerint s. Basilius Magnus *lib. de Spiritu sancto c. 7*[3]), et auctor libri *de Virginitate* sive *de Ascesi* sub s. Athanasii nomine vulgati c. 14[4]); putat vero Pontifex tempore Concilii Nicaeni addita fuisse illa verba: *Sicut erat in principio etc.* ad Arianorum haeresim jugulandam, qui Filium a Patre *in tempore* genitum, ac fuisse tempus, quum non esset Filius, nefarie blasphemabant. Quia non solum in Sede Apostolica, inquiunt Patres Concilii Vasionensis seu Vasensis II. an. 529, sed etiam per totum Orientem et totam Africam vel Italiam *propter haereticorum astutiam, qua Dei Filium non semper cum Patre fuisse, sed a tempore fuisse blasphemant,* in omnibus clausulis post Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, *Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum, Amen* dicitur, etiam nos in universis ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decernimus[5]). Ut vero ad quemlibet Psalmum adderetur *Gloria Patri etc.*, invenitur praescriptum in Concilio Narbonensi anni 589[6]).

Pelagius PP. II. (vel alius ejus textus auctor) Praefationes novem tantummodo secundum antiquum Romanum ordinem recipiendas ac tenendas esse statuit, quibus postea Urbanus PP. II. in Concilio Placentiae celebrato decimam de Beata Virgine addidit anno 1095, ut ait Gratianus ad Dist. 70 et post alios Hardouin. Collect. Concil. tom. 6, p. 2, p. 1615.

[1]) Edition. Bruxellen. tom. 2, pp. 99 seqq.

[2]) Sull' inno *Gloria Patri* etc. apud Zaccaria, Raccolta di dissertazioni tom. 11, p. 197. Rom. 1795.

[3]) Apud Migne, Patr. gr. t. 32, p. 95.

[4]) Ibid. t. 28. p. 267.

[5]) Hardouin. Collect. Concil. t. 2, p. 1105.

[6]) Recentiori aetate diligenter in hoc argumenti genere versatus est Kayser, *die kleine Doxologie oder das Gloria Patri* (apud Wiedemann, Oesterreichische Vierteljahresschrift für kath. Theologie, 1869, pp. 197—213). Ejus aliorumque longiores disputationes in brevem summam contraxit Cl. Dr. Kraus, *Real-Encyklopaedie der christlichen Alterthümer,* pp. 377—378: quem sine temporis dispendio facile consules.

Feria V. post Dominicam SS. Trinitatis. Festum Corporis Christi.

Italo-Graecis est *ἡ ἑορτὴ τοῦ παναχράντου Σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, vel simplicius *ἡ τοῦ Σώματος τοῦ Κυρίου ἑορτή*; Syris *ʿîdâ d'fagrâ mârânâjâ* sive *Pagrê d'mârân;* Arabis *ʿîd el-dšesed el-ilâhî;* Ruthenis *Prazdnik svjatějšoj Eucharistiji;* Armen. *Don marmno jev arjan Djárn*; Copt. *Pšai Pidipnon.* In Kalendariis civilibus signatur *Bože Tělo, Divinum Corpus;* croat. *Tielovo iliti Brašančevo;* sloven. *Sv. Rešnje telo;* bohem. *Božího těla;* hungar. *Ur napja;* gall. *Fête-Dieu;* dan. *Christi Legemsfest.* — Rumenice diceretur *Corpulu Domnului;* verum Rumeni catholici cum nonnullis aliis populis ritus graeci hoc festo carent.

Festum Theophoriae seu *SS. Corporis Christi,* quod Germani ad contestandam ejus excellentiam *Fronleichnam, Dominicum Corpus* [1]) dicunt, originem ducit a saeculo 13, quo primum in ecclesia Leodiensi summa solemnitate celebratum est opera praecipue beatae Julianae, Montis Cornelii sanctimonialis, et Hugonis Cardinalis, Legati a latere ad provincias Alemaniae. Ab universa Ecclesia celebrandum festum instituit Urbanus PP. IV. anno 1264, edita constitutione, quam exhibebimus infra.

Quum autem hic ipse Pontifex paulo post datam Bullam excessisset e vita, nec quisquam urgeret, ut executioni mandaretur, quod innuit *glossa in Clement. unica de reliquiis et veneratione Sanctorum* (III, 16), inde factum est, ut annis insequentibus ejusmodi festivitatem celebratam esse non reperiamus. Verum Clemens PP. V. in Concilio Viennensi an. 1311 Urbani constitutionem confirmavit, quam demisso animo, inquit Benedictus PP. XIV. [2]), ut par erat, Patres, qui

[1]) Vocabulum *Fronleichnam* haud parvis difficultatibus obstructum produnt grammatici. Alteram compositi partem ipsam esse antiquam vocem *lîhe (lîcham, lîchnâm), corpus sive vivum sive mortuum,* nemo quidem est, qui non videat. Ast prior ejusdem pars *Fron* (ex obsoletis *frônô, frâno, frône, vrôn),* quae communiter *Dominicus* seu *Domini* vertitur, recentioribus adeo obscura apparet, ut eam se plene expedire non posse aperte fateantur. Quapropter fratres Grimm, viri, ut notum est, in re philologica peritissimi, lumen obscuro vocabulo jam aliunde petere tentant in *Deutsches Wörterbuch,* t. 4, pp. 230 seqq.

[2]) *De festis D. N. J. Ch.,* part. 1, n. 537, edit. cit. t. 2, p. 107.

Ο ΔΕΙΠΝΟΣ Ο ΜΥΣΤΙΚΟΣ.



FESTUM SS. CORPORIS CHRISTI.

Typi.

1. Melchisedech rex Salem offert panem et vinum.
2. Comestio agni paschalis.

Textus prophetici.

1. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech (Ps. 109, 4).
2. Angelorum esca nutrivisti populum tuum (Sap. 16, 20).
3. Auferent juge sacrificium (Dan. 11, 31).
4. In omni loco sacrificatur, et offertur nomini meo oblatio munda (Mal. 1, 11).

universalem repraesentabant Ecclesiam, acceperunt, ut videre est *Clement. un. de reliq. et veneratione Sanctorum* cit. Cujus executionem Joannes PP. XXII., qui anno 1316 Clementi PP. V. successit, omni studio curavit, ad eamque rem Martinus PP. V. et Eugenius PP. IV. novis indulgentiis tribuendis plurimum contulerunt, ut tandem in tota Ecclesia festivitas celebraretur.

Quod augustissimum hoc festum peculiari ratione reddit conspicuum, est *solemnis* illa *supplicatio* seu *processio*, qua SS. Sacramentum non tantum publico fidelium cultui exponitur, sed summo apparatu etiam *per vias et loca publica circumfertur*, de qua Concilium Tridentinum sess. 13, c. 5. haec habet: *aequissimum est, sacros aliquos statutos esse dies, quum christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos et memores testentur animos erga communem Dominum et Redemptorem pro tam ineffabili et plane divino beneficio, quo mortis ejus victoria et triumphus repraesentatur. Ac sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio et haeresi triumphum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris et in tanta universae Ecclesiae laetitia positi vel debilitati et fracti tabescant, vel pudore affecti et confusi aliquando resipiscant.*

Gretserus de hac processione copiose agit [1]), ac multorum Graecorum, nec injuria, ut Benedictus PP. XIV. ait [2]), sortem deflet, qui quum realem Christi in Eucharistia fateantur praesentiam et publico cultu Sacramentum recte credant adorandum [3]), ejusdem processione tamen ac festo carent.

Verum ex variis festorum catalogis superius jam propositis tom. 1, pp. 36—38, atque ex aliis fontibus patet, in

[1]) *Tractat. de processionibus* l. 2, c. 19 (edit. Ratisbon. an. 1735, t. 5, part. 1, pp. 54 seqq.) et *tractat. de festo Corporis Christi* (ibid., part. 2, pp. 130 seqq.)

[2]) L. c., n. 540, p. 111.

[3]) *Hoc nos festo die solemni quotannis caremus; non autem alienum esse ducimus a Majestate tanti Sacramenti (id quod ferme in singulis liturgiis fit apud nos in ecclesiis), si etiam publice fiat adoratio.* Ita Meletius, patriarcha Alexandrinus, in *resp. ad Cyriacum Lucium, Doctorem Ingolstadiensem* an. 1593 (apud Gretser., de process. l. c. p. 68).

ecclesia orientali quoque nunc longe lateque diffusam esse SS. Corporis Christi celebritatem; augustissimum hoc festum enim solemniter jam agitur apud Syros, Chaldaeos, Maronitas, Armenos, Coptos, Melchitas, Ruthenos Galiciae (translata tamen celebritate in diem dominicum subsequentem), Italo-Graecos Calabriae, Siciliae [1]), et alios (solis duabus ecclesiis exceptis, altera quae in ipsa Urbe Roma ad Collegium Graeco-ruthenum pertinet, altera quae parochialis est graecae coloniae Cargen, in insula Corsica) ac tandem apud Graecos Melitae insulae inter Latinos incolas [2]).

Quae praeterea ad festum SS. Corporis Christi pertinent, melius ex ipsa Decretali Clementina addisces.

C. *Si Dominum.* De reliq. et venerat. SS. Clem. (III. 16).

Si Dominum in Sanctis ejus laudare jubemur, dignum profecto, justum et salutare nobis existit, ut sibi, in sui, quo nos quotidie spiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes festivae venerationis et gratias referamus [3]). Hac igitur consideratione inducti, constitutionem a bonae memoriae Urbano Papa quarto praedecessore nostro super hoc editam [4]) de fratrum nostrorum consilio districte praecipimus observari, cujus tenor sequitur in

---

[1]) De Siculis haec habet Crispi: *Nel* Neoantologion, *che vuol dire,* nuovo Breviario, *approvato dalla Chiesa Romana per via di Breve di Clemente VIII., si trova l'ufficio* della festa della memoria del prezioso corpo e sangue di Gesù Cristo, da celebrarsi nella feria quinta dopo la prima Domenica di Penticoste . . . *In quella festa i Greci di Palazzo Adriano si regolano direttamente con gli statuti de' Sommi Pontefici* (Memoria sulla origine e fundazione di Palazzo Adriano, colonia greco-albanese in Sicilia, p. 48. — Palermo. Lorenzo Dato. 1827).

[2]) De celebratione festi Corporis Christi apud Italo-Graecos sicut et de aliis quibusdam Latinorum solemnitatibus ab iisdem receptis, pro singulari sua humanitate ac benevolentia, per singulas Italiae et insularum adjacentium partes iteratis epistolis nos edocere dignati sunt, praeter Rmum. D. Jos. Cozza-Luzi, abbatem celeberrimi monasterii Cryptoferratensis, Illmi. et Rmi. antistites graeco-catholici: archiepiscopi Stephanus Stefanopoli et Josephus Schirò (Romae, in Collegio Graeco-rutheno), episcopi Josephus Bugliari (S. Sofia di Epiro, Calabria) et Josephus Masi (Panormi, in Seminario graeco): quod hic cum honorifica grataque eorum mentione praeterire nec voluimus, nec potuimus.

[3]) Si laudare jubemur Dominum in Sanctis (Ps. 150), fortius in seipso. Est argumentum a minori, de quo dicimus: propter quod unum quodque tale, et illud magis. Ita gl. ad h. l.

[4]) An. 1264.

haec verba: Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis et aliis ecclesiarum praelatis etc. [1]). Transiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator noster Dominus Jesus Christus, quum tempus passionis suae instaret, sumpta coena [2]), in memoriam mortis suae instituit summum et magnificum sui corporis et sanguinis sacramentum, corpus in cibum et sanguinem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, et calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus. In institutione quidem hujus sacramenti dixit ipse Apostolis: Hoc facite in meam commemorationem, ut praecipuum et insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset nobis hoc praecelsum et venerabile sacramentum: memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suave, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innovata sunt signa et mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, et omnis saporis suavitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitae suffragium consequimur et salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, et memoriale salvificum, in quo gratam redemptionis nostrae recensemus memoriam [3]), in quo a malo retrahimur, et in bono confortamur, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa, in quo pro-

[1]) Hanc constitutionem germanice translatam operi suo *„Eucharisticum“* inseruit Georg. Ott, pp. 207—210, edit. an. 1869.

[2]) Dictio „sumpta coena“ interpretationem habet ex can. *Liquido* 54. Dist. 2. de Cons. jcta. gl., ubi s. Augustin. ait: *Salvator, quo vehementius commendaret Mysterii illius altitudinem, hoc voluit infigere cordibus et memoriae discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat;* quem locum glossa commentando sic exponit: ideo coenatus Dominus coenatis discipulis corpus suum tradidit, ut in hoc sacramento consummationem omnium sacramentorum veteris testamenti et agni paschalis, quem ante manducaverant, et caeterorum monstraret.

[3]) Can. *Semel* 51, 52. et can. *In Christo semel* 53. Dist. 2. de Cons.; agitur de memoria Redemptionis nostrae in ss. Eucharistia: Eam glossa his versibus Leoninis seu ὁμοιοτελεύτοις ornat verb. *ne obliviscamur* can. 51. cit.:

Clauditur hoc vase nostri pia victima Phase;
Viva, salutaris, semel in cruce, semper in aris.
Quos recreas Jesu tam sacri corporis esu,
A vitiis munda sacrati sanguinis unda.
Hic editur Jesus, remanet tamen integer esus.

Res occultatur: quare? quia, si videatur,
Forsitan horreres, et manducare timeres.
Ut sine subjecto dependet in aëre nubes,
Et centrum terrae pelagi sustentat abyssus:
Sic vini color et sapor est, pondus quoque panis.

fecto proficimus ipsius corporali praesentia Salvatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur: sed non propter hoc realem eorum praesentiam obtinemus; in hac vero sacramentali Christi commemoratione Jesus Christus praesens sub alia quidem forma[1]), in propria vero substantia est nobiscum. Ascensurus enim in coelum dixit Apostolis et eorum sequacibus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret et esset cum eis, etiam praesentia corporali. O digna et nunquam intermittenda memoria! in qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interiisse, ac lignum vivificum, ligno crucis affixum, fructum nobis attulisse salutis. Haec est commemoratio gloriosa, quae fidelium animos replet gaudio salutari, et cum infusione laetitiae devotionis lacrimas subministrat. Exultamus nimirum nostram memorando liberationem, et recolendo passionem dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrimas continemus. In hac itaque sacratissima commemoratione adsunt nobis suavitatis gaudium simul et lacrimae; quia et in ea congaudemus lacrimantes, et lacrimamur devote gaudentes, laetas habendo lacrimas, et laetitiam lacrimantem; nam et cor ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stillat guttas. O divini amoris immensitas, divinae pietatis superabundantia, divinae affluentia largitatis! dedit enim nobis Dominus omnia quae subjecit sub pedibus nostris, et super universas terrae creaturas contulit nobis dominii principatum. Ex ministris etiam spirituum superiorum nobilitat et sublimat hominis dignitatem. Administratorii namque sunt omnes in ministerium, propter eos, qui haereditatem salutis capiunt, destinati. Et quum tam copiosa fuerit erga nos ejus munificentia, volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem caritatem praecipua liberalitate monstrare, semetipsum nobis exhibuit, et transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum. O singularis et admiranda liberalitas, ubi donator venit in donum, et datum est idem penitus cum datore[2]). Quam larga et prodiga

---

[1]) Tribus de causis, ait gl. can. *Forte dicas* 43. Dist. 2. de Cons., sumitur Corpus Christi *sub alia specie* et non sub sua visibiliter, scilicet ut fides haberet meritum (quo careret, si ei humana ratio praeberet experimentum); et *ne veluti quidam esset horror cruoris,* uti s. Ambros. ait can. *Forte dicas;* et tandem ne ridiculum fieret paganis: infra ead. Dist. *Panis* 55. can. *Quid sit* 73.

[2]) Concord. can. *Nec Moyses.* 87. Dist. 2. de Cons., ubi Dominus Jesus exhibetur *ipse conviva et convivium, ipse comedens et qui comeditur,* in quod alterum incisum hi scripti sunt versus glossae:

Rex sedet in coena turba cinctus duodena,
Se tenet in manibus: se cibat ipse cibus.

largitas, quum tribuit quis seipsum [1]). Dedit igitur nobis se ipsum in pabulum, ut, quia per mortem homo corruerat [2]), et per cibum ipse relevaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum, relevatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto pependit vitae alimentum. Illius esus meruit laesionem, istius gustus intulit sanitatem: gustus sauciavit et gustus sanavit. Vide, quia unde vulnus est ortum, prodiit et medela: et unde mors subiit, exinde vita evenit. De illo siquidem gustu dicitur: Quacunque die comederis, morte morieris. De isto vero legitur: Si quis comederit ex hoc pane, vivet in aeternum. Hic est cibus, qui plene reficit, vere nutrit summeque impinguat: non corpus sed cor, non carnem sed animam, non ventrem sed mentem. Homini ergo, qui spirituali alimonia indigebat, Salvator ipse misericors de nobiliori et potentiori hujus mundi alimento pro animae refectione pia dispositione providit. Decens quoque liberalitas extitit et conveniens operatio pietatis, ut Verbum Dei aeternum, quod rationabilis creaturae cibus est et refectio, factum caro, se rationabili creaturae carni et corpori, homini videlicet in edulium largiretur: panem enim Angelorum manducavit homo, et ideo Salvator ait: caro mea vere est cibus. Hic panis sumitur, sed vere non consumitur: manducatur, sed non transmutatur: quia in edentem minime transformatur [3]), sed si digne recipitur, sibi recipiens conformatur. O excellentissimum sacramentum! O adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, praecipuis magnificandum laudibus, dignis praeconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis, devotis prosequendum obsequiis et sinceris mentibus retinendum! O memoriale nobilissimum intimis commendandum praecordiis, firmiter animo alligandum, diligenter reservandum in cordis utero et meditatione, ac celebratione sedula recensendum. Hujus memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cujus ipsum fore memoriale cognoscimus, semper memores existamus: quia cujus donum vel munus frequentius aspicitur, hujus memoria strictius retinetur. Licet igitur hoc memoriale sacramentum in quotidianis missarum solemniis frequentetur [4]), conveniens tamen arbitramur, et dignum, ut de ipso semel saltem in anno, ad confundendam [5]) specialiter haereticorum perfidiam et insaniam, memoria solemnior et celebrior habeatur. In die

---

[1]) Nota, inquit gl., pro theologis, qui tenent, quod idem opus meritorium laudabilius est in vovente vel professo, quam in alio; quia vovens plus dat, quum det fructum et arborem, alius vero det solum fructum.

[2]) Quia per cibum in mortem homo corruerat. Ita gl.

[3]) Can. *Non iste* 56. Dist. 2. de Cons.

[4]) Can. *Iteratur* 71. Dist. cit.

[5]) Animadvertunt interpretes ad h. l., non multo ante Urbanum PP. IV. sacramentariorum haeresim exortam fuisse auctore Berengario, eamque fere toto illo tempore Petrobrusianos, Henricianos, Waldenses et Albigenses defendere et disseminare studuisse.

namque coenae Domini, quo die ipse Christus hoc instituit sacramentum, universalis Ecclesia pro poenitentium reconciliatione, sacri confectione chrismatis[1]), adimpletione mandati circa lotionem pedum et aliis, quamplurimum occupata, plene vacare non potest celebrationi hujus maximi sacramenti. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum veneramur, ipsa observat Ecclesia, ut (quamvis in litaniis et missis, ac aliis etiam ipsorum memoriam saepius renovemus) nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solemnitatis debitum aliquid per negligentiam aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur: statuit ipsa mater Ecclesia certam diem, in qua generaliter omnium sanctorum commemoratio fieret, ut in hac ipsorum celebratione communi, quidquid in propriis ipsorum festivitatibus omissum existeret, solveretur. Potissime igitur exequendum est erga hoc vivificum sacramentum corporis et sanguinis Jesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria ac corona, ut festivitate ac celebritate praefulgeat speciali, quatenus in eo, quod in aliis missarum officiis circa solemnitatem est forsitan praetermissum, devota diligentia suppleatur, et fideles (festivitate ipsa instante) intra se praeterita memorantes, id quod in ipsis missarum solemniis, saecularibus forsan agendis impliciti, aut alias ex negligentia vel fragilitate humana minus plene gesserunt, tunc attente in humilitate spiritus et animi puritate restaurent. Intelleximus autem alias, dum in minori essemus officio constituti, quod fuerat quibusdam catholicis divinitus revelatum, festum hujusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum[2]). Nos itaque ad corroborationem et exaltationem

[1]) Can. *Literas* 18. Dist. 3. de Cons.

[2]) Urbanus hic dicit celebrem illam ad Leodii portas hospitaliariam beatam Julianam a monte Cornelione, quae ineunte saeculo 13, coelesti visione admonita ut peculiari festivitate sanctissima Eucharistia coleretur, de ea instituenda consuluit theologos et episcopos, inter quos erat Jacobus Pantaleo, Trecensis (Troyes), archidiaconus Leodiensis, deinde episcopus Virdunensis an. 1252, postea patriarcha Hierosolymitanus an. 1255, Summus denique Pontifex an. 1261, Urbanus IV. appellatus, mortuus an. 1264. — Caeterum adisis Acta SS., *ad diem 5. April.,* qui honori beatae Julianae est sacratus (ejusdem mensis t. 1, pp. 459 seqq.), ubi cuncta, quae ad hoc argumentum pertinent, habes ab Henschenio explicata diligenter. Inde enotasse suffecerit, revelationem factam de instituendo festo Corporis Christi ita narrari: „Tempore juventutis suae quoties Christi virgo Juliana orationi incumbebat, magnum Dei signum et mirabile apparebat. Apparebat, inquam, ei luna in splendore, cum aliquantula tamen sui sphaerici corporis fractione, quam quum multo tempore conspexisset, mirabatur multum, ignorans quid illi portenderet. Exinde s. Juliana humiles preces Deo profundens, divini consilii particeps fieri meruit. Tunc

catholicae fidei digne ac rationabiliter duximus statuendum, ut de tanto sacramento, praeter quotidianam memoriam, quam de ipso facit Ecclesia, et solemnior et specialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc designantes et describentes diem: videlicet feriam quintam proximam post Octavam [1]) Pentecostes: ut in ipsa quinta feria devotae turbae fidelium propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant, et tam clerici quam populi gaudentes, in cantica laudum surgant: tunc enim omnium corda et vota, ora et labia, hymnos persolvant laetitiae salutaris [2]): tunc psallat fides, spes tripudiet, exultet caritas, devotio plaudat, jubilet [3]) chorus, puritas jucundetur: tunc singuli alacri animo pronaque voluntate conveniant, sua studia laudabiliter exequendo, tanti festi solemnia celebrantes: et utinam ad Christi servitium sic ejus fideles ardor inflammet, ut per haec et alia proficientibus ipsis meritorum cumulis apud eum, qui sese dedit pro eis in pretium, tribuitque se ipsis in pabulum, tandem post hujus vitae decursum eis se in praemium largiatur. Ideoque universitatem vestram monemus et hortamur in Domino, et per Apostolica scripta in virtute sanctae obedientiae stricte praecipiendo mandamus, in remissionem peccaminum injungentes, quatenus tam excelsum, et tam gloriosum festum praedicta quinta feria singulis annis devote ac solemniter celebretis, et faciatis studiose per universas ecclesias civitatum vestrarum et dioecesium celebrari: subditos vestros in Dominica, dictam quintam feriam proxime praecedente, salutaribus monitis sollicite per vos et per alios exhortantes, ut per veram et puram confessionem, eleemosynarum largitionem, attentas et sedulas orationes [4]) et alia devotionis et pietatis opera taliter

---

revelavit ei Christus, in luna praesentem Ecclesiam, in lunae autem fractione defectum unius solemnitatis in Ecclesia figurari, quam adhuc volebat a suis fidelibus celebrari.“ Vit. S. Julianae lib. II, cap. 2, April. tom. 1, p. 457.) Sed his faciliora accessu fortasse cuipiam fuerint, quae ipsi ex Actis S. Rituum Congregationis de Beata nostra eruimus in opere *De festis utriusque SS. Cordis*, t. 1, pp. 38—39 et 102—104; edit. 5.

[1]) Quod *festum Pentecostes Octavis carere* dicatur c. *Capellanus* 4. X. de feriis (II. 9), intelligendum id est de Officii celebratione; eodem titulo enim c. Quoniam 2. memorantur Octavae Pentecostes, sc. quoad dierum numerum. Cfr. superius dicta pp. 394, 423, 461.

[2]) Ne ullo unquam modo popularis etiam laetitia ob talem ac tantam festivitatem minuatur, generalibus Decretis statutum est, ut occurrente vigilia s. Joannis Baptistae in die festo SS. Corporis Christi, jejunium ejusdem vigiliae anticipetur feria IV.

[3]) „*Jubilus,* inquit gl., est gaudium, quod verbis explicari non potest, nec tamen penitus reticeri.“ Jam vero ipsum festum SS. Corporis Christi, multiplicato cantico *Alleluja*, solemnitatem paschalem fere imitatur ad indicandum ingens gaudium exultantis Ecclesiae.

[4]) Glossa verb. *orationes* integrum tractatum de oratione exhibet novem comprehensum paragraphis, de cujus prolixitate auctor se excusat,

se studeant praeparare, quod hujus pretiosissimi sacramenti mereantur fieri participes illa die, possintque ipsum suscipere reverenter, ac ejus virtute augmentum consequi gratiarum. Nos enim Christi fideles ad colendum tantum festum et celebrandum donis volentes spiritualibus animare, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui matutinali officio festi ejusdem in ecclesia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum; qui vero missae, totidem; qui autem in primis ipsius festi vesperis interfuerint, similiter centum; qui vero in secundis, totidem; illis vero qui primae, tertiae, et sextae, nonae ac completorii officiis interfuerint, pro qualibet horarum ipsarum, quadraginta; illis autem qui per octavas illius festi matutinalibus, vespertinis, missae, ac praedictarum horarum officiis interfuerint, centum dies singulis octavarum ipsarum diebus de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum ejus Petri et Pauli auctoritate confisi, de injunctis sibi poenitentiis relaxamus.

Officium hodiernae solemnitatis a s. Thoma Aquinate compositum[1], quo nunc utimur, scite, ut solet, graecum fecit Georgius Mayr, vir non doctrinae praestantia dumtaxat, sed praeclaris etiam virtutibus ornatissimus[2]. Ex eo in gratiam Graecorum, qui cum Latinis permixti vivunt nostrisque intersunt Officiis, duo cantica *Lauda Sion* et *Pange lingua* hic proponimus, quae et multis Latinis, graecarum literarum amatoribus, non ingrata fore ex Actis publicis rescivimus[3].

Lauda Sion.

Lauda Sion Salvatorem,	*Αἴνει Σιὼν τὸν Σωτῆρα,*
Lauda ducem et pastorem,	*Αἴνει ἀρχὸν καὶ βοτῆρα,*
In hymnis et canticis.	*Ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσιν*
Quantum potes, tantum aude;	*Ὅσον δύνῃ, τόσσον τόλμα,*
Quia major omni laude,	*Ὅτι νικᾷ αἶνον πάντα,*
Nec laudare sufficis.	*Οὐδ᾽ ἀρκεῖς ἐπαινέειν.*

quod in orationis suffragio sperans sit effectum illius expertus in assequendis prosperis et evitandis vel saltem temperandis adversis.

[1]) Cfr. Benedict. PP. XIV. l. c., p. 111.

[2]) Ut eximia indefessi ad salutem animorum zeli, ita et rarae eruditionis suae argumenta orbi dedit P. G. Mayr, quum multa carmina pia variis linguis e vena poëtica producendo, tum eleganter in graecum vertendo *Officia B. M. V., Angeli custodis, Corporis Christi, opus de imitatione Christi, Catechismum b. Petri Canisii, Vitam s. Ignatii,* aliaque plura, quae indicata reperies apud De Backer-Sommervogel, *Bibliothèque des écrivains de la C. d. J.,* t. 5, pp. 809—818, edit. 3. Rebus spiritualibus in Collegio Germanico praefectus obiit Romae an. 1623.

[3]) Vide si placet, *Literarisch. Handweiser,* 1882, p. 238.

Laudis thema specialis:
Panis vivus et vitalis
Hodie proponitur.

Θέμα ἐστ' αἶνος ἴδιος·
Ὁ ἄρτος ζῶς καὶ ζώσιμος
Σήμερον προτίθεται.

Quem in sacrae mensa coenae
Turbae fratrum duodenae
Datum non ambigitur.

Ὃς ἐν ἁγνῷ τῷδε δόρπῳ,
Τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ
Δοθεὶς ὄντως λέγεται.

Sit laus plena, sit sonora,
Sit jucunda, sit decora
Mentis jubilatio.

Αἶνος πλήρης καὶ εὔηχος
Ἤι, ἡδεῖα καὶ εὔκοσμος
Ἡ ψυχῆς ἀλάλαξις.

Dies enim solemnis agitur,
In qua mensae prima recolitur
Hujus institutio.

Σεμνὸν γὰρ ἦμαρ ἄγεται,
Ὧι τούτου μνημονεύεται
Δείπνου πρώτη σύνταξις.

In hac mensa novi regis
Novum Pascha novae legis
Pascha vetus terminat.

Ἐν τῇ κλίνῃ ἀρχοῦ νέου
Νέον πάσχα νέου νόμου
Ἀρχαῖον πάσχα λήγει.

Vetustatem novitas,
Umbram fugat veritas,
Noctem lux eliminat.

Νεότης παλαιότητα,
Καὶ σκιὰν ἡ ἀλήθεια,
Φῶς νύκτ' ἐξελαύνει.

Quod in coena Christus gessit,
Faciendum hoc expressit
In sui memoriam.

Ὃ δειπνῶν Χριστὸς ἔπραξεν,
Ποιητέον συνέταξεν,
Εἰς τὴν ἑαυτοῦ μνείαν.

Docti sacris institutis,
Panem, vinum, in salutis
Consecramus hostiam.

Θεσμοῖς παιδευθέντες θείοις,
Ἄρτον, οἶνον, σωτηρίας
Εὐλογοῦμεν θυσίαν.

Dogma datur Christianis,
Quod in carnem transit panis,
Et vinum in sanguinem.

Πιστεύει ὁ χριστιανός,
Ὅτ' εἰς σάρκ' οἴχεται ἄρτος,
Καὶ οἶνος εἰς τὸ αἷμα.

Quod non capis, quod non vides,
Animosa firmat fides,
Praeter rerum ordinem.

Ὃ μὴ χωρεῖς, μηδὲ βλέπεις,
Θυμώδης βεβαιοῖ πίστις,
Τῶν ὄντων τάγμα πάρα.

Sub diversis speciebus,
Signis tantum, et non rebus
Latent res eximiae.

Ὑπ' εἴδεσι τοῖς ἀλλοίοις,
Οὐκ ὄντι, ἀλλὰ σημείοις
Κρύπτεται τάδ' ἔξοχα.

Caro cibus, sanguis potus;
Manet tamen Christus totus
Sub utraque specie.

Ἡ σὰρξ βρῶσις, αἷμα πόσις.
Μένει δ' ὁ Χριστὸς ἐντελὴς
Ὑπ' ἀμφότερ' εἴδεα.

A sumente non concisus,
Non confractus, non divisus,
Integer accipitur.

Τῷ δεχομένῳ ἄτμητος,
Ἄκλαστος καὶ ἀμέριστος
Ὅγ' ὅλος λαμβάνεται.

Sumit unus, sumunt mille;
Quantum isti, tantum ille:
Nec sumptus consumitur.

Δέχεθ᾽ εἷς, δέχονθ᾽ ἑκατόν,
Οὗτοι τόσσον, κεῖνος ὅσσον·
Ληφθεὶς οὐ κατέδεται.

Sumunt boni, sumunt mali;
Sorte tamen inaequali,
Vitae, vel interitus.

Χρῶνται καλοί, χρῶνται κακοί,
Τῷ δὲ κλήρῳ οὐκ ἰσήρει
Εἰς βίον ἢ εἰς οἶτον.

Mors est malis, vita bonis:
Vide paris sumptionis
Quam sit dispar exitus.

Οἶτος κακοῖς, βίος καλοῖς·
Ἰδοὺ λήψεως τῆς ἴσης
Ὡς τὸ τέλος ἄνισον.

Fracto demum Sacramento,
Ne vacilles: sed memento,
Tantum esse sub fragmento,
Quantum toto tegitur.

Ἐν κλασθέντι μυστηρίῳ
Οὐκ ἀμφισβητῶν μέμνησο,
Τόσον ἐνεῖναι μορίῳ,
Ὅσον ὅλῳ σκέπεται.

Nulla rei fit scissura,
Signi tantum fit fractura,
Qua nec status, nec statura
Signati minuitur.

Οὐκ ἔστι χρήματος τμῆσις,
Τοῦ συμβόλου μόνον κλάσις,
Ἧι οὐ μῆκος, οὐδὲ στάσις
Τυπωθέντος μειοῦται.

Ecce panis angelorum
Factus cibus viatorum:
Vere panis filiorum
Non mittendus canibus.

Ἰδοὺ ἄρτος τῶν ἀγγέλων
Γεγονὼς βρῶσις ὁδιτῶν,
Ὄντως ἄρτος τῶν υἱέων,
Οὐ βλητέος τοῖς κυσίν.

In figuris praesignatur,
Cum Isaac immolatur,
Agnus Paschae deputatur,
Datur manna Patribus.

Ἐν τύποις προσημειοῦται,
Ὅτε Ἰσαὰκ θύεται,
Ἀμνὸς πάσχα συντάττεται,
Ὕει μάννα πατράσιν.

Bone pastor, panis vere,
Jesu nostri miserere:
Tu nos pasce, nos tuere,
Tu nos bona fac videre
In terra viventium.

Ποιμὴν κάλ᾽, ἀληθὲς ἄρτε,
Ἰησοῦ ἡμᾶς οἴκτειρε,
Ἡμᾶς σιτίζων φύλαττε,
Καὶ τ᾽ ἀγαθὰ ἐνδείκνυε
Ἐν τῇ γαίᾳ τῶν ζώντων

Tu, qui cuncta scis et vales,
Qui nos pascis hic mortales:
Tuos ibi commensales,
Cohaeredes et sodales
Fac sanctorum civium.

Ἰσχύων πᾶν, καὶ ἐπιγνούς,
Ἡμᾶς ἔνθα τρέφων θνητούς,
Σοὶ αὐτόθι συνεστίους,
Συγκληρονόμους χ᾽ ἑταίρους,
Δρᾷ ἁγίων πολιτῶν.

Pange lingua.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Ἆιδε γλῶττα κυδήεντος
Σώματος μυστήριον,
Αἵματός τε τιμήεντος,
Ὅττι κόσμου εἰς λύτρον
Γαστρὸς εὐγενοῦς ὁ καρπός
Χεῦσε κρείων ἐθνέων,

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

Ἄμμι τεχθεὶς καὶ πορισθείς
Παρθένου ἐξ ἀφθόρου,
Τῷ βροτῶν ὁμίλῳ ἡσθείς,
Καὶ σπαρὼν λόγου σπόρον
Ἧς μονῆς τριβήν γε πιστῆς
Κλεῖσε θαυμασμῷ ὅρου.

In supremae nocte coenae,
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Νυκτὶ λοισθίας γε θοίνης
Συγκλιθεὶς ἀδελφεοῖς,
Ὑββαλὼν νόμον ἐ̓ κοινοῖς
Σιτίοις ἐπ᾽ ἐννόμοις,
Βρῶμ᾽ ἀποστόλοισι κλεινοῖς
Δῶχ᾽ ἐ̓ χερσὶν οὖ ἐφείς.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit,
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.

Σάρκινος λόγος καθιστᾷ
Σάρκ᾽ ἐξ ἄρτου τῷ λόγῳ·
Γίνετ᾽ οἶνος αἷμα Χριστοῦ,
Κἂν αἴσθησις ἐν ψόγῳ·
Ῥώννυται τὰ στήθη πιστά
Πίστεως μόνης μόγῳ.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui;
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Τόσσον οὖν σεβώμεθ᾽ ἄντα
Τοῦ θεοῦ μυστήριον,
Καὶ νέοις παλαιὰ πάντα
Εἰκέτω· πρὸς κύριον
Πίστις ἀρκέουσ᾽ ἀπαντᾷ
Μηδὲ τ᾽ αἰσθητήριον.

Genitori, Genitoque
Laus et jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio,
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

Τῷ γονεῖ, γονῷ τε φήμη,
Ἔστω ἡ σωτηρία,
Καὶ κράτος, σύγχαρμα, τιμή,
Εὐλογία μυρία,
Κἀκ δυοῖν πνοιῇ μολούσῃ
Αἶνου ἰσομοιρία, ἀμήν.

℣. Panem de coelo praestitisti eis, alleluja.
℟. Omne delectamentum in se habentem alleluja.

Στ. Ἄρτον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ παρεῖχες αὐτοῖς, ἀλληλούϊα.
Ἀπ. Πᾶσαν εὐφροσύνην ἐν αὐτῷ ἔχοντα, ἀλληλούϊα.

Antiph. O sacrum convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur, alleluja.

Ἀντιφ. Ὦ ἱερὰ εὐωχία, ἐν ᾗ ὁ Χριστὸς λαμβάνεται· ἀναγινώσκεται ἡ τοῦ πάθους αὐτοῦ μνήμη· νοῦς ἐμπλήθεται χάριτος, καὶ μελλούσης ἡμῖν δόξης ἐνέχυρον δίδοται, ἀλληλούϊα.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Δεηθῶμεν.

Θεός, ὁ τὴν τοῦ πάθους σου μνήμην ὑπὸ τοῦ θαυμαστοῦ μυστηρίου ἡμῖν καταλείψας· δός, ἱκετεύομεν, οὕτως ἡμᾶς τοῦ τε σώματος καὶ αἵματός σου ἱερὰ μυστήρια σέβειν, ὅπως τοῦ τῆς λυτρώσεώς σου καρποῦ ἐν ἡμῖν συνεχῶς αἰσθώμεθα. Ὃς ζῇς καὶ βασιλεύεις μετὰ τοῦ θεοῦ τοῦ πατρός, ἐν ἑνότητι τοῦ πνεύματος ἁγίου, θεός, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi. Festum Sacratissimi Cordis Jesu.

In Kalendariis civilibus solemnitatem signatam legimus bohem. *Slavnost nejsvětějšího Srdce Pána Ježíše;* polon. *Uroczystość Serca Jezusowego;* croat. *Blagdan presvetoga Srca Hristova;* hungar. *Jézus sz. Szivének ünnepe;* german. *Herz-Jesu-Fest;* arab. *'îd qalb Jesû'* [1]).

Novissimis hisce temporibus Pius PP. IX. *festum Sacratissimi Cordis Jesu* in universa Ecclesia celebrari mandavit feria VI. post Octavam Sanctissimi Corporis Christi, quod Clemens PP. XIII. olim nonnullis ecclesiis tantum celebrandum permiserat. Insanis vociferationibus quidem Sacratissimi Cordis osores olim se contra hoc festum efferebant, ut adeo vel tunc maxime *Cordi Jesu eveniret, quod de ipsomet Domino Nostro Jesu prophetavit s. senex: Hic positus est in ruinam et signum, cui contradicetur, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes* [2]); verum altiores pietas in SS. Cor Jesu radices fixerat in animis fidelium, quam ut inanibus verborum sonis extirpari posset; immo testatur sacra Rituum Congregatio Decreto edito an. 1856, inde a prima festi concessione *ad immensam Divini hujus Cordis caritatem re-*

[1]) De naturali cognatione quam vocabula *καρδία, cor, Herz, srdc* et similia habent cum sanscrit, *krd, khrd, hrd.* conferantur Miklosich, *Lexicon,* pp. 876—877, et alii, qui ibidem citantur lexicographi.

[2]) Ita Bernardin. Membrive, Ord. Praed. in approbatione operis P. Gallifet, de cultu Sacrosancti Cordis Dei ac D. N. J. Ch. an. 1727.

colendam tanto ubivis ardore fideles populos se excitatos sensisse, ut eo anno *nulla jam pene extiterit dioecesis, quae privilegium ejusdem festi peragendi ab Apostolica Sede se non impetravisse laetata sit.* Et sane, ut de sola Germania catholica dicamus, nationis nostrae pietatem erga SS. Cor Salvatoris loquuntur tot pia foedera, in quae Divinissimi Cordis cultores coiere, tot pietatis exercitia ab illis suscepta, tot denique subsidia et fomenta, quae per folia quaquaversus volitantia, per Menaea augendo cultui SS. Cordis destinata, per innumeros libros spiritu et succo plenos identidem subministrantur. Quae porro sciri de cultu ac festo Sacratissimi Cordis Jesu oportet, copiose declaravimus peculiari opere, cui titulus: *De rationibus festorum Sacratissimi Cordis Jesu et purissimi Cordis Mariae libri quatuor* [1]), ad quod, ne rem actam agamus, pium ejusdem SS. Cordis Jesu cultorem revocamus.

Ne vero, qui ritum graecum sequuntur, cultum Sacratissimi Cordis Jesu a se alienum putent, nonnulla hic attexere placet, quae planum faciunt, eum nihilo minus ad rem ecclesiae orientalis, quam ad Romanam pertinere.

Atque initio quidem nobiscum grata memoria prosequi debent Orientales, quod praecipuus hic cultus divini amoris non latuerit eximios illos Sanctos atque egregios viros, quos ecclesia orientalis, ut verbis Pii PP. IX. utamur, *magno numero habuit ingenio, consilio sacraque praesertim doctrina, eruditione, eloquentia ac sapientissimis scriptis magnorumque recte factorum et sanctitatis gloria insignes* [2]). Ex iis apud Sacram Rituum Congregationem prae caeteris adductum legimus s. Joannem Chrysostomum, qua de re vide citatum com-

---

[1]) Editio 5., Oeniponte, Libr. Wagneriana. 1885. — Quae ad ipsam doctrinam atque inde ad festi mysterium spectant, ea in breve contracta seorsim dedimus sub titulo: *Cor Jesu divini Redemptoris Nostri caritatis symbolum,* quum scilicet Germania catholica Summo Pontifici Pio PP. IX. supplicavit, ut in memoriam anni 25. Pontificatus sui expleti festum SS. Cordis Jesu ad ritum dupl. 1. classis pro universa Ecclesia elevaret die 16. Junii an. 1871. Editio altera apparuit Oeniponte typis Feliciani Rauch, anno 1872.

[2]) Constitut. *Romani Pontifices* edit. 6. Januarii 1862, cujus partem jam exhibuimus t. 1. pp. XXIX—XXX.

mentarium nostrum *de rationibus festorum utriusque SS. Cordis* t. 1, p. 431, edit. 5.

Accedit quod Graecis in quavis Missae celebratione per *aquae ferventis (τοῦ ζέοντος* sive *τῆς ζέσεως)* infusionem in calicem jam consecratum ante communionem[1]) in memoriam redigitur nimia illa caritas Christi Salvatoris, qua latus suum lancea feriri, sanguinem et aquam ex aperto vulnere exire nobisque ad intima viscera misericordiae atque ad dulcissimum Cor suum introitum patere voluit[2]).

Tertio haud exiguum incitamentum devotionis erga SS. Cor Jesu Orientalibus et hoc esse debet, quod idem Pius PP. IX, suprema e specula in salutem omnium late gentium intentus, in encyclicis suis literis d. d. 8. Decembris 1864 orientalium fidelium quoque *pietatem excitat, ut semper confugiant ad Dominum Nostrum Jesum Christum, qui redemit nos in sanguine suo, Ejusque dulcissimum Cor, flagrantissimae erga nos caritatis victimam, enixe jugiter exorent, ut amoris sui vinculis omnia ad seipsum trahat, utque omnes homines sanctissimo suo amore inflammati secundum Cor ejus ambulent digne Deo per omnia placentes, in omni bono opere fructificantes.*

Quibus denique et illud est addendum, ingentes illos gratiarum thesauros, quos Salvator juxta authenticas revela-

[1]) Graecis peculiaris ac proprius est usus *aquam tepidam* seu *ferventem* (gr. ζέσις sive ζέον, slav. *teplota,* rum. *caldur'a)* ad sacratissimum Christi sanguinem in calicem infundendi. „Après la fraction — verba sunt rituum orientalium peritissimi archiepiscopi Syri Clementis David — il y a dans la liturgie des Grecs une cérémonie singulière, qu'on ne trouve dans aucun autre rite, c'est la cérémone du *Zéon,* c'est-à-dire de l'eau chaude que l'on verse dans le calice après la consécration“ (in actis *Revue des Eglises d'Orient,* t. 2, pp. 149, 403, 420).

[2]) Synodus provincialis Ruthenorum anni 1721 *gravem ob causam inhibuit et abrogavit consuetudinem ad consecratas calicis species aquam tepidam affundendi post consecrationem* (Coll. conc. Lacens., t. 2, p. 34); verum eam S. Congregatio de Propaganda fide in Graecia omnino servari jussit an. 1729 (relata in *Zeitschrift für kath. Theologie,* 1894, p. 282), et Benedictus PP. XIV. iterum *probavit ac permisit* (Constit. *Etsi pastoralis* d. d. 26. Maji 1742, § 6, n. 2): quapropter etiamnunc licite pieque servatur extra Galiciam. Ad rem: *Tornarea apei caldutie in s. potiriu,* inquit cl. D. J. Borosiu, *Ritualu,* p. 160, *este semnulu poterei de viétia ce o primimu in s. cuminecatura.* Alia videantur apud Goar. *Euchol.* pp. 127—129 et in *Zeitschrift* l. c.

tiones Beatae Margaritae Mariae factas SS. Cordis sui cultoribus liberalissime est pollicitus, angustiis temporis, loci aut etiam alicujus ecclesiae ritus non includi, sed vero ad omnes Christi fideles diffundi, qui *huic Sacrosancto Cordi debitam reverentiam et amorem adhibere voluerint.* Quae gratiarum praemia divinitus proposita verbis ex authenticis Actis assumptis hic iterum declarasse non abs re fuerit.

Divinam promissionem ergo ex archetypo gallico latine sic redditam accepimus in processu Beatificationis Margaritae Mariae Alacoque[1]).

Spondeo eos omnes, qui hoc honore Cor meum afficient, ipsius divini Cordis influxu coelestium donorum copia fore cumulandos.

Ut vero exactius datae sponsionis plenitudinem caperent fideles, eam divinus Salvator ipse distinctius famulae suae Margaritae Mariae exposuit his verbis:

Cura, ut haec devotio ubique locorum innotescat, eamque hominibus summe commenda tamquam non modo tutum, sed etiam suave et admodum facile medium verum Dei amorem consequendi.

Commenda sacerdotibus et religiosis, ut viam certissimam, qua ad status sui perfectionem perveniant.

Animarum pastoribus, ut instrumentum aptissimum, quo corda saxis duriora ad poenitentiae lacrimas emolliant.

Fidelibus omnibus, ut modum praestantissimum, quo de indomitis animi affectionibus plenum dominium reportent.

Quinimo genus religionis efficacissimum esse doce, quo pax inter dissidentes familias restitui, amor erga Me qua calidissimus, qua tenerrimus accendi, denique et perbrevi tempore et ratione quam facillime virtutis apex obtineri possit.

Aliam revelationem sibi factam hisce verbis scriptam reliquit Beata Margarita Maria:

Amantissimus Dominus mihi aperuit, cupere se vehementer ab hominibus redamari, seque hoc desiderio excitatum statuisse Cor suum illis manifestare huncque thesaurum amoris et misericordiae gratiarumque omnium ad salutem et perfectionem conducentium reserare eo fine, ut quotquot huic Sacrosancto Cordi debitam reverentiam et amorem adhibere vellent, infinitarum, quas complectitur, divitiarum participes efficerentur; affirmans praeterea cultum illum peculiarem Cordi suo delatum sibi esse acceptissimum; et hinc velle se, ut imago Cordis sui coloribus expressa fidelium oculis palam exponeretur, quo emolliri eorum durities specie tam amabili posset: pollicens insuper eos omnes, qui

[1]) In opere *de rationibus festorum utriusque SS. Cordis* ipsum exemplar gallicum cum latina interpretatione exhibuimus, t. 1, pp. 470—472; edit. 5.

talem imaginem peculiariter colerent, maximis gratiis ab hujus divinissimi Cordis plenitudine cumulandos.

Tandem Servator hominum Jesus sacerdotibus Sacrosancti Cordis sui cultui addictis speciatim promisit, *fore, ut quicunque eorum, qui animabus curandis operam navant, tenera erga divinissimum Cor suum fuerint devotione inflammati, arte polleant animos vel durissimos emolliendi, miroque cum fructu in vinea Domini laborent.* Haec atque plura alia hisce similia in medio posuimus copiose ea de re disputantes in opere *de rationibus fest.*, l. c.

Quae omnia si diligenter circumspiciant ac ratione animoque lustrent venerabiles orientalis ecclesiae ministri, eos certo assidua cura suavissimae atque efficacissimae hujus devotionis attingere debet. Si enim cum fratribus latinis in valentissimo illo omnium cordium magnete dulciter sociati *tenera erga SS. Cor Jesu fuerint devotione inflammati,* et ipsi quoque *miro cum fructu in vinea Domini animabus curandis operam navabunt* divinaque adspirante gratia id assequentur, *ut qui in fidei unitate cum Romana veritatis cathedra sunt consociati, magis in dies stabiles et immoti persistant; qui vero ab unico ovili, extra quod salus esse non potest, misere aberrant, ad illud redire properent atque festinent.* Haec summa votorum ac precum est Beatissimi Pontificis, hic et nostrorum studiorum finis, hoc susceptae scriptionis consilium.

Quod si quis contra moneret, ex Constitutionibus Romanorum Pontificum ad Beatificationem et Canonizationem Servorum Dei in Ecclesia latina spectantibus novas rationes Deum Sanctosque colendi peti non posse pro iis, qui ritibus ecclesiae orientalis addicti sunt, quod ejusmodi Decreta nequaquam spectarent ad Orientales, dubitationem tollerent quae ea de re habet Benedictus PP. XIV., *De Servorum Dei Beatificatione*, l. 1, c. 38, ubi solidae doctrinae copia et varietate accuratissime definit, quo pacto hisce Constitutionibus attingantur, qui ritus orientales sequuntur. Scilicet distinguendum esse ait Pontifex inter partem theoreticam seu dogmaticam horum Decretorum, et inter partem practicam seu praeceptivam: inter praeceptum colendi canonizatum seu illum habendi pro Sancto et inter praeceptum recitandi Officium et celebrandi Missam in honorem canonizati. Primum intime nexum esse deprehenditur cum miraculis et fide, ejusque violatio *periculum induceret animarum aut saltem ecclesiasticae derogaret*

honestati [1]). Quocirca eo Orientales etiam comprehenduntur tenenturque pro Sancto habere, quemcunque Dei servum Romanus Pontifex canonizando in Sanctorum catalogum retulerit. Secus porro se res habet quoad alterum Decretum de recitando Officio Missaque celebranda; eo enim Orientales non ligantur, nisi id expresse a Sede Apostolica mandetur. — Nihil igitur obstat, quominus venerabilis clerus ecclesiae orientalis Acta in causa Beatificationis sanctimonialis Margaritae Mariae Alacoque in rem suam transferat, perspectis nimirum ingentibus, quae cultoribus Sacratissimi Cordis Jesu Dei jussu ibidem proposita sunt, gratiarum praemiis magnum salubreque consilium capiendo, Sacratissimo huic cordi se devovendi ejusque cultum inter suos promovendi. Nobiscum ergo, qui in illustri ecclesia orientali catholicam veritatem profiteri se gloriantur, verae caritatis nexibus socientur ad infinitam *caritatem Christi patientis et pro generis humani redemptione morientis atque in suae mortis commemorationem instituentis Sacramentum corporis et sanguinis sub Sanctissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolendam:* quibus in exercitiis, teste Breviario romano, religio Ss. Cordis Jesu praecipue consistit.

Neque tamen inferendum ex disputatis est, Sanctissimi hujus mysterii studium apud Graecos hucusque omnino siluisse ejusque cultum prorsus neglectum jacuisse; in multis provinciis enim dulcissimi Cordis Jesu pietas et sancte fovetur et insigniter floret et saluberrimos animarum fructus producit [2]). Quod, inter Orientales saepius versati, ipsorum voce docente didicimus atque ex imaginibus SS. Cordis Jesu in eorum eccle-

[1]) Quae dictio, e concilio oecumenico Lateranensi IV. a. 1215 sumpta atque in corpore juris canonici relata cap. *Licet Graecos* fin. X. de baptismo et ejus effectu (III, 42), in omnibus Constitutionibus Pontificiis ea de re agentibus occurrit. Sunt autem concilii verba ejusmodi: „Licet Graecos nostris diebus ad obedientiam Sedis Apostolicae revertentes fovere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (in quantum cum Domino possumus) sustinendo, in his tamen illis deferre non volumus nec debemus, quae periculum generant animarum et ecclesiasticae derogant honestati.“

[2]) Kalendario populari Italo-graecorum festum SS. Cordis legitur insertum Dominica I. Augusti. In *Taqvim* seu Kalendario sex nationum (Latinorum, Syrorum purorum, Maronitarum, Chaldaeorum, Armenorum, Melchitarum) lingua arabica Beryti in Syria edito, *Solemnia SS. Cordis Jesu* distincte signantur formula *'îd qalb Jesû'*.

siis passim appensis fieri oculis percepimus [1]), id etiam multis libris ad illustrandum ejus mysterii cultum in Oriente vulgatis confirmatum alio loco jam ostendimus [2]). Ex iis gratiarum praemia cultoribus Sacratissimi Cordis Jesu in forma promissionum proposita graece et rumenice vulgari sermone huc transscribere volumus ad eorum voluntatem, ni fallimur, qui cupiunt curiosius graeca et rumena cum latinis et gallicis comparare.

ΥΠΟΣΧΕΣΕΙΣ

γενόμεναι εἰς τὴν Μακαρίαν Μαργαρίταν Μ. Ἀλακόκ, παρὰ τοῦ Κ. Η. Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ τοὺς εὐλαβεῖς τῆς Καρδίας του.

1. Θὰ δώσω εἰς τοὺς εὐλαβεῖς τῆς Καρδίας μου, ὅλας τὰς ἀναγκαίας χάριτας κατὰ τὸ στάσιμόν των.

2. Τὴν εἰρήνην εἰς τὰς οἰκογενείας των.

3. Τὰς παρηγορίας εἰς ὅλας των τὰς θλίψεις.

4. Θὰ εἶμαι τὸ βέβαιον καταφύγιον εἰς τὴν ζωὴν καὶ μερικῶς εἰς τὸν θάνατον.

5. Θὰ εὐλογήσω ἀφθόνως τὰς ἐπιχειρήσεις των.

6. Οἱ ἁμαρτωλοὶ θὰ εὕρωσιν εἰς τὴν Καρδίαν μου, τὴν βρύσιν καὶ τὸν ὠκεανὸν τῆς Ἐλεημοσύνης.

7. Αἱ ψυχαὶ χλιαραὶ θέλουσι λάβῃ θερμότητα.

PROMISIUNI,

Cari le-au fecutu Domnulu Domnedieulu nostru Isusu Christosu fericitei Mari'a Margarita Alacoque spre partea toturora acelora, cari voru onorá Anim'a ceea Domnediésca a Lui.

1. Le voiu dá darurile de lipsa in statulu loru.

2. Familiei loru voiu dá pacea.

3. In tóte necasurile i voiu mangaiá pre ei.

4. In viatia, si mai cu séma in ór'a mortei le voiu fí scutulu.

5. Tóte intreprinderile loru in destulu le voiu binecuventá.

6. Pecatosii voru aflá in Anim'a mea isvorulu indurarei si marea ceea nemarginita.

7. Sufletele cele lenevóse voru fí mai cu zelu.

[1]) In Transilvania etiam in ecclesiis eorum, quos ab unitate catholica defecisse moerentes intuemur, imagines SS. Cordis Jesu publico christianorum cultui propositas invenimus.

[2]) *De rationibus fest.*, t. 2, pp. 641—642.

8. *Αἱ εὐλαβεῖς ψυχαὶ ταχέως θὰ φθάσωσιν εἰς μεγάλην τελειότητα.*

9. *Θὰ εὐλογήσω προσέτι τάς οἰκίας, ἐντὸς τῶν ὁποίων ἡ εἰκών μου θὰ ἐκτεθῇ καὶ τιμηθῇ.*

10. *Θέλω δώσει εἰς τοὺς ἱερεῖς τὸ δῶρον νὰ συγκινῶσι τὰς σκληροτάτας ψυχάς.*

11. *Οἵτινες κηρύξουσι ταύτην τὴν εὐλάβειαν θὰ ἔχωσι τὸ ὄνομά των γεγραμμένων εἰς τὴν Καρδίαν μου, καὶ δὲν θὰ ἐξαλειφθῇ ποτέ.*

8. Sufletele cele evlaviόse, cu iutiala voru ajunge la perfectiune.

9. Inca si casele le voiu binecuventá, in cari tipulu animei mele se vá aflá si onorá.

10. Preotiloru le voiu dá darulu, cá si animile cele mai impetrite se le intórca.

11. Numele acelor'a, cari cultulu acést' a i-lu latiescu vá fi scrisu in Anim'a mea, si nici candu se voru sterge de acolo.

Comparatione igitur, ubi placuerit, facta, nunc accipe duo specimina precationum liturgicarum, alterum ex ritu latino, alterum ex graeco, quo et ipsa pietatis exercitia invicem conferre queas.

HYMNUS[1].

Quicumque certum quaeritis
Rebus levamen asperis:
Seu culpa mordet anxia,
Seu poena vos premit comes:

Jesu, qui, ut agnus innocens,
Sese immolandum tradidit,
Ad Cor reclusum vulnere,
Ad mite Cor accedite.

Auditis ut suavissimis
Invitet omnes vocibus:
Venite quos gravat labor,
Premitque pondus criminum.

Quid Corde Jesu mitius?
Jesum cruci qui affixerant
Excusat, et Patrem rogat,
Ne perdat ultor impios.

ΥΜΝΟΣ[2].

Ἐὰν ἀλήθειαν ζητῆτε ὑμεῖς,
παρηγορίαν στὰς θλίψεις ὑμῶν,
εἴτ' ἁμαρτία ξησπάζει σκληρῶς
εἰ τιμωρία βαρύνη πολύ·

Στὴν γλυκείαν Καρδίαν τοῦ Ἰησοῦ,
καὶ βρύσιν τφόντι ζῶντος νεροῦ
πλησιάσατε δὲ ἁμαρτωλοί,
οὐράνιον νὰ λάβητε ζωήν.

Ὠιδὴν φωνῶν ἀκούσατε ὑμεῖς,
πάντας ἀσεβεῖς καλεῖ μὲν θνητούς.
Ἔλθετε ὑμεῖς οἱ κοπιάσαντες
καὶ βάρος πιέζει, ἁμαρτιῶν.

Πραώτερον, Καρδίας, τί, Ἰησοῦ!
Ἰησοῦς, οὕσπερ σκληρῶς σταυρώσαντας,
ἀπολογεῖ, Πατρός του δέεται
μὴ τιμωρῇς, Πάτερ τοὺς ἀσεβεῖς.

[1] E I. Vesperis Officii.

[2] Ex opusculo communi sermone Hermopoli edito, cui titulus: *Ἐννεαήμερον τῆς γλυκυτάτης καὶ ἁγιωτάτης Καρδίας τοῦ Ἰησοῦ*, quod relatum videas in op. *de festis* cit. t. 2, p. 461.

O Cor voluptas coelitum,
Cor fida spes mortalium,
En hisce tracti vocibus,
Ad te venimus supplices.

Tu nostra terge vulnera
Ex te fluente sanguine;
Tu da novum cor omnibus,
Qui te gementes invocant.

Amen.

℣. Cor Jesu flagrans amore nostro,

℟. Inflamma cor nostrum amore tuo.

OREMUS.

Fac nos, Domine Jesu, sanctissimi Cordis tui virtutibus indui et affectibus inflammari: ut et imagini tuae bonitatis conformes, et tuae redemptionis mereamur esse participes. Qui vivis et regnas cum Patre et Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen.

Καρδία, ὦ οὐρανίων τροφὴ,
Καρδία, ὦ ἐλπὶς θνητῶν πιστὴ,
κινούμενοι ἡμεῖς ἐκ σῶν φωνῶν,
ἱκέται συντρέχομεν εἰς ἐσέ.

Ἐξάλειψον ναὶ, τὰς πληγὰς ἡμῶν
Ἰησοῦ, δι' αἵματός σου ῥέοντος,
δός πᾶσι καρδίαν ἡμῖν νέαν
τοὺς θρηνοῦσιν Σωτηρήμων εἰς σέ.

Ἀμήν.

Σ. Καρδία τοῦ Ἰησοῦ ἀναπτομένη ἐκ τῆς ἀγάπης ἡμῶν.

Α. Ἄναψον τὴν καρδίαν ἡμῶν ἐκ τῆς ἀγάπης πρὸς ἐσέ.

ΔΕΗΣΙΣ.

Ποίησον, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, νὰ ἐνδυθῶμεν τὰς ἀρετὰς τῆς Ἁγιωτάτης σου Καρδίας, καὶ ἐκ τῆς ἀγάπης νὰ ἀναφθῶμεν ὅπως ἀξιομισθήσωμεν νὰ μιμηθῶμεν τὴν ἀγαθότητά σου, καὶ νὰ συμμεθέξωμεν τῆς ἐξαγοράσεώς σου, ὅστις ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁμοῦ μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Inter pietatis exercitia ritus graeci primum locum facile obtinet *Ἀκάθιστος τῆς γλυκυτάτης καὶ ἁγιωτάτης Καρδίας τοῦ Ἰησοῦ. Ποίημα Ἰσιδώρου Δολνίκη, ἱερέως*. Opus jam omnibus *εὐπροσοδώτατον*[1]), commendatum, ut dignum est, videsis in *Zeitschrift für kath. Theologie,* 1894, pp. 196—197.

In exercenda pietate erga SS. Cor Jesu etiam, praeter multa alia cantica liturgica, usui esse potest *Κανὼν ἱκετήριος εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν*[2]), qui nimirum, quantus quantus, nihil est nisi laus ac praedicatio infinitae caritatis Christi Jesu, Si enim, Pio PP. VI. doctore, *substantia devotionis SS. Cordis Jesu eo spectat, ut in symbolica cordis imagine immensam caritatem effusumque amorem divini redemptoris nostri meditemur atque veneremur*[3]): eidem fovendae profecto congruit praesens *canon supplex,* qui totus est in infinita Dei bonitate et misericordia celebranda ac commendanda.

[1]) Relegas superius notata t. 1, p. 538.

[2]) *Κατάστικτος* ad singulorum versuum distinctionem habetur in Horologio, pp. 324—328, edit. rom. an. 1876; et in Paraclet. seu Octoëcho m., pp. 732—737, edit. rom. an. 1885.

[3]) Iterum ac saepius relat. in op. *de festis utriusque SS. Cordis.*

Ex eo igitur duas *Odas* hic sistimus, et quidem cum ea, quam cl. Maltzew ex slavico exemplari in linguam germanicam dedit, versione, ut per eandem occasionem etiam, qui literis palaeoslovenicis doctus non est, ex proposito exemplo cognoscat, quam exacte antiqua translatio slavica textuum liturgicorum archetypo graeco respondeat.

Κανὼν ἱκετήριος.	**Bitt-Kanon.**
Ὠιδὴ α΄. Ἦχος β΄.	Erster Gesang. Ton 2.

Ὁ εἱρμός· Ἐν βυθῷ κατέστρωσε.

Τροπάρια.

Ἰησοῦ γλυκύτατε Χριστὲ, Ἰησοῦ μακρόθυμε, * τὰ τῆς ψυχῆς μου θεράπευσον τραύματα, * Ἰησοῦ, καὶ γλύκανον * τὴν καρδίαν μου, * πολυέλεε, δέομαι, * Ἰησοῦ Σωτήρ μου, * ἵνα μεγαλύνω σε σωζόμενος.*

Süssester Jesus Christos, langmüthiger Jesus, heile meiner Seele Wunden, Jesus, und erfülle mit Süssigkeit, bitte, Erbarmungsvoller, mein Herz, Jesus, mein Heiland, auf dass ich erlöst dich hochpreise.

Ἰησοῦ γλυκύτατε Χριστὲ, Ἰησοῦ, διάνοιξον * τῆς μετανοίας μοι πύλας, φιλάνθρωπε * Ἰησοῦ, καὶ δέξαι με * σοὶ προσπίπτοντα, * καὶ θερμῶς ἐξαιτούμενον, * Ἰησοῦ Σωτήρ μου, * τῶν πλημμελημάτων τὴν συγχώρησιν.*

Süssester Jesus Christos, öffne, Jesus, mir der Busse Pforten, menschenliebender Jesus, und nimm mich an, der ich vor dir niederfalle und heiss erflehe, Jesus, mein Heiland, die Vergebung der Sünden.

Ἰησοῦ γλυκύτατε Χριστὲ, Ἰησοῦ, ἐξάρπασον * ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ δολίου Βελίαρ με, * Ἰησοῦ, καὶ ποίησον, * δεξιὸν κἀμὲ * παραστάτην τῆς δόξης σου, * Ἰησοῦ Σωτήρ μου, * μοίρας εὐωνύμου λυτρωσάμενος.*

Süssester Jesus Christus, Jesus, entreisse aus der Hand des listigen Belial mich, Jesus, und stelle mich zur Rechten deiner Herrlichkeit, Jesus, mein Heiland, befreie mich vom Loose, links zu stehen!

Θεοτοκίον.

*Ἰησοῦν γεννήσασα Θεὸν, * Δέσποινα, δυσώπησον * ὑπὲρ ἀχρείων οἰκετῶν, πανάχραντε, * ὅπως τῆς κολάσεως * ταῖς πρεσβείαις σου * λυτρωθῶμεν, ἀμόλυντε, * οἱ μεμολυσμένοι, * δόξης ἀϊδίου ἀπολαύσαντες.*

Die du Jesum geboren hast, den Gott, Gebieterin, flehe für die unnützen Knechte, Allreine, auf dass durch deine Fürbitten von der Strafe befreit werden, o Unbefleckte, wir, die Befleckten, und die ewige Herrlichkeit geniessen mögen.

Ὠιδὴ γ'. — Dritter Gesang.

Ὁ εἱρμός· Τῆς πίστεως ἐν πέτρᾳ με.

Τροπάρια.

*Εἰσάκουσον, φιλάνθρωπε Ἰησοῦ μου, * τοῦ δούλου σου βοῶντος ἐν κατανύξει· * καὶ ῥῦσαι, Ἰησοῦ, με τῆς καταδίκης, * καὶ τῆς κολάσεως, * μόνε μακρόθυμε, * Ἰησοῦ γλυκύτατε, * πολυέλεε.*

Höre, mein menschenfreundlicher Jesus, auf deinen Knecht, der zu dir ruft in Zerknirschung und rette, Jesus, mich von der Verdamniss und Strafe, du allein langmüthiger, süssester, erbarmungsvoller Jesus!

*Ὑπόδεξαι τὸν δοῦλόν σου, Ἰησοῦ μου, * προσπίπτοντα σὺν δάκρυσιν, Ἰησοῦ μου· * καὶ σῶσον, Ἰησοῦ μου, μετανοοῦντα, * καὶ τῆς γεέννης με, * Δέσποτα, λύτρωσαι, * Ἰησοῦ γλυκύτατε, * πολυέλεε.*

Nimm auf deinen Knecht, mein Jesus, der niederfällt mit Thränen, mein Jesus, und erlöse, mein Jesus, den Büssenden und errette (ihn) von der Gehenna, o Gebieter, süssester erbarmungsvoller Jesus.

*Τὸν χρόνον, Ἰησοῦ μου, ὃν δέδωκάς μοι, * εἰς πάθη ἐδαπάνησα, Ἰησοῦ μου· * διό με, Ἰησοῦ μου, μὴ ἀποῤῥίψῃς, * ἀλλ' ἀνακάλεσαι, * δέομαι, Δέσποτα, * Ἰησοῦ γλυκύτατε, * καὶ διάσωσον.*

Die Zeit, mein Jesus, die du mir gabst, habe ich mit Leidenschaften verbracht, mein Jesus; verwirf mich, mein Jesus, nicht desswegen, sondern ruf (mich) zurück, bitte Gebieter, süssester Jesus und errette (mich).

Θεοτοκίον.

*Παρθένε ἡ τεκοῦσα τὸν Ἰησοῦν μου, * ἱκέτευε ῥυσθῆναί με τῆς γεέννης, * ἡ μόνη προστασία τῶν θλιβομένων, * Θεοχαρίτωτε, * καὶ καταξίωσον * τῆς ζωῆς, Πανάμωμε, * τῆς ἀγήρω με.*

Jungfrau, die du meinen Jesus geboren hast, flehe, auf dass ich errettet werde von der Gehenna, du einziger Schutz der Betrübten, du Gottbegnadigte und würdige, Allfehlerlose, mich des nimmer alternden Lebens.

Κάθισμα, Ἦχος α'.

Ὁ εἱρμός· Τὸν τάφον σου, Σωτήρ.

*Σωτήρ μου Ἰησοῦ, * ὁ τὸν Ἄσωτον σώσας, * Σωτήρ μου Ἰησοῦ, * ὁ δεξάμενος Πόρνην, * καὶ ἐμὲ νῦν ἐλέησον, * Ἰησοῦ πολυέλεε· * σῶσον, οἴκτειρον, * ὦ Ἰησοῦ εὐεργέτα, * ὥσπερ ᾤκτειρας * τὸν Μανασσῆν, Ἰησοῦ μου, * ὡς μόνος φιλάνθρωπος.*

Mein Erlöser, Jesus, der du den Verlornen erlöst hast, mein Erlöser, Jesus, der du die Buhlerin angenommen hast, erbarme dich jetzt auch über mich, erbarmungsvoller Jesus; erlöse, habe Mitleid, o Jesus, Wohlthäter, wie du Mitleid hattest mit dem Manasse, mein Jesus, als einzig Menschenliebender!

Κοντάκιον, Ἦχος δ'.

Ὁ εἱρμός· Ἐπεφάνης σήμερον.

*Ἰησοῦ γλυκύτατε, * τὸ φῶς τοῦ κόσμου, * τῆς ψυχῆς μου φώτισον * τοὺς ὀφθαλμούς, Υἱὲ Θεοῦ, * τῇ θεαυγεῖ σου λαμπρότητι, * ἵνα ὑμνῶ σε, * τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον.*

Süssester Jesus, du Licht der Welt, erleuchte die Augen meiner Seele, Sohn Gottes, durch deinen gottstrahlenden Glanz, auf dass ich dich besinge, das abendlose Licht.

Ἐκ τῶν στιχηρῶν προσομοίων.

Ἦχος πλ. δ'. Ὁ εἱρμός· Ὅλην ἀποθέμενοι.

*Ἰησοῦ γλυκύτατε, * ψυχῆς ἐμῆς θυμηδία, * Ἰησοῦ, ἡ κάθαρσις * τοῦ νοός μου, Δέσποτα * πολυέλεε, * Ἰησοῦ, σῶσόν με· * Ἰησοῦ, Σωτήρ μου, * Ἰησοῦ μου παντοδύναμε, * μὴ καταλίπῃς με· * Σῶτερ Ἰησοῦ, μὲ ἐλέησον, * καὶ λύτρωσαι κολάσεως * πάσης, Ἰησοῦ, καὶ ἀξίωσον * τῆς τῶν σωζομένων * μερίδος, Ἰησοῦ μου· τῷ χορῷ * τῶν ἐκλεκτῶν σου με σύνταξον, * Ἰησοῦ φιλάνθρωπε.*

Süssester Jesus, Erquickung meiner Seele, Jesus, du Reinigung meines Geistes, erbarmungsvoller Gebieter, Jesus, erlöse mich, Jesus, mein Erlöser, mein allmächtiger Jesus, verlass mich nicht, Erlöser, Jesus, erbarme dich meiner und befreie mich von aller Strafe, Jesus, und würdige mich des Looses der Erlösten, mein Jesus, der Schaar deiner Auserwählten zähle mich zu, menschenliebender Jesus!

Τῇ αὐτῇ παρασκευῇ τῆς τρίτης ἑβδομάδος τοῦ Ματθαίου.

Ad eandem feriam Kalendaria graeco-ruthena festum Virginis dolorosae referunt adhibita hac formula: *V pjatok 10. nedĕli po Voskresenij, si jest, 2. sedmicy Petrova posta. Pamjat Sostradanija presvjatyja Bogorodicy*, hoc est, *Feria VI. decimae hebdomadis post Resurrectionem, id est, secundae hebdomadis jejunii* (ss. Apostolorum) *Petri* (et Pauli) *Commemoratio dolorosae sanctissimae Deiparae.*

Quod idem mysterium Latini gemino die conceptivo celebramus, feria VI. post Dominicam Passionis et Dominica tertia vel quarta Septembris.

Festa mobilia mense Julio.

Habet Julius conceptivos dies festos quatuor tantum, duos apud Graecos totidemque in Breviario Romano.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν ταῖς ἓξ οἰκουμενικαῖς συνόδοις. — *Dominica sanctorum Patrum sex synodorum oecumenicarum.*

Slav. *Nedělja svjatych otec šesti soborov vselenskich;* rumen. *Dominec'a santilor parenti aceloru, cari au fostu de face la cele siese sinóde ecumenice.*

Unius Chalcedonensis concilii memoriam apud CPolitanos hoc festo agi, monuimus tomo 1, p. 217. Consonat rubrica Officio solemni praefixa[1], quae est hujusmodi: *ΕΙΔΗΣΙΣ. Κατὰ τὴν ιγ'. τοῦ παρόντος, ἐὰν τύχῃ ἐν κυριακῇ, ἢ τῇ πρώτῃ μετ' αὐτὴν ἐρχομένῃ*[2], *ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τῶν χλ' ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς δ'. συνόδου, τῆς ἐν ἔτει υνα', ἐπὶ τῶν βασιλέων Μαρκιανοῦ καὶ Πουλχηρίας, συγκροτηθείσης κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν μονοφυσιτῶν.*

In canticis quidem etiam synodus sexta paucis attingitur: sed synaxarium ad unam Chalcedonensem pertinet[3]; nihil enim praeter insigne miraculum continet, quod s. Euphemia perpetrasse legitur, *ὅτε τὸν ὅρον τῆς πίστεως ἐπεκύρωσε, quum Chalcedonensem fidei definitionem confirmavit*, ut in fastis ecclesiasticis, ad diem 11. Julii, ostentum illud annuntiatum vidimus tomo 1, p. 207. Tu repete, si placet, quae de rationibus historicis, liturgicis, iconographicis ac dogmaticis solemnis hujus memoriae conciliorum, praecipue Chalcedonensis, ibidem late scripsimus pp. 208—217; ac speciatim recole, communi sex priorum synodorum festo assignatum

[1]) In recentiori Menaeorum editione *ἡ τῶν πατέρων ἀκολουθία* media interjacet inter 13. et 14. Julii (edit. Venet. an. 1875, pp. 65—73).

[2]) *Ἰστέον*, inquit *Τυπικὸν ΚΠ.*, p. 183, *ὅτι ἡ παροῦσα ἀκολουθία ψάλλεται οἵᾳ κυριακῇ τύχοι ἀπὸ τῆς ιγ' τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς μέχρι τῆς ιθ'.*

[3]) *Ὁ τῆς παρούσης κυριακῆς συναξαριστὴς ἀναφέρει τὴν δ'. μόνην σύνοδον· ὁμοίως καὶ ἡ κατ' αὐτὴν ψαλλομένη ἀκολουθία διαλαμβάνει*

fuisse diem dominicum, qui propinquior est diei 16. Julii, honoribus s. Athenogenis dicato.

Hodiernae solemnitatis objectum Horologii editiones omnes, Romanae, Veneta, Atheniensis, iisdem verbis efferunt: *Ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων, τῶν εἰς τὰς ἓξ οἰκουμενικὰς συνόδους συνελθόντων· τουτέστι τῶν εἰς τὴν α΄. ἐν Νικαίᾳ 318, τῶν εἰς τὴν β΄. ἐν Κωνσταντίνου πόλει 150, τῶν εἰς τὴν γ΄. ἐν Ἐφέσῳ 200, τῶν εἰς τὴν δ΄. ἐν Χαλκηδόνι 630, τῶν εἰς τὴν ε΄. ἐν ΚΠόλει, τὸ δεύτερον, 165, καὶ τῶν εἰς τὴν ς΄. ἐν ΚΠόλει, τὸ τρίτον, 170.* Ab his non discrepant formulae, quibus festum in Horologiis Austro-Hungaricis enuntiari videmus [1]).

Priores sex synodi oecumenicae, quarum memoria hodie communi Officio agitur, hae sunt:

1. *Synodus Nicaena (I.),* sub Constantino Magno [2]) celebrata anno aerae vulgaris 325, in qua propugnata fuit Verbi divinitas adversus Arianos [3]);
2. *Synodus Constantinopolitana I.*, sub Theodosio Magno, anno 381, in qua damnata haeresis Macedonii, adversus Spiritus sancti divinitatem, et symbolum Nicaenae fidei confirmatum est;

περὶ αὐτῆς μόνον τῆς δ΄. καὶ τῆς ς΄. τῶν κατὰ τῶν μονοφυσιτῶν καὶ μονοθελητῶν συγκροτηθεισῶν.

[1]) Exemplo sit editio rumena Balasfalvensis anni 1869, quae festivam synodorum commemorationem ita proponit ad 16. Julii: *Cade-se a scí, cà . . . facemu amentírea ss. parenti, celoru 318 de la adunarea de antania, care s'a facutu la Nice'a; sî aceloru 150 de la a dou'a adunare la Constantinop.; sî aceloru 70* (sic) *de la a treï'a adunare in Efesu; sî aceloru 630 de la a patr'a in Calcedonu; sî aceloru 160* (sic) *de la a cincia, sî aceloru 170 de la a sies'a.*

[2]) Quid Romani Pontifices vi primatus sui in convocandis confirmandisque conciliis generalibus egerint, et quam potestatem in iis exercuerint, post plures alios (a Devoti, *Instit. can.* l. 1, c. 3, § 38 citatos) praeclare ostendit van Everbroeck, *De jure Rom. Pontificis concilia oecumenica convocandi iisque praesidendi* (Archiv für kath. Kirchenrecht, tom. 2), recte idcirco et jure a Rmo. Hefele ad defensionem verae doctrinae collatus *(Conciliengeschichte,* t. 1, p. 15 edit. 2).

[3]) Constitutum praeterea fuisse, ut memoria synodi primae peculiari festo instauraretur, annotavimus supra pp. 377 et 416.

3. *Synodus Ephesina,* sub Theodosio juniore anno 431, adversus Nestorii episcopi CPolitani nefandam haeresim, qua matri Christi titulus *Deiparae* negabatur[1];
4. *Synodus Chalcedonensis*, in templo et ad sepulchrum S. Euphemiae martyris, adversus Eutychetem archimandritam et Dioscorum patriarcham Alexandrinum, duplicem in Christo naturam negantes, anno 451, sub Marciano et s. Pulcheria Augustis;
5. *Synodus Constantinopolitana II.,* sub Justiniano imperatore, anno 553, de tribus Capitulis et adversus Origenistas[2];
6. *Synodus Constantinopolitana III.,* sub Constantino Pogonato, anno 680 contra monotheletas.

Sic igitur proprio festo solemnes gratias Deo quotannis agit ecclesia orientalis, quod singulari sua providentia in sacris his conventibus, haeresibus per episcopos damnatis, catholicam doctrinam confirmasset[3].

Τῇ κυριακῇ εὐθέως μετὰ τὴν εἰρημένην μνήμην· Μνήμη τῆς ἁγίας ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου τῆς κατὰ Σευήρου τοῦ δυσεβοῦς.

Primo die dominico post dictam solemnitatem: Memoria sacrae synodi CPolitanae adversus impium Severum celebratae.

Ita quidem memoriam hujus synodi enuntiat Kalendarium CP. saeculi octavi a Morcellio editum[4], breviori formula vero Kalendarium ex Eclogadio Cryptoferratensi saeculi undecimi, a Toscanio vulgatum: *Μετὰ ταύτην ('Ιουλ. ιϛ'.) κυριακῇ· Τῶν πατέρων κατὰ Σεβήρου τῆς ε'. συνόδου*[5]. Me-

[1]) In variis Kalendariis *synodum secundam* die 22. Maji, *tertiam* autem die 9. Septembris referri, animadvertit Martinov, *An. eccl. gr.-sl.*

[2]) Particularia quaedam Kalendaria a Martinov l. c. indicata *synodo quintae* diem 25. Julii assignant, *sextae* vero diem 15. Septembris.

[3]) Relege quae de mente ecclesiae orientalis in instituendis festis conciliorum diximus tomo 1, p. 215 et heic p. 378.

[4]) Tom. 2, p. 165.

[5]) *Ad Typica Graecorum animadversiones,* p. 104.

nologium Basilianum denique hanc ejus mentionem facit ad d. 25. Julii: *Μνήμη τῶν ἁγίων ξε΄ πατέρων ἡμῶν, τῶν ἐν τῇ ε΄. συνόδῳ συνελθόντων*[1]: in quo Patrum numero assignando (65) tamen errat, quum ex Actis subscripsisse appareat in Actione IV. *septuaginta quatuor*[2], in Actione V., quae et ultima, *nonaginta*[3].

In Actis vocatur *σύνοδος καθ' Ἀνθίμου καὶ Σεβήρου*; verum in Kalendariis *Severus* dumtaxat nominatus est, quod is omnium dux fuisset, eoque damnato, Anthimus caeterique asseclae ejus omnes concidissent[4].

Caeterum particulari hoc concilio id actum est proprie, ut quae s. Agapitus, Pontifex Romanus, in urbe regia decreverat anno 536, statim pleneque executioni mandarentur; ipse enim Anthimum CPolitanum jam deposuerat, Mena ei suffecto, et Severum Antiochenum cum toto illo monophysitarum grege damnarat[5]; quem nova haec synodus iterum anathematizatum declaravit.

Dominica I. Julii. Pretiosissimi Sanguinis D. N. Jesu Christi.

Festum Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, quod jam diu, praesertim tempore Quadragesimae[6], in plerisque dioecesibus ac religiosis ordinibus celebrabatur, Pius PP. IX. pro Dominica prima Julii ad universam Ecclesiam extendit Decreto e loco exilii sui dato d. 10. Augusti anni 1849, quod est hujusmodi:

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 117, p. 560.

[2]) Apud Hardouin. Concil. t. 2, pp. 1263—1267.

[3]) Ibid. pp. 1399—1404.

[4]) Sancti quoque monachi Theodosius et Sabbas unum Severum *omnium malorum auctorem et opificem (ἀρχηγὸν καὶ αὐτουργόν)* vocant in *epistola ad Anastasium Aug.* (apud Coteler. Eccles. graec. monument. t. 3, p. 316), eundemque s. Anastasius Sinaita, patriarcha Antiochenus, passim *ἔξαρχον τῆς δεκακεράτου ὀρχήστρας, principem istius decem cornibus instructae orchestrae* (monophysitarum) nuncupat in opere *Ὁδηγός* (apud Gretser, t. 14, part. 2; et apud Migne, Patr. gr. t. 89, locis in indice notatis sub verbo *Severus).*

[5]) Quomodo Romani Pontificis primatus ex insigni hoc Agapiti facto eluceat, utriusque juris testimonio ostendimus tomo 1, pp. 140—141.

[6]) Videatur Synopsis festorum in Quadragesima occurrentium, quae exhibita est supra p. 74; jcta. annotatione adscripta p. 153

„Redempti sumus in Domini Nostri Jesu Christi Sanguine, qui emundat nos ab omni iniquitate, et ideo beati, qui in hoc lavant stolas suas. Quodsi Aegypti domus agni sanguine conspersae ab ira Dei fuerunt salvae, multo magis hanc iram effugient, imo et miserationibus et gratiis erunt repleti, qui peculiari devotione et obsequio Servatoris nostri Sanguinem venerantur et colunt. — Haec aliaque hujusmodi animo reputans SS. D. N. Pius Papa IX., ut fidelium corda, hisce praesertim miserrimis temporibus, quibus inimicus homo in Dominico agro superseminare zizaniam, et multos insidiis, fraudibus, erroribus, decipere atque irretire conatur, amore erga hoc redemptionis nostrae pretium magis magisque excitentur et inflammentur, mandavit, ut non solum in Urbe, sed et in Orbe universo omnes de Clero tum saeculari tum regulari, qui horas canonicas recitare tenentur, Missam et Officium de Pretiosissimo Sanguine Domini Nostri Jesu Christi, jam a Sacrorum Rituum Congregatione approbatum, et pluribus dioecesibus concessum, Dominica prima Julii [1]) singulis annis in posterum sub ritu duplici secundae classis peragere valeant. — Quodsi in aliqua dioecesi vel ordine regulari vel ecclesia quacumque Officium aequalis vel altioris ritus praedicta Dominica occurrat, statuit, ut Officium et Missa de Pretiosissimo Sanguine fiat tamquam in sede propria in proxima die a Festo primae vel secundae classis non impedita, transferendo juxta rubricas Officium, quod nequit recitari in propria die. — Declaravit insuper, ut Officium recitandum prima Dominica Julii nunquam omittatur, itemque ut firma et in robore permaneant peculiaria indulta et privilegia jam concessa, recitandi nempe Officium hoc vel in Quadragesima vel alio anni tempore. — Sanctitas Sua ea profecto spe nititur, ut per merita hujus Pretiosissimi Sanguinis fideles magis in dies fide vivificati, spe corroborati, et caritate incensi vitam ducant ab omni iniquitate alienam, et praemia assequantur aeterna. Cajetae hac die 10. Augusti 1849."

Caetera, quae spectant ad ipsum festi mysterium, ad historiam cultus, ad instituta religioni pretiosissimi Sanguinis

[1]) H. e. dominico illo die, qui vel ipsis Kalendis Julii occurrit, vel ab iisdem proximus succedit.

Christi promovendae destinata, cujusmodi, inter alia, sunt *Archiconfraternitas pretiosissimi Sanguinis; Ordo equestris Mantuanus sanctissimi Redemptoris*, praecipue in honorem Sacrosancti Sanguinis, qui ex latere Christi fluxit, constitutus; *Congregationes Missionariorum* et *Adoratricum pretiosissimi Sanguinis*, ab apostolico viro Dei Gaspare Bufalo erectae: haec, inquam, aliaque plura his conjuncta latius et uberius tractavit Moroni, *Dizionario*, praesertim t. 61, pp. 33—49: Germanorum usui vero in brevem summam redacta tradidit Noldin in *Kirchenlexicon* t. 2. pp. 926—933, edit. 2.

Dominica III. Julii. Festum Sanctissimi Redemptoris.

Festum SS. Redemptoris, quod in Dominio Veneto jampridem ipso hoc die cum extraordinariis privilegiis celebratum legimus [1]), Pius PP. VIII. statum esse voluit in Urbe Roma, die 23. Octobris ejusdem celebritati attributo per Decretum S. Rit. Congr. d. d. 8. Maji 1830 [2]). Exinde ad plerasque omnes dioeceses ac religiosos ordines transiit, modo ut festum immobile, quod locum in Kalendario certum ac stabilem habet d. 23. Octob., modo ut conceptivum, quod, annuum litterae dominicalis recursum sequendo, tertio die dominico Julii, ut in Dominio Veneto, agitur.

---

[1]) Legito Tetam., *Diar.*, mens. Jul. part. 1, § 3; t. 3, pp. 85—86. — Rationibus celebritatis Venetae illustrandis inservit clausula lectionis sextae Officii proprii, quae est ejusmodi: „Hanc igitur immensae largitatis clementiam ostendere dignatus est Deus erga populum Venetiarum dira tunc temporis pestilentia vexatum; sed voto facto invisendi quotannis templum in honorem Sanctissimi Redemptoris, a fundamentis publicae magnificentia pietatis exstructum, non multo post extincto morbo, summa totius civitatis laetitia, pristinae incolumitati se vidit restitutum. Ut autem accepti beneficii recordatio, et cultus erga Servatorem nostrum augeretur in dies, Officium proprium et Missam sub titulo *Sanctissimi Redemptoris*, quae Innocentius decimus tertius „Romanus Pontifex, omnibus utriusque sexus Christifidelibus Venetiis existentibus, qui ad horas canonicas tenentur, singulis annis Dominica tertia Julii recurrente recitandas concessit, Benedictus decimus tertius itidem Romanus Pontifex, ad totum statum et dominium Venetum extendit."

[2]) Relege Kalendarium ipsius Urbis Romae, propositum tomo 1, p. 400, ac vide etiam Acta literaria *Correspondance de Rome* an. 1848 —1849, pp. 29—30, ibidem citata p. 402.

Festum omnium sanctorum Romanae Ecclesiae Summorum Pontificum.

Eodem hoc mense Ecclesiae Romanae tabulis etiam inscriptum legitur *festum omnium sanctorum Summorum Pontificum,* agendum Dominica I. non impedita post Octavam ss. Petri et Pauli, quod cum integro Kalendario Urbis Romae a plurimis recentioribus dioecesibus, praecipue in longinquis Statibus Americae Septentrionalis, receptum perhibent Acta literaria *Correspondance de Rome* l. c.

In Kalendario quidem ineunte Julio refertur; nobis tamen conceptivis hujus mensis solemniis ideo non videbatur accensendum p. 442, quod, quum omnes ferme Julii dies, maxime in Proprio Romano[1]), stata festa jam habeant, ad unum ex sequentibus mensibus sit, pro anni vice, transferendum[2]).

Exstat magnificum atque praeclarum solemnitatis Officium in nova Breviarii editione, cujus talis est oratio propria: *Deus, qui populis tuis indulgentia consulis, et amore dominaris, da spiritum sapientiae, suffragantibus meritis Antistitum Ecclesiae tuae, quibus dedisti regimen disciplinae, ut de profectu sanctarum ovium fiant gaudia aeterna pastorum. Per Dominum.*

Festivae lectiones II. Nocturni, ex s. Bernardo assumtae, sublimia haec habent initia:

IV. *Congratulemur, fratres, congratulemur, ut dignum est, Pontificibus nostris.*

V. *Laetemur, quod Pontifices nostri ascenderunt ad cives suos, pro filiis captivitatis legatione fungentes, corda nobis conciliantes beatorum, vota illis intimantes miserorum.*

VI. *Benedictus Dominus Deus, qui tantorum Pontificum ministerio visitavit plebem suam: et nunc assumptis iis in sanctam civitatem, tantae recordatione suavitatis nostram non desinunt consolari captivitatem.*

Sunt tandem ex Breviariis propriis rit. lat. quae festum diem *s. Pulcheriae* Augustae et virginis Dominicae II. Julii affigant; verum in plerisque Kalendariis locum stabilem habet sive ad d. 7. Julii sive ad d. 7. Septembris.

---

[1]) Cfr. tom. 1, p. 15 et 396.

[2]) Anno ibidem descripto p. 398 peragitur Dominica I. Septemb.

Festa mobilia mense Augusto.

Conceptiva solemnia communia exhibet Augustus non amplius duo: *s. Joachim, Confessoris, Patris B. Mariae Virginis, et Purissimi Cordis Mariae.*

Antiqua Kalendaria syriaca, quae ex Bibliotheca Vaticana descripta possidemus, hoc mense referunt duo alia Sanctorum festa conceptiva, a ritu graeco prorsus aliena, alterum feria II. hebdomadis primae: *s. Adaei, apostoli;* alterum feria II. hebdomadis sequentis[1]): *s. Azazaëlis:* quamvis prioris etiam stata memoria sit die 5. consignata[2]).

Festum s. Joachim, Confessoris, Patris B. M. V.

Cultum *s. Joachim* vetustum in Ecclesia produnt monumenta, quae ex Bollandianis indicavimus tomo 1, p. 222, recentiorem fusius persequuntur libri in *Kirchenlexicon* indicati. loco ibidem adducto.

Iis adnumeres quod editum a R. D. Rocchi est opus praeclarissimum, cujus hoc loco mentio facienda. Inscribitur liber: *Le glorie di s. Gioachino, padre di Maria Vergine, secondo i Padri dell' Oriente, esposte da* D. Antonio Rocchi, *monaco basiliano*[3]). Spissum est opus atque operosum et omnibus numeris absolutum, in quatuor partes divisum, quae sunt istae: 1. *Atti di s. Gioacchino;* 2. *Virtù di s. G.;* 3. *Titoli di s. G.;* 4. *Culto di s. G.* Postrema hac parte praesertim cuncta, quae ad cultum s. Joachim apud Graecos, ad festa ejus et templa spectant, luculenter, graviter eruditeque exponuntur[4]).

Allatis a cl. auctore addimus tamen in dictis Kalendariis nostris syriacis, memoriam ss. Joachim et Annae pluries occur-

---

[1]) Dies iste plurium commemorationum conjunctionem habet: *s. Adaei. apostoli, et Samiae et Saphirae uxoris ejus et parentum s. Taliae.* Caeterum in hisce Kalendariis *s. Adaeus,* honorifico *Principis septuaginta* (discipulorum) titulo insignitus ad d. 28. Aprilis, frequenter occurrit, ut vel ex uno mense Pentecostali supra exhibito pp. 415—416 videri potest. — Si Kalendarii tom. 1. forte legeris, sanctum nostrum cognitum habebis ex annotatis pp. 255 et 476.

[2]) De *s. Azazaële martyre Samosateno* sub Maximiano videatur Assemann. *B. o.* t. 3, part. 1, p. 636.

[3]) Grotta ferrata, coi tipi della Badia, 1878.

[4]) Quodsi opus ipsum tibi praesto non sit, accuratam ejus notitiam facile reperies in Actis literariis *Civiltà Cattolica* (t. 3. an. 1879), t. 12. pp. 593—598.

rere; ita v. g. signatur in Cod. 37. ad 8. Septembris: *Nativitas Deiparae, et Joachim et Annae*[1]) *parentum ejus, et Theodati Amidae;* ad 25. Julii autem pluribus aliis Sanctorum memoriis junctus legitur *obitus Dinae (Annae), matris Deiparae*[2]).

Officium s. Joachim an. 1510 primum a Julio PP. II. invectum in Breviarium est. A s. Pio PP. V. inde expunctum, a Gregorio PP. XIII. autem restitutum, a Gregorio PP. XV. demum ad meliorem formam redactum est.

Festum peragebatur die 20. Martii, atque adeo infra tempus Quadragesimae; sed a Clemente PP. XII. translatum est ad *Dominicam infra Octavam Assumptionis sanctissimae Deiparae,* confirmato Sacrae Rituum Congregationis *Decreto Urbis et Orbis*, quod factae mutationis causas ita enunciat: Quum enixe ac saepius Sacra Caesarea Majestas institerit, ut festum s. Joachim, perinde ac s. Annae conjugis, esset in Ecclesia universali de praecepto: S. R. C., re mature nec semel discussa, ita denique censuit annuendum, ut, ne festa de praecepto multiplicentur, debitus tamen honor genitori matris Dei non denegetur, festum ejusdem s. Joachim a die 20. Martii ad Dominicam post Assumptionem B. Virginis, ejus filiae, transferatur, in eaque sub ritu duplici majori, ut festum s. Annae conjugis sub eodem ritu deinceps celebretur[3]).

Novissime tandem Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII. fel. regn. solemnia utriusque parentis Beatissimae Virginis ad ritum duplicem 2. cl. evexit *Decreto Urbis et Orbis* edito d. 1. Augusti 1879, quod quia genuinas cultus festique rationes authentice declarat, juveni academico deberi non potest.

---

[1]) In Cod. 68. deest nomen *Annae.*

[2]) Integer hujus diei titulus hic est: *Constantini Edessae; et coronatio Ebedmessiae, quem pater Levi interfecit, deinde ad fidem conversus est an. 701, pro sterilibus feminis; et Zachaei; et obitus Dinae, matris Deiparae.* — Memoria s. Annae praeterea refertur in Codicibus 19, 20, 21, 69 et 77. — Martyrium *Ebedmessiae* seu *Abdu'l Masich* jam superius relatum videas t. 1, p. 479.

[3]) Decretum S. R. Congregationis d. d. 20. Sept. 1738 approbatum a Pontifice est die 3. Octob.; qua de re consule, si vacat, quae in festum s. Joachim annotavit Tetam. *Diar. ad d. 15. Augusti, n. 30.*

Decretum Urbis et Orbis

De festis SS. Joachim et Annae ritu dupl. II. Cl. celebrandis.

„Docet Ecclesiasticus eos laudandos, qui in generatione sua gloriosi fuerint; singulari igitur honoris ritu colendi Sancti Joachim et Anna, qui Immaculatam Virginem Deiparam quum genuerint, gloriosissimi equidem fuere: *De fructu ventris vestri,* ut ipsos alloquitur Damascenus, *cognoscimini; pie enim et sancte in humana natura vitam agentes filiam Angelis superiorem et nunc Angelorum Dominam edidistis* (Or. I. de Virg. Mariae Nativ.). Quum itaque filiorum gloria parentes coronet, nil mirum si Ecclesia et a primaevis temporibus praecipuo cultu ac religione prosequuta sit Sanctum Patriarcham Joachim ejusque beatam conjugem Annam; hos siquidem Ecclesiae Patres insignibus exornarunt laudibus, ac penes Fideles eo crevit veneratio iis exhibita, ut in ipsorum honorem templa exstructa fuerint, et piae Sodalitates erectae. Immo et Christiani Principes non semel supplicibus votis institerunt apud Romanos Pontifices, ut solemniori cultu Sancti Deiparae Parentes honorarentur. Piissimis votis libenti animo Romani Pontifices annuerunt, validissimum rati eorumdem fore patrocinium apud Deum potissimum per eorum filiam Coeli Reginam, et cultum a Christifidelibus tributum non modo sua auctoritate firmaverunt, verum etiam peculiaribus privilegiis condecorarunt.

Quoniam vero hisce luctuosissimis temporibus divina misericordia factum est, ut, quo magis Christianus populus divino auxilio atque coelesti solamine indigeret, eo amplioribus clarificata sit honoribus Beatissima Virgo Maria atque ipsius cultus nova incrementa acceperit: hinc novus splendor ac recens gloria, qua beatissima filia refulsit, et in felicissimos parentes redundare oportuit. Quare pluribus in dioecesibus, Sede Apostolica annuente, horum Sanctorum festa solemniori pompa ac ritu celebrata sunt ad obtinendam praecipue familiarum concordiam et tranquillitatem; imo non defuere Sacrorum Antistites qui ejusdem ritus elevationem per universum orbem ab eadem Apostolica Sede haud semel efflagitaverint.

Haec autem omnia animo recolens Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII., quo suae praesertim devotionis erga Sanctum Joachim, cujus nomine ipse gloriatur et quod *Praeparatio Domini* interpretatur, conspicuum exhibeat testimonium, confisus fore ut illius aucto cultu patrocinium quoque validius persentiat Ecclesia, motu proprio mandavit, ut per praesens Decretum Sacrorum Rituum Congregationis Festum Sancti Joachim, Dominica infra Octavam Deiparae Assumptionis occurrens, nec non Festum Sanctae Annae, cum ipso in eodem honore sociatae, diei 26. Julii affixum, a ritu duplici majori ad ritum Duplicis secundae classis eleventur, ac sub tali ritu in Kalendario universae Ecclesiae deinceps inscribantur."

De festo purissimi Cordis B. Virginis Mariae.

Constituto semel in Ecclesia, afflante Spiritu sancto, cultu ac festo Sanctissimi Cordis Jesu, consequens erat, ut ejusdem Spiritus instinctu constitueretur etiam cultus ac festum Purissimi Cordis Mariae; id enim semper factum videmus, ut quotiescunque, labentibus annis, novae institutae fuerunt in gloriam Filii solemnitates, paulo post analogae celebratae sint, quibus honoraretur Mater.

Officio nunc utimur, quod pro Breviario Romano probatum a S. R. C. fuit die 21. Julii an. 1857 [1]), festumque peragimus dominico die, qui primus est post Octavam Assumptionis B. V. M. — Caetera quae ad historiam atque ad proprium cultus objectum spectant, peculiari libro fuse pertractavimus in opero supra indicato p. 479, lib. 2, ubi ea devotus sanctissimae Deiparae cultor quaerat, dum nos ad ea, quae de aliis festis adhuc restant dicenda, properamus: prius tamen uno saltem hymno cum gemina oratione, in expeditum ac praesentem clericorum usum, huc transscripto.

[1]) Romanum hoc Officium cum pluribus aliis Officiis propriis, a Sede Apostolica variis dioecesibus et religiosis ordinibus concessis, exhibuimus in opero mox citando t. 2, pp. 383—475, edit. 5.

Hymnus [1]).

Ad Cor tam tenerum currite Virginis
Almae, vos miseri: fidite, siquidem
Nulli se renuit, sed potius pium
Factum est omnibus omnia.

Ad Matris Cor adi; fide, levaberis,
Infelix homo, nunc curre, quid ambigis?
Tu Cor comperies dulce, tenerrimum,
Cunctos quod levat, excipit.

Ipsum Cor timidos roborat, instruit;
Peccati tenebras lumine dissipans;
Accurrit malis, et noxia criminum
Delet sanguine Filii.

Accedant igitur quique laboribus
Pressi ad Cor tenerum; namque miserrimos
Hos Virgo reficit, sublevat, adjuvat
Tollens pondera criminum.

Si cor sit gelidum, Virginis en amor
Almae: dum refovet, pectora frigida
Ignescunt adeo, quo magis expetant
Incendi simul, et mori.

Sit laus Patri, sit et gloria Filio;
Aequalis sit honor Spiritui quoque;
Almae sit pariter gloria Virgini,
Quae nos undique protegit. Amen.

℣. Cum jucunditate laudes Cordis Mariae Virginis celebremus.
℟. Ut ipsa pro nobis intercedat apud Dominum Jesum Christum.

Oratio I.

Clementissime Deus, qui ad peccatorum salutem et miserorum perfugium Cor immaculatum Mariae divino Cordi Filii sui Jesu Christi caritate ac misericordia simillimum esse voluisti, concede, ut qui hujus dulcissimi et amantissimi Cordis memoriam agimus, ejusdem meritis secundum Cor Jesu inveniri mereamur. Per eundem Dominum.

Oratio II [2]).

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde Beatae Mariae Virginis dignum Spiritus sancti habitaculum praeparasti: concede propitius, ut, ejusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.

[1]) Ex proprio Neapolitano, Ad Vesperas, ibid. 413—414.
[2]) Ex Officio Breviarii Romani, ibid. p. 387.

De festis mobilibus mense Septembri.

Conceptivi hoc mense dies numerantur quinque, ex quibus duo ad ritum graecum pertinent, tres a Latinis celebrantur.

Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ. — *Dominica ante Exaltationem pretiosae Crucis.*

Slav. *Nedělja pred vozdviženijem čestnago kresta;* rumen. *Dominec'a ina-ântea inaltiàrii onoratei cruci.*

Κυριακὴ μετὰ τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ. — *Dominica post Exaltationem pretiosae Crucis.*

Slav. *Ned. po vozdviženiji č. kr.;* rumen. *Dom. dupa inaltiàrea on. cr.*

Apud Orientales conceptivi habentur duo dominici dies, qui proximi sunt *ss. Crucis festo;* in priori, qui exaltationem praecedit *(πρὸ τῆς ὑψώσεως)*, legitur Evangelium ex s. Joanne; in altero vero, qui Crucis solemnia consequitur *(μετὰ τὴν ὕψωσιν)*, pericope recitatur ex evangelio s. Marci. Quoniam sufficientem horum dierum explanationem jam dedimus, quum de ordine evangelistarum dissereremus supra pp. 445—446, lectorem hic amplius non moramur.

Dominica I. Septembris. Festum s. Angeli Custodis sive *ss. Angelorum Custodum.*

In Kalendariis nostris civilibus in Austro-Hungaria vulgatis effertur serb. et croat. *Svetkovina Angjeli čuvari;* bohem. *Slavnost ss. Andělův strážných;* sloven. *Angeljska nedelja;* ruthen. *Prazdnik angelov chranitel.;* hungar. *Őrangyalok ünnepe;* rumen. *Dominec'a Angeruloru pazitori;* german. *Schutzengelfest.*

Sancti Angeli Custodis cultum, veteribus christianis, etiam in ecclesia orientali, probe notum, Paulus PP. V. solemni festo ac proprio Officio ampliavit. Et illud quidem rogatu Ferdinandi Austriae, amplissima postea imperii dignitate aucti, pro omnibus provinciis ac ditionibus, tam haereditariis quam aliis augustissimo Romanorum imperatori subjectis praescripsit,

reliquis vero universim ad libitum concessit pro primo die non impedito post festum dedicationis s. Michaelis archangeli, ad quod ceu appendix quaedam creditum est pertinere, quum eo die Ecclesia etiam ss. Angelorum omnium memoriam agat. At vero Clemens PP. X. *festum ss. Angelorum Custodum* omnibus indixit anno 1670, die secundo Octobris eidem assignato, utpote qui esset primus non impeditus post s. Michaelis festum.

Festus dies ss. Angelorum Custodum, ex speciali privilegio a s. Sede concesso, in Germania atque in multis aliis regionibus status non est, sed illo dominico die, qui juxta computum ecclesiasticum primus est mensis Septembris, solemniter et plerumque cum Octava peragitur.

Exstat in Horologio magno Graecorum integer *canon supplex ad Angelum Custodem* hoc praefixo titulo: *Κανὼν ἱκετήριος εἰς τὸν ἄγγελον τὸν φύλακα τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς. Ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Μαυρόποδος*[1]). Eum ad regulas metrices asteriscis *στιχηρῶς* distinctum exhibet novissima editio Romana pp. 329—334, additis etiam versibus et oratione propria mox afferendis.

Quae ad mysterium festi spectant, plana sunt omnia; quapropter indagatione opus non est. Ejus loco fragmentum ex Officio latino-graeco P. Georgii Mayr[2]) huc sistimus, quo juvenes et adolescentes ritus graeci, qui in variis studiorum collegiis hanc erga tutelarem suum angelum pietatem et venerationem insigni affectu et ardore cum Latinis amplectuntur, nostras preces facilius intelligere religionemque communem ῥαδίως, ut ipsi dicunt, h. e., sine negotio et exercere et excolere possint. Ut vero et occidentalium erudita pietas vicissim aliquid novi ex Graecia habeat, quo non sine utilitate delectetur, parti latino-graecae memoratos versus cum oratione ex Horologio subjungemus: adscripta etiam accurata versione germanica, quam proxime ac directe ex palaeoslavico ad verbum expressit Maltzew, *Andachtsbuch*, pp. 496—498.

Hymnus I.
Ad Vesperas.

Custodes hominum psallimus Angelos,
Naturae fragili quos Pater addidit
Coelestis comites, insidiantibus
Ne succumberet hostibus.

[1]) Hanc praefert *ἀκροστιχίδα: Τὸν ἄγγελον μέλπω σε τὸν φύλακά μου. Ὠιδὴ μοναχοῦ Ἰωάννου.*

[2]) Cfr. quae de eo notavimus p. 474.

Nam quod corruerit proditor angelus,
Concessis merito pulsus honoribus,
Ardens invidia, pellere nititur
Quos coelo Deus advocat.

Huc Custos igitur pervigil advola,
Avertens patria de tibi credita
Tam morbos animi, quam requiescere
Quidquid non sinit incolas.

Sanctae sit Triadi laus pia jugiter,
Cujus perpetuo numine machina
Triplex haec regitur, cujus in omnia
Regnat gloria saecula. Amen.

℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.
℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

ΥΜΝΟΣ Α'.

Εἰς τὸν ἑσπερινόν.

Τοὺς θνητῶν φύλακας ψάλλομεν ἀγγέλους,
Τῇ σαθρᾷ γενεῇ ὤπασεν οὓς πατὴρ
Πομποὺς ὑψιμέδων, μήποτε δηΐων
Νικηθῇ ἐπιβουλίαις.

Πολλῆς γὰρ προδότης οὕνεκεν ἄγγελος
Τιμῆς, ἧς ἔλαχέν τ', ἔκπεσεν ἀξίως,
Πειρᾶται φθονέων ὠθέμεναι θεῷ
Τοὺς κληθέντας ἐς οὐρανόν.

Σπεῦδ' οὖν ἡμετέρης εἰργέμεν, ὦ φύλαξ,
Χώρης, παντοκράτωρ ἣν ἐπέτρεψέ σοι,
Τὰς ψυχῆς τε νόσους, καὶ ὅσον ἀτρεμεῖν
Οὐ τοὺς ἐνναέτας ἐᾷ.

Σεπτῇ τῇ Τριάδι κῦδος ἀεὶ πέλῃ.
Ἡ βουλῇ κρατερᾷ πάντοτε μηχανὴν
Τὴν τριττὴν διέπει, χ' ἧς τινος εἰς ὅλους
Αἰῶνας μεδέει κλέος.

Στίχος. *Ἐνώπιον ἀγγέλων ψαλῶ σοι, θεός μου.*
Ἀπόκ. *Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, καὶ ἐξομολογήσω τῷ ὀνόματί σου.*

Hymnus II.

Ad Laudes.

Orbis patrator optime,
Qui, quidquid est, potentia
Magna creasti, nec regis
Minore providentia.

ΥΜΝΟΣ Β'.

Εἰς τοὺς αἴνους.

Κράτιστε κτίστ' οἰκουμένης
Ὁ πάντα σοῦ τῷ νηρίτῳ
Κτίσας κράτει, ἴσῃ τ' ἀεὶ
Διοικέων προμηθίᾳ.

Adesto supplicantium
Tibi reorum coetui:
Lucisque sub crepusculum
Lucem novam da mentibus.

Tuusque nobis Angelus
Signatus ad custodiam,
Hic adsit, a contagio
Qui criminum nos protegat.

Serpentis nobis aemuli
Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentiae
Incauta nectat pectora.

Metum propellat hostium
Nostris procul de finibus,
Pacem procuret civium,
Fugetque pestilentiam.

Deo Patri sit gloria,
Qui quos redemit Filius,
Et sanctus unxit Spiritus,
Per Angelos custodiat. Amen.

Πρᾶος πάρει δεητικῷ
Τῶν σοι ὑπαιτίων χορῷ,
Σύν τ' ἀντολῇ τῆς ἡμέρας,
Καινὸν φάος δὸς καρδίαις.

Ἡμῖν τεός θ' ὁ ἄγγελος
Ταχθεὶς φύλαξ νῦν ἐνθάδε
Παρίστω, ἡμᾶς αἰτιῶν
Ἀπὸ φθορᾶς φυλάξειεν.

Τὸν συκοφαντήσαντ' ὄφιν
Ὤσειεν ἡμῖν βάσκανον,
Μὴ δικτύῳ πολυπλόκῳ
Στήθη λάβῃ ἀνευλαβῆ.

Ἐχθρῶν ἀναιρέῃ φόβον
Ἡμῶν ἄπωθεν πειράτων,
Ἀστοῖς διδῷ τὸ ἥσυχον,
Βάλλῃ νόσον φθισίμβροτον.

Δόξα κλέος τε τῷ πατρί,
Ὅς οἷς ἔδω λύτρον τέκος,
Πνοή τε χρίσμα ἔνθεον,
Δι' ἀγγέλων φυλαξάτω. Ἀμήν.

Oratio I.

Deus, qui ineffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere digneris, largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi, et aeterna societate gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum, etc.

ΕΥΧΗ Α'.

Θεὸς ὁ τῇ ἀποῤῥήτῳ προνοίᾳ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους σου εἰς τὴν φυλακὴν ἡμῶν πέμψαι ἀξιῶν, δώρησαι τοῖς ἱκέταις σου, τῇ τε αὐτῶν σκέπῃ ὑπερασπίζεσθαι, καὶ τῇ αἰωνίῳ ἑταιρίᾳ ἐπιχαίρειν. Διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Oratio II.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

ΕΥΧΗ Β'.

Θεός, ὁ θαυμαστῇ τάξει τὰς ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ὑπηρεσίας οἰκονομῶν, συγχώρησον εὐμενῶς, ὡς ὑπὸ τῶν ἀεί σοι ἐν οὐρανῷ ὑπηρετούντων καὶ παρισταμένων ἡ ἐπίγειος ἡμῶν ζωὴ ἀσφαλίζηται. Διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ σου, ὃς ζῇ καὶ βασιλεύει μετά σου ἐν ἑνότητι τοῦ πνεύματος ἁγίου, θεός, εἰς πάντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ΣΤΙΧΗΡΑ ΠΡΟΣΟΜΟΙΑ.

Ex Horologio.

Ἦχος β'. Οἶκος τοῦ Ἐφραθά.

Ὦ Ἄγγελε Θεοῦ,
Ὁ παρεστὼς ἀμέσως
Τῇ ἁγίᾳ Τριάδι,
Μὴ παύσῃ ἱκετεύων
Ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ δούλου σου.

O Engel Gottes, der du unmittelbar stehst in der Nähe der heiligen Dreifaltigkeit, lass nicht ab zu flehen für mich, deinen Knecht!

Ὡς ἔλαβες ἰσχὺν
Φυλάττειν τὴν ψυχήν μου
Παρὰ Θεοῦ, μὴ παύσῃ
Σκέπῃ τῶν σῶν πτερύγων
Αὐτὴν σκέπων ἑκάστοτε.

Da du von Gott die Macht empfingst, meine Seele zu behüten, so lass nicht ab, dieselbe jederzeit mit der Decke deiner Flügel zu decken!

Χάρις τῷ Ἰησοῦ,
Τῷ δόντι μοί σε μέγαν
Φύλακα τῆς ψυχῆς μου,
Καὶ ὅπλον κατ' ἐχθρῶν μου,
Ἄγγελε θεοτίμητε.

Jesus sei Dank, welcher dich mir gab zum grossen Hüter meiner Seele und zur Waffe wider meine Feinde, gottgeehrter Engel!

Ἀξίωσον κἀμὲ
Τυχεῖν τῆς βασιλείας
Τοῦ Θεοῦ τοῦ Ὑψίστου,
Ἵνα σὺν σοὶ κραυγάζω
Τὸν ὕμνον τὸν Τρισάγιον.

Würdige auch mich, Theil zu haben an dem Reiche Gottes des Allerhöchsten, auf dass ich mit dir rufen möge den dreimalheiligen Lobgesang!

Δόξα.

Ehre.

Φῶς δεύτερον σὺ εἶ
Μετὰ Θεόν, φρουρέ μου·
Μὴ παύσῃ προστατεύων
Ἰδεῖν κἀμὲ τὸ σέλας
Τῆς τριλαμποῦς Θεότητος.

Du bist das zweite Licht nach Gott, mein Wächter; lass nicht ab, mich zu beschützen, damit auch ich schaue den Glanz der dreifachstrahlenden Gottheit!

Καὶ νῦν.

Jetzt.

Θεοτοκίον.

Ἀγγέλων καὶ βροτῶν
Δέσποινα, Θεοτόκε,
Μὴ παύσῃ ἱκετεύων,
Παρθένε, τὸν Υἱόν σου
Ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ δούλου σου.

Der Engel und der Sterblichen Gebieterin, Gottesgebärerin, lass nicht ab zu flehen, o Jungfrau, zu deinem Sohn für mich, deinen Knecht!

ΕΥΧΗ.

Εἰς τὸν αὐτὸν Φύλακα τῆς τοῦ ἀνθρώπου ζωῆς.

Ἅγιε Ἄγγελε, ὁ ἐφεστὼς τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς, καὶ ταλαιπώρου μου ζωῆς, μὴ ἐγκαταλίπῃς με τὸν ἁμαρτωλόν, μηδὲ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ διὰ τὴν ἀκρασίαν μου· μὴ δώῃς χώραν τῷ πονηρῷ δαίμονι κατακυριεῦσαί μου τῇ καταδυναστείᾳ τοῦ θνητοῦ τούτου σώματος· κράτησον τῆς ἀθλίας καὶ παρειμένης χειρός μου, καὶ ὁδήγησόν με εἰς ὁδὸν σωτηρίας. Ναί, ἅγιε Ἄγγελε τοῦ Θεοῦ, ὁ φύλαξ καὶ σκεπαστὴς τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, πάντα μοι συγχώρησον, ὅσα σοι ἔθλιψα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ εἴ τι ἥμαρτον τὴν σήμερον ἡμέραν. Σκέπασόν με ἐν τῇ παρούσῃ νυκτί, καὶ διαφύλαξόν με ἀπὸ πάσης ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου, ἵνα μὴ ἔν τινι ἁμαρτήματι παροργίσω τὸν Θεόν· καὶ πρέσβευε ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, τοῦ ἐπιστηρίξαι με ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ καὶ ἄξιον ἀναδεῖξαί με δοῦλον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. Ἀμήν.

Gebet

zu dem nämlichen Schutzengel des Lebens des Menschen.

Heiliger Engel, du Aufseher meiner unglücklichen Seele und meines unseligen Lebens, verlass mich Sünder nicht, und entferne dich nicht von mir ob meiner Unenthaltsamkeit. Gieb nicht Raum dem bösen Dämon, über mich zu gebieten durch die Unterjochung dieses sterblichen Leibes. Lenke meine unglückselige und sündige Hand, und führe mich auf den Weg des Heils! Ja, heiliger Engel Gottes, du Hüter und Beschirmer meiner unglücklichen Seele und meines Leibes, vergieb mir Alles, wodurch ich dich betrübt habe alle Tage meines Lebens, und was ich etwa am heutigen Tage gesündigt habe. Beschirme mich in der kommenden Nacht und behüte mich vor allen Angriffen des Widersachers, damit ich nicht durch eine Sünde Gott erzürne; und bitte für mich bei dem Herrn, auf dass er mich möge befestigen in seiner Furcht, und mich erweisen als würdigen Diener seiner Gütigkeit! Amen.

Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. Festum ss. Nominis Mariae.

Festum ss. Nominis Beatae Mariae Virginis in Conchensi ecclesia primum celebrari coepit anno 1513 ex indulto Apostolico, et quamvis s. Pius PP. V. in Breviarii reformatione illud sustulerit, a Sixto PP. V. tamen instante Cardinale Deza restitutum fuit pro die 17. Sept., ceu primo non impedito post Octavam Nativitatis. Exinde ad Toletanam ecclesiam transivit, ac subinde ad totam Hispaniam ex concessione Gregorii PP. XV.

Demum Innocentius PP. XI. anno 1683, in memoriam insignis victoriae ab armis christianis sub ejusdem Virginis praesidio de Turcis reportatae et civitatis Viennae in Austria ab arctissima eorundem obsidione solutae d. 12. Sept., h. e., Dominica 14 post Pentecosten: hoc ipsum festum ss. Nominis Beatae Mariae Virginis ad universam Ecclesiam extendit pro Dominica infra Octavam Nativitatis ejusdem, approbato etiam praescriptoque Officio festi proprio. Sed ea de re videas, si placet, quae de Viennensi obsidione disserentes annotavimus in Actis literariis Oenipontanis *Zeitschrift für katholische Theologie,* t. 4, pp. 779—780; adeas insuper fontes adductos ab Holweck, *Fasti Mariani,* pp. 230—231; explicationi nominis *Mariae* tamen ea adjicias velim, quae de probabilioribus rationibus ejus nominis uberius et fusius disputat Bardenhewer, *Der Name Maria*, 1895.

Ipso illo die 12. Septemb. an. 1683, quo Vienna, fusis profligatisque Turcis, obsidione est soluta, actam ab Ecclesia catholica fuisse *solemnitatem divinae providentiae,* in pluribus recentioribus libris notatum legimus [1]). Sed *festum divinae providentiae* invenire, utut cupidissimis et sedulo investigantibus, hucusque non licuit. Rem libentissime a doctis Viennensibus discemus, sique certam ejus festi notitiam reperiri contigerit, felicitatis id magnae erit.

Dominica III. Septembris. Festum septem dolorum Beatissimae Virginis Mariae.

Septem dolores B. V. M. communiter hoc ordine numerantur: 1. *Prophetia Simeonis;* 2. *Fuga in Aegyptum*; 3. *Amis-*

[1]) „Die katholische Kirche feierte an diesem Tage (12. Septbr.) *das Fest der göttlichen Vorsehung.* Und wahrlich hatte die göttliche Vorsehung ihre schützende Hand über das seit Jahren durch vielerlei Drangsale hart geprüfte Wien gehalten und bestimmt, dass mit diesem Tage die neuesten harten Leiden der bedrängten Stadt einen glücklichen Abschluss gegen die Osmanen und zwar für immer finden sollen" (Camesina, *Wiens Bedrängniss im Jahre 1683,* S. 127. Wien. 1868). — „Die katholische Kirche feierte an diesem 12. Septbr. *das Fest der göttlichen Vorsehung.* Die Zeitgenossen heben dies nicht hervor. Es ist das Verdienst Camesina's, S. 127, darauf hingewiesen zu haben. In einer Unterredung, die ich wenige Wochen vor dem Tode des würdigen alten Herren mit ihm hatte, betonte er dies mit Nachdruck: darum sei es zu seinem Gedächtnisse hiemit gesagt" (Klopp, *Das Jahr 1683,* S. 307).

sio pueri Hierosolymis; 4. *Occursus in crucis bajulatione;* 5. *Mors Christi in cruce;* 6. *Depositio Filii de cruce;* 7. *Sepultura Christi* [1]): quem numerum pictores more suo exprimentes, Deiparam septem gladiis transfixam pingere solent.

Caeterum quae de religione ac cultu septem dolorum Sanctissimae Deigenitricis disserentes annotavimus pp. 190 et 489, instituto nostro ferme sufficiunt. Id unum restat, ut authentico Decreto proposito ostendatur, quanam ratione tertius hic dominicus dies mensis Septembris eidem pietati fuerit addictus. Est autem Decretum hujusmodi:

„Quum in publicis Ecclesiae calamitatibus aucta plurimum fuerit devotio erga *Beatissimam Virginem juxta Simeonis prophetiam in anima transfixam,* cujus commemoratio fit dumtaxat feria VI. post Dominicam Passionis, dum Ecclesia ob sublimia Redemptoris mysteria, quae eo tempore celebrantur, in tristitia versatur et luctu; quumque propterea Apostolica Sedes jam pridem indulserit, ut in Ordine Servorum Beatae Virginis iterato idem festum solemniter perageretur in Dominica tertia Septembris, quod postmodum extendit ad plurimas provincias et dioeceses: hinc SS. D. N. Pius VII. Pontifex Maximus pia devotione motus erga Beatissimam Virginem Mariam dolore transfixam, accedentibus etiam precibus Serenissimi Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis, ac voto Emi. et Rmi. D. Cardinalis Julii Mariae de Somalia, uti Sacrae Rituum Congregationis Praefecti, suae vocis oraculo . . . praecepit, ut in posterum in universa Ecclesia ubique terrarum quotannis recurrente Dominica III. Septembris celebretur *festum Dolorum Beatae Mariae Virginis,* extendendo ad omnes . . . Officium et Missam jam concessa Ordini Servorum ejusdem Beatae Mariae Virginis sub ritu duplici majori . . . firma

[1]) Olim dolores varie recensebantur ab iis, qui piae eorum contemplationi vacabant; alii enim primo dolori substituebant *Circumcisionem pueri;* alii quarto loco ponebant *Captivitatem Christi,* seu dolorem illum, quem passa est mater propter filium a Judaeis captum, omissa sepultura; alii quartum dolorem habebant *Filii a Matre discessum ad passionem,* sepultura similiter omissa. Septenarium numerum autem ad septem fundatores Ordinis servorum B. M. V. referunt, quod dolores Deigenitricis per eos sint in septem divisi: quemadmodum pluribus exequuntur scriptores laudati apud Moroni, *Dizionario,* t. 64, pp. 296—299.

nihilominus remanente ejusdem festi commemoratione, quae fit in feria VI. post Dominicam Passionis. Die 18. Septembris 1814."

Jejunium quatuor temporum autumni.

Quae de jejunio quatuor temporum nos esse dicturos polliciti sumus p. 121, praesenti loco reservata voluimus, quod conceptivae hujus semestris solemnitates numerosae non sint, nec quae in Kalendario signantur, longam commentationem requirant. De argumento plura jam scripsimus alias, quum computum ecclesiasticum exercitationibus academicis accommodaremus[1]; unde potiora hic repetiisse suffecerit.

Quatuor tempora.

Tempora anni quatuor sunt, inquit s. Isidor. *Etymol. l. 5, c. 35: Ver, aestas, autumnus* et *hiems. Haec et curricula dicuntur, quia non stant sed currunt*[2].

Totus olim annus in *aestatem* tantum et *hiemem* dividebatur, teste Ulpiano in *l. Ait Praetor. 1. ff. de aqua quotidiana et aestiva (XLIII, 20).* Postea vero anno in quatuor partes diviso, ita distinctae singulae sunt, ut sole ingrediente Arietem incipiat *ver;* in Cancro vero *aestas,* in Libra *autumnus,* in Capricorno *hiems* principium sumat.

Et quoniam versibus juvenes impendio delectari solent, etiamsi non optimis, quod facilius memoriae mandentur, nos hic quatuor anni tempora versibus olim comprehensa subdere non piguit. Sic ergo veteres ea descripserunt:

Sunt Aries, Taurus, Gemini tibi sidera Veris;
Aestatem *Cancer, Leo trux cum Virgine complent,*
Scorpius Autumnum, *duplici cum lance Sagitta,*
Hinc hiemem *Pisces, Capricornus, Aquarius addunt.*

Ecclesiastici scriptores autem principia quatuor temporum anni ita declararunt:

Festum Clementis[3] Hiemis *caput est orientis;*
Cedit Hiems *retro cathedrato Simone Petro*[4];
Ver *fugat Urbanus*[5], Aestatem *Symphorianus*[6];
Id tibi quod restat, Autumni *tempora praestat.*

[1]) *De Computo eccl.* c. 3.
[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 82, p. 220.
[3]) *Festum Clementis I. Pap. et Mart.* 23. Novembris.
[4]) *Cathedra s. Petri Antiochiae* 22. Februarii.
[5]) *Urbanus I. Pap. et Mart.* 25. Maji.
[6]) *Symphorianus Mart.* 22. Augusti.

Quatuor anni tempora ex re potius quam ex vocis notatione considerantes S. Isidor. *l. c.* et Ven. Beda, *de Temporum ratione c. 35* [1]) docent dicta ea fuisse a communionis *temperamento,* quod invicem se humore, siccitate, calore et frigore temperent. Causa efficiens illius temperamenti est motus solis et aliorum corporum coelestium ac stellarum etiam erraticarum, juxta illud Gen. 1: *Dixit autem Deus: fiant luminaria in firmamento coeli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora et dies et annos,* h. e., signa temporum, dierum, annorum.

Singula anni tempora in tres partes dividuntur; *vernum v. g.* in ver *novum* sive *primum, adultum* et *praeceps.* Nam quum vernum tempus sit trimestre, primus mensis primo sive novo veri assignatur, secundus adulto tribuitur, tertius praecipiti sive cadenti. Sic et aestas in suis tribus mensibus *nova, adulta* et *praeceps;* item autumnus *novus, adultus* et *praeceps;* et similiter hiems *nova, adulta* et *praeceps* sive *extrema* dicitur. Ita docet Servius ad illud Virgilii *Georg. 1, 43: Vere novo gelidus canis cum montibus humor Liquitur.*

Ver dictum putat Varro, *Ling. lat. 5, 2. a vireo,* quod post hiemem virere incipiunt virgulta atque in florem cuncta erumpunt; aliam etymologiam tamen ex graeco memorat addendo: *Nisi quod Iones dicunt* βῆρ. — Recentioribus grammaticis ipsum est graecum vocabulum ἔαρ.

Aestatem Servius *Aen. 2,* ad vers. *Propiusque aestus incend. volv.,* et Varro l. c. dictam volunt ab *aestu,* id est calore, quod aestas quasi *usta,* h. e. exusta, calida, arida sit. — Utriusque vocis etymon nunc faciunt a graeco αἴθω, *uro, incendo.*

Pro *autumno* quidam *auctumnum* substituunt cum Festo docentes, vocem derivandam esse a supino *auctum* verbi *augeo, quod eo tempore maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.* Autumno enim vindemiae et majoris partis frugum collectio fit. Atque hac ratione intelligenda sunt quae habet S. Isidorus *l. c.: Autumnus a tempestate,* h. e. tempestivitate *vocatur, quando omnia maturescunt.* Ex hac notationis ratione *autumnus* vere est *auctus annus,* detracta *c,* ut in *autor, fartor.*

Hiems, olim et *hiemps,* a variis varie deducitur. Varro hiemem ab *imbre* dictum existimat, *quod tum multi imbres.* Alii ab *hio,* alii a χειμάς, χειμών, alii ab ὕω, pluo, unde et per *y* scribunt. Hiems autem anni tempus humidum frigidumque dicitur.

De quatuor anni temporibus dignus est, qui legatur s. Ambrosius, *de Noë et Arca, c. 23. Tempora sunt,* inquit, *quae aut corrumpunt aut reservant, prout ipsa sui habuerint qualitatem. Ideoque*

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 90, p. 457. — Ex recentioribus alii vocabulum deduci volunt a *tepore,* alii a graeco τέμνω, alii aliter: ut videre est apud Frick, *Wörterbuch,* t. 1, p. 594 et t. 2, p. 109, ed. 3.

annus ex contrariis ducitur: vere, autumno, aestate, hieme, sicut harmonia cantilenae permixtis gravibus et acutis videtur consistere[1]).

Ex diversis igitur temporibus rerum omnium generatio, ortus, frugum maturitas et humani corporis firmitas provenit, de qua re s. philosophus martyr[2]) Boëthius *de Consolat. phil. l. 4, metro 6*:

Iisdem causis Vere *tepenti*
Spirat florifer annus odores:
Aestas *Cererem fervida siccat:*
Remeat pomis gravis Autumnus:
Hiemem *defluus irrigat imber.*
Haec temperies alit ac profert,
Quidquid vitam spirat in orbe,
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo[3]).

Jejunium quatuor temporum. Angariae. Frohnfasten. Suché dni. Kvaterni posti. Kántor böjtök. Quatember.

Angariae. — Iisdem quatuor temporibus, inquit Mabillon, *Iter german.* an. 1683[4]), subditi quique in Germania persolvunt census suos, quos *angarias* vocant. Hinc Quatuor tempora vulgari nomine *angariae* appellantur[5]). Germanice tamen dicuntur *Frohnfasten,* quod jejunia haec veluti tributum ordinarium ac lege fixum, statis anni temporibus, Domino offerantur, quemadmodum generatim opera serva, Domino debita, germanice *Frohndienste* nuncupantur. Et quoniam ex juris praescripto majores ordines die sabbati in omnibus quatuor anni temporibus conferuntur, facultas a Summo Pontifice concessa ordines *extra tempora* suscipiendi identidem *dispensatio in angariis* vocatur.

---

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 14, p. 400.

[2]) Eo titulo ornatur Decr. S. R. C. d. 15. Dec. 1883.

[3]) Ibid. t. 63, p. 822. Conferantur etiam Ven. Beda, *De ratione computi* (ibid. t. 90, p. 588), et Raban. Maur., *de computo* (ibid. t. 107, p. 687).

[4]) Edit. Hamburg. an. 1717, p. 88.

[5]) *Angariae,* aliis significationibus omissis, onera dicuntur agris aut personis imposita, Germanis olim *Nothwerke,* hodie *Frohne.* Qui ad ejusmodi praestationes aut servitia obligantur, vulgo *angarii* sive *angariarii* audiunt et onera praestando *angariare (engern)* dicuntur. Cfr. Grimm, *Deutsches Wörterbuch,* vv. *Engern* et *Frohn.*

Bohemis sunt *suché dni,* Polonis *suchedni,* h. e., *dies aridi,* quod proprie *aridorum esu* sive *ξηροφαγίᾳ* sint transigendi [1]).

Reliquae nationes christianae plerumque ipsum nomen latinum inflexerunt, sic, ut aliqua exempla afferantur, Kalendaria rumena habent *Quatember;* croatica et slovenica *kvatrni posti;* hungarica *kántor böjtök;* gallica *quatretemps;* immo et germanica, in multis regionibus, *Quatemberfasten.*

Jejunium quatuor temporum respondet quatuor anni partibus, quibus insignes mutationes fieri vidimus heic p. 511. Olim tribus tantum jejunabatur, ut patet ex c. *Jejunium* Dist. 76 [2]); mature tamen additum fuisse quartum jejunium, indubitatis rationibus ostendunt juris interpretes tum in eandem Distinctionem 76, tum in tit. 46, lib. 3. Decretal. qui est *de observatione jejuniorum.*

Exemplo Judaeorum, qui quater in anno jejunabant, quatuor temporum jejunia recepit Ecclesia, non quidem judaico ritu, sed christiano animo observanda [3]), ut nimirum in quatuor temporum partibus jejunia trina pro mensium numero Deo offerentes omnes totius anni actiones et eventus nostros a Deo pendere profiteremur, sicut indicat s. Leo M. c. *Hujus* Dist. cit. Inter plures alias rationes, quas Belethus ex mente sequiorum scriptorum affert in *Rational. divin. Offic.* c. 134, haec eminet, quod *hieme mandamus terrae semina, in vere arbores florescunt et vineae pubescunt, in aestate metimus nonnullas fruges et in autumno colliguntur uvae* [4]). Sed, ne rem actam agamus, lectorem ad ea remittimus, quae de hoc argumento dicta jam sunt pp. 122 et 417—418.

Prae caeteris scriptoribus, quos in exponendis declarandisque rationibus jejunii quatuor temporum magno numero versatos novimus, consuli merentur Murator. *Anecdot.* l. 2,

[1]) In Kalendariis popularibus Dominica II. Quadragesimae etiam *suchá neděla* signata legitur.

[2]) C. *Jejunium* est quidem origine sua spurius; antiquae disciplinae tamen grave testimonium historicum praebet.

[3]) Cfr. s. Leo M., *serm. 4. de jejunio mensis decimi,* n. 1. Apud Migne, Patr. l. t. 54, p. 188.

[4]) Apud Migne, Patr. l. t. 202, p. 138.

Dissert. de jejunio quatuor temporum; Thom. Valfrid., *De usu et institutione jejuniorum temporum* (Bononiae 1671); Tetam. *Diar. mens. Septemb. in genere*, nn. 44—75; et Linsenmayr, dissert. pro merito heic laudata p. 76, § 2. *Quatemberfasten.*

Tempus jejunii quatuor temporum antiqua Kalendaria duobus his versibus demonstrant:

Vult crux, Lucia, cineres, charismata data,
Ut det vota pia quarta sequens feria.

Hanc regulam Laurent. Hispan. accuratius tradit in glossa ad c. *De jejunio* 3. Dist. 76, verb. *in Decembri:*

Prima Quadragenae servat jejunia veris;
Pneumatis hebdomada servare secunda juberis;
Tertia Septembris cultum fert Mercuris[1]) *istum;*
Sabbata jejunent vigilem praeeuntia Christum.

Celebratur igitur *vernum* jejunium quatuor temporum hebdomada prima Quadragesimae, *aestivum* hebdomada post Pentecosten, *autumnale* mense Septembri feria IV. post S. Crucis solemnia[2]), *hibernum* hebdomada post festum s. Luciae seu post Dominicam III. Adventus, ut habet Breviarium Romanum.

A Septembri discedere non possumus, quin illustre illud pietatis certamen advertamus, quo fideles christiani Beatissimam Deigenitricem variis festis mobilibus in ejus honorem institutis filiali devotione prosequuntur. Ex iis praesenti hoc mense non minus 44 undique affert Holweck, *Fasti Mariani*, pp. 224—240. Unum ex Messanensibus commemorare volumus *B. Mariae V. de Andria,* tum quod ab utriusque ritus fidelibus communi populari devotione cebretur, tum quod per occasionem solemnis coronationis iconis oratio propria sit a S. R. Cong. approbata d. 14. Aug. 1858, quam academicorum, pro quibus haec scribimus, interest scire. Est autem hujusmodi: „*Deus, qui dispositione mirabili constituisti, ut miraculorum Virginis Mariae, Unigeniti tui matris, speciosa imago, quam pie veneramur, corona aurea splenderet, ejus meritis et intercessione concede, ut bonum certamen fidei legitime certantes in terris, nos quoque gloria et honore coronari mereamur in coelis*“.

[1]) Nominativi casus et feminini generis est. Ita nota marginalis ad gloss. cit.

[2]) Si festum Exaltationis s. Crucis incidat in feriam IV. (quod iis annis contingere videmus, qui literam B habent dominicalem), ipsa haec feria poni non potest pro feria IV. quatuor temporum.

Festa mobilia mense Octobri.

Festi conceptivi hoc mense dies numerantur quatuor, e quibus duo potissimum insignes sunt: apud Graecos quidem dies dominicus, qui sacer est *memoriae septimae synodi oecumenicae;* apud Latinos autem *Dominica ss. Rosarii*, quam Dominicis proxime sequentibus excipiunt *festa Maternitatis* et *Puritatis B. M. V.* — His quandoque una commemoratio festiva addebatur in Proprio CPolitano, dies scilicet dominicus miraculo *τῆς κόνεως* recolendo assignatus, qui quum proximus esset ante diem 6. Novemb., pro literarum dominicalium annuo recursu modo in hunc, modo in sequentem mensem incidebat.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων πατέρων τῆς οἰκουμενικῆς ἑβδόμης συνόδου.

Dominica sanctorum Patrum septimae synodi oecumenicae.

Slav. *Nedělja svjatych otec sedmago vselenskago sobora:* rumen. *Dominec'a santîloru parenti sinodu alu sieptelea ecumenicu.*

Celebratum est hoc concilium Nicaeae, in Bithynia, imperii Constantini et Irenes anno octavo, Hadriano Summo Pontifice, ad abolendam haeresim iconomachorum atque ad rejiciendam pseudosynodum Copronymianam, quae CPoli habita erat anno 754.

Memoria ejus, ex Rubricae praescripto, agitur die dominico, qui ab undecimo Octobris proximus succedit, nisi tamen ipse dies 11. Octobris dominicus fuerit. En textus Menaei, qui etiam in graecas Horologii editiones transiit: *ΕΙΔΗΣΙΣ. Κατὰ τὴν ια΄. τοῦ παρόντος μηνός, εἰ τύχοι ἐν κυριακῇ, ἢ τῇ πρώτῃ μετ᾽ αὐτὴν ἐρχομένῃ, ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων 350 πατέρων, τῶν εἰς οἰκουμενικὴν ζ΄. σύνοδον ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων τὸ δεύτερον κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἐν ἔτει 787, ἐπὶ τῆς βασιλείας Εἰρήνης καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου.*

Horologium Blasiense, rumeno idiomate vulgatum, praeterea expressam mentionem facit nefandi conciliabuli trecentorum et triginta octo episcoporum, quod Constantinus Copro-

nymus congregaverat anno 754, quodque septimam synodum oecumenicam vocari jusserat, ubi decretum factum contra sacras imagines [1]), postmodum damnatum et irritum declaratum a nostra hac vera VII. synodo oecumenica, Nicaena II., in qua et multi ex lapsis episcopis erroris sui poenitentes restituti et admissi leguntur.

Hodiernae solemnitatis Officium synaxario caret, quapropter ex s. Theophane, Baronio aliisque scriptoribus historia peti debet; quod tamen non est praesentis operis. Ejus loco *notitiam historicam, liturgicam et dogmaticam (γνῶσιν ἱστορικήν, θρησκευτικὴν καὶ δογματικήν)* ex Hemerologio ecclesiastico Ephemeridis CPolitanae Ἀλήθεια (quae a Patriarcha CP. et synodo ejus declarata est ἐκκλησιαστικὸν καὶ δημοσιογραφικὸν ὄργανον) exhibemus ex anno 1880, p. 26: quae res academicis nostris, ut nova plane et hucusque invisa accidet, ita certe et utiiis et grata erit. Quodsi graecae huic explanationi ea conferantur, quae per occasionem solemnitatum eorum Sanctorum jam scripsimus, qui sub Leone Isauro et deinceps pro cultu imaginum sacrarum retinendo martyrium fecerunt [2]), susceptae scriptionis ratio nihil ultra requiret. — Est autem notitia Ephemeridis CP. hujusmodi:

Κατὰ τὴν Κυριακὴν ταύτην, ἥτις εἶνε ἡ πρώτη μετὰ τὴν 11 Ὀκτωβρίου τελεῖται ἡ μνήμη τῶν ἁγίων 350 πατέρων τῶν τὴν Ζ'. οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐν Νικαίᾳ συγκροτησάντων.

Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Ζ'. αὕτη σύνοδος συνεκροτήθη ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τὸ Β'. κατὰ μὲν Σπ. Μίλιαν (ἐν τῇ συλλογῇ τῶν συνόδων τόμ. Β') ἐν ἔτει 783, κατ' ἄλλους δὲ ἐν 788, ὅπερ καὶ πιθανώτερον· Κατὰ τὸν διάκονον Κατάνης τῶν Σικελῶν Ἐπιφάνιον, πατέρες ἐν αὐτῇ

[1]) Verba Horologii rumeni sunt ista: Insemnare. *Cade-se a sci, cà dupa 11 dîle ale acestei lune, in Dominec'a ce vene, se canta urmarea santului sinodu alu sieptelea ecumenicu dein Nice'a, carele s'a adunatu a dou'a ora spre lapedarea, sî persecarea invetiatureloru celoru nedomnedieesci ale celoru uritori de Christosu sî clevetitori ali crestiniloru luptatori de icone: ale lui Copronimu, sî ale episcopiloru ticalosi cari au fostu intr'unu cugetu cu elu, sî ale nesantîtîloru archierei forà de lege, sî spurcatei loru adunàri.*

[2]) Historiam sectae iconoclastarum obiter attigimus tomo 1, ubi sacrarum imaginum cultum martyrum multorum sanguine confirmatum ostendimus, ut in *ss. Stephano juniore et sociis ejus 342* (pp. 336—337), in *ss. Theodoro et Theophane fratribus* (pp. 368—369), in *s. Andrea* (p. 303), in *s. Theophilo* (p. 300). Eodem referuntur, quae annotavimus de *ss. archiepiscopis CP. Germano* (pp. 158—159), *Nicephoro* (p. 121), *Methodio* (pp. 182—183) deque pluribus aliis ss. confessoribus, qui pro sacris imaginibus strenue decertarunt. Nec alio spectat explanatio festi *τῆς ὀρθοδοξίας*, quam dedimus tomo 1, p. 98 et heic pp. 104 seqq.

παρῆσαν 350· τῇ γνώμῃ δὲ ταύτῃ στοιχεῖ Θωμᾶς ὁ Σαρδίνων νήσου ἀρχιεπίσκοπος (σελ. 890 τοῦ Β'. τόμου τῶν συνοδικῶν) καὶ ὁ Ψελλός Κατὰ τὸν ἱερώτατον ὅμως Φώτιον (ἐν τῇ πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα Βουλγαρίας ἐπιστολῇ αὐτοῦ) ἦσαν 367 [1]). *Ἡ διαφωνία αὕτη εἶνε κατὰ τὸ φαινόμενον· ἐπειδὴ καὶ πράγματι ἐξ ἀρχῆς ὁ ἀριθμὸς τῶν τῆς συνόδου ταύτης πατέρων ἦν 350, ἀλλ' εἰς τούτους προσετέθησαν μετὰ μικρὸν δέκα καὶ ἑπτά, εἰκονομάχοι μὲν πρότερον ὄντες, ὕστερον δὲ μετανοήσαντες καὶ προσδεχθέντες ὑπ' αὐτῆς· Τῆς συνόδου ταύτης προεξάρχων ἦν ὁ Κωνσταντινουπόλεως Ταράσιος* [2])· *ἐκανονίσθη δ' ἐν αὐτῇ ὁ περὶ εἰκόνων ὅρος ὡς ἑπομένως· „Ὁρίζομεν σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ καὶ ἐπιμελείᾳ, παραπλησίως τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, ἀνατίθεσθαι τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας, τὰς ἐκ χρωμάτων ἢ ψηφίδος, καὶ ἑτέρας ὕλης ἐπιτηδείως ἐχούσης, ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, ἐπὶ τοῖς σκεύεσι καὶ ἐσθῆσι, τοίχοις τε καὶ σανίσιν, οἴκοις τε καὶ ὁδοῖς, τῆς τε τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰκόνος καὶ τῆς ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, τιμίων τε Ἀγγέλων καὶ πάντων Ἁγίων (ὅσῳ γὰρ συνεχῶς δι' εἰκονικῆς ἀνατυπώσεως ὁρῶνται, τοσοῦτον καὶ οἱ ταύτας θεώμενοι διανίστανται πρὸς τὴν τῶν πρωτοτύπων μνήμην τε καὶ ἐπιπόθησιν), καὶ ταύταις ἀσπασμὸν καὶ τιμητικὴν προσκύνησιν ἀπονέμειν (οὐ μὴν τὴν κατὰ πίστιν ἡμῶν ἀληθινὴν λατρείαν, ἣ πρέπει μόνῃ τῇ Θείᾳ φύσει, ἀλλ' ὃν τρόπον τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, καὶ τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς ἀναθήμασι), καὶ θυμιαμάτων καὶ φώτων προσαγωγήν, πρὸς τὴν τούτων τιμὴν ποιεῖσθαι, καθὼς καὶ τοῖς ἀρχαίοις εὐσεβῶς εἴθισται. Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, καὶ ὁ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν. Οὕτω γὰρ κρατύνεται ἡ τῶν ἁγίων*

---

[1]) Hodierna ecclesia CPolitana, Photii erroribus in praeceps abrepta, principem hunc lugendi schismatis auctorem non ita pridem fastis Sanctorum adscripsit, celebritati ejus die 6. Februarii assignato, contra ac ss. canones fieri sinebant, quemadmodum de similibus causis disserentes jam diximus pp. 124 et 336. Ea de re novissima Horologii editio (Venet. 1875) hanc annotationem margini adscriptam habet ad d. 6. Febr.: *Τὸ ἀπολυτίκιον καὶ κοντάκιον, ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ βίου τοῦ ἱεράρχου τούτου, προσετέθησαν ἐν τῷ Ὡρολογίῳ ὑπὸ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας τῷ 1869:* illo anno scilicet, quo Pius PP. IX. S. M. oecumenicam synodum Vaticanam celebraturus, omnes Orientales, quos Ecclesia catholica invita quondam ac dolens amisit, maxima voce revocabat, ut in unius omnium matris ulnas redirent.

[2]) Synodo VII. non Tarasium, sed legatos Sedis Apostolicae praefuisse, aliis omissis, ipsa Acta synodalia loquuntur; quemadmodum enim principem locum in Actibus tenent, ita etiam, utpote *locum supplentes Hadriani Papae senioris Romae (τὸν τόπον ἀναπληροῦντες Ἀδριανοῦ Πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης)*, primi definientes subscribunt, quemadmodum videre est apud Hardouin. Concil. t. 4, pp. 455—456, ubi definitio concilii jam afferenda etiam latine prostat.

πατέρων ἡμῶν διδασκαλία, εἴτουν παράδοσις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, τῆς ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα δεξαμένης τὸ Εὐαγγέλιον."

Praesens haec memoria septimae synodi oecumenicae communis quidem omnibus Graecis est, verum non eodem ab omnibus sensu agitur.

Qui cum Sede Romana, divino unitatis Ecclesiae centro, rite sunt conjuncti, festum θετικῶς servant, h. e., *sensu affirmante,* ita scilicet Deo gratias agendo, qui in hoc concilio ad rectam fidem tuendam patrum animos numine suo erexit, ut alia etiam, quae postea vel jam sunt legitime habita vel exigente necessitate adhuc poterunt haberi, numero conciliorum generalium non eximant.

Graeci contra, quos ab Ecclesia catholica separatos dolenter conspicimus, solemnitatem ἀγωνιστικῶς celebrant, h. e., *sensu excludente* futuras synodos, tanquam si praesenti synodo absoluta, potestas conciliorum oecumenicorum in Ecclesia sit exhausta.

Hinc operae pretium fuerit, brevem quaestionem de proposito argumento inserere, antequam sermo de synodo Florentina instituatur.

De numero synodorum oecumenicarum apud Orientales ab Ecclesia catholica separatos.

Quum concilium generale sine suprema illa jurisdictionis potestate, qua Romanus Pontifex jure divino in universam Ecclesiam pollet, nunquam celebrari possit, facile intelligitur, cur varii coetus ecclesiastici a communi unitatis centro Ecclesiae catholicae separati, eas solas synodos oecumenicas habeant, quae jam ante eorum ab Ecclesia catholica defectione erant celebratae.

Itaque, ut unum alterumve exemplum ponatur, *Nestorianis* duae tantum synodi sunt oecumenicae, Nicaena et Constantinopolitana; eorumque coetus vere est ἡ ἐκκλησία τῶν δύο οἰκουμενικῶν συνόδων, et quidem *sensu excludente,* quum sequentibus conciliis oecumenicis non solum careant, sed ea immo rejiciant atque anathematizent [1]).

Monophysitae autem, tradito ab antiquis usu ac more, nonnisi tres synodos oecumenicas servant, Nicaenam, CPolitanam, Ephesinam: quod scilicet non amplius oriri controversia queat, quae dudum non sit trium illorum conciliorum decretis finita [2]); sicque Monophysitarum coetus esse conspicitur ἡ ἐκκλησία τῶν τριῶν οἰκουμενικῶν συνόδων: *sensu* item *excludente* ac damnante omnia concilia generalia postea sive jam celebrata sive adhuc celebranda.

[1]) Videatur Asseman. *B. or.*, t. 3, part. 2, p. 220.

[2]) Legito *„A Catechisme of the Coptic Church"*, quaest. fin., jcto. Macaire, *Histoire de l'Église d'Alexandrie,* pp. 378—379.

Graeci Photiani tandem adeo aversi sunt a synodis oecumenicis post eorum ab Ecclesia catholica separationem habitis, ut coetum suum perpetuo *τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων* appellent[1]), eoque titulo tanta ostentatione utantur, ut septenarium synodorum numerum veluti propriam verae Christi Ecclesiae notam constituant. Quod ineptissimum commentum in primis gravissime exagitat cl. Duchèsne in Actis lit. „*La Quinzaine*", 1896, n. 1, atque inde relat. initio quidem in „*Revue de l'Orient chrétien*", 1896, n. 3, deinde in proprio opere inscripto: *Les Églises séparées,* part. 3., Paris, 1896. Ipsum, si vacat, in propria sua sede adeas. Nos, quibus pro instituti ratione brevitati studendum est, satis habemus, pauca quaedam ex longiori illo commentario adscribere, quo Antonius Possevinus, Pontificius ad Moscum Legatus, errores Graecorum luculenter refutando[2]), Magnum Ducem Moscoviae[3]) meliora in hunc modum edocuit an. 1583: *Quum Graeci viderent sine uno pastore visibili . . . sese nunquam posse legitima concilia cogere . . . Romanae autem Ecclesiae cernerent auctoritatam suam in cogendis ac confirmandis conciliis generalibus integram restare*[4]) . . ., *propterea mendacio usi veritatem tegere voluerunt; quasi septima synodus aliorum conciliorum deinceps cogendorum sustulerit aut tollere potuerit facultatem. Ubinam Christus hoc dixit? Ecquis alligavit verbum Dei? Quis Spiritum sanctum obmutescere fecit, quin emergentibus erroribus et haeresibus, Ecclesiae, usque ad extremum mundi diem, christianae concordiae consuleret, ac per concilia generalibus morbis remedium adhiberet?*

[1]) Quod videre est praesertim in epistola encyclica mensis Augusti an. 1895, ubi CPolitani insolentiori praedicatione nomen istud jactant.

[2]) De hoc commentario consulesis De Backer-Sommervogel, *Bibliotheque,* t. 6, pp. 1071—1072, edit. 3.

[3]) Ivan Vasilévič IV., cognomento *Terribilis* (1533—1584), cujus historiam (in transcursu moneo) nostra aetate egregie illustravit Paul. Pierling, vir de literis russiacis optime meritus.

[4]) Possevini animo obversari videntur canonicae sententiae *de inconsutili tunica Domini* et *de unico ovili Christi,* quibus inconcussa Ecclesiae catholicae firmitas hac ferme ratione in jure sacro illustratur: „Licet schismatici, subtrahentes se ab unitate capitis visibilis Ecclesiae tunicam Domini inconsutilem scindere nitantur, eam tamen non scindunt, quia, Deo protegente, scindi non potest; ex quo enim a Romano Pontifice, Christi in terris vicario, recedunt, jam extra illam tunicam inconsutilem seu extra ecclesiam sunt." — Similiter: „Quum Ecclesia catholica sit unum illud ovile, quod Christus uni Petro commisit per commissionem: *Pasce agnos meos, pasce oves meas,* qui ab obedientia Petri ejusque in Sede Romana successorum se subtrahit, non amplius est de ovili Christi; verum per suum ab ovili discessum non efficit, ut Ecclesia desinat esse *unum ovile uni Pastori commissum.* Inde fit, ut per defectionem eorum, qui a Romano Pontifice, Christi in terris vicario, recedunt, nihil detrahatur de juri-

De synodo Florentina.

Unione inter utramque ecclesiam Florentiae celebrata an. 1439, Graeci statim memoriam sacrae hujus synodi octavae fieri constituerunt, concinnatis hymnis et lectionibus, quae jam prostant apud Migne, Patrol. gr. t. 159, pp. 1095—1106. Ex splendidis, quae in canone festivo occurrunt, testimoniis de Primatu Romani Pontificis unum huc transscripsisse non abs re fuerit, quod priscam doctrinam unum idemque sentientium graecorum ac latinorum Patrum mutuamque eorum concordiam egregie referat.

Ἡ φωνὴ τοῦ Σωτῆρος ἀληθῶς πεπλήρωται ἡ πάλαι φήσασα ἱερῶς τῷ Πέτρῳ· ἐπιστρέψας στηρίξεις εἰς ἕνωσίν σου τοὺς ἀδελφούς σου· ἐγὼ γὰρ Πέτρε ἐδεήθην, ἵνα μήποτε λείψῃ ἡ πίστις σου.

Νῦν ὁ Ῥώμης προστάτης ὁ κλεινὸς Εὐγένιος πάντας συνήθροισεν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, ὡς τὴν πίστιν κατέχων ἀκλόνητον, καὶ στηρίξας πάντας καὶ πρὸς αὐτὴν καθοδηγήσας τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον ἐπλήρωσε· Ῥῦσαι . . . τοὺς δούλους σου τοὺς τὸν ἱερὸν καὶ ἀληθῆ διδάσκαλον, τοῦ Πέτρου διάδοχον, τῆς ἐκκλησίας καθηγητήν, καὶ τῆς οἰκουμένης ὁδηγὸν καὶ ποιμένα, καὶ θεῖον κορυφαῖον ἱερέων ἁπάντων ὅλῃ ψυχῇ τιμῶντας.

Vere impletus est Servatoris sermo sacer ad Petrum olim habitus: *Conversus confirmabis fratres tuos ad tuam unionem. Ego enim rogavi, ut nunquam fides tua deficiat.*

Nunc Romanus praesul illustris Eugenius omnes Florentiam congregavit, utpote qui haud labilem tenens fidem et confirmans et ad ipsam adducens omnes verbum Servatoris implevit[1]): Salva . . . servos tuos qui sacrum et verum magistrum Petri successorem, Ecclesiae rectorem, totiusque mundi ducem et pastorem, omniumque sacerdotum divinum coryphaeum toto ex animo colunt[2]).

Ex eodem Officio alia his testimonia subnecti possent, in quibus reverentia, quae matri debetur, eminet. Sed quia plura ejusmodi passim habes tomo priori, illud utilius fore putamus, si ipsum festi synaxarium exhibeamus, quo brevis narratio eorum habetur, quae gesta in concilio sunt[3]).

ΣΥΝΑΞΑΡΙΟΝ.

Ἡ ἁγία αὕτη καὶ μεγάλη σύνοδος γέγονε τῷ ͵αυλθʹ ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰωάννου Παλαιολόγου τοῦ

Sancta haec magnaque synodus facta est anno ab Incarnatione Domini 1439 in diebus Joannis Palaeologi postremi Ro-

---

dica unitate ovilis, nihil de potestate pastoris." Cfr. C. Unam sanctam 1. de major. et obed. Extrav. com. jcta. gl. (I, 8).

[1]) Migne, Patr. gr. t. 159, pp. 1097—1098; cfr. etiam Cozza-Luzi, *De Romani Pontificis auctoritate doctrinali*, pp. 12—13 et 17.

[2]) Apud Migne l. c. pp. 1099—1100; apud Cozza-Luzi, l. c.

[3]) Apud Migne, l. c. pp. 1101—1106.

τελευταίου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων καὶ Ἰωσὴφ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Συνήθροισε δὲ αὐτὴν ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεύς, ὁ μέγας Εὐγένιος, ἀνὴρ ὡς ἄλλος τις τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, θεόφορος τῷ ὄντι καὶ μέγας θεῖος ἱεράρχης, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας πνέων ἀπὸ ψυχῆς, ἐπὶ καθαιρέσει τῶν ἀρνουμένων τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ μὴ ἔχειν πάντα τὰ φυσικὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθά. Οἱ γὰρ ἀρνούμενοι τὸν Υἱὸν μὴ ἐκπορεύειν τὸ Πνεῦμα ἀρνοῦνται μὴ ἔχειν τὰ φυσικὰ τοῦ Πατρὸς ἀγαθά. Καὶ τοῦτο γὰρ φυσικόν ἐστι τοῦ Πατρὸς ἀγαθόν, ἐκπορεύειν τὸ Πνεῦμα. Ἔτι κατὰ τῶν ἀμαθῶς φλυαρούντων ὡς τὸ δι' ἀζύμου θυόμενον οὐκ ἔστι σῶμα Χριστοῦ· πρὸς δὲ καὶ τῶν εὐσεβῶς ἀρνουμένων μὴ ἔχειν τὰς ψυχὰς τῶν ἐν μετανοίᾳ κεκοιμημένων βοήθειαν μετὰ θάνατον μηδὲ καθαίρεσθαι αὐτάς· ἔτι μηδὲ τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς μὴ ἀπολαμβάνειν νῦν καθ' ὅσον εἰσὶ ψυχαί. Ἔτι καὶ πρὸς τοὺς μὴ βουλομένους κλῖναι τὴν κεφαλήν, καὶ δοῦναι τῷ Ῥώμης ἀρχιερεῖ τὴν αἰδῶ τε καὶ ὑποταγήν, ὡς ἄνωθεν καὶ προπαραδότως ἐξεδόθη καὶ ἐτυπώθη ἐν τοῖς ἱεροῖς κανόσι. Συνήχθη μὲν οὖν ἡ εἰρημένη ἁγία σύνοδος ἐν Φεῤῥαρίᾳ καὶ Φλωρεντίᾳ, πόλεσιν ἀξιολόγοις τῆς Ἰταλίας. Παρῆσαν δὲ ἐν αὐτῇ πολλοὶ εὖ καὶ καλοί, σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ διαλάμποντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. Ἐπλήρουν γὰρ τὸν ἱερὸν τοῦτον θίασον πλείονες ἢ ω' ἄνδρες· ἀπὸ μὲν τοῦ μέρους τῶν Ἰταλῶν ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Εὐγένιος ὁ Ῥώμης ἀρχιερεὺς μέγιστος σὺν πάσῃ τῇ κατ' αὐτὸν ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, δηλονότι ἱερεῦσι καρδινάλεσιν, ἀρχιεπισκόποις, ἐπισκόποις, ἀβᾶσιν, ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς, ἱερεῦσι καὶ δια-

manorum Imperatoris, et Josephi patriarchae Constantinopolitani. Eam autem congregavit Summus Praesul senioris Romae, magnus Eugenius, vir, si quis alius, beatorum virorum divino numine plenus, et Magnus Divinusque Pontifex, ad Ecclesiae Christi unionem toto animo anhelans, ut condemnaret eos, qui negant Dei Filium habere omnem naturalem Patris virtutem. Nam qui sentiunt Filium haud producere Spiritum sanctum, iidem existimant eum non habere omnem naturalem Patris virtutem; hoc enim ad naturam Patris spectat producere Spiritum. Tum adversus eos, qui indocte garriunt, azymum panem consecratum haud fieri corpus Christi, et qui pio quodam affectu negant morientes in poenitentia posse post mortem juvari suffragiis, aut ipsorum animas purgari, simulque sanctorum animas perfectam fruitionem adipisci, quatenus animae sunt. Tandem adversus illos, qui caput inclinare nolunt debitamque Romano Pontifici venerationem, et obedientiam testari; quemadmodum ex vetusta traditione habetur, atque in sacris canonibus statutum fuit. Convenit igitur dicta sancta synodus in civitates Italiae praestantissimas, Ferrariam, atque Florentiam; aderantque multi optimi, ac praestantes viri sapientia, virtuteque celeberrimi ex utraque parte. Componebant enim ipsum coetum plusquam octingenti viri. Ex parte quidem Italorum sanctae memoriae magnus Eugenius Romanorum Pontifex Maximus cum omni Ecclesia ipsi subjecta,

κόνοις, πλείοις ἢ ἑξακοσίοις, χωρὶς τῶν τοποτηρητῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων τῆς Ἰταλίας· ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τῶν Ἀνατολικῶν ὁ γαληνότατος βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, Ἰωσὴφ ὁ φρονιμώτατος καὶ φοβερώτατος πατριάρχης σὺν πάσῃ τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ, ἀρχιεπισκόποις, ἐπισκόποις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκκλησιαστικοῖς σταυροφόροις, ἡγουμένοις, ἱερεῦσιν, ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς· ἔτι δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως σύγκλητος πλεῖστοι καὶ εὐγενεῖς ἄνδρες· ἐκόσμει γὰρ καὶ αὐτὸν ἡ βασιλικὴ σύνταξις ὡς εἰκός. Ἦλθεν οὖν ὁ καιρὸς τῆς διαλέξεως, καὶ συνῆλθον ἅπαντες ἐν τῇ διαλέξει ἰδεῖν τὴν διαφοράν. Ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ τοὺς διακοσίους, ἐκτὸς τῶν ἀρχόντων. Διεφέροντο γὰρ πέντε καὶ μόνοις κεφαλαίοις, ἤως· τὸ περὶ τῆς θείας ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ περὶ τοῦ ἀζύμου καὶ τοῦ ἐνζύμου, περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρός, περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ψυχῶν τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα. Ταῦτα γὰρ ἀκούσας ὁ Ἐφέσου, εἷς ὢν καὶ αὐτὸς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης διαλέξεως· Οὐ περὶ πάντων ἡ διάλεξις γενήσεται, ἔφη, ἐπειδὴ οὐ διαφερόμεθα περὶ πάντων ἁπλῶς· ἀλλ' ἑνὸς καὶ μόνου ἡ ἔρευνα γενέσθω καὶ ὁ ἀγών, τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, περὶ τούτου γὰρ βούλομαι εἰδέναι τοῦ δόγματος· τὰ δ' ἄλλα πάντα, μιᾶς ὥρας ἀρκέσει σπουδή. Ὅθεν καὶ περὶ τούτου ἡ διάλεξις ἤρξατο. Καὶ ὁ ἀγὼν ηὐτρεπίζετο· καὶ ἠγρύπνουν ἐπὶ τοῦτο πάνυ τε καὶ ἐσπούδαζον ἕκαστος ὑπὲρ τοῦ μέρους αὐτοῦ ἀγωνίζεσθαι. Ἤρξατο τοίνυν ἡ σύνοδος διαλέγεσθαι Ἀπριλλίῳ θ' τῷ ͵αυλη' ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ. Καὶ διελέγοντο μῆνας ιδ' μέχρι καὶ τοῦ

nimirum sacerdotibus, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, hieromonachis, monachis, presbyteris et diaconis plusquam sexcentum, omissis locorum praepositis, aliisque Italiae praesulibus; ex parte vero Orientalium serenissimus Romanorum imperator Joannes Palaeologus, Josephus intelligentissimus reverendissimusque patriarcha cum omni sua Ecclesia, archiepiscopis, episcopis, aliisque ecclesiasticis viris crucis insignibus decoratis, praefectis, presbyteris, hieromonachis et monachis, simulque imperatoria cohors multis nobilibusque viris constans. Secutus est enim eum imperatorius comitatus, uti par erat. Quum fuit itaque disceptandi tempus, convenerunt omnes, ut ex disputationibus partium discrimen observarent. Erant autem et ipsi supra ducentos absque principibus. Ac discrimen quidem quinque capitibus continebatur: de processione sancti Spiritus, de azymo et fermentato, de igne purgatorii, de beatitudine animarum sanctorum, de potestate Papae. Haec audiens Ephesinus, qui et ipse ad disputandum electus fuerat, non de omnibus, inquit, institui oportet disputationem, quoniam non in omnibus simpliciter differimus. Sed unum dumtaxat sedulo investigandum est, atque de eo disputandum, nempe de processione Spiritus sancti; hoc enim praesertim dogma scire volo: caetera vero omnia unius horae spatio expediri possunt. Quocirca de hoc institui coepta est quaestio, atque parabatur cer-

λθ' ἔτους Ἰουλίου ς'· καὶ οὐχ ἡσυχίαν εἶχον τὰ μέρη, ἀλλ' ἠγωνίζοντο ἀμφότεροι σπουδῇ μεγάλῃ· καὶ ὁ ἀγὼν τὸν ἀγῶνα διεδέχετο, καὶ ἡ διάλεξις τὴν διάλεξιν, ἕως οὗ ὁ Ἐφέσου Μάρκος μὴ δυνάμενος ἀντιλέγειν πρὸς τὰ φανότατα, ἀπέδρα τὸν ἀγῶνα δειλιάσας τῆς διαλέξεως. Οἱ δὲ λοιποὶ πατέρες ἀρξάμενοι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἱεροῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ μεγαλωτάτου κυρίου τοῦ βασιλέως, πάντες συνήνεσαν ἐν τῇ ἑνώσει τῆς πίστεως. Ἐρευνήσαντες γὰρ τοὺς ἱεροὺς θεολόγους τῆς Ἐκκλησίας, καὶ εὑρόντες αὐτοὺς συμφωνοῦντας τῷ δόγματι, ἔκριναν δίκαιον εἶναι ἑνωθῆναι τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἧς χωρὶς οὐκ ἔστιν ἐλπὶς σωτηρίας, ἢ μένειν ἐν τῷ χωρισμῷ καὶ τῷ σχίσματι, ἔνθα οὐδεμία ἐστὶ σωτηρία. Ἡνώθησαν τοίνυν ὥσπερ ἐν τῷ δόγματι οὕτω καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς κεφαλαίοις. Πάντα γὰρ διὰ μαρτυριῶν τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων συστήσαντες, ὅρον ἐξεφώνησαν τῇ Ἐκκλησίᾳ χαρμόσυνον, „Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ", λεγόντες. Οὕτως οὖν τὸν ὅρον τελέσαντες ἐν αὐτῷ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ σαφηνίζουσι καὶ τὴν δι' ἀζύμου θυσίαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν μετὰ τοῦ ἐνζύμου γινομένην, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν κάθαρσιν, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἀπόλαυσιν καὶ τὸν ἄκρον ἀρχιερέα τῆς Ῥώμης διάδοχον τοῦ μακαρίου Πέτρου εἶναι σαφῶς παριστᾶσι. Ὃν σημάναντες ἀποστολικοῖς τε καὶ ἐρυθροῖς γράμμασι εἰς ἅπασαν οἰκουμένην ἀπέστειλαν· καὶ πάντες ἐστήριξαν καὶ ὡμολόγησαν· καὶ συνεφώνησαν καὶ ἱερούργησαν ὁμοῦ μετὰ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἐφέσου συνεφώνησεν ἐν τῇ ἀναγνώσει

tamen, et super hoc admodum vigilabat unusquisque ex parte sua, et vehemens studium in certando adhibebat. Coepit igitur disputari in synodo Aprilis nona die, anno a Christi Incarnatione 1438, atque disputatum est mensibus 14, nimirum usque ad diem sextum Julii, anni 1439, neque partes otio vacabant, sed magna utrinque contentione certabatur, atque certamen certamini, disputatio disputationi succedebat, donec Marcus Ephesinus, rebus jam in aperto positis, contradicere non valens, atque disceptando adhuc certare formidans aufugit. Caeteri autem Patres ab ipsomet sacro patriarcha maximoque imperatore omnes in unionem fidei convenerunt. Investigantes enim sacros Ecclesiae doctores, ipsisque dogmati consentientibus repertis, aequum existimarunt, se potius Ecclesiae Dei conjungere, extra quam nulla fulget salutis spes, quam manere diutius in separatione et schismate, in quo nulla est salus. Convenerunt igitur tam in hoc dogmate, quam in reliquis capitibus, omniaque doctorum Ecclesiae testimoniis confirmantes decretum promulgarunt, quod laetitiae multum attulit Ecclesiae, dicentes: Exsultent coeli, et laetetur terra. Sic igitur decretum sanxerunt, et eodem declararunt processionem sancti Spiritus ex Patre Filioque, atque azymi consecrationem perinde valere, ac fermentati, tum animarum purgationem sanctorumque fruitionem, denique Summum Pontificem Romanum successorem beati Petri

τοῦ ὅρου. Οὐκ ἠθέλησε δὲ ὑπογράψαι, προφασιζόμενος διωρίαν. Ἠισχύνετο γὰρ ἀντιλέγειν οὕτω σφοδρῶς. Τῆς ἱερουργίας οὖν τελεσθείσης ἀνεγνώσθη ὁ ὅρος ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ τῆς Φλωρεντίας Ῥωμαιστὶ καὶ Ἑλληνιστί· καὶ ἔδωκαν ἀμφότερα τὰ μέρη ὅρκὸν εἰς τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα, ὅτι οὕτω στέργουσιν, ὥσπερ ὁ ὅρος διαλαμβάνει. Καὶ οὕτως ἔλαβε τέλος ἡ σύνοδος. Ἀλλ᾽ ὑποστρέψας ἐν Κωνσταντινουπόλει, συνέχεε καὶ συνετάραξε πᾶσαν τὴν Ἀνατολικὴν γράφων καὶ λέγων ἐναντία κατὰ τῆς ἱερᾶς συνόδου. Ἀλλ᾽ οὐκ ἠμέλησε καὶ περὶ τούτου ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης φροντίσαι. Ἀπέστειλε τόν Κορώνης ἐπίσκοπον ἄνδρα πάσης σοφίας πεπαιδευμένον καὶ θεολόγον ἄριστον ἐν Κωνσταντινουπόλει, διαλεχθῆναι μετὰ τοῦ Ἐφέσου, ἵνα μὴ ἔχῃ λέγειν ὅτι διὰ φόβον τινὰ οὐκ ἠδύνατο λέγειν ἐν Ἰταλίᾳ· ἀλλὰ κἀκεῖσε μίαν καὶ δευτέραν διάλεξιν ποιήσας προστάξει τοῦ βασιλέως, ἐξέφυγε τὴν διάλεξιν. Ἔνθα γὰρ ἐξητεῖτο, οὐκ ἤθελε διαλέγεσθαι, καὶ κατὰ μόνας ἐν ταῖς γωνίαις συνετάραττε πᾶσαν τὴν πόλιν, ἔτι γε μὴν καὶ τὰς νήσους, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν ἡ ἐκείνου λύμη πολλοὺς διέφθειρε, καὶ μάλιστα τὴν περίφημον ταύτην νῆσον. Ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ἐπίχειρα τῆς αὐτοῦ δεισιδαιμονίας τε καὶ ἀλαζονείας ἔλαβεν ἐπαξίως τῆς αὐτοῦ βλασφημίας καὶ ἀναιδείας· ὅτι εἷς ὢν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ἐμάχετο· τῇ γὰρ ὥρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναλύσεως ἰλεῷ τὸν βίον κατέστρεψεν. Οἱ δὲ ἐκείνου μιμηταί τε καὶ ὀπαδοί, εὐχόμενοι ὁμοίῳ τέλει ἐκείνου χρήσασθαι, ὢ τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ Βασιλεῦ! καθ᾽ ἑκάστην ὁρῶμεν αὐτοὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ τῇδε βίου ἀπερχομένους. Ἡμεῖς

aperte definierunt. Quod quidem decretum apostolicis rubrisque literis signatum, in omnia terrarum loca missum est, atque omnes pacis amore communique consensu eandem fidem confessi sunt, peractis sacris una cum Romano Pontifice. Ipse etiam Ephesinus consensit lectioni decreti, noluit tamen subscribere, dilationem temporis praetendens; pudebat enim eum nimia anxietate adhuc contradicendo impietatem suam aperire. Sacris igitur peractis, lectum est decretum in magna Ecclesia Florentiae latino graecoque sermone, et utraque pars jurejurando in sacrosanctum Christi corpus sese obstrinxit, fore ut ea omnia complecteretur, quae in decreto statuta fuerant. Constantinopolim autem reversus, commovit perturbavitque orientalem ecclesiam scribens ac loquens contraria synodi statutis. Curam et in id suam convertit Romana Ecclesia, misso Coronensi episcopo, viro omni sapientia instructo, theologo optimo, Constantinopolim, ut cum Marco Ephesino disputaret, ne ullum amplius subterfugium haberet, dicens se propter metum quemdam causam defendere haud potuisse in Italiae partibus; sed facta ibi una, et altera disceptatione ex imperatoris mandato, certamen vitavit, et quamvis requisitus, noluit amplius disputare: verum privatim, occulteque commovebat omnem civitatem, simulque insulas, et ab illo usque ad praesens tempus orta ab ipso pernicies multos pervasit, praesertim vero celeberrimam hanc insulam. Ast ille

δέ, τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἀποστραφέντες, τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἡνώθημεν, καὶ εὐχόμεθα ἵνα μέχρι τέλους διαμείνωμεν οὕτω. Ταῖς τῶν θεοφόρων σου πατέρων πρεσβείαις, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐλέησον ἡμᾶς

quidem promptam subiit poenam suae ostentationis, dignam sane impietate, et impudentia, qua solus oecumenicae synodo adversari ausus est. Quum enim resolutionis ejus tempus advenisset, convolvulo correptus e vita migravit [1]). Ipsius autem imitatores et asseclae similem huic finem habere precantes, justo tuo judicio, Christe Rex, singulis diebus videmus eodem prorsus modo interire. Nos autem ab ipsius dictis recedentes, sanctae Dei Ecclesiae unionem amplexi sumus, atque obsecramus, ut ad finem usque in ea permanere possimus. Sanctis Patribus intercedentibus miserere nostri, Deus noster.

Ex paucis his, quae ex fontibus graecis attulimus, clare patet, quam merito ac jure monachi graeco-rumeni Transsylvani, auctoritatem concilii Florentini in defensionem catholici dogmatis adhibentes, in fine sui *Flosculi veritatis* [2]) haec scripserint:

Declarati in hoc opusculo articuli, omnes pariter definiti sunt in oecumenica Florentina synodo, cujus sola auctoritas sufficeret ad habenda haec fide divina; neque enim de ejusdem s. synodi auctoritate dubitari potest; alioqui etiam aliorum oecumenicorum conciliorum auctoritatem eadem ratione quis in dubium revocare posset, quippe nihil prorsus huic synodo deest, quod de ratione oecumenicae synodi requiritur; in illa namque omnes universalis Ecclesiae praecipui Praesules et Proceres legitime convocati, et cum imperatore Joanne Palaeologo et patriarcha Constantinopolitano Josepho, et reliquorum patriarcharum vicariis *in nomine Domini* congregati, hanc veritatem definientes, et singuli consentientes subscripserunt, unico excepto Marco Ephesino, uti habetur in Pravila [3]). Et profecto impossibile erat illos Patres taliter congregatos in doctrina fidei errare, contra promissionem Christi Domini dicentis: *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine*

---

[1]) Perditum hunc sacrae Unionis eversorem Constantinopolitani, teste Joanne Beludis (Horolog. Venet. an. 1875, ad d. 19. Januar.) in fastos Sanctorum retulerunt anno 1869: ipso illo tempore scilicet (ut jam animadversum in Photio est p. 517), quo Summus Pontifex Pius PP. IX. omnes invitaverat, ut Patrum suorum vestigiis insistentes antiquum pacis foedus tandem nobiscum instaurarent, quo una rursum utriusque populi laus et gloria in sancta et catholica Ecclesia vigeret.

[2]) De egregia hac apologia vide annotata supra pp. 387 et 409.

[3]) Textus archetypus sonat: Ér' Cyru Marcu ephesénulu, alesulu esarchu alu sinodului standu contra (improtiva) nu vru se subscrie (iscalésca); ér' fora de dênsulu altii toti au voitu sî au subscrisu (iscalitu). Cfr. Pravila, typarita in Tirgoviste la anulu 1682, c. 388, p. 398.

meo, ibi sum in medio eorum (Matth. 18, 20). Et rursus: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi* (idem cap. 28, vers. 20). *Coelum enim et terra transibunt, Verba autem Domini non praeteribunt* (idem cap. 24, vers. 35). Quis autem sanae mentis credere poterit, universam Ecclesiam contra ejusmodi promissa aberrare potuisse? Et quod unus solus synodo oecumenicae contradicens, qualis fuit Marcus Ephesinus, docebit veritatem? Quapropter etiam in synodis oecumenicis ejusmodi definitioni synodali contradicentes tradebantur satanae, secundum Salvatoris mandatum: *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus* (Matth. 18, 17). Prout etiam in Ephesina synodo can. 6. habetur: *Laicus si contradixerit concilio, excommunicetur, clericus vero ejiciatur.* Nullum autem fuit oecumenicum concilium, quod contradicentes non habuerit, et tamen illorum auctoritas illibata mansit. Igitur etiam hujus s. Florentinae synodi auctoritas ob Marci Ephesini tergiversationem et postmodum apertam oecumenicae synodi definitioni oppositionem et contradictionem integra manebit, et quaecumque definivit, fide divina credenda sunt.

Dominica prima Octobris. In solemnitate sanctissimi Rosarii B. Mariae Virginis. Duplex 2. classis

Antiquum Missale glagoliticum latina ad verbum in palaeoslovenicum transfert: *V Nedělju pervuju Oktovrija. V prazdnik presvjatago Rosarija Blaž. Marija děvy. Sugub vjastij.* — Italo-Graecis est *Μνήμη τοῦ ϑειοτάτου Ῥοδαρίου τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν ϑεοτόκου καὶ ἀειπαρϑένου Μαρίας*[1]). — In libris liturgicis Chaldaeorum effertur *'îdâ d'vardijâ qaddîschtâ;* in Breviario Armenorum *Vártaráni serpo Guszin;* in arabico Kalendario Berythensi sex nationum christianarum (Taqvîm) *'îd elvardijjet.*

Kalendaria civilia Austro-hungarica hodiernam festivitatem enuntiant croat. *sveto čislo,* hung. *Olvasóünnep,* rumen *serbarea metanieloru;* apud alios populos imperii fere ubique retentum est nomen *Rosarii, Rosenkranz,* ut apud Slovenos *Nedelja roženvenska,* apud Bohemos *Slavnost růžencová,* apud Polonos *Uroczystość św. Rożańca,* et sic apud caeteros.

[1]) Festum SS. Rosarii etiam simpliciori formula in Kalendariis Siculis legimus: *Ἡ τῆς ἁγίας Μαρίας τοῦ Ῥοσαρίου ἑορτή.*

De institutione solemnitatis Ss. Rosarii.

Ut perinsignis victoriae apud Echinadas insulas die septima Octobris anni 1571, Deipara adjuvante, de Turcarum tyranno reportatae perenne extaret monumentum [1]), s. Pius PP. V. in Martyrologio Romano commemorationem S. Mariae sub titulo *de Victoria* fieri jussit. At Gregorius PP. XIII. ponderans victoriam illam fuisse relatam Dominica prima Octobris, qua sodalitates SS. Rosarii supplicationes pro principibus christianis contra Turcas agebant, hisce precibus pie censuit adscribendam; quare ut pro tam singulari beneficio Beatae Virgini sub appellatione Rosarii perennes gratiae ubique terrarum haberentur, in ecclesiis omnibus, in quibus altare Rosarii foret, prima quaque Octobris Dominica [2]) Officium ritu duplici majori indixit celebrandum anno 1573. Quod quidem Clemens PP. X. cunctis Hispaniarum regnis concessit anno 1671; Clemens PP. XI. tandem post insignem victoriam ab exercitu Caroli VI. imperatoris in Hungaria anno 1716 de Turcis reportatam, festum cum Officio et Missa de *SS. Rosario Beatae Mariae Virginis* ad Ecclesiam universam extendit. Sed de his vide ipsas lectiones Breviarii Romani, ac consule etiam Benedictum PP. XIV. *de festis D. N. J. C. Matrisque Ejus*, part. 2, nn. 157—172 [3]), ubi superiora omnia, quae ad Rosarium ejusque solemnitatem spectant, fuse ac docte tractantur [4]). Recentiora vero accurate recenset Holweck, *Fasti Mariani*, pp. 250—253, unde ea facile petes.

[1]) *De pugna navali ad Echinadas* commentarium ultimus eleganter et ornate scripsit Milozzi. Romae, ex officina ad forum Pacis, 1879.

[2]) Non ecclesiastice, sed civiliter computanda.

[3]) Edit. Bruxellens. t. 2, pp. 370—381.

[4]) Dr. Henric. Alt, Latinorum *festa Rosarii, Patrocinii* et Ruthenorum *Pokrov* inscite confundit, ac sanctissimam nostram pietatem tecte irridendo praeter alia absurda haec de Rosarii festo scribit: *Ein Rosenkranzfest durfte namentlich bei dem Dominicanerorden auf die dankbarste Anerkennung rechnen, zumal seitdem Innocenz VIII.* (1482—1492) *Allen, die den Rosenkranz andächtig und fleissig beten würden, 360,000 Jahre Ablass verheissen hatte, was allerdings im Hinblick auf die Jahrtausende der Ewigkeit, nach denen der Zustand der Seelen im Fegfeuer zu berechnen ist, nicht viel, immer aber doch schon etwas ist* (Kirchenjahr, p. 73).

Mater purissima, ora pro nobis!
Μῆτερ καθαρωτάτη, πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν.

Quas uno isto praeconio Litaniae Lauretanae conjungunt insignes praerogativas gloriosae semper Virginis Mariae, eas etiam distincte celebrat Ecclesia occidentalis, instituta gemina solemnitate *Maternitatis* et *Puritatis ejusdem ss. Deigenitricis,* initio quidem pro Lusitania concessa an. 1751, inde vero paulatim ad alias regiones extensa, ac demum pro ipsa Urbe Roma a Gregorio PP. XVI. praescripta. Cfr. Correspondance de Rome, 1848, p. 30. Singula quaevis more suo diligenter persequitur Holweck, op. cit. pp. 254—255. nec nos debent remorari.

Dominica II. Octobris. Festum Maternitatis B. M. V.

Fundamentum dogmaticum hodiernae festivitatis super rationes caeterarum solemnitatum B. M. V. eminet; cuncta enim, quae de ss. Deigenitrice credit, profitetur ac celebrat Ecclesia catholica, ex ea Virginis laude et praerogativa apta nexaque sunt, qua eandem *Dei Matrem* praedicamus.

Orientales proprium diem mysterio *divinae Maternitatis* (*τῆς θεομήτρητος*) peculiariter recolendo non assignarunt; illud tamen quotidie maximis laudibus efferunt in tropariis *θεοτοκίοις*, ut vel ex iis videri potest, quae jam, progrediente scriptione nostra, hic illic repraesentavimus. Iis *versus festivos* synaxario Menaei die 25. Decembris praefixos addidisse suffecerit.

Θεὸς τὸ τεχθέν, ἡ δὲ μήτηρ παρθένος.
Τί μεῖζον ἄλλο καινὸν εἶδεν ἡ κτίσις;
Παρθενικὴ Μαρίη Θεὸν εἰκάδι γείνατο πέμπτῃ.

Quod nascitur, Deus est, et Virgo fit parens.
Quid majus, etsi sit novum, vidit homo?
Vicena quinta fit mater Virgo Maria.

Dominica III. Octobris. Festum Puritatis B. M. V.

Spatii temporisque angustiis circumscripti praeclara *Officia propria Maternitatis* et *Puritatis B. M. V.* e Breviario Romano huc transscribere non valemus: quapropter devotum

lectorem benigne invitamus, ut ipse pro suo divinarum rerum amore insignia illa documenta in fonte requirat, virtutis inde pietatisque studium haud parum confirmaturus.

Graeci carent quidem proprio *Puritatis* festo, verum B. Deigenitricem passim celebrant ut *ἄμωμον*, *immaculatam; πανάμωμον, prorsus immaculatam; ἄσπιλον, intemeratam; πανάσπιλον, penitus intemeratam; ἀμίαντον, intactam; ἀμόλυντον, impollutam; ἀκήρατον, illaesam; ἀδιάφθορον, incorruptam; πανάφθορον, penitus incorruptam; ἄχραντον, intaminatam; καθαρωτάτην, purissimam; ἀπείρανδρον, viri nesciam:* de quibus appositis Beatissimae Virginis consuli meretur Passaglia, *de immaculato Deiparae semper Virginis Conceptu*, tom. 1, pp. 47—240.

Ex Menaeis de partu Virginis hic accipe *στίχους ἑορταστικοὺς* diei 26. Decembris:

Λεχὼ[1]) *ἄμωμον ἀνδρὸς μὴ γνοῦσαν λέχος*
Δώροις ἀμώμοις δεξιοῦμαι τοῖς λόγοις.

Ea Siberus sic latina fecit in *Martyrol. metrico;*

Puram puerperam, carentem conjuge,
Amplectar versibus ceu puro munere.

Κυριακὴ πρὸ τῆς ς'. τοῦ Νοεμβρίου μηνός Μνήμη τῆς μετὰ φιλανθρωπίας κατενεχθείσης κόνεως, ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου.

Dies dominicus memoriae ignei illius pulveris Vesuviani, quem *sub Leone Magno* (457—474) de coelo pluisse ista formula tradunt Menaea ad 6. Novemb., interdum mense Octobri recurrit, ut modo vidimus p. 515; saepius tamen in Novembrem incidit, ea de causa festis hujus mensis potius accensendus.

[1]) *Λεχώ όος (οῦς), ἡ,* jacens, decumbens in *lecto (λέχος)*, peculiariter *puerpera.* Quum *puerperam puram* audis, cave existimes, mysterium praesentis festi esse tantum puritatem ab omni corporali immunditia, quae in aliis puerperis invenitur; cum ea enim simul recolitur Deigenitricis puritas ab omni prorsus peccato, quin et a motu inordinato appetitus sensitivi totoque peccati fomite.

Festa mobilia mensibus Novembri et Decembri.

Ultimum hoc bimestre *(τὸ τελευταῖον δίμηνον) Adventus Domini* potissimum distinguit, quod a prima ejus Dominica initium anni ecclesiastici ducant Latini. Unum praeterea diem dominicum conceptivum habent, tertium scilicet mensis Novembris, *Patrocinio B. M. V.* celebrando addictum. — Mense Decembri, duobus illis dominicis diebus, qui Natalem Christi praecedunt, Graeci *festa* celebrant *Prophetarum* et *ss. Patrum V. T.,* quibus etiam uti conceptivus accedit dies dominicus post Natalem, memoriae s. Josephi et aliorum ex familia Christi dicatus. At quaestiones de his solemnitatibus non ita multae, ut nos longiores esse cogant.

Κυριακὴ πρὸ τῆς ς΄. τοῦ Νοεμβρίου μηνός· Ἡ ἀνάμνησις τῆς πεσούσης ἐξ οὐρανοῦ κόνεως, ἤτοι τέφρας ἢ στακτῆς (Menol. Basil.).

Dominica ante diem 6. mensis Novembris: Commemoratio pulveris sive cineris aut stactes de coelo lapsae.

Marcellinus Comes rem paucis complexus in *Chronic.* ad an. 472: *Vesuvius,* inquit, *mons Campaniae torridus, intestinis ignibus aestuans, exusta evomuit viscera, nocturnisque in die tenebris incumbentibus, omnem Europae faciem minuto contexit pulvere. Hujus metuendi memoriam cineris Byzantii annue celebrant VIII. Idus Novembris*[1]); ab anno scilicet 472. — Sed accuratius factum describit Menologium Basilianum ad d. 6. Novembris[2]):

Ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου βασιλέως, τοῦ ἐπιλεγομένου Βέσσου, περὶ τὰ τελευταῖα τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, γέγονε συννεφὴς ὁ οὐρανὸς, καὶ τὴν συνήθη τῶν ὀμβροφόρων νεφῶν με-

Extremis Leonis magni imperatoris, cognomento Bessi, temporibus, hora diei sexta, obductum atris nubibus coelum, quale solet esse imminentibus maximis imbribus, ardentem quaque versus faciem

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 51, p. 931.
[2]) Apud Migne, Patr. gr. t. 117, pp. 147—148.

λανίαν εἰς πυρώδη θέαν μεταβαλών, ἐδόκει τὰ πάντα καταφλέγειν· ὡς νομίζειν ἅπαντας, ὡς εἰ καί βροχὴ κατενεχθείη ἐκ τοιούτων νεφῶν, πάντως πῦρ ἔσται, καὶ φλὸξ, κατακαίουσα ὡς πάλαι τὰ Σόδομα. Πάντων δὲ τῶν ἱερέων καὶ τῶν εὐλαβῶν μετὰ δακρύων προσφυγόντων ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τὸν Θεὸν, καὶ τὴν πανάχραντον Θεοτόκον δυσωπούντων, ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν φιλάνθρωπος Κύριος, κεράσας τῇ τιμωρίᾳ τὴν ἀγαθότητα, ἐκέλευσε ταῖς νεφέλαις βρέχειν ὑετὸν παράδοξον. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἑσπέρας ἤρξατο, καὶ μέχρι μεσονυκτίου ἔβρεχε. Τὸ δὲ κατερχόμενον ἦν στακτὴ ζέουσα ὡς ἀνθρακιά· ἥτις καὶ κατέκαυσε πάντα τὰ φυτὰ, ἐπὶ τῶν κεράμων τεθεῖσα ὡς ἀνδρὸς σπιθαμή.

praeferens, igni omnia correpturum esse videbatur, ut etiamsi ex hujusmodi nubibus pluvia deferretur, igni tamen ac flamma, non secus ac olim Sodoma, omnia esset incensura. Sed quum sacerdotes omnes ac pii homines cum lacrimis ad templa confugerent, Deumque et immaculatam Deiparam supplices deprecarentur; qui non vult mortem peccatorum clementissimus Dominus, poenam clementia temperans, imperavit nubibus, ut admirabilem pluviam emitterent. A vespere igitur ad mediam noctem pluit. Quae autem defluebat, stacte erat fervens instar carbonum, quae plantas omnes adussit: quae vero in tegulas decidit, ad hominis spithamam excrevit.

Caeterum, inquit s. Theophanes, in *Chronograph.* ad an. 466 [1]), *ignem verum extitisse, et posthac exstinctum Dei benignitate in pulverem versum cuncti asserebant* (καὶ πάντες ἔλεγον ὅτι πῦρ ἦν, καὶ ἐσβέσθη καὶ γέγονε κόνις τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ).

Diem ἀναμνήσεως igneae hujus pluviae fere omnes sextum Novembris fuisse tradunt; sed solemni supplicationis Officio diem dominicum praecedentem ideo assignatum voluere CPolitani, quod dies sextus jam ob s. Pauli episcopi et confessoris memoriam festus haberetur [2]). Id vero distincta hac celebri-

[1]) Apud Migne, Patr. gr. t. 108, pp. 299—300.

[2]) Cfr. tomo 1, p. 316; et cfr. etiam Morcelli *Kal. CP.*, t. 1, p. 215.

tate spectarunt, ut et calamitatis memoria apud posteros retineretur et, anniversaria supplicatione instituta, periculum ejusmodi in futurum averteretur, quemadmodum paulo ante in simili casu sub eodem Leone Augusto factum vidimus tomo 1, p. 268.

Dominica III. Novembris. Festum Patrocinii B. M. V.

Officium Patrocinii B. M. V., quod pro omnibus provinciis Hispaniarum regi subjectis *in memoriam omnium victoriarum et emolumentorum*, quae Hispaniae reges reportarunt *de Saracenis et haereticis et aliis hostibus* a saeculo sexto usque ad regnum Philippi IV., concessum erat Decreto S. Rit. Congreg., edito die 6. Maji 1679, Benedictus PP. XIII. pro toto statu ecclesiastico injunxit recitandum Dominica III. Novembris; in aliis regionibus celebrari conceditur aliqua ejusdem hujus mensis Dominica per locorum Ordinarios eligenda. Sed de *Patrocinii B. Virginis Officio et festivitate* legatur Benedictus PP. XIV. *De festis*, part. 2, §§ 173—174, ubi etiam principia dogmatica quibus solemnitas haec nititur, graviter et erudite, ut solet, evolvit, et a calumniis haereticorum fuse vindicat [1]).

Cum occidentali festo *Patrocinii B. M. V.* magnam cognationem habet orientalis solemnitas *Pokrov Bogorodicy* primo diei Octobris tributa, quae quidem cum fastis ruthenis ad omnes populos slavos ritus graeci transiit [2]), ipsis Graecis autem ignota mansit, quemadmodum priori tomo jam notare me memini.

Verum si rationes slavicae hujus festivitatis adaequate spectentur, patet, eam potius Latinorum festo *Scapularis B. M. V.* congruere. Praeter enim quam quod utriusque solemnitatis origo ex piorum hominum visionibus ducitur, par etiam utrobique mysterium seu pietatis objectum colitur; nimirum *piissima omnium*

[1]) Difficiliores quaestiones liturgicas de electione diei, de translatione festi, de ordinando Officio, et alias similes breviter explicat Tetam., *Diar., de Mense Novembri in genere*, nn. 7—10.

[2]) Qui ex Rumenis ruthenos libros ecclesiasticos in linguam patriam verterunt, etiam slavicam solennitatem *Pokrov Bogor.* retinuerunt. Eam episcopus Melchisedek non ita pridem hac usus formula suorum consuetudini tradidit in *Oratoriu:* „Acoperementulu prea sântei Stapanei nóstre Nascatorie de Domnedieu sî pururea feciórei Marie“ (*Synaxariu*, p. 36). Eodem fere modo festum annuntiatur in Kalendariis rumenicis Černovicii vulgatis.

nostrum mater, hinc quidem divinum filium pro populo supplex orans, inde vero clientes sancto suo pallio protegens. Quemadmodum enim B. V. M. *devotis suis Scapulare* ut praecipuae protectionis suae singulare signum dedit, ita et in solemnitate *Pokrov Bogorodicy* Deipara colitur ut quae pallio suo populum sibi commissum ab omni malo tegit[1]), ab incursu adversariorum defendit atque adeo inter ipsos hostes securum praestat. Caeterum de genuina indole ejus diei mitto te ad J. E. Martinov, Cazanensem, virum in rebus graeco-slavicis versatissimum, cujus diligentiae improboque labori, praeter *Annum gr.-slav.* aliosque plurimos doctissimos commentarios de rebus ecclesiasticis patriae suae, etiam accuratiorem dissertationem de religione *Pokrov Bogorodicy* debemus in *Précis historiques,* ita inscriptam: „Fête Russe de la Bienheureuse Vierge Marie dite *Pokrov Bogorodyky* (sic) ou du Scapulaire de la Mère de Dieu." 1858, pp. 339—344.

De fine anni ecclesiastici in Ecclesia latina.

Ultimo Sabbato post Pentecosten, quod Dominicam I. Adventus immediate praecedit, ante Vesperas, annum ecclesiasticum claudunt Occidentales: numero dierum dominicorum, qui a Pentecostes festo ad Adventum intercurrunt, in Tabula paschali expresse notato.

Dominicae post Pentecosten.

Slav. *Nedělja po Pentikosti.*

Apud Latinos Dominicae omnes a Pentecoste ad Adventum numeris suis distinguuntur[2]): plures sunt vel pauciores (23, 24, 25, 26, 27, 28), prout maturius vel serius occurrit festum Paschatis, *de cujus articulo Pentecostes sacra solemnitas pendet*[3]); numerantur viginti tres, si Pascha 24. vel 25. Aprilis actum fuerit: et viginti octo, si Pascha primis quinque diebus post aequinoctium, h. e., a d. 22. ad d. 26. Martii, occurrerit. Quum fuerint tantum 23, ultima hac Dominica

---

[1]) Miklosich interpretatur *Pokrov, κατακάλυμμα,* operimentum, velamen, et *περικάλυμμα,* integumentum, circumtegimentum (*Lexicon. pal. slov.* p. 611).

[2]) Sic a numero suo vocatur, exempli causa, *Dominica 4. post Pentecost.,* bohem. *Neděle 4. po Sv. Duchu;* croat. *Ned. 4. po Duhovih;* slov. *4. pobinkoštna;* hungar. *4. vasarnap Pünkösd után.*

[3]) Ita S. Leo M. relat. c. *Proprie* Dist. 4. Cons.

celebratur Officium illius Dominicae, quae in libris liturgicis inscribitur *vicesima quarta et ultima post Pentecosten;* hujus Officium enim semper ultima Dominica agendum erit, etiamsi Dominicae, quae pro anni vice post Epiphaniam superfuerint, assumendae sint.

Si *Dominicae post Pentecosten* numerum 24 excedunt, tunc post Dominicam 23. resumuntur *Dominicae,* quae eo anno *post Epiphaniam* residuae manserunt; nimirum si Dominicae post Pentecosten fuerint 25, tunc *Dominica 24.* erit quae est *Dom. 6. post Epiphaniam;* si fuerint 26, tunc *Dominica 24.* erit quae est *Dom. 5. post Epiphan.,* et *Dominica 25.* erit quae est *Dom. 6. post Epiphan.;* si fuerint 27, tunc *Dominica 24.* erit quae est *Dom. 4. post Epiph., Dominica 25.* autem quae est *Dom. 5. post Epiph.,* et *Dominica 26.* tandem quae est *Dom. 6. post Epiph.*

Denique si fuerint 28, tunc *Dominica 24.* erit quae est *Dom. 3. post Epiph.; Dominica 25.* quae est *Dom. 4. post Epiph.; Dominica 26.* quae est *Dom. 5. post Epiph.; Dominica 27.* quae est *Dom. 6. post Epiph.,* et *Dominica 28.* erit quae in Breviario et Missali est diciturque *24. et ultima post Pentecosten;* haec enim semper ultimum locum occupat, ut dictum jam est.

De sacris libris in divino Officio ante Adventum legendis.

Nocturnales lectiones, inquit Durand. *Rational.* l. 6, c. 143, *a prima Dominica post Pentecosten usque ad Adventum Domini quidam non insubtiliter referunt ad illam temporis seriem, quae fluit a David usque ad Adventum Domini; sed et ad illam congrue referri possunt, quae a primitiva coepit Ecclesia.* Et haec quidem ingeniose ac diligenter per singulas aetates apud ipsum explicata reperies l. c. nn. 1—4. Eorum loco nos hic canonem indicasse satis habemus, quo expresse indicatur, quinam libri sacrae scripturae singulis anni partibus sint divino Officio assignati. Est autem c. *Sancta Romana* 3. Dist. 15, qui licet origine sua spurius esset, ratihabitione Pontificis Romani tamen verae legis robur accepit. Ejus argumentum rudibus comprehensum versibus, ex priscis glossatoribus depromptis, nonnulla Breviaria exhibent; et sunt hujusmodi:

Ordo librorum
per anni circulum in ecclesia Dei legendorum.

Disce per hoc scriptum, quid sit vel quando legendum.
Adventus proprie vult sermones Isaiae.

Post Natale sacrum recitat sacra lectio Paulum.
Quinque libros Moysis tibi Septua Quadraque misit.
Vult tibi scripta legi Jeremiae passio Christi.
Actus Apostolicus sequitur post Pascha legendus.
Hinc Apocalypsim lege Canonicasque vicissim.
Post Pentecosten Regum liber exit in hostem.
Inde per Augustum retinet Sapientia scutum.
Per totum mensem sapiens Salomon tenet ensem.
Cantat September Job, Tobiam, Judith, Esther.
Octobri mense Machabaea trophaea recense.
Isti: Ezechiel, Daniel durabunt mense Novembri,
Postea tu repetas bis sex in fine Prophetas.

Adventus Domini.

Ἀρχιτελεία τῆς σωτηρίας.	*Initium et consummatio salutis.*
Ἡ προτέρα παρουσία· ἀρχὴ τῆς σωτηρίας.	*Primus Adventus: initium salutis.*
Ἡ δευτέρα παρουσία· τέλος τῆς σωτηρίας.	*Secundus Adventus: consummatio salutis.*

Adventus Domini frequens est mentio in jure canonico [1]). *Adventus* nomine autem proprie venit sacrum tempus ante Natalem Christi, quo per pias exercitationes animi fidelium praeparantur ad rite celebrandam propitiamque sibi reddendam Salvatoris nativitatem. De nomine Rupertus *de Divin. Offic.* l. 3: *Advenire*, inquit, *recte Dominus dicitur, qui ubique est invisibili praesentia majestatis, dum assumpto quod visibile est nostrum, usibus carnis visibilem se ostendit* [2]).

Celebratur ergo praevium hoc tempus, ut fideles se praeparent ad spiritualem Christi adventum et Nativitatem, grata memoria recolendo primum ejus adventum *(τὴν προτέραν παρουσίαν), quando Pater misit Filium suum in mundum et introduxit illum in orbem terrae et natus est nobis Salvator;* utque per hanc devotam praeparationem, coelestium gratiarum participes effecti, parati inveniantur in altero adventu ejusdem Domini *(ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ).*

---

[1]) C. *Decrevit.* 17. C. XXII. q. 5; C. *Non oportet.* 10. C. XXXIII. q. 4.
[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 170, p. 55.

Hinc est, quod initio Adventus legitur evangelium de secundo Christi adventu et extremo judicio universali, quemadmodum pluribus ostendit s. Ivo Carnotensis, *serm. de Adventu* (7), cujus exordium istud est: *Quoniam praesentium observatione dierum utrumque Christi adventum celebramus, distinguendum est fraternitati vestrae, quid hac observatione praeteritum debeatis credere, quid futurum exspectare: quatenus exspectatio futurorum per timorem sollicitos vos compescat a malis, praeteritorum autem fides per caritatem non tepescentes confirmet in bonis* [1]. Atque inde venire tradunt rubricistae, quod Adventus partim censeatur *tempus laetitiae,* quo canticum *Alleluja* retinetur, partim vero *moeroris,* quo, pluribus ex consuetis laetitiae signis omissis, preces feriales genibus flexis recitantur. Ita nempe *utrumque sub temporis observatione sancta venerari consuevit Ecclesia, ut inchoata prioris beneficia recolat cum gratiarum actione et laetitia, consummata vero futuri adventus bona (ἀρχιτελεία τῆς σωτηρίας) cum pia exspectet trepidatione* [2], religiosum hoc tempus non sine aliqua corporis austeritate exigendo [3]. Sed ista omnia late persecutus sum in Actis nostris „Zeitschrift für kath. Theologie“ 1896, pp. 593—613. Notas ibidem factas secundo non proferam, quia indicasse sufficit.

De Adventus origine haec caeteris probabilior conjectura videtur, quam post alios tradit Binterim, *Denkwürdigkeiten,* piam hanc institutionem nempe, in Galliis primum ortam [4]) saeculo 5, inde in Italiam migrasse saeculo 6, atque ex Urbe Roma per totum orbem christianum mox propagatam fuisse. Quam eandem sententiam ultimus quoque suam fecit Krüll in *Real-Encyklopaedie der christlichen Alterthümer* (edit. a prof. Kraus) s. v. *Advent.*

[1]) Apud Migne, Patr. l. t. 162, p. 567.

[2]) Ita s. Ivo, l. c.

[3]) In jure sacro Adventus fere aequiparatur Quadragesimae. Hinc praeter alia prohibitae leguntur *solemnitates nuptiarum* c. *Non oportet* cit., et *pugnae* c. *Treugas* 1. X. de treuga et pace (I. 35).

[4]) Cfr. Gregor. Turonen. *Hist. Franc.,* l. 10, c. 31 (apud Migne, Patr. l. t. 71, p. 566).

Ἡ νηστεία τῶν Χριστουγέννων, τοῦ ἁγίου Φιλίππου. Jejunium Natalitiorum Christi sive s. Philippi.

Christiani universim toto hoc tempore, sicut hodiedum aliquae religiones et ecclesiae orientales, sola armena excepta. observant, olim ab esu carnium et lacticiniorum abstinere solebant, licet non jejunarent. Graeci hoc adventus jejunium ducunt a die 15. Novembris [1]), quod etiam antiquitus penes Latinos observabatur, ideoque *S. Martini quadragesima* audiebat [2]).

Adventus autem, verba sunt rubricae Breviarii, *celebratur semper die Dominico, qui propinquior est festo sancti Andreae Apostoli, nempe a die 27. Novembris inclusive usque ad diem 3. Decembris inclusive:* cujus regulae partem priorem verbis expressam Aniani in computo didicimus:

Andreae festo vicinior ordine quovis [3])
Adventus Domini prima colit feria.
Si cadat in lucem Domini, celebratur ibidem [4]).

Alteram partem, quae etiam regula est Honorii Augustod. *De imagine mundi,* c. 107 [5]) versibus exhibent, qui leguntur in Martyrologio s. Victoris Parisiensis:

Adventum Domini non est celebrare Decembris
Post ternas Nonas, vel quintas ante Kalendas.

Ergo, ita concludit Rubrica Breviarii, *litera dominicalis currens, quae reperitur in Kalendario* [6]) *a die 27. No-*

[1]) Relege quae de jejuniis Orientalium disserentes annotavimus t. 1, pp. 231 et 330, ac vide praeterea claram hujus jejunii Adventus expositionem apud D. Borosiu, *Ritualu,* § 24: *Pregatire la serbarea craciunului* pp. 34—35. Pro Ruthenis graeco-catholicis saecularibus idem hoc jejunium ab episcopo Petro Bělanski ad novem dies ante Christi natalem redactum testatur Harasiewicz, loco supra adducto p. 457; qua de re cfr. etiam Rmum. Pelesz, *Geschichte der Union,* t. 2, p. 743. Apud Syros catholicos etiam in novem dies contractum legitur apud archiep. Clem. David in „Revue des Églises d'Orient“ t. 2, p. 148.

[2]) Vide quae de hoc disciplinae capite breviter quidem sed accurate scribit Kraus, *Real-Encyklopaedie* s. v. *Adventsfasten.*

[3]) H. e. sive a parte ante, sive a parte post.

[4]) Edition. Argentin. an. 1488, fol. XXXIII.

[5]) Apud Migne, Patr. l. t. 172, p. 164.

[6]) Cfr. tom. 1, pp. 23 et 25.

vembris usque ad diem 3. Decembris, indicat Dominicam primam Adventus: ut verbi gratia, si litera dominicalis est B, Dominica I. Adventus cadet in diem 27. Novembris, quia ibi est litera B in Kalendario[1]).

Dominica I. Adventus. — Initium anni ecclesiastici Latinorum.

In Breviario glagolitico vertitur slavonice *Nedělja perva prišestva,* ut notatum est t. 1, p. 512.

In Kalendariis ruthenis redditur *1. Nedělja prigotovlenija k roždestvu Christovu,* h. e. Dom. 1. praeparationis ad Natalem Christi; in serbicis *prvo predšašće,* seu primus adventus; in arabicis *el-achad el-evvel quabla-l madšî,* proprie Dom. 1. ante Adventum[2]); in hungaricis *Urjövet elsö vasárnapja.*

Alibi fere ubique nomenclatura ad latinum vocabulum exacta legitur ut in libris croat. *1. nedjelja adventska;* sloven. *1. adventna nedelja;* bohem. *1. neděle adventní;* polon. *niedziela 1. adwentu;* rumen. *Duminec'a 1. de adventu;* german. *1. Adventsonntag.*

Apud Occidentales annus ecclesiasticus a Dominica I. Adventus incipit et Sabbato, quod hanc Dominicam praecedit, post Nonam, terminatur, ut praemonitum est p. 533.

Per hujusmodi annum Ecclesia catholica repraesentare fidelibus consuevit Jesu Christi vitam, divini regni constitutionem ejusque jugem per Spiritum sanctum directionem. *Primo* igitur (a Dominica I. Adventus usque ad Vigiliam Nativitatis) in divinis Officiis sacrisque festivitatibus repraesentat exspectationem adventus promissi Salvatoris; *deinde* (a festo Nativitatis usque ad Septuagesimam) celebrat Christi Nativitatem, infantiam, adolescentiam, vitam privatam; *tertio* (a Septuagesima usque ad feriam IV. cinerum) contemplatur vitam ejus publicam, praedicationem et miracula; *quarto* (a feria IV. cinerum usque ad Sabbatum sanctum) proponit Christi Do-

[1]) Vide tom. 1, p. 23.

[2]) In monumentis latinis etiam *Adventus* nomen saepe pro ipso die Natali Christi Domini sumitur.

mini passionem et mortem; *deinde* (tempore paschali) resurrectionem, ascensionem ac Spiritus sancti descensum; *quinto* denique (a festo SS. Trinitatis usque ad finem anni ecclesiastici) agit de Ecclesiae per Spiritum sanctum directione usque ad consummationem saeculi, quare et ultima Dominica post Pentecosten legitur evangelium secundi Adventus *(τῆς δευτέρας παρουσίας)*, de fine mundi et judicio universali.

Jejunium quatuor temporum hyemis.

Quatuor temporum jejunium hyemale, *quod celebramus in mense decimo* [1]), nimirum tertia hebdomada Adventus, congrua dispositione hoc tempore constitutum est, *quando*, verba sunt Rabani Mauri, *de clericorum institutione*, l. 2, c. 24, *venturi Salvatoris salubris in sacris lectionibus praedicatur Adventus, ut fideles quique, hac religione instructi et medicamine sanctarum orationum simul cum sacro jejunio confirmati, Nativitatem Redemptoris laeti exspectent* [2]). Caetera de jejunio quatuor temporum sufficienter exposita relegas pp. 511—514.

Κυριακὴ τῶν ἁγίων προπατόρων. — *Dominica sanctorum Propatrum.*

Slav. *Nedělja svjatych proatec;* rumen. *Dominec'a sântîlor stramosi.*

ΕΙΔΗΣΙΣ. Κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ παρόντος, εἰ τύχοι ἐν κυριακῇ, ἢ τῇ πρώτῃ μετ᾽ αὐτὴν ἐρχομένῃ, διὰ τὸ ἐγγίζειν τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γέννησιν, μνείαν ποιούμεθα τῶν πρὸ νόμου καὶ ἐν νόμῳ κατὰ σάρκα προπατόρων αὐτοῦ. Ita Menaea ad d. 10. Decembris.

Dominico illo die, quem *tertium Adventus* Latini dicimus, memoria colitur *Propatrum* divini Salvatoris, potissimum trium illustriorum, scilicet *Abraham, Isaac* et *Jacob*, quemadmodum etiam Menologium Basil. innuit ad d. 16. Decembris. De his autem praecipue *adventante festivo hoc Nativitatis tempore* ideo agi, idem Menologium docet,

---

[1]) Ita s. Leo M. rel. c. *Hujus observantiae* 6. Dist. 76.
[2]) Apud Migne, Patr. l. t. 107, p. 338.

quod ex iis Christus secundum carnem natus sit (διὰ τὸ γεννηθῆναι κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν ἐξ αὐτῶν).

Est autem utriusque festivitatis, hodiernae et sequentis Dominicae, ea ratio communis, quod Patres V. T. triplici modo considerantur ac coluntur, nimirum

ut *ἀστέρες φωσφόροι, splendentes stellae matutinae,* ortum solis justitiae praenuntiantes;

ut *φρυκτώρια νοητά, phari spirituales,* in salutem navigantium aedificati;

ut *ἀλεῖπται τῆς σωτηρίας,* ut periti in *salutis gymnasio magistri.*

Et *primo* quidem ss. Patres quasi *stellae matutinae* ante exortum Christi praelucentes, ejus adventum splendore suo sublato praenuntiare censentur. Rem breviter declarat Theophanes Cerameus, *homiliam* (14.) *in Domin. ante Christi nativitat.* ita exorsus:

Τοῦ μὲν αἰσθητοῦ ἡλίου τοῦ ὁρίζοντος ὑπερτέλλοντος, αἱ ἀστραῖαι ἀγλαΐαι καλύπτονται τοῖς μείζοσι στενοχωρούμεναι σελαγίσμασι· τοῦ δὲ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, ὡς ἐξ ἀνατολῆς τῆς Παρθηνικῆς νηδύος ἀνίσχοντος, ὁ τῶν πατέρων κατάλογος, ὥσπερ ἀστέρων χορός, προλάμπει νοηταῖς μαρμαρυγαῖς φρυκτωρούμενος [1].

Attollente se supra horizontem hoc sole, qui sub sensum cadit, astrorum nitor absconditur majoribus splendoribus occupatus; Sole vero justitiae velut ex oriente uteri Virginei exsurgente, Patrum Catalogus uti chorus stellarum praelucet, et sublatis intelligentiae facibus adventum Christi praenuntiat.

Deinde comparantur *pharis* seu turribus illis, qui portubus imminentes noctu igne sublato naves in tutas stationes dirigunt: quod nimirum per longa „ignorantiae tempora" hominibus in procelloso hujus vitae mari navigantibus tanquam custodes atque excubitores e speculis maritimis per faces ac-

[1]) *Φρυκτωρεῖν* proprie significat igne in specula sublato *(φρυκτός)* hostium adventum denuntiare, et generatim, signum e specula *(φρυκτώριον)* sublatis facibus dare; metaphorice vero praelucere et quasi facem praeferre, praelucendo annuntiare, ut in sequenti consideratione explicatur.

censas rectum cursum certamque viam ad promissum Redemptorem monstrarint.

Tertio denique Patres coluntur ut *ἀλεῖπται καὶ διδάσκαλοι*, qui homines militiam salutarem capessituros jam a primis temporibus exercendi leges verbo et exemplo docuerunt atque ad conflictus spirituales instruxerunt: quo eodem sensu vocabulum *ἀλείπτης* ab aliis quoque usurpatum vidimus p. 159. Alia non subjungam.

Lectorem plura discendi cupidum ad memoratum meum tractatum in Actis Oenipontanis amando, ubi rationes praesentis Patrum memoriae fusius declaratas inveniet.

Officium sanctorum Propatrum (*ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων προπατόρων*) habetur in Menaeis cum duplici canone, altero Theophanis, altero Josephi, et synaxario de tribus patriarchis Abraham, Isaac et Jacob. Ex hoc Officio octo *θεοτοκία*, quae odas canonis s. Josephi claudunt, graece et latine exstant apud Migne, Patr. gr. t. 105, pp. 1259—1262, cum mendoso tamen titulo, qui Ludovico Marracio debetur: *τῶν ἁγίων προπατόρων Ἀδὰμ καὶ Εὔας.*

Κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, τῶν ἁγίων πατέρων.	*Dominica ante Nativitatem Christi sanctorum Patrum.*

Slav. *Nedělja pred Roždestvom Christovym, svjatych otec;* rumen. *Dominec'a in a-ântea Nascerii lui Christosu, a ss. parénti.*

Veteri Ecclesiae lege praescriptum esse, docent Graeci, ut ipso dominico die, qui Natalem Christi antecedit, memoria peragatur omnium justorum, qui Deo placere studuerunt ab orbe condito; ab ipsismet primis generis humani auctoribus scilicet usque ad Josephum, sanctissimae Deiparae sponsum, juxta genealogiam ab evangelista Matthaeo historice contextam: similiter et prophetarum ac prophetissarum. Festiva eaque prolixa *τῶν πατέρων ἡ ἀκολουθία* habetur in Menaeis ad diem 18. Decembris cum hoc synaxario:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως,	*Hoc die dominico ante Nativitatem Christi praeceptum*

μνήμην ἄγειν ἐτάχθημεν παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος Θεῷ εὐαρεστησάντων, ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι καὶ Ἰωσὴφ τοῦ μνήστορος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, κατὰ γενεαλογίαν, καθὼς ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς[1]) ἱστορικῶς ἠριθμήσατο· ὁμοίως καὶ τῶν προφητῶν καὶ προφητίδων.

nobis a sanctis et deiferis Patribus est celebrare commemorationem omnium, qui ab initio mundi Deo placuerunt, incipiendo ab Adamo usque ad Josephum sponsum sanctissimae Deiparae, juxta genealogiam, quam evangelista Matthaeus historice contexuit, similiter et prophetarum et prophetissarum.

Post haec in vulgata graecorum Menaeorum editione series omnium progenitorum Christi legitur versiculis cuique suis subjectis, qui non modo inepti plerumque sunt, sed etiam non raro absurdi. Sic autem omnes, nullo delectu habito, proponuntur, ut etiam, qui ex iis erant idololatrae, distichon suum singuli habeant, uti Roboam et Abias et Joram et Ochozias et Achaz aliique, quos sacrae literae plurimum reprehendunt. Atqui religiosa haec omnium, etiam legiruparum, memoria prorsus aliena a veteri Ecclesiae mente est, quae non nisi *τοὺς ἁγίους ἐκ τῶν πατέρων* honorari eo die voluit, quod prolato antiqui *Kalendarii CP.* testimonio probat Morcellius tom. 1, p. 279, et facile quispiam vel ipso festi titulo inspecto intellexerit, quum *μνήμη τῶν Θεῷ εὐαρεστησάντων*, *memoria eorum* sit, *qui Deo vere placuerunt*, atque inde coelo digni agnoscuntur.

Progenitoribus Christi adjunguntur viginti prophetae ac prophetissae cum suis versiculis, adeo ut synaxarium nonaginta quinque disticha contineat[2]).

Conscripti hi versus sunt a certo quodam Christophoro, patritio Mitylenensi haud magni nominis poëta[3]).

---

[1]) Editio Vulgata mendose habet *Λουκᾶς* pro *Ματθαῖος*.

[2]) Ex mulieribus Veteris Testamenti quatuordecim isto ordine recensentur in fine synaxarii: *Sara, Rebecca, Lea, Rachel, Assenatha, Maria, Debora, Ruth, Sareptina, Sunamitis, Judith, Esther, Anna et Susanna*: quae postrema hoc disticho *τελευταίῳ* celebratur:

Κανὼν πρόκειται σωφρονούσαις ἐν βίῳ
Ὁ τῆς Σωσάννης σωφρονέστατος βίος.

[3]) In edit. veneta an. 1875 sistuntur pp. 146—149.

Eos cum versione latina *Martyrologio metrico* inseruit Siberus, pp. 422—437.

Caeterum Patrum nomina cum versibus desunt tum in editionibus rumenis Blasiensi seu Balasfalvensi an. 1838 et Riminikiensi an. 1780, tum in slavicis monasterii *Počaervsko* an. 1761 et Moscuensi an. 1720. In reliquos codices autem transiisse leguntur, uti videre est in codicibus manuscriptis, praesertim saeculi 16, qui reperiuntur Zagrabiae in bibliotheca academiae slavicae v. g. NN. 4 et 763. Duae editiones Rumenae Riminikiensis an. 1766 et Cibiniensis an. 1856 sola nomina continent, omissis distichis. In Menaeis serbicis mscr. monasterii *Kruženolensi* tandem nomina et versus exhibentur a Davide usque ad finem.

Παραμονὴ τῶν Χριστουγέννων. Nativitatis Christi pervigilium in diagrammate festorum mobilium ecclesiae orientalis signari, animadvertimus tomo 1, p. 361, ubi etiam caetera ad hunc diem spectantia relegi poterunt.

Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Μνήμη τῶν ἁγίων καὶ δικαίων θεοπατόρων, Ἰωσὴφ τοῦ μνήστορος τῆς ἁγίας παρθένου Δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, καὶ Δαυῒδ τοῦ προφήτου καὶ βασιλέως. Ita Menaea ad d. 26. Dec.

Dominica post Nativitatem Christi.

Commemoratio sanctorum et justorum Josephi, sponsi sanctae Virginis Deiparae, Dominae nostrae, Jacobi fratris Domini et David prophetae et regis.

In Horologiis austro-hungaricis festum enuntiari diximus tomo 1, pp. 366—367 slav. *Nedělja po roždestvě: Pamjat svjatych i pravednych Bogootec Iosifa obručnika, Davida Carja i Iakova brata Gospodnja po ploti;* rumen. *Domineca dupa Nascerea lui Christosu: Amentirea santîloru sî direptîloru a lui Iosifu logodniculu, a lui Davidu imperatulu sî a lui Iacobu fratele Domnului.*

Habetur in Menaeis solemne Officium festivum cum duplici canone et synaxario breviusculo, ex quo tamen idcirco nihil est huc transscribendum, quod, notante ipso synaxario, quae ad sanctos istos pertinent, jam *ex divinis literis*

nota sint omnibus (πάντες γινώσκουσι, μαθόντες αὐτὰ ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν). Historiae loco octo *θεοτοκία* odarum canonis repraesentanda censemus, quibus s. Josephus hymnographus potentissimum patronum suum cum ss. Deipara concelebrat: exhibito per hanc occasionem authentico Decreto Romano, quo s. Josephus, sponsus B. Virginis Mariae, solemniter Ecclesiae catholicae Patronus est declaratus anno 1870.

De veneratione s. Josephi.

Σαρκὶ Χριστὸν ἀπεκύησας, ἁγνή, ἐν Βηθλεὲμ, ἀπειρόγαμε, σπαργάνοις αὐτὸν εἱλίξασα, οὗ τὴν ἐπιδημίαν καταπλαγεὶς Ἰωσὴφ σὺν φόβῳ μεγαλύνει, προσκυνεῖ τὴν τούτου δύναμιν.

Σάρκα εἰληφότα ἐξ ἁγνῶν σου αἱμάτων, Παρθένε ἁγνή, καὶ ἐν σπηλαίῳ γεννηθέντα, καὶ ἐν φάτνῃ τεθέντα ἰδὼν Ἰωσὴφ ὁ δίκαιος τὸν καθ' ἡμᾶς ὁραθέντα Θεὸν ὕμνοις ἐμεγάλυνεν

Λύων τοῦ νοὸ σου προφανῶς ἐπέστη ὁ ἀόρατος ἀμφιβολίαν πᾶσαν, λέγων σοι· Μὴ φοβηθῇς, Ἰωσήφ, Μαριὰμ τὴν ἄχραντον νῦν παραλαβεῖν. Γαστρὶ γὰρ φέρει τὸν φέροντα θεϊκῇ τούτου [αὐτοῦ] δυναστείᾳ τὰ σύμπαντα.

Εὑρέθη, ὡς ἔφη προφήτης Δαβίδ, ἐν γαστρὶ ἡ Παρθένος χωρήσασα τὸν φύσει ἀπερίγραπτον Θεὸν Ἐμμανουὴλ, ὅπερ μὴ ἐννοήσας ὁ θεῖος ἐδιδάχθη Ἰωσὴφ ὑπ' ἀγγέλου, νυκτὶ καθεύδων ἀοίδιμος.

Νέον ἐπὶ γῆς παιδίον ἑώρακας Παρθένου ἁγνῆς ἀποτικτόμενον τὸν προτέλειον καὶ πρὸ πάντων αἰώνων ἐκφύντα Πατρός, καὶ ἀγγέλων ἀνυμνούντων τοῦτον ἤκουσας ἔνδον τοῦ σπηλαίου κείμενον, Ἰωσήφ, ἐπὶ φάτνης, πανεύφημε.

Συμβόλοις ἱεροῖς σε τυπουμένην Ἰωσὴφ ὁ δίκαιος, θεοχαρίτωτε ἁγνὴ, ἐγνωκὼς ῥάβδῳ κληροῦταί σου τὴν

Christum incarnatum in Bethleem peperisti, o Virgo innupta, eundemque fasciis involvisti; cujus adventum Joseph stupore perculsus cum timore magnificat, et adorat illius potentiam.

Quum vidisset Joseph justus Deum accepisse carnem ex castis visceribus tuis, o Virgo pura, et in spelunca natum atque in praesepio collocatum fuisse, magnificabat eum hymnis, qui similis nobis apparebat.

Ut omnem mentis tuae ambiguitatem aperte removeret, apparuit tibi angelus, dicens: „Ne timeas, Joseph, accipere nunc Mariam immaculatam: etenim fert in utero illum qui divina potentia sua fert universa.

Inventa est, sicut dixit propheta David, Virgo in utero comprehendens illum, qui natura est incircumscriptus, Deum Emmanuel. Quod quum divinus Joseph non intelligeret, ab angelo noctu edoctus est, dum dormiret.

Novum in terra puerum vidisti, o nobilissime Joseph, ex Virgine casta natum, qui ante omnia saecula natus est ex Patre; et audivisti angelos collaudantes illum intra speluncam in praesepio jacentem.

Quum te sacris symbolis figuratam agnovisset Joseph justus, o Virgo Deo carissima, per vir-

μνηστείαν τὴν σεπτὴν, ἐπιμνησθεὶς Ἀαρὼν τῆς βλαστησάσης ποτὲ ἁγίας ῥάβδου.

gae sortem venerandum conjugium tuum accepit, in memoriam reducens sanctam virgam Aaronis, quae olim germinaverat.

Νόμου τὰς σκιὰς εἶδες ποθείσας τῇ τῆς χάριτος φωτοχυσίᾳ· φωτεινὴν νεφέλην, τὴν Παρθένον, τὸν νοητὸν ἀνατέλλουσαν σαρκὶ Ἥλιον ἔβλεψας, καὶ ὥσπερ ἀστὴρ πάντας ἐφώτισας τοὺς βοῶντας, σοφὲ Ἰωσὴφ, ἑκάστοτε· Εὐλογείτω[1]) ἡ κτίσις πᾶσα τὸν Κύριον.

Legis umbras vidisti abundantia luminis gratiae perfusas, et e Virgine, nube lucida, orientem in carne intellectualem solem aspexisti: et tanquam astrum illuminasti, o sapiens Joseph, omnes qui clamant assidue: Benedicat omnis creatura Dominum.

Φυλάττουσαν τὴν παρθενίαν ἀκήρατον, τὴν ἁγνὴν ἐφύλαξας, ἐξ ἧς Θεὸς Λόγος ἐσαρκώθη, φυλάξας παρθένον αὐτὴν μετὰ γέννησιν ἀπόῤῥητον, μεθ᾽ ἧς, θεοφόρε Ἰωσὴφ, ἡμῶν μνημόνευε.

Custodisti, o Deifer Joseph, Virginem, quae virginitatem incorruptam conservavit; ex qua Deus Verbum incarnatus est, conservans illam virginem post partum ineffabilem. Tu, o Joseph, una cum illa memor esto nostri.

Decretum Urbis et Orbis,

quo s. Josephus Ecclesiae patronus constituitur.

Quemadmodum Deus Josephum illum a Jacob Patriarcha progenitum praepositum constituerat universae terrae Aegypti, ut populo frumenta servaret, ita temporum plenitudine adventante, quum filium suum Unigenitum mundi Salvatorem in terram missurus esset, alium selegit Josephum, cujus ille primus typum gesserat, quemque fecit Dominum et Principem domus ac possessionis suae, principaliumque thesaurorum suorum custodem elegit. Siquidem desponsatam sibi habuit Immaculatam Virginem Mariam, ex qua de Spiritu sancto natus est Dominus Noster Jesus Christus, qui apud homines putari dignatus filius Joseph, illique subditus fuit. Et quem tot reges ac prophetae videre exoptaverant, iste Joseph non tantum vidit, sed cum eo conversatus, eumque paterno affectu complexus, deosculatusque est; necnon solertissime enutrivit, quem populus fidelis uti panem de coelo descensum sumeret ad vitam aeternam consequendam. Ob sublimem hanc digni-

[1]) Al. *Σὲ ὑπερυψοῦμεν, Χριστέ, εἰς τοὺς αἰῶνας.*

tatem, quam Deus fidelissimo huic servo suo contulit, semper beatissimum Josephum post Deiparam Virginem ejus Sponsam Ecclesia summo honore ac laudibus prosequuta est, ejusdemque interventum in rebus anxiis imploravit. — Verum quum tristissimis hisce temporibus Ecclesia ipsa ab hostibus undique insectata adeo gravioribus opprimatur calamitatibus, ut impii homines portas inferi adversus eam tandem praevalere autumarent, ideo Venerabiles universi Orbis catholici Sacrorum Antistites suas ac Christifidelium eorum curae concreditorum preces Summo Pontifici porrexerunt, quibus petebant, ut sanctum Josephum Ecclesiae Patronum constituere dignaretur. Deinde quum in sacra oecumenica synodo Vaticana easdem postulationes et vota enixius renovassent, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX. nuperrima ac luctuosa rerum conditione commotus, ut potentissimo sancti Patriarchae Josephi patrocinio se ac fideles omnes committeret, Sacrorum Antistitum votis satisfacere voluit, eumque Catholicae Ecclesiae Patronum solemniter declaravit; illiusque festum die decimanona Martii occurrens, in posterum sub ritu duplici primae classis, attamen sine octava ratione Quadragesimae, celebrari mandavit. Disposuit insuper, ut hac die Deiparae Virgini Immaculatae ac castissimi Josephi Sponsae sacra hujusmodi declaratio per praesens Sacrorum Rituum Congregationis Decretum publici juris fieret. Contrariis non obstantibus quibuscunque.

Die VIII. Decembris anni 1870.

C. Episcopus Ostien. et Veliternen. Card. Patrizi,
S. R. C. Praef.

D. Bartolini, S. R. C. Secretar.

De Proprio italo-graeco.

Quoniam multi Graeci in occiduis Siciliae partibus degentes, proprio ordine festorum moribus Latinorum tantisper accommodato, *s. Josephum*, sponsum ss. Deiparae, die 19. Martii honorant, opportuna sese hic offert occasio sacra illa solemnia adscribendi, quae Italo-graeci *quoad exteriorem solemnitatem popularem* a Latinis ita mutuati sunt, ut in caeteris omnibus tamen sartum semper tectumque maneret proprium Officium ritus graeci.

Graeci tum in coloniis Siciliae tum in vicinia Urbis Romae habitantes Ecclesiae latinae festos dies *s. Josephi* (19. Mart.), *omnium Sanctorum* (1. Nov.), *omnium fidelium defunctorum* (2. Nov.) consensu et imitatione comprobarunt [1], quemadmodum dictum est tomo 1, pp. 30, 125, 314. Verum coloniis Magnae Graeciae seu Calabriae dies isti minus placuerunt: quapropter tria haec solemnia iis ipsis diebus hodiedum agere pergunt, quibus ea primitus adscripta in libris liturgicis fuisse ostendimus tomo 1, p. 366, et tomo hoc 2. pp. 20, 424.

Italo-graecos fere omnes Latinis obsecundasse *festo Corporis Christi* recepto [2]), superius jam demonstravimus p. 464.

Alia solemnia italo-graeca, partim statis apud nos diebus, partim aliis temporibus plerumque sine proprio Officio liturgico, magna tamen populi devotione celebrata, ipsum Heortologion populare ostendit, quod juxta exemplaria nobis a RRmis. DD. antistitibus graecis benigne transmissa est hujusmodi:

Festa popularia Italo-Graecorum Siciliae.

I. *Ἑορταὶ κινηταί.* — *Festa mobilia.*

1. *Ἡ παναγία Μαρία τῆς Χάριτος* [3]) (ultimo die dominico mensis Aprilis).

[1]) Id propter Latinos hisce diebus ad ecclesias Graecorum confluentes et clericis eleemosynas conferentes *(διὰ τὸ λαμβάνειν ἡμᾶς ἐλεημοσύνας)* factum esse testatur Blasius, abbas *τῆς Κρυπτοφέῤῥης*, apud Toscani *Ad Typica Graecorum animadversiones*, p. 11.

[2]) Monachi ordinis s. Basilii Magni immo singulis feriis V. per annum aliunde non impeditis recitare possunt Officium votivum SS. Corporis Christi.

[3]) De variis festis B. M. V. *τῆς Χάριτος* adiri velim nunquam laudatum satis Holweck, *Fasti Mariani*, locis in indice indicatis p. 358.

2. *Ἡ παναγία Μαρία τῆς ὁδηγητρίας* [1] (tribus feriis, quae festum Pentecostes consequuntur).
3. *Ἡ ἑορτὴ τῆς ἀναμνήσεως τοῦ τιμίου Σώματος καὶ Αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* [2]).
4. *Ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας Μαρίας τοῦ Ῥοδαρίου ἤτοι τοῦ Ῥοσαρίου* (Dominica prima Octobris).

II. *Ἑορταὶ ἀκίνητοι.* — *Festa immobilia.*

1. *Ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Ἰωσήφ, μνήστορος τῆς παναγίας καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας* (19. Mart.).
2. *Ἡ ἑορτὴ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαήλ*; enuntiatur etiam, titulo latino graece reddito: *ἡ φανέρωσις τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἐν τῷ ὄρει Γαργάνῳ* (8. Maji).
3. *Ἡ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀντωνίου τοῦ Παταβίνου, τοῦ θαυματουργοῦ* (13. Jun.).
4. *Ἡ ἑορτὴ τῆς ὁσίας Ῥωσαλίας τῆς παρθένου* (4. Sept.). Kalendaria monachorum s. Basilii Magni addunt sigla *Τ. Ἡ.*, h. e., *τάξεως ἡμῶν*, *Ordinis Nostri.*
5. *Ἡ ἑορτὴ πάντων τῶν ἁγίων* (1. Nov.).
6. *Ἡ μνήμη τῶν κεκοιμημένων δούλων τοῦ Θεοῦ* (2. Nov.).

Quum Italo-Graecis Siculis et monachis s. Basilii indulta sit facultas agendi *commemorationem omnium fidelium defunctorum* die 2. Nov. *κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Ῥώμης, secundum consuetudinem sanctissimae Ecclesiae Romae* [3]), Sacrae Rituum Congregationis Decretum d. 7. Dec. an. 1844 ipsis liberum esse voluit, eandem commemorationem Sabbato post Septuagesimam omittere. *Ordo divinorum Officiorum* sive *Διατύπωσις τῆς μεγάλης ἀκολουθίας . . . κατὰ τὴν νέαν συγχώρησιν τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας* ea de re haec habet, p. 9: *Χρὴ ὕστερον εἰδέναι, ὅτι κατὰ τὴν συγχώρησιν τοῦ παναγιωτάτου Πάπα Γρηγορίου Ἑκκαιδε-*

[1]) Relege quae de titulo *τῆς ὁδηγητρίας* superiori loco animadverti pp. 163—164; ac vide etiam, quae de festis eodem titulo institutis tradit Holweck, *op. cit.* pp. 341—344 et 359.

[2]) Eodem titulo festum Corporis Christi etiam insignitum reperitur in *Neoanthologio* a Sede Apostolica approbato, ut patet ex annotatis p. 468.

[3]) Ita antiqui libri mscr. Cryptoferratenses apud Toscani *Ad Typica Graecorum animadversiones*, p. 13.

κάτου καταλιμπάνεται καθεξῆς σαββάτῳ τῆς ἀποκρέου καὶ τῆς τυρινῆς, διὰ τὸ ποιεῖν τὴν μνήμην πάντων τῶν πιστῶν κεκοιμημένων τῇ β'. τοῦ Νοεμβρίου κατὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησ. καὶ τὴν μνήμην πάντων τῶν ἁγίων τῆς τάξεως ἡμῶν τῇ ιγ'. τοῦ αὐτοῦ μηνός.

Ex his etiam perspicuum est, festum *πάντων τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων*, quod in Triodio conceptivum esse diximus pp. 38 seqq., in hoc Kalendario italo-graeco Ordinis S. Basilii jam sedem certam ac stabilem nactum die 13. Nov. [1]) solemniis ipsorum propriis accensendum esse. In Heortologio eorumdem monachorum etiam plura Sabbata, quae ad insigniores quasdam solemnitates pertinent, dierum conceptivorum ritu consignata videmus, ut ecce: *σάββατον πρὸ τῆς ὑψώσεως, σαβ. μετὰ τὴν ὕψωσιν, σαβ. τῶν προπατόρων, σαβ. πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, σαβ. μετὰ τὴν γέννησιν, σαβ. πρὸ τῶν φώτων, σαβ. μετὰ τὰ φῶτα.*

Kalendarium ejusdem Ordinis tandem monet, ex Decreto S. Rituum Congregationis edito d. 10. Decemb. 1763 concessam esse facultatem, transferendi festum s. Basilii M., quod Basiliani italo-graeci more latino celebrant die 14 Junii [2]), in feriam II. post Dominicam SS. Trinitatis tanquam in diem proprium, quoties incidit in Dominicam Pentecostes (vel in ejus Octavam) aut in Solemnitatem Corporis Christi.

Caeterum ex priori tomo relegas velim p. XIX, apud monachos *τῆς Κρυπτοφέῤῥης* pristinam ritus puritatem jam esse revocatam.

Festa popularia Italo-graecorum Calabriae.

Sed et apud Calabros Latinorum solemnia in honore fuisse, proprium ipsorum Kalendarium ostendit. A ritu graeco quidem non discesserunt in delectu dierum, quos tribus memoriis *s. Josephi, omnium Sanctorum* et *fidelium defunctorum* addicerent; sed multa alia apud ipsos populari devotione probata atque adscita invenimus, quae primitus Latinorum tantum propria fuisse patet. Ejusmodi ex censu Heortologii, quod ad manum habemus, sunt:

[1]) Cfr. tom. 1, p. 329.
[2]) Cfr. tom. 1, pp. 48 et 182.

I. Ἑορταὶ κινηταί. — *Festa mobilia.*

1. Ἡ ἑορτὴ τοῦ παναχράντου Σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.
2. Ἡ ἑορτὴ τῆς τιμιωτάτης Καρδίας τοῦ Ἰησοῦ.
3. Ἡ ἑορτὴ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν ἀειπαρθένου Μαρίας τοῦ θειοτάτου Ῥοδαρίου.

II. Ἑορταὶ ἀκίνητοι. — *Festa immobilia.*

1. Ἡ μνήμη τοῦ ὁσίου Φραγκίσκου ἐκ Παύλας, τοῦ ὁμολογητοῦ (2. Apr.).
2. Ἡ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀντωνίου τοῦ Παταυΐου, τοῦ ὁμολογητοῦ (13. Jun.).
3. Ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας Δεσποίνης ἡμῶν ἀειπαρθένου Μαρίας ἐκ Καρμήλου (16. Jul.).
4. Ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου Ῥόχου, τοῦ ὁμολογητοῦ (16. Aug.).
5. Ἡ μνήμη τῆς ἁγίας παρθενομάρτυρος Φιλουμένης (19. Aug.).
6. Ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου ἰσαποστόλου Φραγκίσκου Ξαβερίου, τοῦ ὁμολογητοῦ (3. Dec.).

Quemadmodum igitur Ecclesia latina olim de sacris Graecorum solemnitatibus multa identidem delibasse reperitur [1], ita recentiori aetate Italo-graeci vicissim plura ex festis Latinorum usu receperunt; sicque inter utriusque ritus sequaces, catholica invicem unitate conjunctos, mutua quadam veluti populari celebritatum exercitiorumque communicatione antiquum pacis foedus confirmatum existit. Utinam vero Graeci omnes, quos a nobis adhuc avulsos dolemus, popularium suorum exemplo, pari benevolentia quae ad Occidentales spectant prosecuti, tandem ad unam illam sanctam et catholicam Ecclesiam nostram redeant, quae Graecorum existimationi semper plurimum tribuit, Patres eorum commendat, scripta veneratur, sectatur virtutem. Horum hodie reviviscat doctrina, horum illi vestigiis nobiscum insistant: et, diversis licet ritibus et linguis, uno tamen fidei caritatisque spiritu nexuque informati et colligati divinum numen recte colemus

[1]) Cfr. tomo 1, pp. 30—31.

omnes [1]), a Christo Jesu Domino nostro, unius Ecclesiae sponso, gemini populi Salvatore (apud quem non est Romani et Graeci, uno fidei corpore et caritatis spiritu, distinctio), consummato vitae cursu, una omnium beatitudine coelesti in aeternum donandi.

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ σύμπαντος κόσμου, εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν [2]).

Pro pace totius mundi, stabilitate sanctarum Dei ecclesiarum et pro omnium unione: Dominum deprecemur.

Oremus, dilectissimi nobis, pro Ecclesia sancta Dei, ut eam Deus et Dominus noster pacificare, adunare et custodire dignetur toto orbe terrarum, . . . ut errantium corda resipiscant, et ad veritatis redeant unitatem [3]).

[1]) Cfr. quae de hoc argumento praeclare scripserunt Goar. in *prooemio Euchologii*, et Morcelli in *introduct. in Kalendar. CP.*, § 2.
[2]) Oratio quotidiana in Missa et Vesperis.
[3]) Ita Ecclesia occidentalis Fer. VI. in Parasceve.

ΤΕΛΟΣ

ΤΩΙ ΔΕ ΘΕΩΙ ΔΟΞΑ.

LIBER II.

KALENDARIA ECCLESIASTICA ALIORUM RITUUM ORIENTALIUM.

CAPUT I.

ANNUS ECCLESIASTICUS ARMENORUM.



ՏԱՐԵՑՈՅՑ ՊԱՏԿԵՐ 35 ԱՄԱՅ ՇՐՋԱՆԻ

1877—1911

ԳԻՐ ՏԱՐՒՈՅ ԱՄ ՏԵԱՌՆ	Յայտնութիւն	Առաջաւորի պահք սկ.	Բուն բարեկենդ. կի. սկ.	Զատիկ կիր. ամ.	Վարդավառի կիր. բձ.	Աստուածածնի կիր. սկ.	Խաչվերացի կիր.	Յիսնակաց կիր.	Ծնունդ Տեառն
	յնր. 6.	յունուար փետր.	փետր. մրտ.	մրտ. ապր.	յուն. յուլ.	օգոս.	սեպտ.	նոյեմ.	դեկ. 25.
Զ. 1877	եշ. գկ	յ. 16. գկ	փ. 6	մ. 27	յուլ. 3	14. գձ	11. աձ	20. գձ	կիր. ակ
Պ. 1878	ուր գկ	փ. 5. բկ	26	ա. 16	23	13. գկ	17. բձ	19. ակ	բշ. գկ
Ի. 1879	շբ. ակ	յ. 21. աձ	11	1	8	12. գկ	16. աձ	18. գկ	գշ. գձ
ՏՎ. 1880	կիր. աձ	փ. 10. բկ	մ. 2	20	27	17. գկ	14. բկ	16. բձ	եշ. ակ
Ն. 1881	գշ. գկ	փ. 1. գկ	փ. 22	12	19	16. գձ	13. բձ	15. ակ	ուր ակ
Է. 1882	դշ. գկ	յ. 17. աձ	7	մ. 28	4	15. գձ	12. աձ	21. գձ	շբ. աձ
Ջ. 1883	եշ. գձ	փ. 6. բկ	27	ա. 17	24	14. գկ	11. բկ	20. ակ	կիր. գձ
ՃՊ. 1884	ուր. աձ	յ. 29. գկ	19	8	15	12. գձ	16. ակ	18. աձ	գշ. գկ
Գ. 1885	կիր. ակ	յ. 13. աձ	3	մ. 24	յուն.30	18. բկ	15. գկ	17. գձ	դշ. գձ
Ղ. 1886	բշ. աձ	փ. 2. բկ	23	ա. 13	յուլ. 20	17. գձ	14. բձ	16. ակ	եշ. աձ
Կ. 1887	գշ. գձ	յ. 25. գկ	15	5	12	16. գկ	13. ակ	15. աձ	ուր աձ
ՓԻ. 1888	դշ. գձ	փ. 14. բկ	մ. 6	24	31	14. աձ	11. գձ	20. բձ	կիր. գկ
Ճ. 1889	ուր. ակ	յ. 29. աձ	փ. 19	9	16	13. գձ	17. ակ	19. աձ	բշ. գձ
Ի. 1890	շբ. աձ	յ. 21. գկ	11	1	8	12. գկ	16. աձ	18. գկ	գշ. գձ
Տ. 1891	կիր. աձ	փ. 10. բկ	մ. 3	21	28	18. գկ	15. բկ	17. բձ	դշ. աձ
ՀԿ. 1892	բշ. գձ	յ. 26. աձ	փ. 16	5	12	16. գկ	13. ակ	15. աձ	ուր աձ
Է. 1893	դշ. գձ	յ. 17. գկ	7	մ. 28	4	15. գձ	12. աձ	21. գձ	շբ. աձ
Ջ. 1894	եշ. գձ	փ. 6. բկ	27	ա. 17	24	14. գկ	11. բկ	20. ակ	կիր. գձ
Լ. 1895	ուր. աձ	յ. 22. աձ	12	ա. 2	9	13. գկ	17. աձ	19. գկ	բշ. բկ
ԴԳ. 1896	շբ. գկ	յ. 14. գձ	4	մ. 24	յուն.30	18. բկ	15. գկ	17. գձ	դշ. գձ
Ղ. 1897	բշ. աձ	փ. 2. բկ	23	ա. 13	յուլ. 20	17. գձ	14. բձ	16. ակ	եշ. աձ
Կ. 1898	գշ. գձ	յ. 25. գկ	15	5	12	16. գկ	13. ակ	15. աձ	ուր աձ
Ո. 1899	դշ. գձ	փ. 7. գձ	28	18	25	15. գկ	12. բկ	21. ակ	շբ. բկ
ՄՃ. 1900	եշ. գկ	յ. 30. գկ	20	9	16	13. գձ	17. ակ	19. աձ	բշ. գձ
Ի. 1901	շբ. աձ	յ. 21. գկ	11	1	8	12. գկ	16. աձ	18. գկ	գշ. գձ
Ո. 1902	կիր աձ	փ. 3. գձ	24	14	21	18. գձ	15. բձ	17. ակ	դշ. գկ
Հ. 1903	բշ. բկ	յ. 26. գկ	16	6	13	17. գկ	14. ակ	16. աձ	եշ. գկ
ԸԷ. 1904	գշ. բկ	յ. 18. գկ	8	մ. 28	4	15. գձ	12. աձ	21. գձ	շբ. աձ
Ջ. 1905	եշ. գձ	փ. 6. բկ	27	ա. 17	24	14. գկ	11. բկ	20. ակ	կիր. գձ
Լ. 1906	ուր. աձ	յ. 22. աձ	12	2	9	13. գկ	17. աձ	19. գկ	բշ. բկ
Ր. 1907	շբ. գկ	փ. 11. բկ	մ. 4	22	29	12. աձ	16. բկ	18. բձ	գշ. գկ
ՈՂ. 1908	կիր. բկ	փ. 3. գկ	փ. 24	13	20	17. գձ	14. բձ	16. ակ	եշ. աձ
Ը. 1909	գշ. գձ	յ. 18. աձ	8	մ. 29	5	16. գձ	13. աձ	15. գկ	ուր գկ
Ո. 1910	դշ. բկ	փ. 7. բկ	28	ա. 18	25	15. գկ	12. բկ	21. ակ	շբ. բկ
Մ. 1911	եշ. գկ	յ. 30. գկ	20	ա. 10	17	14. գձ	11. բձ	20. աձ	կիր. բկ

Tabula paschalis ritus armeni.

Desumptum est Paschalion ex insigni opere, quod Rmus. D. Arsenius Aïdyn Archiepisc. Salamin. patria lingua composuit et, tacito nomine, typis officinae Mechitharisticae edidit Viennae an. 1877 hoc titulo: *Darevor Gark Tbruthian, gam Garkavoruthiun sĕrpo Badaraki ĕst Ararhuthian Jegehetzvo Hajastaniajtz. I. beds sargavakatz jev tĕbratz,* h. e., *Ordo annalis ministerii, seu Ordo Officii s. Missae secundum ritum ecclesiae Armenae. In usum diaconorum et cantorum.*

Constat decem columnis ad perpendiculum ductis, in quibus ex ordine indicantur anni Domini cum respondentibus literis annuis et novem insigniora anni festa, a Theophania ad Nativitatem Christi.

Textus armenus legitur hoc modo:

Titulus. *Daretzujtz Badger 35 Amatz Šertšani* 1877—1911. Tabella annualis cycli 35 annorum: 1877—1911.

Columna 1. *Kir darvo.* Litera annualis. *Amk Djarn.* Anni Domini.

Columna 2. *Hajdnuthiún.* Epiphania seu Theophania.

Columna 3. *Aratšavori Kiragi.* Dominica Praecedentium (jejuniorum).

Columna 4. *Pun Paregentan.* Dom. Quinquages.

Columna 5. *Žadig Kiragi.* Dominica Paschatis.

Columna 6. *Vartavár Kiragi.* Dominica Transfigurationis.

Columna 7. *Astvažažin Kiragi.* Dominica Assumptionis.

Columna 8. *Chatšveratz Kiragi.* Dominica Exaltationis Crucis.

Columna 9. *Hissnagatz Kiragi.* Dominica Adventus.

Culumna 10. *Džnunt Djarn.* Nativitas Domini.

Menses autem, quorum dies in iisdem columnis juxta Kalendarium Julianum exhibentur[1]), sunt isti:

Columna 2. *Hunvar.* Januarius.
Columna 3. *Hunvar, Pedrvar.* Januarius, Februarius.
Columna 4. *Pedrvar, Mard.* Februarius, Martius.
Columna 5. *Mard, Abril.* Martius, Aprilis.
Columna 6. *Hunis, Hulis.* Junius, Julius.
Columna 7. *Okostos.* Augustus.
Columna 8. *Sebdemper.* September.
Columna 9. *Nojemper.* November.
Columna 10. *Tegdemper.* December.

COMMENTARIUS.

PRAEMONITUM.

Habent Armeni statos dies festos septem tantum[2]); reliqua solemnia, quae cum Graecis immobilia servamus Latini, vel in dies dominicos transtulerunt, vel certis quibusdam diebus, non alicujus mensis, sed hebdomadis assignarunt; hebdomades autem pendent ex ea, quae ecclesiae armenae propria est, anni ecclesiastici divisione in octo *περιόδους*, vulgo *πεντηκοστάς* seu *Quinquagenarias,* quae sunt hujusmodi:

1. Hajdnuthiún. — Ab Epiphania sive Theophania (Hajdnuthiún) ad Domin. Quinquagesimae Lat. excl.
2. Karasnort-k. — Quadragesima (Karasnort-k = *τεσσαρακοστή*, sive *Mez bah-k* = *μεγάλη νηστεία*).

[1]) Novo stylo, seu Kalendario Gregoriano utuntur Armeni catholici in tota Europa, extra fines imperii russiaci, atque duae PP. Mechitharistarum Vindobonensium missiones in Asia Minori. — Item in Asiae Occidentalis regiones australes medio hoc saeculo introductum fuit Kal. Greg.; septentrionales vero, ad antiquam archidioecesim CPolitanam pertinentes, Julianum adhuc servant. Schismatici ubique stylum antiquum sequuntur.

[2]) Festa immobilia haec sunt: 1. Praesentatio Domini in templo; 2. Annuntiatio B. M. V.; 3. Nativitas s. Joannis Baptistae; 4. Inventio thecae (vestium) B. M. V.; 5. Nativitas B. M. V.; 6. Praesentatio B. M. V., et 7. Conceptio B. M. V. — Sed de iis relege quae annotata sunt tomo 1, pp. 372—373.

3. Hinun-k, h. e., Pentecoste paschalis, — a Dominica Resurrectionis (*Žadig*) ad festum Pentecostes.
4. Hoke-kalust, h. e., Adventus Spiritus, — a Dom. Pent. ad fest. Transfigurationis (*Vartavár*).
5. Vartavár — a Transfiguratione ad Assumptionem Deiparae (*Verapochumn*).
6. Verapochumn — inde ad solemnia s. Crucis (Chatš).
7. Chatš-veratz, h. e., Exaltatio Crucis — ab hoc die ad Adventum (*Hissnag*).
8. Hissnag, cujus Dominica prima (*Hissnaga-mud*, h. e., ingressus Adventus) occurrit a 15. ad 21. Novembris.

Quoniam Europaei expositores anni ritus armeni ingenue fatentur, *difficilem aditum ad fastos armenos patuisse, qui ipsis non satisfecerit*[1], plura hucusque indicta nunc primum, prolatis Menologii armeni testimoniis, sunt afferenda atque illustranda. Ne vero alienis meritis ingrati videamur, profitendum hic est, quam plurima, quae de anno ecclesiastico Armenorum sumus dicturi, deberi exquisitae singularique benevolentiae RR. Mechitharistarum, illustrium illorum ut apostolico propagandae fidei zelo ardentium virorum ita et literarum armenicarum sospitatorum ac vindicum, nominatim Rmi. D. Archiepiscopi Arsenii Aïdyn, abbatis generalis Congregationis Viennensis, et R. P. Pauli Carekin, secretarii Congregationis Venetae: qui ambo nos studiorum nostrorum adjumenta ex fontibus armenicis quaerentes ac de ritibus orientalibus utcunque mereri conantes pronissimis suis dignabantur favoribus. Animo in utrumque clarissimum virum decenter grato lector ea in rem suam convertat.

Synopsis anni ecclesiastici ritus armeni.

Notiones generales.

1. *Literae annales* (*Darekír*) in Kalendario perpetuo sunt 35 Alphabeti arm. literae, ad designandos singulos annos juxta varium Paschatis recursum.
2. Anni ecclesiastici octo sunt *Sectiones*, *περίοδοι*, a quibus hebdomades distribuuntur, atque singuli dies computantur ac denominantur.
3. *Daghavár* nominantur quinque festa principalia: — 1. *Epiphania*; 2. *Pascha*; 3. *Transfiguratio*; 4. *Assumptio B.*

[1]) Daniel, *Codex liturgicus*, t. 4, p. 249.

M. V.; 5. *Crux* (Exaltatio s. Cr.) — Haec praecedit semper hebdomas jejunii primae classis, et sequitur octava festivitatis, vel novena, triduum. — Epiphaniae festo excepto, reliqua omnia sunt ad diem dominicum translata. *Daghavari* dies altera semper praecept. et *Merelotz* (defunctorum) sine off. partic.

4. *Dominicae communes* vel simplices vocantur *Haruthjan* (Resurrectionis) cum ritu partic., qui multum differt a ritu Temporis paschalis. Incipiunt a Dom. III. post Pentecosten.

5. *Dies dominici (deruní = δεσποτικαὶ ἡμέραι)* vocantur:
   a) Omnes Dominicae per annum;
   b) Octavae festorum Domini, Ecclesiae, Crucis. Item
   c) a Sabbato Lazari usque ad Dom. SS. Trinit. incl.

6. *Bah-k.* Dies *νηστείας* sunt:
   a) duo in quavis hebd.: Fer. IV. (poenit. Off.) et Fer. VI. (defunct.)
   b) Hebdomades jejunii *(Šapatha-bah-k)* 10 in anno, ante festa principalia. Harum ultima dies (Sabb.) semper *Navagadi-k ἐγκαίνια* (lacticinia permissa): vulgo *jejunium album.*

7. Hebdomades jejunii sunt aut *1. classis,* in quibus Commemoratio Sanctorum non fit, nisi Sabbato; aut *2. classis,* in quibus fit Comm. SSrum, exceptis semper Dom., Fer. IV. et VI. — His oppositae sunt *Udik šapat-k,* h. e., hebdomades esus.
   c) Tempus quadragesimale, sex hebd., cum ritu poenitentiae, sine Missa, exceptis Sab. et Dom.
   d) Hebdomada magna.

8. *Paregentan* (ex etymo suo proprie est *bona vita,* germanice *Wohlleben, Fasching)* vocatur quaecunque dies (Dom.), quam immediate sequitur *hebd.* jejunii. *Pun,* h. e., *proprie dictum Paregentan* est Dom. Quinquagesimae (Lat.).

9. *Dies commemorationis Sanctorum* sunt — (a Fer. II. post Dom. SS. Trinitatis usque ad Sabbatum ante Dom. Quinquagesim.) — Feriae II., III., V., et Sab. hebdomadarum esus, nisi fuerit Octava alicujus festi, vel festum

aliquod immobile. — Hinc facile perspicitur, Sanctorum. Commemorationes non ad mensis, sed ad hebdomadis dies esse determinandas.

10. *Udi-k,* h. e., *esus* (carnis) sunt omnes anni dies, exceptis diebus *νηστείας*.

Tales item sunt, sine interruptione,

a) *Octava Epiphaniae* (nunc apud Catholicos *Nativitatis*) et

b) totum Tempus paschale, a Dom. Resurrectionis usque ad Ascensionem Domini.

Octo sectiones anni ecclesiastici.

I.

6. Jan. *Epiphania* seu Theophania (arm.: *Hajdnuthiún*) — Post Missam Benedictio aquae (fontis baptism.) — Octava.

11. Jan.—15. Febr. Dom. *Aratšavór-atz* (praecedentium jejuniorum) est Dom. antecedens Dominicam Septuagesimae Lat. Deinde

Hebd. jejun. 1. cl. (dict. quoque *S. Sergii.*) — Per quinque dies Missa non celebr.; ejus loco fit *Officium meridianum* (lectiones et psalmi) ritu quadragesimali.

Nota. Incidentibus jejuniis *Áratšavór* in Octavam Epiph., fit quidem officium de Oct., jejunium tamen non solvitur.

Fer. VI. Commemor. Jonae praedicationis. (Dies strictae poenitentiae).

Sab. S. Sergii martyris et sociorum. Sequuntur duae Dominicae (Septuagesimae et Sexagesimae Lat.) solae *ἀνώνυμοι* in anno.

II.

1. Febr.—7. Mart. *Quadragenaria Karasnort-k (τεσσαρακοστή)* seu *Mez bah-k (μεγάλη νηστεία).*

Dom. I. (*Quinquages.* Lat.) *Pún paregentan.* — *Creatio hominis* (sine nom.) — A prim. Vesp. cooper.

Altare, Evang. et Oblata non elevantur. Aliquae preces recitant. sine cantu. Cessant Officium et Hymni pro defunctis — usque ad quadragesimum diem incl. — Missa nonnisi in Dom. et Sabb. et cooperto Altari.

Feria II. Incipit *νηστεία*, Dominicis non exceptis.

Fer. IV. Incipiunt dies *Agh'u-hatz.* (Sal et panis) jejunium strictissimum, except. dieb. Dom. et Sabb. — Hodie incipit Off. quadragesimale proprium.

Sab. S. Theodori militis (Tironis).

Dom. II. (*Invocavit* Lat.) — *Lapsus hominis* (sine nom.)

Sab. S. Cyrilli Hierosol.

Dom. III. (*Reminiscere* Lat.) *Anarag-in, Filii prodigi.*

Sab. S. Joannis Hierosol.

Dom. IV. (*Oculi* Lat.) — *Dĕn-des-in, Villici.*

Sabb. SS. Quadraginta martyr. Sebast.

Fer. IV. *Mitšin-k μεσονήστιμος.*

Dom. V. (*Laetare* Lat.) *Tadavor-in,* Judicis.

Sab. S. Gregorii Illuminatoris descensus in foveam.

Dom. VI. (*Judica* Lat.) *Kals-djan, Adventus* (in judicium).

Fer. VI. Quadragesimus dies (finis) stricti jejunii. — Finis Officii quadragesimalis. Cras incipiunt dies dicti *dominici (δεσποτικαὶ ἡμέραι).* — Reassumuntur Officia defunctorum etc.

Sab. Lazari resuscitatio. — Vespere aperitur Altare.

Dom. Palmarum (*Zaghkasart, floribus ornata* — vulgo *Zar sartár, arboribus ornata).* Vocatur in libris eccl. et graeco nomine *Eulogumene.*

Post Vesp. caeremonia aperitionis ostiorum (arm. *Tyrn-patz.*)

Fer. III. magna *decem virginum.*

Fer. V. magna. Instit. SS. Eucharistiae. — Ordo absolutionis poenitentium. — Missa. — Post Vesp. Lotio pedum *(Vodn-lua).*

Fer. VI. magna. — Noctu canitur Hora Nocturna cum Matut. tenebrarum et prima Adoratione S. Crucis. — Missa non celebratur; ejus loco Officium meridianum cum altera Ador. S. Cr. — Post Vesp., Processionem et προεορτίαν tertia Ador. S. Cr.

Sab. magno. — Post hor. Noct. et Matutin. nihil aliud infra diem. Vespere peractis (cooperto Altari) Horis diurnis, sequuntur 12 Lectiones (*Prophetiae* Lat.); fit *Illuminatio* paschalis (*φῶτα*, arm. *Djrakalujtz.*) deinde solemn. Missa resurrectionis; ad Introitum: *Χριστὸς ἀνέστη* aperitur Altare, puls. camp. etc. — Post Missam προεορτία. *Incipit Tempus paschale.*

III.

Quinquagenaria paschalis (Hinun-k).

22. Mart.—25. Apr. Dom. I. Resurrectionis; Pascha (*Žadig*). Ante auroram Nocturnum cum Matutino — Missa solemn. et Adoratio S. Crucis.

Tres dies festi praecepti.

Off. et Missa resurrect. quotidie, usque ad Ascensionem Domini.

Fer. II. Defunctorum. — Matut. defunct. ex parte.

Sab. Decollat. S. Joann. Bapt. — Matut. de Jo. Bapt.

Dom. II. *Nova* — Initium anni ecclesiastici.

Dom. III. (II. ap. Lat.) *Aš charhamadran* (quasi *παμμάρτυρις*) Fest. universalis Ecclesiae; vulgo *Dom. viridis.* — Matutin. de Ecclesia.

Dom. IV. (III. ap. Lat.) vulgo *Rubra.*

Dom. V Fest. Apparitionis S. Crucis Hierosolymis (transl. a die 7. Maji). — Matut. de Cruce; legitur Epist. s. Cyrilli ad Constantium Imp.

Dom. VI. Fer. V. Ascensio Domini — Quotidie usque ad Pentec. Off. et Missa de Ascensione (Jejunia 10 dierum, initio saeculi XII. instituta, jamdiu observari desierunt).

Dom. VII. altera Palmarum (Ingressus Domini in coelum juxta visionem s. Gregorii Illuminatoris.)

Sab. Finis temporis paschalis.

IV.

Pentecoste seu *Hoke-kalust* (Adventus Spiritus), ipsa voce graeca (etiam ap. Armenos) *Πεντηκοστή*.

10. Maj.—13. Jun. Dom. Pentecostes, cum Octava. — Unicus dies festus praecept. — *Paregentan aestivum*; deinde

Fer. II. Incip. Jejunium hebd., dictum *Eliacum*, h. e., Eliae prophetae. — Per hebdom. Off. de Spiritu s.; Missa partim poenit., partim de Spir. s. — Sab. Nunc absque ulla mentione Jeremiae prophetae. lectiones, versic. et evang. de eodem propheta; (transl. a 1. maj., ut in antiq. Missalibus et in Menologio armeno).

Dom. I. post Pentec. — SS. Trinitatis (nova institutio). Alias Eliae proph. Ascensus, de quo nunc lectiones etc. in Missa, et nomen jejunii hebdom. — Finis dierum dominicorum.

Fer. II. — Incipiunt Commemorationes Sanctorum.

Dom. II. post Pent. — Festum Ecclesiae (instit. a s. Greg. Illum.).

Dom. III. post Pent. — Initium Dominicarum Resurrectionis. *Paregentan*; deinde

Jejun. hebd. dictum s. Gregorii 2. cl.

Sabb. Inventio reliquiarum S. Greg. Illum. (Fest. praecept.)

Fer. IV. — *Mitšin-k* (medium) Quinquagenarii aestivi.

Dom. VI. — *Paregentan* Transfigurationis, deinde Jejun. 1. cl. per hebd.

Sab. Festum Arcae Domini (foederis).

V.

Vartavár, h. e., *Rosa-flamma.*

23. Jun.—1. Aug. Dom. (VII. post Pentec.) *Transfiguratio Domini* (Transl. a 6. Aug). — Primis enim diebus Aug. olim apud gentiles magna solemnitate celebrabatur *Nava-sart,* h. e., *novus annus,* cujus festivitas in christianam fuit mutata ineunte saec. IV. — Triduum.

Ultima Dom. post Vartavár, h. e., Dom. ante Assumptionem *Paregentan Deiparae* seu Assumptionis: deinde

Jejun. Deiparae, 1. cl. per hebd.

Sab. Festum *Šohagath* (radii demissi) juxta visionem s. Greg. Illum. — (Encaenia fundationis ecclesiae metropolit. in Armenia.)

VI.

Assumptio B. M. V. (Verapochumn).

12.—18. Aug. Dom. Assumptionis. — Novena, quotidie Missa et off. de B. V. assumpta. Hodie in missa solemni legitur Dormitio Jo. Apli. — Post Missam Benedictio uvarum.

Ultima Dom. post Assumpt. (immediate ante Dom. s. Crucis). *Paregentan Crucis;* deinde Jejunium Crucis, 1. cl. per hebdomad.

Sab. (in vigilia s. Cr.) *Navagadi-k,* *Ἐγκαίνια Crucis* (Festum Ecclesiae).

VII.

S. Crux (Chatš) vel *Exaltatio s. Cr. (Chatš-veratz).*

11.—17. Sept. Dom. (I.) Crucis (vulgo *Mez Chatš, magna Crux*). — Post Matutinum Adoratio s. Crucis. — Ante Vesp. Caeremonia Exaltationis s. Crucis (more quasi graeco).

Hebd. haec vocatur *Octava Crucis,* h. e., a Sab. Encaeniae usq. ad seq. Sab.

Nota. *Dom. I. Crucis* est ipsa Dominica Festi S. Crucis. — *Dom. I. post Pentecosten* est Dom. SS. Trinitatis. In primo casu dicitur simpliciter: *Dom. Crucis, Dom. Resurrectionis* etc.

Fer. II. Off. et Missa de s. Cruce, Fest. praecept. — Dies defunctorum.

Fer. III. Off. et Missa de Ecclesia (Festum Ecclesiae).

Fer. IV. et V. Off. et Missa de Ecclesia (Festum Ecclesiae).

Fer. VI. Off. et Missa de s. Cruce (Festum Crucis).

Sab. Off. et Missa de s. Cruce (Festum Crucis).

Dom. II. — *Paregentan Crucis de Monte Varag;* deinde Jejun. 2. cl. per hebd. (vulgo dictum s. Georgii).

Sab. S. Georgii militis et sociorum.

Dom. III. Festum (Apparitionis) s. Crucis de Monte Varag (arm. *Varakā chatš*).

Dom. VII. Inventio s. Crucis Hierosolymis (per s. Helenam).

VIII.

Quinquagenaria (hiemalis) apud Latinos *Adventus;* arm. *Hissnag.*

Nov. 15—21. Dom. I. *Hissnaga-mud,* h. e., Ingressus Adventus sive *Paregentan Hissnag-atz;* deinde

Jejun. 1. cl. per hebdom.

Sab. S. Greg. Thaumat. et Myronis ep.

Dom. IV. — *Paregentan s. Jacobi,* deinde

Jejunium 2. cl. per hebdomad. (dictum *jej. s. Jacobi).*

Sab. — S. Jacobi Nisib. ep., et monachi Marugei.

Nota. Veterum continuum per totam Quinquagenariam jejunium nunc a pluribus saeculis jam ad tres hebdomadas fuit reductum, nimirum 1⁰ in Ingressu, 2⁰ in medio (S. Jac.) et 3⁰ in fine Adventus.

Finis Hissnag in Vigilia Epiphaniae.

Ordo festorum ecclesiae armenae.

Sectio. I. Hajdnuthiún.

Ab Epiphania ad Dom. Quinquages. Latin. excl.

5. Januarii. *Λυχναψία* sive *Lucernarium Theophaniae.*

6. Jan. Theophania. Festum cum Octava, de quo relegi poterunt, quae scripsimus superiori tomo, p. 373.

Post Octavam Theophaniae, diebus aliunde non impeditis [1]), primum festum est *Nativitatis s. Joannis, τοῦ προδρόμου,* cujus nexum cum mysterio Theophaniae declaravimus tomo 1. pp. 63—64.

Deinde Petri Alexandrini patriarchae et Absalon diaconi.

Menologium armen. refert martyrium s. Petri Alexandrini die 25. Novembris, quo et in Graecorum libris signatum reperitur (t. 1, p. 334); sed vitam exhibet die 15. Januarii, quoniam ejus festum hic agitur, ea forte de causa, quod dies Novembris non vacent propter abstinentias *Hissnag.*

De *Absalon* refert Men. arm. ibid. *in vita s. Petri,* eum fuisse illius diaconum senemque sobrium, qui cum illo perstiterat annos quindecim in persecutionibus impiorum. De eo nullam in Latinorum et Graecorum fastis mentionem reperimus.

Deinde Antonii eremitae.

Quoniam dies 17. Januarii ubique sacer est memoriae s. Antonii (t. 1, pp. 72—73, 468), convenienter etiam in Armenorum Heortologio hic ejus festum collocatur, quod vel eodem, vel (impedientibus abstinentiis aut Dominicis) altero post die peragatur.

Deinde Theodosii regis et puerorum Ephesi.

Theodosium Magnum ex Latinis quoque referunt ad d. 18. Januarii Molanus, Ferrarius aliique in Actis SS.

[1]) Diebus dominicis et feriis IV. et VI. festa Sanctorum agi non posse, jam monuimus; quod scilicet diebus dominicis vel ipsa Christi Domini resurrectio vel alia solemnitas δεσποτική celebretur; feriae IV. vero

adducti Januar. tom. 2, p. 436; Graeci vero mense Novembri, scilicet ad diem 9. in Menaeis mss. tum bibliothecae Ambrosianae Mediolan., tum Sirmundi sive Claramontanis; ad 10. in Kalend. Neapolit., quae nos P. Martinov edocet *Ann. eccles. gr. slav.* Diem mortis Theodosii anniversarium, qui fuit Januarii 17. et *ἡμέρα Θεοδοσίου βασιλέως* appellabatur, quotannis magna celebritate instauratum scimus ex s. Joanne Chrysostomo; eo siquidem die, quarto ab ejus obitu anno, h. e., 399, homiliam habuit in templo Apostolorum, ubi Theodosii sepulcrum erat, eamque, postquam ibidem duo alii episcopi jam peroraverant. In ea magnus Augustus a pietate plurimum commendatur et *μακάριος* passim audit [1]). Quid vero Graeci spectarint, quum talem honorem clarissimis imperatorum delatum voluerunt, paucis indicavimus tomo 1, p. 496. Plura de his solemniis reperies apud Morcellium *K. CP.* ad d. 14. Novemb. Multa de Theodosio nostro praeclara narrant ecclesiastici scriptores, e quibus nonnulla in Corpus juris sacri assumpta leguntur, ut ecce, quae pertinent ad ejus poenitentiam publicam *C. Quum apud Thessalonicam.* 69. C. XI. q. 3; quae referuntur ad privilegia episcopis concessa C. *Novit.* 13. de judiciis (II, 1).

De *pueris Ephesi* sive *de septem dormientibus* fasti Armenorum agunt die 24. Octobris, eorumque festum eodem illo mense exeunte celebrari jubent: die nimirum, quo per rubricas ritui Armeno proprias licuerit. Quod autem hodie Theodosio Magno jungantur, id inde venisse videtur, quod Menologium Armenum vitam hujus imperatoris exhibens historiam ad Theodosium juniorem usque producat, sub cujus principatu demum, inventis eorum corporibus, velut redivivi iterum apparuerunt, quemadmodum paucis declaratum a nobis est tom. 1, pp. 233—234. Quamvis cum Theodosio cieantur,

et VI. utpote dies abstinentiae addicti (extra tempus Paschale et solemnes Octavas), poenitentiali ritu transigantur.

[1]) Exstat apud Migne, Patr. gr. tom. 63, pp. 491 seqq. hoc praefixo titulo: *Ὁμιλία ῥηθεῖσα ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῇ ἡμέρᾳ Θεοδοσίου βασιλέως πρὸς τοὺς καλοῦντας ἑαυτοὺς Καθαρούς, ἑτέρων β′ ἐπισκόπων εἰρηκότων.*

de eorum commemoratione tamen ordinatio Horarum nihil praescribit: uno Theodosio totum Officium sibi vindicante.

In nonnullis Missalibus Armenis refertur *Commemoratio sanctorum regum Theodosii Senioris et Junioris.*

Alteri huic Theodosio honorando sub finem mensis Julii tres dies, alium ab aliis, tributos esse apud Graecos, post Bollandianos in *Praetermissis ad d. 30. Jul.*[1]) ostendit Martinov, adductis etiam variis antiquis Menaeorum codicibus, in quibus ad tres ultimos dies mensis refertur. Ex his dies 29. eidem in Menaeis excusis assignatur his verbis: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· μνήμη τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ Νέου. Verum emortualis eidem fuit dies 28. Discrimen inde ortum videtur, quod alii diem mortis, alii diem funeris et humationis secuti sint.

Theodosius II. juris studioso notissimus est ob *Codicem* anno 438 promulgatum, de quo pauca haec in sacris canonibus exstant C. *Fuerunt autem.* 2. Dist. 7: *Novae leges a Constantino Caesare coeperunt, et reliquis succedentibus: erantque permixtae et inordinatae. Postea Theodosius minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermogeniani*[2]) *Codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cujusque imperatoris titulo disposuit, quem a suo nomine Theodosianum vocavit.* Obiit anno Christi 450, suo 49, in Vita s. Pulcheriae honorificentissime jam appellatus supra t. 1, p. 240.

Deinde Cyriaci et matris ejus Julittae.

Hos martyres Menologium Armenorum recenset ad d. 15. Julii. Graecorum fastos secutum, ut patet ex tom. 1. pp. 211—212. Festum anticipatur, quod respondens pars aestatis aliis solemnitatibus sit occupata.

Deinde Vahani Golthnensis.

Quaedam Missalia habent: *Vahani Domini Golthan,* eo quod fuerit princeps provinciae nuncupatae *Golthan*. Vaspa-

[1]) Jul. tom. 7, p. 140.

[2]) Uterque Codex ab auctore nominatur. Hi duo Icti. autem floruisse videntur circa dimidium saeculi quarti. Gregorianum commemorat s. Augustinus, *de conjugiis adulterinis*, l. 2, c. 8, apud Migne. Patr. lat. t. 40, p. 475.

racaniae regionis Majoris Armeniae. Is ineunte saeculo octavo adhuc infans quadriennis ab Ismaelitis captus atque illorum secta imbutus, quum adolevit ac paternae provinciae imperium ditionemque recuperavit, ad christianam religionem reversus, martyrii coronam adeptus est anno 738, die 28. Martii, quo et res gestae ipsius descriptae habentur in Menologio Armenorum. Anniversaria martyris solemnia translata huc sunt, quod Paschatis celebritas exeuntem plerumque Martium sibi vindicet.

Deinde Alexandri, Athanasii et *Cyrilli, patriarcharum Alexandriae.*

In omnibus fere Kalendariis mss. festum annuntiatur hac formula: *Deinde patriarcharum Alexandri, Athanasii et Cyrilli.*

Alexandri gesta brevi hoc encomio refert Martyrol. Rom. ad d. 26. Februarii: *Alexandriae sancti Alexandri episcopi, gloriosi senis, qui post beatum Petrum ejusdem civitatis episcopum Arium presbyterum suum haeretica impietate depravatum et divina veritate convictum de Ecclesia ejecit, ac postea inter trecentos decem et octo Patres in Nicaeno Concilio eundem damnavit.* Quae omnia uberius ab Henschenio explicata invenies in Actis SS. Febr. tom. 3, pp. 539—644.

Menaea excusa Graec. Alexandri mentionem nusquam faciunt [1], Athanasium et Cyrillum autem die 18. Januarii consociant solemni adhibita formula, quam recitavimus tom. 1, p. 74. His Menologium Armenorum ad diem sequentem jungit Alexandrum nostrum, eorundem in throno patriarchali decessorem. Per errorem factum est, ut recentiora quaedam Kalendaria armena celebritatem annuntient: *Deinde patriarcharum Alexandriae Athanasii et Cyrilli*, nomine pontificis *Alexandri* scilicet cum nomine civitatis foede confuso.

[1]) Quamvis Alexandri nomen in Menaeis non legatur, in aliis libris liturgicis Graecorum tamen occurrit, uti copiose ostendit Martinov *An. eccl. gr. slav.* ad d. 18. Januar.

In synaxario Coptitarum s. Alexander refertur ad d. 18. Augusti, ut videre est apud Card. Mai, *Script. vet. nov. Collect.* tom. 4, p. 36, juncto Lagarde, *Orientalia,* p. 36.

Deinde Gregorii Theologi, quem Menologia graecum et armenum exhibent die 25. Januarii (t. 1, p. 81).

Deinde Tryphonis martyris.

Men. arm. s. Thryphoni diem 2. Februarii assignat, graec. vero diem 1, ut dictum est t. 1, p. 90.

In recentioribus Missalibus Tryphoni socius datur *Parsamus* sive *Barsumus,* quem Armeni monophysitae quidem notum illum Barsumam Syrum esse putant, qui quum s. synodum Chalcedonensem palam oppugnasset, exstinctus est an. 458 [1]); alii vero pro *s. Barsimaeo*, episcopo Edesseno, habent, quem Menolog. Armen. ad d. 14. Decembris rejicit, graeci latinique fasti vero circa hoc tempus, h. e., mense Januario exeunte, referunt, Menaea excusa scilicet ad d. 29., Menol. Basil. [2]) et Martyrolog. Rom. ad d. 30. De eo relegas superius notata t. 1. pp. 461 et 487.

Verum enimvero, quum etiam Synaxarium Copticum Jacobitarum eodem hoc die *sanctum magnum Barsaumam, monachorum Syrorum abbatem,* colendum proponat [3]), a verisimilitudine non abhorret, a posterioribus monophysitis in locum sancti hujus episcopi Edesseni alterum illum suae factionis coryphaeum fuisse intrusum.

Deinde Blasii episcopi et Onesimi discipuli Pauli Apostoli.

Menol. armen. utrumque Sanctum ponit d. 10. Febr.; sed de iis actum est t. 1, pp. 98, 104, 470 et 487.

[1]) Conferri de eo potest Asseman. *Bibl. orient.* t. 2, p. 1.
[2]) Apud Migne, Patr. gr. t. 117, pp. 285—286.
[2]) Apud Mai, *Scriptorum veterum Collectio nova,* t. 4, p. 107.

Deinde Silvestri Romani Pontificis, et commemoratio Constantini regis.

Menologium Armenorum cum Kalendario graeco consentit ac s. Silvestrum die 2. Januarii (tom. 1. p. 50), Constantinum vero et Helenam die 21. Maji refert (ibid. p. 163). Hinc etiam in festorum catalogo solemnia s. Silvestri notantur prope 2. Januarii, una cum celebritate s. Basilii, die sabbato infra jejunium Epiphaniae, Constantini et Helenae labente mense Junio. Caeterum licet Silvester et Constantinus seorsim celebrentur, hic tamen utriusque festum iterum agitur specialis memoriae causa, quod Constantinus per s. Silvestrum in Christum crediderit.

Deinde Gordii Martyris et Polyeucti et Gregorii.

Gordium Martyr. Rom. et Men. Graec. et Arm. ponunt d. 3. Jan. (t. 1, p. 52), Polyeuctum Martyr. Rom. collocat d. 13. Febr., Men. Gr. et Arm. d. 9. Jan. (t. 1. p. 65). — Gregorium neque in Martyr. Rom. neque in Graec. Men. reperimus, sed in Armenorum dumtaxat, quod sub die 2. Jan. sic eum breviter commemorat: *Hodie martyrium S. Gregorii Persae, qui fuit in Armenia.*

Deinde Eugeniae virg. et patris ejus Philippi, et matris ejus Claudiae, atque duorum ejus fratrum Sergii et Abdonis, ac duorum eunuchorum.

Martyr. Rom. S. Eugeniam ponit d. 25. Decemb. et Philippum ejus patrem 13. Sept.; Graec. autem Men. Eugeniam cum suo patre, matre et fratribus ponit d. 24. Decemb. (t. 1. p. 361); sed Men. Arm. 21. Jan., ex quo eorum omnium festum hic simul instituitur. — His addunt editi festorum Indices etiam duos eunuchos Eugeniae *Protum* et *Hyacinthum*, quod ii quoque sint martyrio consummati, prout referunt scriptores.

Sectio I. Hajdnuthiun. Theophania.

Deinde Cornelii Centurionis, et Simeonis Christi cognati, qui cruci affixus est Hierosolymis; atque Polycarpi Smyrnaei Ep. et Orientalium martyrum.

Martyr. Rom. Cornelium ponit d. 2. Febr., Simeonem d. 18. ejusd., Polycarpum d. 26. Jan.; Men. vero Graec. commemorationem Cornelii statuit d. 20. Oct., Simeonis d. 18. Sept., Polycarpi d. 23. Febr. Denique Arm. Men. Cornelii et Polycarpi commemorationem collocat d. 22. Febr.; Simeonis autem d. 28. Sept. Itaque quum ex Romani Martyrologii ordine horum dies festi proximi ad invicem accedant in Januario et Februario; ideo et in nostro Armenorum hic conjunctim eorum peragitur commemoratio. — Porro *Orientales Martyres,* qui post Polycarpum commemorantur, fuerunt Martyres quam plurimi consummati in Perside ab Isdegerde et Sapore tempore Theodosii Junioris: de quibus Martyr. Rom. d. 27. Novemb.; Men. Graec. d. 31. Martii: de quibus omnibus actum est t. 1, locis in indice notatis.

Deinde Maruthae episcopi.

Mart. Rom. eum ponit d. 4. Decemb., Graec. Men. d. 16. Febr. quocirca hic hujus Festum signatur, Arm. vero 28. Maji. Lectori jam notus est ex dictis heic pp. 334—335.

Deinde Eugenii, Macarii, Valerii, Candidi et Aquilae.

Eugenium et Macarium Mart. Rom. et Gr. Men. referunt d. 20. Decembris: Armen. vero Menol. d. 24. ejusdem. Valerium autem, Candidum et Aquilam Men. Gr. collocat d. 19. Jan., Arm. d. 30. ejusd.

Ordo Quadraginta dierum adventus Filii Dei in Templum, id est, Domini occursus.

Hoc festum, quod a Graecis Latinisque die 2. Febr. agitur, Armeni hic, utpote loco illi diei magis propinquo, signarunt.

Sectio I. Hajdnuthiún. Theophania.

Aratśavór-atz, Praeeuntium jejuniorum, graece *ἀρτζιβούριον;* rumenice *hartiuri*[1]). — Paregentan.

Feria VI. commemorationem agi *poenitentiae Ninivitarum,* Sabbato vero solemnia *s. Sergii, τοῦ στρατηλάτου,* initio hujus tomi ostendimus p. 11.

Commemoratio feriae VI. etiam enuntiatur *Commemoratio Jonae prophetae, qui ad Ninivitas missus est;* proprie tamen Jonae prophetae non est, sed poenitentiae Ninivitarum *propter praedicationem Jonae peractae.*

Sabbato honorantur *s. Sergius et filius ejus Martyr ac quatuordecim socii* milites martyres sub Juliano, ut habet Menol. arm. ad d. 31. Jan. Alius est ab illo Sergio, qui cum s. Baccho colitur d. 7. Octob. (Kal. t. 1, p. 298).

Dominica ἀνώνυμος. (Septuagesima Latinorum.)

Feria II. *Festum ss. Atomianorum militum Ductorum.*

Erant hi exercitus militum Armenorum temporibus Theodosii Junioris, ab *Atomo* illorum duce nominati *Atomiani,* qui quum ad abnegandam fidem cogerentur ab Isdegerde, se ipsos turmatim ad mortem pro Christi fide tuenda animose obtulerunt, ut fuse narrat Menol. Arm. ad d. 19. Aug. Eorum expressam memoriam non reperimus in Martyr Rom. aut Graec. Men. Utrumque tamen habet generalem quamdam mentionem innumerabilium Martyrum ab Isdegerde interemptorum, ex quorum numero isti quoque extiterunt. Etenim Martyr. Rom. sub die 27. Nov. Jacobi Intercisi martyrium sub Isdegerde describens subdit, quod *eo tempore innumeri alii martyres ibidem passi sunt.* Et Men. Graec. d. 31. Martii. referens certamen Abdae et Benjamini sub Isdegerde (t. 1, p. 473), inquit, quod Theodosio Juniore imperante incepit in Perside persecutio adversus Christianos, ubi primum Abdas Martyrio functus est, *deinde per annos integros triginta multi claruere Martyres (ἔπειτα ἐν ὅλοις τριάκοντα ἔτεσι πολλοὶ μάρτυρες ἀπεδείχθησαν).* Videri quoque poterunt, quae de martyribus ss. Simeone et sociis dicta sunt t. 1, p. 139.

[1]) De *Artziburio* relegas superius disputata pp. 7—10.

Sectio I. Hajdnuthiún. Theophania.

Feria III. *Festum Sanctorum Suchiasitarum pellibus hircinis indutorum.*

Fuerunt isti 17 socii sic nominati ab illorum duce *Suchias* (vel Socias) nuncupato, qui deinceps erat Alanorum regis, et Sathinicae Artaxersis Armenorum regis uxoris cognatus. Hi praedicatione SS. Chrysistarum, discipulorum s. Taddaei Ap., simul in Christo credentes, ascetica vita coluerunt Sugar montem Araratensis provinciae, herbisque vescebantur hircorum instar. Martyrio confecti sunt in eodem monte pro Christi fide a Datiano, Alanorum rege, prout refert Men. Arm. d. 27. Aug., ubi etiam nominatim recensentur apud Asseman. *B. o.* t. 3, part. 1, p. 652.

Feria V. *Festum Sanctorum Chrysistarum (Osgeanorum).*

Fuerunt isti discipuli s. Taddaei, qui post ejus martyrium sub Artaxerse Armenorum rege exactum, praedicantes Christum in regia Armenorum, baptizaverunt in flumine Euphratis Sanctos Suchiasitas, et propter Christi fidem interfecti sunt a filiis Artaxersis. Nominati sunt Chrysistae (Osgeani) a Chrysio (arm. *Osgi,* h. e., *aurum*) sacerdote eorum duce. Ita Menol. Arm. d. 19. Septemb.

Sabbato. *Festum S. Isaac Parthi, patriarchae Armenorum.*

Fuit is decimus Armenorum Patriarcha, cognomento Parthus, quod esset ex Parthica progenie S. Gregorii Illuminatoris, fuitque primus auctor officiorum hymnorumque Armenorum Ecclesiae. Floruit sanctitate, doctrina et miraculis, atque optime de Armenorum natione meritus obiit die suo natali. De illo multa commendatione scribunt Moses Chorenensis, historiographus Armenus, Men. Arm. die ejus obitus 9. Sept. a. 440, Galanus, t. 1. c. 7; Villote, *Armenia christian,* alii.

Dominica ἀνώνυμος (Sexagesima Latinorum).

Feria II. *Festum Pionii presbyteri, et Marci Arethusiorum ep. et Cyrilli diaconi et Abdae ep. et Hormis-*

dae, et Saaeni, et Benjamini diaconi, qui in Perside consummati sunt.

Pionius martyrio coronatus est Smyrnae imperante Decio cum quindecim sociis, de quo Mart. Rom. ad 1. Febr. et Men. Gr. ad 11. Martii. Unde Missale quoddam Armenorum Sanctorum commemorationem ad singulos mensis dies disponens, sic habet: *11. Martii. Sancti Pionii presbyteri Smyrnensis, et sociorum.* — Marcus ep. Arethusiorum urbis Syriae, imperante Juliano quum mira sua patientia carnifices ad poenitentiam commovisset, liber ab illis dimissus, placida morte obiit in eadem urbe, de quo Men. Gr. d. 30. Martii. Cyrillus vero diaconus sub eodem Juliano ab idololatris dirissimis tormentis vexatus, in finibus Phoeniciae consummatus est, de quo Mart. Rom. d. 29. Martii et Gr. Men. d. 30. ejusdem. — Quum Arm. Men. hos tres simul ponat sub die 23. Martii, eorum commemoratio hic pariter collocatur. Porro alia Kalend. praeter tres supradictos addunt commemorationem aliorum quatuor martyrum consummatorum in Perside Theodosio Juniore imperante. Ac primum commemorationem Abdae ep. qui martyrio coronatus est ab Isdegerde rege, quod templum Persarum cultorum ignis evertisset, de quo Men. Gr. d. 31. Martii. Deinde Hormisdae et Saaeni Satrapum Persarum, qui ibidem a Persarum rege martyrio affecti sunt pro Christi fide, de quibus Mart. Rom. d. 8. Augusti. et Men. Gr. d. 31. Martii, ubi ait, quod post martyrium Abdae *per annos integros triginta multi claruere martyres, ex quibus erant viri locupletes,* etc. Tum Benjamini diaconi, qui quod Persarum multos per praedicationem ad fidem convertisset, martyrium pariter subiit in Perside sub Isdegerde, de quo Martyr. Rom. et Men. Gr. d. 31. Martii. Sed quoniam Arm. Men. hos quatuor conjunctim collocat sub die 14. Aprilis, idcirco eorum omnium commemoratio hic una peragitur.

Feria III. *Festum sanctorum Leontinorum presbyterorum.*

Erant isti ordinis presbyterorum et diaconorum martyrio confecti ab Isdegerde cum s. Josepho catholico Armenorum

successore s. Isaaci, et cum Leontio Presbytero eorum duce, ex quo cognominati fuere Leontini. Men. Arm. ad d. 31. Julii.

Feria V. *Festum SS. Vardanistarum, et aliorum militum Armenorum 1036 martyrum.*

Sanctus martyr Vardanus fuit nepos s. Isaaci Magni patriarchae, et imperator omnium Armenorum, Christianae religionis studio ardentissimus, qui, excitante Isdegerde persecutionem adversus Christianos Armenorumque regionem ad fidei abnegationem et cultum ignis compellente, hortatu ss. Leontinorum una cum suo exercitu pro regionis salute pugnando, seipsum ad mortem pro Christi fide tuenda obtulit an. 451, martyrio affectus a Persarum exercitu cum 1036 sociis, quorum octo fuerunt duces, reliqui vero milites ab Imperatoris nomine nuncupati *Vardanistae*, quorum corpora quoque quum diu permansissent incorrupta, testimonio adeo praeclaro compertum est, eos extitisse veros Christi martyres, quemadmodum refert Men. Arm. ad d. 7. Aug.

Sabbato. *SS. 150 archipatrum s. concilii Constantinopolitani.*

Patres trium priorum oecumenicorum Conciliorum simul celebrantur: Nicaeni quidem Sabbato Hilariorum seu Paregentan Exaltationis Crucis. Constantinopolitani hic Sabbato Pun Paregentan seu praecipuorum Hilariorum, Ephesini vero Sabbato Hilariorum Assumptionis B. V., prout suis in locis indicatur.

Sectio II. Karasnort-k. Quadragesima.

Pun Paregentan. Dominica praecipuorum Hilariorum. Quinquagesima Latinorum. — Armenis est Dominica I. Quadragesimae, quam quum magna *abstinentia quadragesimalis salis et aquae excipiat, Pun Paregentan,* h. e., *proprie dictum Paregentan,* seu *praecipuorum Hilariorum* Dominica nuncupantur.

Sectio II. Karasnort-k. Quadragesima.

Initium abstinentiae quadragesimalis salis et panis.

Toto Quadragesimae tempore, Sabbatis exceptis, nullum celebrari festum, jam dictum est supra p. 558.

Primae hebdomadis Sabbato. *Commemoratio s. Theodori militis,* quae in Menol. Graecorum et Armenorum ponitur die 17. Februarii. Repete quae de Sancto hoc dicta sunt ad eundem diem anni Graecorum pp. 96 seqq.

Dominica II. quadragesimalis abstinentiae.

Secundae hebdomadis Sabbato. *Festum s. Cyrilli, patriarchae Hierosolymorum, et alterius Cyrilli episcopi ac matris ejus Annae.*

Horum primus est Cyrillus ille, qui post Maximum sedem Hierosolymorum obtinuit imperante Constantio, et cujus temporibus signum Crucis e luce Hierosolymis apparuit, prout ipsemet hoc ad eundem imperatorem scribit. Eum tum Mart. Rom. tum Graec. et Armenorum Men. sub d. 18. Martii collocant, unde et festum hic, quippe loco illi diei proximo, peragitur. — Alter vero Cyrillus ille est, qui antea vocabatur Judas, et sub Helena Crucem Christi monstrans, atque in illum credens vocatus est Cyriacus, quem tamen Armenorum Menol. nominat *Cyrillum.* Qui quum Hierosolymitanus esset, ordinatus episcopus vocatus est quidem episcopus Hierosolymitanus, at Hierosolymorum fuisse Episcopum non satis constat. Hic denique est, qui cum matre sua Anna martyrio confectus est Hierosolymis Juliano imperante, prout habetur in Arm. Men. ad d. 6. Junii, sub nomine, ut dictum est, Cyrilli, et in Menol. Gr. d. 28. Octobris sub nomine *Cyriaci,* quo videtur nominari etiam in Mart. Rom. die 4. Maji.

Dominica III. quadragesimalis abstinentiae.

Tertiae hebdomadis Sabbato. *Festum Joannis patriarchae Hierosolymorum.* Refertur in Men. Graecorum die 30. Martii, in Armen. die 19. ejusdem mensis.

Sectio II. Karasnort-k. Quadragesima.

Dominica IV. quadragesimalis abstinentiae.

Quartae hebdomadis Sabbato. *Festum ss. Quadraginta Martyrum, qui in Sebaste consummati sunt.*

Horum certamen Martyr. Rom. et Men. Gr. tum etiam Arm. ponunt d. 9. Martii, unde non inconvenienter quartae hujus hebdomadis Sabbato eorum festum peragitur, quod plerumque illi diei proximum sit. Acta syriaca indicavimus t. 1. p. 472.

Dominica V. quadragesimalis abstinentiae.

Quintae hebdomadis Sabbato. *Sancti Gregorii Illuminatoris Nostri ingressus in puteum.*

Quamvis Arm. Men. S. Gregorii Illuminatoris comm. sub die 30. Septembris ponat, consonans in hoc Graec. et Martyr. Rom., absolutam tamen ejus vitae et certaminis historiam describit die 18. Nov., varias quoque dies ejusdem Commemorationis simul assignans: *Nativitatis* 30. Hruodits, i. e., 5. Augusti; *Cruciatuum* 28. Arats, i. e., 4. Februar; *Ingressus in puteum* 22. Meheki, i. e., 28. Febr.; *Egressus e puteo* 10. Sahmi, i. e., 19. Octobris; *Visionis* 28. Sahmi, i. e., 30. Octobris; *Inventionis* 21. Huori, i. e., 30. Sept., *Inventionis reliquiarum* 10. Dre, i. e., 18. Novembris; unde et universam ejus vitae historiam sub eo die refert.

Dominica VI. quadragesimalis abstinentiae.

Sextae hebdomadis Sabbato. *Commemoratio resurrectionis Lazari,* de qua relegas superius notata p. 195.

Magnus Eulogiae floricultus Palmarum Dominica.

Dominica Palmarum Armenis est *Zaghgasart,* h. e., *floribus ornatus,* cujus nominis rationes explicatas habes supra pp. 205 seqq.

Sectio III. Hinun-k. Pentecoste paschalis.

Dominica magna ac mire gloriosa Paschate vivificae Resurrectionis Christi Domini nostri.

Magni Paschatis sive Resurrectionis feria II. Commemoratio mortuorum.

Sabbato. *Festum Decollationis Joannis Baptistae.*

S. Joannis Decollationem et Arm. Men. secundum Latinos et Graecos d. 29. Aug. refert, quod eo die fuerit venerandum illius caput detectum; quia tamen decollatio diebus Paschatis anno ante Christi passionem contigit, prout ex Evangelio colligitur, ideo Arm. Kalendarium septimo die Paschatis ejus Commemorationem ponit: licet non integrum diei Officium de ea praescribat, sed matutinum dumtaxat hymnum; caetera omnia ad resurrectionem pertinent. Idcirco et Meridianas hodiernae festivitatis lectiones, quas inter Missae sacrum legi mos est, in horas Matutinas rejiciunt, ut scilicet Meridianis lectionibus de resurrectione detur locus.

Hic (die 7. Aprilis) *Festum est clarissimae Annuntiationis S. Deiparae.*

Nova Dominica, quae Latinis est *in Albis.*

Dominica III. Universalis Ecclesiae.

Quum Armeni variarum ecclesiarum sive basilicarum festa propria sub diverso titulo aliis anni temporibus agant, hac Dominica Universae s. Ecclesiae solemnia generaliter celebrare intendunt.

Dominica IV.

Dominica V., vel ubi mensis tulerit, die 7. Maji, *Festum est apparitionis s. Crucis,* quod superiori tomo exhibuimus p. 153.

Dominica VI.

Feria V. *Ascensio D. N. J. Ch.*

Dominica VII. Secundus Floricultus.

Quoniam ex arm. Ecclesiae ritu toto tempore paschali. scilicet ab octava Paschatis usque ad Pervigilium Pentecostes quatuor Evangelia quotidie per vices leguntur ex ordine ac paulatim usque ad finem, hac Dominica legendum occurrit Evangelium de J. Ch. adventu in Jerusalem, quo repetitur memoria illius solemnitatis, quae proprie celebratur Dominica nuncupata *in Palmis;* atque ob hanc rationem Dominica ista vocatur *Secundus Floricultus,* h. e., *Secunda Palmarum Dominica.*

Sectio IV. Hoke-Kalust, Adventus Spiritus, a Dom. Pentecostes ad Transfigurationem.

Almi ac mire gloriosi Adventus Spiritus sancti Dominica Pentecostes.

Dominica I. post Pentecost. Octava dies est almi ac mire gloriosi Adventus Spiritus Sancti. Item Festum et honor ss. Trinitatis.

Feria II. *Festum Sanctarum Ripsimitarum.*

Harum commemorationem Mart. Rom. d. 29. Sept., Menol. Gr. d. 30. ejusdem collocat; Armenorum vero d. 5. Octob.

Feria III. *Festum SS. Gajanitarum.* Men. Gr. Gajanam una cum Ripsimia refert die 30. Sept., uti videre est t. 1, p. 290.

Feria V. *Festum S. Joannis Prodromi, et Athenogenis ep. et mart.*

S. Joannis Praecursoris Nativitatem celebrant Armeni post Octavam Epiphaniae, decollationem vero in Octavis Paschae. prout suis in locis patet. Sic festum Athenogenis celebrant

tertia hebdomada post Transfigurationem prope 17. Julii, quo die Men. Arm. assignat ejus Martyrium, ubi et Mart. Rom. et Men. Gr. 16. Julii. V. t. 1, p. 213.

Sabbato. *S. Gregorii Illuminatoris nostri egressus e puteo.*

Egressum s. Gregorii e puteo Men. Arm. in ejus vita sub d. 18. Novembris asserit contigisse die 19. Octobris, cui concordant etiam vetusti Missae Cod., qui Graecorum more festa Sanctorum statis diebus mensis assignant. Constat equidem ex historiis, egressum ejus e puteo contigisse decem fere diebus post martyrium Ripsimitarum. Itaque posito earum martyrio juxta Men. Arm. d. 5. vel 6. Octobris, egressus s. Gregorii in eum diem incidit, quem Menol. assignat: sed quum juxta ordinem Kal. hac Feria II., initio festorum sanctorum. martyrium ss. Ripsimitarum ponatur, quod inde nationis armenae illuminatio primordium sumpserit, idcirco consulto hoc Sabbato agitur festum egressus Illuminatoris e puteo.

Dominica II. post Pentecost. Festum Encaeniae s. Ecclesiae a s. Gregorio Illuminatore post egressum e puteo institutum.

Post Festum egressus Illuminatoris e puteo, hoc festum Ecclesiae celebratur. quod omnes codices concorditer testantur ab Illuminatore post ejus e puteo egressum fuisse institutum. Etenim quum totam Armenorum gentem ad Dei cognitionem convertisset, et introduxisset in ovile s. Ecclesiae, ad memoriam magni hujus beneficii Encaenias instituit Ecclesiae quotannis exultatione concelebrandas. Codices aliqui Missae vetustiores, qui pro singulis diebus mensis assignant festa. egressum e puteo d. 19. Octobris, ut diximus, collocantes, festum hoc usque ad d. 28. Novembris transferunt. Consuetudo tamen obtinuit semper, ipsa Dominica Festum egressus e puteo proxime sequenti haec solemnia celebrari, unde iidem Missae codices addunt: *agitur hoc Festum secunda Dominica post Pentecosten.*

Sectio IV. Hoke-Kalust. Adventus Spiritus.

Feria II. *Festum ss. Puerorum Bethleem. Et Acacii martyris.*

Festum Puerorum Bethleem Romani d. 28. Dec., Graeci d. 29. ejusd., in octava Nativitatis, celebrant, quod fuerint testes Nativitatis Christi. Verumtamen constat eorum martyrium contigisse fere quindecim post menses a Nativitate Christi, ideoque incidisse mense Aprili, vel Majo. Hinc Arm. Men. eorum martyrium ponit d. 11. Maji, ac propterea eorumdem quoque festum agitur hic non ita longe ab illo die.

Ei subnectitur etiam festum *Acacii martyris,* quo nomine varii quidem extant martyres, sed ille, cujus hic festum agitur, est Acacius, miles Cappadox, qui sub Maximiano, Firmo tribuno deferente, quod esset Christianus, a Bibiano primum judice Perinthi saevissime cruciatus, deinde Byzantii a Placino proconsule capite damnatus est: de quo Men. Graec. d. 7. Maii, Arm. vero d. 9. ejusd., quamquam Martyrolog. Rom. eum 8. Maii collocans Acathium nominet. Quod vero hic idem Acathius sive Acacius sit, cujus festum hoc loco peragitur, patet ex eo, quod Missalia vetustiora, ad singulos mensis dies Sanctorum festa describentia, ita hoc Festum inscribunt: *6. Maji, martyrium sancti Acacii Byzantini,* sic eum ex loco, quo martyrium obiit, cognominando. Tametsi fieri possit, quod qui hic celebratur, sit Acacius ille, qui imperante Licinio a tribus judicibus excruciatus, demum Mileti capite obtruncatus est. De quo Mart. Rom. et Graec. Men. d. 28. Julii, Armenorum vero d. 10. Junii.

Feria III. *Festum sanctarum virginum Nuniae et Maniae.*

Fuerunt istae e coetu Ripsimitarum Virginum, ex quibus s. Mania quum ex Urbe Roma in Armeniam una cum sociis advenisset, in montem Sepuh Daranaliae provinciae secessit ibique ascetica vita habitans in spelunca, sanctitate cursum consummavit. Sancta vero Nunia perveniens in regionem Iberorum, eos praedicatione et miraculis ad veram fidem perduxit, et in Christo placide obdormivit, prout fuse scribitur in Arm. Menol. in earum vita ad d. 29. Octobris.

Feria V. *Festum ss. Sergii et Bacchi.*

Martyrium ss. Sergii et Bacchi tum Mart. Rom. tum Arm. et Gr. Menol. d. 7. Octobris collocant (t. 1, p. 460). Verum juxta Armenorum Kalendarii ordinem transfertur huc una cum caeteris festis Octobris.

Sabbato. *Festum Mocii Presbyteri et Codrati* (sive *Quadrati) Militis.*

Mocium Presb. Byzantii sub Diocletiano passum Mart. Rom. collocat d. 13. Maji (t. 1, p. 157), Men. Gr. d. 11. ejusdem mensis; Arm. vero 12. Sed juxta ordinem Kal. ejus festum celebratur hoc loco parum ab illo die distante. — De Codrato vero sive Quadrato sciendum, varios extare hujus nominis martyres: sed qui hic celebratur, est ille, quem Martyr. Rom. ponit d. 7. Maji, quemque refert fuisse ex Nicomedia Decio imperante, in cujus persecutione saepius excruciatus, postremo capite truncatus est. Hunc Arm. Men. ponit d. 21. Apr., atque (Martyr. Rom. consentiens) ait, eum sub Decio et Valeriano Nicomediae a Perino praeside tormentis fuisse affectum, inde abductum in Bithyniam, deinde Caesaream, postremo Hierapolim, ibique capite truncatum; licet non reperiamus in Menologiis eum fuisse militem [1]).

Dominica III. post Pentecost.

Feria II. *Festum S. Epiphanii episcopi Cypri.*

Hunc Menol. Gr., Martyr. Rom. et Phinqit *syr.* ponunt d. 12. Maji; sed Men. Arm. d. 13. Maji: ideoque

[1]) Subit admirari, quod H. Alt, qui tantum sibi sumit, ut res catholicas, quas recte aestimare nescit, praepropere irrideat, etiam nomina Sanctorum Kalendarii armeni saepius turpiter deformet, ut ecce hodie *Mocius* in *Mokimos*, *Codratus* in *Cordatius* (p. 240), et alibi *Alexius* in *Alexianus* (p. 263), *Basilissa* in *Basilia* (p. 261). Ejusmodi corruptae lectiones nequidquam praeter solitum occurrentes mendis typographicis accenseri vix possunt.

Sectio IV. Hoke-Kalust. Adventus Spiritus.

ejus festum agitur hic, haud longe ab illo die. V. t. 1, p. 475.

Feria III. *Festum Constantini imperatoris, et matris ejus Helenae.*

Festum istud etiam Graec. Men. una cum Arm. Men. 21. Maii apponit; proindeque in Kalendario hoc in loco, parum ab illo die remoto, collocatur. V. t. 1, p. 163.

Feria V. *Festum Theodoti Galatae, et Thalelaei medici, ac septem Virginum, quae Ancyrae consummatae sunt.*

Perperam codices Theodoto et septem Virginibus Thalelaeum medicum interjiciunt, quasi cum illis esset etiam ipse Ancyrae consummatus, quod procul a vero est. Thalelaeus enim martyrium Edessae Numeriano imperante passus est, de quo Martyr. Rom. et Graec. Armenorumque Men. ad d. 20. Maji. Theodotus vero martyrii coronam adeptus est Ancyrae, quod corpora septem virginum ante ipsum ibidem martyrio consumptarum sepelisset (t. 1, p. 162); ideo Men. omnia Theodotum simul cum septem virginibus ponunt, Mart. nempe Rom. et Graec. Men. d. 18. Maji, Armenorum vero d. 22. ejusd. Proinde congruum videtur ordinem nominum hic mutare, ponendo scilicet. Feria V. *Festum Thalelaei medici, et Theodoti Galatae, ac septem virginum etc.*

Sabbato. *Festum inventionis Reliquiarum s. Gregorii Illuminatoris nostri in monte Sepuh.*

S. Gregorii Illuminatoris festum Martyr. Rom. et Men. Gr. d. 30. Septembris reponunt, quo die etiam Arm. Men. assignat inventionem ejus Reliquiarum. Sed ad 18. Nov.. ubi absolutam ejus vitae historiam texit, d. 30. Septembris ait fuisse diem dormitionis ejus, inventionem vero ejus Reliquiarum d. 18. Novembris evenisse. Quum igitur juxta ordinem Nostri Kal. festa Octobris et Novembris per anticipationem hic collocentur, hoc quoque festum, huc una cum caeteris translatum, Sabbato isto solemniter peragitur.

Sectio IV. Hoke-Kalust. Adventus Spiritus.

Dominica IV. post Pentecost.

Feria II. *Festum S. Narsetis patriarchae et Chadi episcopi.*

Hic est Narses cognomento Magnus, Gregorii Illuminatoris abnepos, et sextus Armenorum Catholicus, qui a Valente ariano pulsus in exilium, a Theodosio Magno restitutus est in sedem suam, et unus fuit ex Patribus Concilii Constantinopolitani, quique quum Papum regem Armenorum propter nequissimos illius mores reprehenderet, veneno ab eodem porrecto vitam in Christo finivit, de quo fusius Men. Arm. d. 19. Nov.; Moyses Chorenensis, lib. 3, cc. 20, 33, 38; Galanus, *Concil.*, t. 1, c. 6.

Chadus vero fuit ejus alumnus, et ab illo, antequam in exilium ageretur, ordinatus in Episcopum, ipsum in sanctimonia ac in edendis miraculis prorsus imitatus est, et quod Armenorum regem Arsacem patrem Papi ob ejus scelera objurgaret, lapidibus obrutus martyrii palmam obtinuit, de quo Men. Arm. eodem die.

Feria III. *Festum Danielis prophetae et trium Puerorum.*

Mart. Rom. Danielem d. 21. Julii: tres vero Pueros d. 16. Decembris ponit. Men. Gr. omnes simul d. 17. Decembris. Sed Armenorum Men. ab utroque discrepans eos d. 15. Martii et d. 24. Augusti collocat. Licet juxta Kal. ordinem eorum festum agatur hoc in loco quippe a die, quo Mart. Rom. Danielem assignat, haud distanti.

Feria V. *Festum ss. Interpretum Armenorum Isaaci et Mesrobi.*

S. Isaacus cognomento Parthus fuit Armenorum Patriarcha decimus post Illuminatorem. Sanctus autem Mesrobus Doctor fuit illi in omnibus cooperator, formavitque characteres armeniacos, ac deinde uterque simul sacrae scripturae versione et doctrina nationem armenam illustrarunt, unde co-

Sectio IV. Hoke-Kalust. Adventus Spiritus.

gnominati sunt *Interpretes*. De his scribit Moyses Chorenensis eorum alumnus, et alii multi. — S. Isaaci transitum Arm. Men. collocat d. 9. Sept.: at festum ejus agitur seorsim sabbato primae Hebdomadis praecipuorum Hilariorum (Domin. Quinquagesimae). Sancti vero Mesrobi dormitionem Men. Arm. ponit d. 19. Febr.; sed Festum ejus ut infra patebit. agitur una cum caeteris Interpretibus feria IV. Secundae hebdomadis post Assumptionem B. V. prope d. 17. Septembris, sub quo die Arm. Men. horum et alumnorum suorum commemorationem assignat. Porro quum utrique festum seorsim assignetur, quare iterum utriusque simul hic ordinetur commemoratio, patet ratio: nam ut d. 25. Nov. Arm. Menologii refertur, inventio characterum Armenorum, quibus magnum adjumentum contulerunt in nationem, contigit d. 17. Drei, scilicet 25. Nov. ideoque Men. illorum commemorationem eo die statuit. Quoniam igitur juxta ordinem Kal. festa Novembris hic per ordinem collocantur, prout alias dictum est, ideo post festum Narsetis Patriarchae, quod agitur d. 19. Nov., sequitur commemoratio ss. Isaaci et Mesrobi, quae habetur d. 25. Novembris

Sabbato. *Festum Zachariae prophetae, et S. P. Onuphrii.*

Zachariam Prophetam Mart. Rom. d. 6. Sept., Men. Graec. d. 8. Februarii; Armenorum vero d. 16. Maji assignat, proinde ejus festum agitur hic, haud longe ab illo die.

Onuphrium vero tum Mart. Rom. tum Gr. Armenorumque Men. d. 12. Junii reponunt. V. t. 1, p. 178.

Dominica V. post Pentecost.

Feria II. *Festum Tiridatis regis, et Aśeniae et Chosroiduchthae.*

De sancto Tiridate Arm. rege, qui per s. Gregorii Illuminatoris praedicationem in Christum una cum tota natione

credidit, et vitae integritate, ac Christianae religionis zelo claruit, ac tandem veneno eidem a Satrapis (quod illos ob dissolutos eorum mores reprehendisset), porrecto, martyrio in Christo consummatus est: item de Ašenia regina, Tiridatis uxore, quae eandem vitae sanctitatem prae se ferens, omnibus matronis contemptus mundi, et asceticae vitae, abstinentiae norma et exemplar extitit: nec non de Chosroiduchtha, Tiridatis sorore, quae virginali castitate, ac vitae asperitate in Garnii Castello solitariam agens vitam, cursum consummavit in sanctitate, scribunt Agathangelus, ejusdem Tiridatis scriba, Chorenensis, Men. Arm. horum trium commemorationem simul ponens d. 29. Nov.

Feria III. *Festum ss. Filiorum et Nepotum s. Gregorii Illuminatoris, scilicet Aristarcis, Verthanis, Hesychii, Gregorii et Danielis.*

Aristarces (vel ut vetustiores codices habent Restaces), fuit s. Gregorii filius minor natu, qui a puero in ascetica vita educatus, ac Tiridatis regis postulatu a patre suo consecratus, eidem in Armenorum patriarchatu successit, unusque fuit ex Patribus Concilii Nicaeni, quique ab Archelao Praefecto Quartae Provinciae Armeniae martyrium passus est. — *Verthanes* fuit filius Illuminatoris major natu, qui post Aristarcem Armenorum patriarchatus sedem occupavit. Hunc, quum nequissimi quidam homines in Taronia ex insidiis interficere statuissent, invisibilis virtus devinctis eorum manibus salvum eripuit. Ipse demum natione optimis institutis informata placida morte in Christo obivit. — *Hesychius* fuit s. Gr. Illuminatoris nepos, qui post patrem suum Verthanem tenuit sedem patriarchatus Armenorum, et zelo divinae legis confringens simulacrum Juliani Apostatae, quod Armenorum rex Tyrannus in templo Dei erexerat, fustibus consummatus est. In liturgia vocatur *Ouscan, Ussigh, Husig,* ut videre est apud Daniel, *Cod. lit.* t. 4, p. 467. — *Gregorius* erat s. Hesychii frater major natu filiusque s. Verthanis, filii s. Gregorii Illuminatoris. Is jussu magni regis Tiridatis fuit Albanorum

catholicus sive patriarcha; sed post ejus obitum martyrium passus est a barbara Massagetarum gente, ferocis equi caudae alligatus. — *Daniel* vero erat episcopus provinciae Taroniae, unus ex discipulis s. Gregorii Illuminatoris, qui Tyrannum Armenorum regem pro injusta Hesychii nece corripiens, suffocatione ab eo martyrium passus est. Horum omnium vitam Men. Arm. dat d. 1. Decembris.

Feria V. *Festum Elisaei prophetae.*

Elisaeum prophetam Martyr. Rom. et Men. Graec. ponunt d. 14. Junii, Arm. vero d. 17. ejusd. mensis.

Sabbato. *Festum ss. Duodecim Apostolorum ac Principalium Petri et Pauli.*

In assignando hujus diei festo discrepant inter se Codices, nonnulli enim habent: Sabbato: *Festum SS. Apostolorum Petri et Pauli*; alii vero: *Festum SS. Duodecim Ap. ac Principalium Petri et Pauli.* Verum cur hic ponatur commemoratio Apostolorum Petri et Pauli, constat; licet juxta ordinem nostri Kalendarii eorum festum solemnius celebretur ultimis diebus Decembris cum aliis solemnitatibus, quae ibi in testimonium Nativitatis Christi peraguntur. Quum enim ex Menologiis omnium fere nationum pateat, eorum martyrium contigisse d. 29. Junii, quo die Latini Graecique eorum solemnia jam celebrant, convenienter hic etiam assignatur eorum festum, non ita procul ab illo die. Caeterum quod plerique Codices eodem die addant una etiam commemorationem duodecim Apostolorum, sciendum, Graecos post festum App. Petri et Pauli (quod 29. Junii celebrant), altero post die, nempe 30. ejusdem mensis, commemorationem agere 12 Apostolorum: id quod observantes praedicti Codices in hoc festo exhibendo non solum Petri et Pauli (quorum dies festus, ut jam dictum est, occurrit mense Decembris), sed omnium 12 Apostolorum commemorationem simul referunt.

cum peculiari memoria Petri et Pauli, tamquam principalium, atque ita utrumque festum conjungunt in unum.

Dominica VI. post Pentecost.

Sabbato. *Festum arcae Dei.*

Hoc est Festum Ecclesiae, per commemorationem arcae Dei et tabernaculi foederis, quibus praefigurata est Ecclesia Christi mysteriumque vivificae Crucis, prout ex hymnis pro hoc die praescriptis patet. Agitur constanter hoc Sabbato pridie Transfigurationis, prout etiam in Men. Arm. refertur pridie hujus festi, scil. d. 5. Augusti.

(Ex Kalendario.) *Festum autem inventionis Pixidis SS. Deiparae* hic collocatum est, quod quidem celebratur d. 2. Julii: si vis celebrare, celebrato.

Sectio V. Vartavár, Transfiguratio, a Transfiguratione ad Assumptionem Deiparae.

Dominica VII. post Pentecost. Rosae coruscationis, seu almae, mirificae ac gloriosae Transfigurationis D. N. J. Ch.

Festum Transfigurationis etiam Arm. Men. d. 6. Aug. reponit concordans cum Martyr. Rom. et Graec. Menol. Sed juxta ordinem nostri Kal. celebratur septima hac Dominica post Pentecosten. — Festum Transfig. Dni. vocatur ab Armenis *Vartavár,* quod interpretatum sonat *Rosae coruscatio* vel *ardor,* quod nomen olim Armeni, quum adhuc essent idololatri, tribuebant solemniis Veneris vel Dianae, quam veluti deliciarum matrem rosarum aliorumque florum muneribus colebant. Quem impietatis cultum ss. Patres armeni abolere cupientes, eodem die festum Transfigurationis Dni. instituerunt, illud eodem nomine *Vartavár* nuncupando: eo nempe consilio, quod D. N. J. Ch. in sua Transfiguratione eximia luce coruscans nitidissimae rosae instar in corpore praefulserit: vel.

ut aliis placet, quia fulgor Divinitatis, qui in corpore sicut rosa in calice tamdiu latuerat, in ejus Transfiguratione foras prodiit, et veluti rosa sese explicuit.

Feria V. *Festum Isaiae prophetae.*

Isaiam Proph. Menol. Graec. ponit d. 9. Maji; Arm. vero d. 17. ejusd. At ejus festum celebratur hic prope d. 6. Julii, sub quo die eum refert Mart. Rom.

Sabbato. *Festum Thaddaei ap. et Sanduchtae virg.*

Juxta Arm. historicos, fuit hic unus ex 72 Discipulis D. N. J. Ch., qui post ejus ascensionem Edessam profectus Abagarum, Armenorum regem, sanavit et baptizavit, totamque civitatem in Christi fide erudivit. Tum in Armeniam ad Sanatrucum Abagari sororis filium se conferens multos fide instruxit, ac inter caeteros Sanduchtam virginem, Sanatruci filiam, quod aegre ferens Sanatrucus primo filiam suam Sanduchtam, deinde Thaddaeum martyrio affecit. Horum certamen Men. Arm. assignant d. 23. Decembris, inventionem vero Reliquiarum d. 30. Maji, ideoque hic agitur eorum festum, haud longe ab illo die. Nonnulla Kalendaria post Sanduchtam virginem addunt: *et discipulorum Thaddaei, Zachariae, Zemenduchtae* (sive rectius ex Men. *Zarmanduchtae), et Israelis*, qui a Thaddaeo instructi martyrium ab eodem Sanatruco pertulerunt, quorum etiam Reliquiae revelatae sunt una cum Reliquiis s. Thaddaei, ut narrat Men. ib. ad d. 30. Maji.

Juxta historicos armenos igitur Thaddaeus noster unus ex 72 Discipulis, alius fuit ab illo, qui erat ex numero duodecim Apostolorum, prout notat etiam Galanus *Concil. tom. 1, cap. 1.* Hinc Men. Arm. vitam alterius Thaddaei (qui etiam *Judas Jacobi* vocabatur, et unus erat ex duodecim Apostolis, qui catholicam epistolam scripsit, et similiter in Mesopotamia et in Armenia praedicavit), refert sub alio die nempe 16. Februarii. Ejus vero festum celebratur una cum Bartholomaeo mense Decembris: quamvis multi auctores, ut

Hieronymus et Beda, utrumque unum atque eundem esse existiment. Hinc est quod Men. Graec. d. 29. Junii, Edessam proficisci, et Abagarum sanare ac convertere tribuit Judae Thaddaeo Ap. Eo consilio etiam Martyr. Rom. unum solum ponit Thaddaeum, eumque ex duodecim, appellatum Judam Jacobi, quem refert etiam praedicasse in Mesopotamia. Sed relege, si placet, quae de Armenorum apostolis scripsimus tomo 1, pp. 256—260.

Dominica I. post Transfigurationem.

Feria II. *Festum sanctae Susannae, filiae Magni Vardani.*

Filia erat haec s. Vardani, magni militum Ducis, martyrio a Persis interfecti, quae vivente adhuc patre fuit collocata in conjugium Vazkeni, Iberorum Consulis. Sed post martyrium SS. Vardanistarum, cum Vazkenus in Persiam profectus abnegasset Christum, nullam amplius consuetudinem habuit cum illo Susanna, quamobrem saevissime ab eodem excruciata per annos septem martyrio ad Dominum migravit. Ejus obitum Arm. Men. reponit d. 25. Decembris, sed juxta Kalend. ordinem cum caeteris ejusdem mensis festis hic collocatur.

Feria III. *Festum S. Cypriani episcopi et Justinae virginis.* Justinam virginem et Cyprianum, qui eadem virgine mediante ad fidem conversus, factusque episcopus, una cum ipsa martyrium passus est imperante Diocletiano, Martyr. Rom. ponit d. 26. Septembris, Menol. Graec. cum Phinqit syr. d. 2. Octobr.: Arm. vero d. 3. ejusd. mensis.

Feria V. *Festum ss. Quadraginta quinque martyrum; et sanctarum virginum Euphemiae et Christinae.* Quadraginta quinque Martyres Nicopoli in Armenia, imperante Licinio, martyrio confectos, quorum principales fuere *Leontius, Mauritius, Daniel,* etc. Martyr. Rom. et Menol. Graec. d. 10. Julii collocant (t. 1, p. 207); Arm. vero 12. ejusd.

mensis. — *Euphemiam* virginem Chalcedone sub Diocletiano martyrio coronatam Martyr. Rom. ponit d. 16. Sept., Arm. Men. 15. ejusd. mensis, Graec. vero d. 11. Julii. — *Christinam* virginem Tyri in Tuscia, Italiae provincia, martyrio perfunctam, Martyr. Rom. et Menol. Graec. exhibent d. 24. Julii (t. 1, p. 221); sed Armenorum ejusdem mensis die 23.

Sabbato. *SS. Patriarcharum Adae, Abel, Seth, Enos, Henoch, Noe, Melchisedech, Abrahae, Isaac, Jacob, Josephi, Moysis, Aaron, Eleazari, Josue, Samuelis, aliorumque Patriarcharum.*

Sciendum tamen, quod in serie nominum horum Patriarcharum, Kalendarium quoddam typis editum post Samuelem addit alia quatuor nomina, nimirum *Barachii, Gedeonis, Jephte* et *Samsonis,* quae in caeteris codicibus desiderantur, Leopoliensi excepto, ex quo liquet, ea nomina a recentioribus esse adjuncta, ad imitationem Pauli Ap., qui in epistola sua ad Hebraeos, illos adnumerat.

Dominica II. post Transfigurationem.

Feria II. *Festum SS. Isaac et Joseph, qui in civitate Carinae consummati sunt.*

Fuerunt isti fratres germani, a patre Persa, matre vero christiana, qui pro Christi fide capite plexi sunt a Mahometanis in urbe Carinae (vulgo Erzerum) imperante Nicephoro, ut refertur in Arm. Men. ad d. 22. Januarii.

Feria III. *Festum ss. duodecim prophetarum* (minor.).

Feria V. *Festum Athenogenis episcopi et decem discipulorum ejus, ac quinque martyrum, qui cum eo consummati sunt.*

S. Athenogenem decemque ejus discipulos Sebaste in Armenia martyrio coronatos sub Diocletiano Martyr. Rom.

et Menol. Graec. ponunt d. 16. Julii, Armenorum vero d. 17. ejusd. Hujus sacros cineres una cum Reliquiis s. Joannis Praecursoris s. Gregorius Illuminator de Caesarea in Armeniam asportans, Taroniae in monasterio Glacii deposuit. et festum instituit translationis eorum Reliquiarum, quod celebratur feria V. post octavam Pentecostes. — Addunt his Kalendaria alios quinque martyres, qui ante certamen praedicti Athenogenis fuerunt Sebaste in carcerem conjecti, et erant eorum nomina *Theophrastus*, *Maximius*, *Patrophilus*, *Hesychius* et *Leonicus*, quos s. Athenogenes visitavit in carcere, ut animos illis adjiceret: et postquam martyrium consummarunt, eorum corpora condidit in martyrio a se erecto; atque ipse etiam martyrio perfuncturus rogavit suum quoque corpus ibidem tumulari, quod perinde actum est. Idcirco horum etiam commemoratio una cum Athenogenis festo instituta est.

Sabbato. *Festum SS. martyrum Antonini et Theophili, Aniceti et Photini.*

Varii sub Antonini nomine extant martyres: at qui hic celebratur, cujusque vitae historia habetur in Menol. Arm. est Antoninus martyr Alexandrinus, quem Men. Graec. collocat d. 8. Aug., Armenorum vero d. 9. ejusd. mensis. — Similiter varii extitere martyres sub *Theophili* nomine: sed ille, cujus hic agitur commemoratio, et cujus etiam Acta habentur in Men. Arm., videtur esse Theophilus diaconus in Lybia, quem quum Martyr. Rom. tum Graec. tum Arm. Men. memorant d. 8. Januarii. — *Anicetum* ac *Photinum* Nicomediae martyrio defunctos ἀναργύρους Martyr. Rom. necnon Arm. et Graec. Menol. ad d. 12. Augusti repraesentant. V. t. 1, p. 244.

Dominica IV. post Transfigurationem.

Feria II. *Festum ss. Machabaeorum, Eleazari Sacerdotis, et Septem Fratrum, ac eorum matris Samonae.* Horum

martyrium Martyr. Rom. aeque ac Gr. et Arm. Men. cum Phinqit syr. d. 1. Aug. enuntiant.

Feria III. *Festum sanctae Sophiae et trium filiarum ejus Pisteos, Elpidos et Agapes.* Has Graec. Men. ponit d. 17. Sept. (t. 1, p. 280), Arm. vero d. 4. Aug. ac Mart. Rom. Sophiam d. 30. Septemb., tres vero ejus filias d. 1. Augusti.

Feria V. *Festum s. Christophori martyris, ac duarum mulierum Callinicae et Aquilinae, quae cum illo consummatae sunt.* Illum Mart. Rom. refert d. 25. Julii, Menol. Graec. d. 9. Maji, Armenorum vero d. 14. Junii. Eum nonnulla Kalendaria *Cynocephalum* cognominant propter immanem ejus corporis molem, quod etiam in Graec. Men. innuitur. Huic addunt aliqui festorum Indices *Callinicam* et *Aquilinam*, quae referente Arm. Men. a Christophoro illuminatae martyrium subierunt paulo ante illius certamen.

Sabbato. *Festum s. Concilii Ephesini 200 Archipatrum.* Festum istud Kalendaria quaedam his notant additionibus: *Concilium hoc habitum est 47, post s. Concilium Constantinopolitanum, annis. Adfuerunt ibi Patriarchae Coelestinus Romanus, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Antiochenus, Juvenalis Hierosolymitanus, et Isaacus Armenorum per literas foederatus. Patres ducenti, contra Nestorium anathematizatum, qui duas personas, ac duos filios, et Deiparam hominiparam asserebat.* Quum itaque coactum sit hoc concilium 10. Kal. Jul. (22. Junii), hic loci constitutum est hoc festum, licet illud Arm. Menol. ad 5. Februarii et ad 14. Octobris reponat.

Dominica V. post Transfigurationem.

Sabbato. *Festum Šohagat, visionis s. Gregorii Illuminatoris.*

Hoc est festum Encaeniorum, sive Dedicationis Basilicae, quam s. Gregorius Illuminator erexit in urbe Vatarsapateae, eo loco, ubi in visione vidit descensum Filii Dei Unigeniti, coelesti luminis fulgore, ex quo templi illius nomen vocatum est *Etž-miadžin*, h. e., *Descensus Unigeniti*, festum vero *Šohagat*, hoc est, *Fulgoris defluvium.* Ibi est sedes Patriarcharum Armenorum ad hodiernam usque diem.

Sectio VI. Varapochumn. Assumptio B. M. V.,
ab Assumptione Deiparae usque ad Exalt. s. Crucis.

Dominica almae et gloriosissimae Assumptionis Beatissimae Virginis Deiparae.

Feria III. post Novenam Assumptionis Deiparae. *Festum Joachim et Annae, parentum ss. Deiparae, et Mulierum Myrophorarum.*

Armenorum Menol. ss. Joachimum et Annam simul d. 25. Julii collocat. Festum vero utriusque hic post Octavam Assumptionis celebratur. — His adduntur etiam Mulieres Unguentiferae, quod quae post Mariam Magdalenam in iis eminent, Maria sc. Cleophae et Salome ejus filia, cognatae sint Matris Domini, proindeque convenienter una cum ejus parentibus celebrentur[1].

Feria V. *Festum Babylae episcopi et trium ejus discipulorum.*

Babylam Antiochiae episc. et tres martyres ab eo Christi fide initiatos Martyr. Rom. ponit d. 24. Jan., at Men. Graec. et Arm. d. 4. Sept. (t. 1, p. 469). Istis pauca quaedam Missalia addunt: *Et Babylae ep. et Doctoris Nicomediae, et 84 discipulorum ejus.* Hunc Arm. Men. sub die 4. Julii vocat *Babylam lectorem*, qui cum 84 discipulis

[1]) *Mulierum unguenta ferentium* numero praeterea habentur *Joanna, uxor Chusae* et *Susanna* (Luc. 8, 3), *Martha et Maria,* quam in Graecorum libris a Maria Magdalena distingui diximus t. 1, p. 220.

suis martyrium sub Maximiano passus est, ejus tamen festum juxta ordinem Kalendarii celebratur primis diebus Nov., prout habetur infra p. 615: idcirco nullum Kalendarium ejus hic facit memoriam. — Item multa Kalendaria hic post Babylam ejusque tres discipulos assignatos, subjungunt: *Et Gregorii Agrigentini;* verum alia plurima illum omittunt; nam festum ejus agitur infra prope d. 23. Novembris, quo die ejus obitum assignant Martyr. Rom. nec non Menol. Graec. ut videbitur infra p. 623.

Sabbato. *Festum Jeremiae prophetae.*

Eum Martyr. Rom. et Menol. Gr. et Arm. d. 11. Maji referunt. Olim celebrabatur Sabbato post Pentecosten, quod exeunte Majo, vel initio Junii occurrit. Postea vero quam Octavam Pentecostes instituerunt, translatum est festum ad Sabbatum post Novenam Assumptionis.

Ex Kalendario. *Festum autem Inventionis Zonae ss. Deiparae hic collocatum est, quod peragitur d. 31. Augusti. Si vis celebrare, celebrato.* Recentiora Kalendaria addunt, festum illud celebrandum ad libitum. Est igitur commemoratio translationis Zonae Deiparae Virginis ex Jerusalem in Urbem regiam: quod imperante Arcadio accidit, de quo Men. Gr. et Arm. agunt ipso die 31. Aug. V. t. 1, p. 263.

Dominica II. post Assumptionem.

Feria II. *Festum Pionii presbyteri, et Stephani Ulnensis, et Abdelmessihi martyris.*

Pionium presb. martyrio perfunctum Smyrnae sub Decio, Martyr. Rom. ponit d. 1. Februarii; Menol. Graec. d. 11. Martii, Arm. vero d. 23. ejusdem mensis. Ejus festum jam ab initio (p. 573) praescriptum vidimus Hebd. Praecipuorum Hilariorum una cum Marco Arethusiorum ep., Cyrillo diacono. Caeterum ratio, cur hic iterum repetatur, non satis constat. Nam nonnulla vetustiora Missalia, vel Kalendaria ita habent: *Teunii, sive Tevonii presb. ac Steph. Ulnensis.* Sed quum

in nullo Menologio reperiatur aliquis eo nomine Sanctus, hinc forte nomen *Teunii* in *Pionii* commutatum est, nulla habita attentione ad festum Pionii jam ante institutum. Expedire itaque videtur, ut omisso hic Pionio, Stephano tantum Ulnensi, et Abdelmessiho assignetur hujus diei festum. Stephanus erat ex Cocisone, sive Cucuso, Armeniae Minoris urbe, qui martyrium subiit una cum 31 sociis in arce Cancii imperante Juliano. Extat hodieque ejus sepulchrum in civitate Armenorum Ulna, unde cognominatus est Ulnensis, prout tradit memoriae Menol. Arm. ad d. 18. Augusti. — De *Abdelmessiho* vero, quod *Servus Christi* interpretantur, in Menol. Arm. sub die 13. Julii narratur, eum credidisse in Christum, quum esset filius Judaei, ac pro Christi fide a proprio patre fuisse interemptum. V. t. 1, p. 479 et heic p. 498.

Feria III. *Festum Andreae ducis militum et exercitus ejus necnon Callinici martyris ac Diomedis medici.*

Andream militum ducem martyrio cum suis functum in Cilicia Maximiano imperante, tum Martyr. Rom. tum Graec. Armenorumque Menologia d. 19. Augusti reponunt. — *Callinicum* Gangrae in Paphlagonia martyrio consumptum Martyr. Rom. et Menol. Graec. collocant 29. Julii, Armenorum vero d. 27. ejusdem. — *Diomedem* medicum *ἀνάργυρον*, qui Niceae in Bithynia martyrio coronatus est sub Diocletiano, Martyr. Rom. et Menol. Graec. ponunt d. 16. Augusti, Armenorum vero ejusdem mensis die 17. quem tamen mendose vocat *Dometianum.*

Feria V. *Festum Adriani et uxoris ejus Nataliae, et Theodori ducis militum Heracleensis, ac Thyrsi martyris.*

Adrianum martyrem cum 23 sociis Nicomediae sub Maximiano excruciatum, Mart. Rom. exhibet d. 4. Martii, quo die martyrium consummavit; et d. 8. Septemb., quo die demum ejus corpus Byzantio Romam evectum est. *Nataliam* vero uxorem ejus, quae Adriani ejusdem reliquias secuta ex urbe Nicomedia Byzantium commigravit, ibique in pace quievit,

idem Martyr. Rom. collocat d. 1. Dec. At Gr. et Arm. Men. Adrianum una cum uxore Natalia referunt d. 26. Aug. Cfr. etiam t. 1, p. 473. — *Theodorum* ducem militum, sub Licinio Heracleae Ponti martyrii palma insignitum, Mart. Rom. d. 7. Febr., Men. vero Gr. d. 8. Febr. et iterum d. 8. Junii, quo die eum ponit etiam Arm. Men. — *Thyrsum* vero martyrem Mart. Rom. d. 28. Januarii, Arm. et Gr. Men. d. 14. Dec. sistunt.

Sabbato. *Festum s. Thomae Apostoli.*

S. Thomas in Men. Armen. diei 22. Aug. adscribitur ideoque hic ejus festum signatur, haud procul ab illo die.

Dominica III. post Assumptionem.

Feria II. *Festum ss. Interpretum Mesrobis Doctoris et Elisaei, Moysis Grammatici, David invicti Philosophi, Gregorii Narecensis, Narsetis Clajensis et Narsetis Lambronensis.*

Hic celebratur simul festum insignium Doctorum, qui in natione armena claruerunt, inter quos primus fuit sanctus *Doctor Mesrobes*, qui floruit initio quinti saeculi, cujus festum etsi alibi, scilicet hebdomade post Pentecosten, celebretur una cum s. Patriarcha Isaaco, cui in omnibus extitit coadjutor, et cujus consilio characteres armeniacae linguae excogitavit, collegia instituit, de quo Men. Arm. d. 19. Febr.; et d. 25. Novemb. [1]); attamen hic quoque ejus agitur commemoratio cum aliis Doctoribus, quod primus fuerit scientiarum in Armenia propagator, praesertim divinarum scripturarum versione, suis alumnis coadjuvantibus. Inter hos insigniores extiterunt praeclara vita, orthodoxa doctrina, eruditissimis scriptis:

[1]) In Menologio armeno CP. edito an. 1706 ejusmodi est hujus diei titulus: *Inventio literarum armenicarum in civitate Pali, et Petri Patriarchae Alexandrini et Absalon diaconi. Deploratio regni, quod Armenis excidit, et sacerdotii, quod a stirpe s. Gregorii Illuminatoris defecit. Homilia Mosis Armeni cognomento Chiertog.* (Apud Asseman. *B. o.* t. 3, part. 1, p. 654.)

Sectio VI. Varapochumn. Assumptio B. M. V.

S. Elisaeus Doctor, s. Magni Vardani scriba, cujus etiam martyrium, necnon alias quamplures homilias scripsit, et ascetica vita refulgens cursum in sanctitate consummavit, de quo Men. Arm. d. 27. Febr. — *Moyses Philologus* vel *Grammaticus*, sancti Mesrobis magni sororis filius, a Chornio Taroniae oppido *Chorenensis* nuncupatus, inter armeniacos historicos princeps, cujus auctoritatem tamen recentiori aetate paulo labefactatam dicunt rerum historicarum periti. De eo vide Men. Arm. d. 17. Sept. — *David* ejusdem Moysis sororis filius, ac condiscipulus, ob excellentem sapientiam *invicti Philosophi* cognomento insignitus, de quo idem Men. Arm. eodem die 17. Sept. — His accedit *s. Gregorius* cognominatus *Narecensis* e Monasterio Nareci in Anzevensium provincia positi, cujus ipse fuit Praepositus, ibique miraculis, doctrinae eruditione et elegantissimis scriptis claruit, imperantibus Basilio ac Constantino, et anno 903 migravit ad superos, de quo Men. Arm. d. 27. Febr. — *S. Narses Patriarcha*, ob elegantissima sua opera *Gratiosus* nuncupatus, et a Romcla (quod sonat Arx Romana) ubi sedem habebat, *Clajensis* cognominatus, qui sub imperatore Graecorum Manuele strenuam navavit operam pro totius nationis cum Ecclesia unione; supremum diem explevit anno Ch. 1173; de quo Men. Arm. d. 5. Augusti. Supra jam laudatus est p. 9. — His Codices aliqui adjungunt etiam *s. Narsetem* episcopum Tarsi Ciliciae, filium Osini Principis Lambronis, ex quo cognominatur *Lambronensis,* qui variis eruditissimis scriptis claruit, et anno 1177 praeclara illa oratione habita in Concilio Tarsensi, nationem ad unionem Ecclesiae adduxit, et migravit ad Dominum anno 1198; de quo Men. Arm. d. 17. Julii. — Hi fuerunt praecipui auctores etiam librorum ecclesiasticorum ritus armeni [1]).

[1]) Quae ad *sanctos Interpretes* spectant, ultimus breviter quidem, sed egregie perstrinxit Baumgartner in actis literariis *Stimmen aus Maria-Laach,* 1896, t. 2, pp. 528 seqq., aliis praeterea adductis, qui eandem materiam explicatius describunt.

Feria III. *Festum prophetarum Ezechielis, Esdrae et Zachariae patris Joannis Baptistae.*

Ezechielem Prophetam Martyr. Rom. ponit d. 16. Apr., Men. Gr. d. 21. Julii, Arm. d. 12. Martii una cum *Esdra,* quem idem Rom. Martyr. d. 13. Julii collocat. *Zachariam* vero patrem Joannis Baptistae Martyr. Rom. d. 5. Nov. exhibet, Gr. Men. d. 5. Sept., Arm. vero d 10. Oct.

Feria V. *Festum Joannis Prodromi, et Commemoratio Job Justi.*

Juxta ordinem Kalendarii quatuor festa in anno celebrantur de s. Praecursore. Primum est Nativitatis, quod Latini et Graeci celebrant d. 24. Junii: sed Armeni, ut supra dictum est, in fine Octavae Epiphaniae, post Christi Baptismum. — Secundum est Decollationis, quod Latini ac Graeci d. 29. Aug. peragunt, Armeni autem in Octavis Paschae, quod iis diebus decollatio contigerit. — Tertium est Translationis portionis alicujus ejus Reliquiarum in Armeniam per s. Gregorium Illuminatorem, quod festum celebrant Armeni post octavam Pentecostes, quemadmodum etiam hoc suo in ordine videri potest. Restat nunc, ut examinemus, quid sit quartum hoc Praecursoris festum hic loci relatum; jam vero patet, hoc festum semper contingere prope d. 29. Aug.: quo die Latini et Graeci celebrant festum de s. Joanne Praecursore sub titulo Decollationis. Sed ut recte scribit Alphonsus Villiegas *Homilia hujus diei,* s. Joannes non d. 29. Aug., sed mense Martio prope majus Pascha fuit decollatus, anno ante Ch. passionem, ut colligitur e s. Evangelio. At ejus Decollatio celebratur d. 29. Augusti; eo namque die fuit inventio pretiosi capitis ejus in Jerusalem per quosdam monachos devotionis causa illuc profectos, licet hujus inventionis narrationem tum Mart. Rom. tum Gr. Armenorumve Men. sub 24. Febr. referant. Itaque juxta ordinem hujus Kalendarii Decollationis festo infra Octavam Paschae praescripto, utpote suo proprio tempore, hic inventionis pretiosi ejus capitis agitur commemoratio. — Huic additur etiam Comme-

moratio *Job Justi*, quem Mart. Rom. ponit d. 10. Maji: sed Men. Gr. et Arm. d. 6. ejusdem mensis.

Sabbato. *Festum est 318 Episc. sacri Concilii Nicaeni.*

Festum Patrum Nicaeni Concilii Men. Gr. ponit d. 29. Maji, quia traditur Concilium hoc fuisse coactum Dominica post Ascensionem, quae in illos dies incidit. Unde Missale quoddam vetus, ad singulos mensis dies assignans festa, ita hoc festum inscribit: 29. Maji: *Commemoratio est s. Concilii Nicaeni 318 ss. Patrum, qui congregati sunt per pium regem Constantinum ad confutationem Arii impii; sed horum festum peragitur Dominica post Ascensionem Domini, illo namque die convenerunt.* Verumtamen Men. Arm. illud d. 7. Septemb. collocat, ac proinde juxta ordinem Kalend. celebratur hic prope illum diem.

Dominica IV. post Assumptionem.

Hic, 8. Septembris, quocumque die occurrit, *Festum est Nativitatis Beatissimae Virg. Mariae Deiparae ex parentibus suis Joachim et Anna.*

Hoc festum non apparet in vetustioribus Kalendariis; posterioribus saeculis fuit institutum una cum festis Conceptionis ac Praesentationis Deiparae ad imitationem Graecorum, quae quidem festa primum collocarunt in principio Kalendarii, prout ibidem videri potest: postea tamen singula suo in ordine inseruerunt, ideo et festum Nativitatis hic tamquam proprio loco statuerunt. Verum in hoc festo assignando discrepant hic inter se Codices; nonnulli enim attento, quod Conceptio Deiparae juxta Graecos et Armenos celebratur d. 9. Dec., Nativitatem quoque ejus post 9 menses d. 9. Sept. constituunt, una cum commemoratione parentum ejus, praescripto profesto die 8. ejusdem mensis, quemadmodum etiam Graeci Nativitatem d. 8. Sept. celebrant, et 9. ejusdem mensis parentum ejus agunt commemorationem. Unde hujus diei festum sic assignant: *Hoc intervallo, 8. Septembris, Profestum est Nativitatis Deiparae: die vero 9. Festum est Nativitatis Deiparae, et commemoratio parentum ejus.*

Alii vero communiter recte juxta Romanos et Graecos d. 8. Sept. ponunt Nativitatem, sicuti etiam Menologium; die autem 9. ejusdem mensis nullam commemorationem instituunt parentum, ut faciunt Graeci, scilicet quod festum illud ex Kalendarii praescripto jam prius post Octavam Assumptionis celebretur: tamen hi etiam Codices differunt inter se. Nam etsi conveniant in hoc, quod festum istud diei 8. Septembris tribuant, celebrationem tamen illius, aeque ac caetera mobilia festa dominicalia, in proximam Dominicam transferunt aliqui, dicentes: *Hoc intervallo Festum est Nativitatis ss. Deiparae quod celebratur 8. Septembris more Romanorum. Quod si ante Dominicam contigerit, transfer celebrationem in ipsam Dominicam; si vero post Dominicam occurrerit, in antecessum Dominica celebrato.* Nonnulli vero celebrationem in Dominica, vel proprio suo die faciendam arbitrio permittunt hisce verbis: *Hac Dominica Nativitatis Deiparae festum celebrato; quod si de Resurrectione egeris, Nativitatem Deiparae 8. Septembris; quacumque tandem feria occurrerit, peragito: atque in Primis Vesperis profestum agito sine excusatione: sed convenientius est, ut hoc Dominica celebres, quum dominicum sit festum.* Ex his differentiis colligimus, variam variis saeculis et locis consuetudinem obtinuisse in celebrando hoc festo. Verum juxta hodiernam consuetudinem ubique d. 8. Septembris celebratur dominicali solemnitate. Ideo multa alia Kalendaria hujus festi rubricam praescribunt, prout eam nos supra descripsimus.

Sabbato. *Festum Encaeniorum sanctae Crucis.*

Hoc festum proprie est Ecclesiae Sanctae Resurrectionis in Jerusalem, ut insinuat Menol. d. 13. Sept. Unde vetustiora Missalia sic illud inscribunt: *Die 13. Septembris Encaenia Magnae Ecclesiae Sanctae Resurrectionis in Jerusalem.* Vocatur tamen etiam festum *Encaeniorum Crucis,* quia Dominica proxima d. 14. Sept. festum agitur Exaltationis s. Crucis, quod quidem festum in praedicta basilica Resurrectionis fuit primitus institutum; propterea Encaenia Eccle-

siae et Crucis simul celebrantur, non solum hodie, verum etiam sequentibus octo diebus, in quibus scilicet modo Crucis, modo Ecclesiae agitur commemoratio.

Sectio VII. Chatš-veratz. Exaltatio Crucis, ab Exaltatione Crucis usque ad Adventum.

Dominica almae, mirificae ac gloriosae Exaltationis S. Crucis.

Festum Exaltationis sanctae Crucis etiam Men. Arm. non secus atque Mart. Rom. et Men. Gr. d. 14. Sept. exhibet. At ejus solemnitas celebratur hac Dominica, quae vel eodem mensis die occurrit, vel ante, aut post aliquos dies.

Feria II. *Festum Crucis.*

Feria III. *Festum Ecclesiae.*

Feria IV. *Festum Ecclesiae.*

Feria V. *Festum Ecclesiae.*

Feria VI. *Festum Crucis.*

Sabbato. *Festum Crucis.*

Dominica II. post festum Exaltationis s. Crucis.

Feria II. *Festum Mamantis et Philectimonis, nec non Simeonis Stylitae.*

Mamantem Caesareae in Cappadocia imperante Aureliano martyrio coronatum Mart. Rom. d. 17. Aug. reponit; sed Men. Gr. et Arm. d. 2. Sept. — De *Philectimone* vero sciendum, quod etsi Kalendaria omnia ac Missae Codices illud nomen sic scribant, in nullis tamen fastis ecclesiasticis reperimus martyrem quempiam eo nomine vocatum. Ex quo sine periculo erroris colligi posse videtur, nomen illud aliquot literis insertis fuisse immutatum, quod rectius foret dicendum *Philemon.* Quo quidem nomine licet varii existant mar-

tyres, qui tamen hic celebratur, ille potius esse videtur, qui martyrium Ancyrae in Galatia obiit eodem Aureliano imperatore. Unde etiam ejus festum agitur simul cum festo Mamantis. Hunc Men. Arm. ponit d. 2. Dec., nominans ipsum *Philemonem;* quamquam Mart. Rom. et Gr. Men. sub die 29. Nov. *Philemonis* nomine notent. — *Simeon* vero *Stylita*, cujus hic festum celebratur, ille est, qui Antiochiae imperante Leone sanctitate claruit, quem Mart. Rom. reponit d. 3. Sept., Menol. vero Gr. et Arm. d. 1. ejusdem mensis, ideoque hic cum Mamante prope illum diem ejus agitur commemoratio.

Feria III. *Festum sanctarum virginum Febroniae et Marinae.*

Febronia virgo Sibapoli in Syria sub Diocletiano martyrio consumpta ubique refertur ad d. 25. Junii — Marinam vero martyrio Antiochiae Pisidiae perfunctam, quae draconem, qui ad illam deterrendam apparuerat, interfecit in carcere, Menologia tum Gr., tum Arm. ad d. 17. Julii referunt; Martyr. vero Rom. ad d. 20. Julii sub nomine Margaritae; siquidem virginem hanc auctores Graeci Marinam, Romani Margaritam nominant.

Feria V. *Festum ss. episcoporum Anthimi et Irenaei.*

Anthimum Nicomediae episc. martyrio sub Maximiano functum Martyr. Rom. ponit d. 27. Aprilis; at Gr. et Armen. Menol. d 3. Sept. — Irenaeum vero Sirmii ep. itidem temporibus Maximiani martyrio coronatum Martyr. Rom. d. 25. Martii consignant, Men. Gr. et Arm. d. 23. Aug. Notandum autem, in nonnullis Kalendariis et Codicibus Missae haec festa ita enuntiari: *Feria V. Sancti Anthimi ep. et Irenaei, successoris Apostolorum;* ubi alii scribunt: *Anthimi ep. et Irenaei*, postrema illa additione *successoris Apostolorum* omissa. Et hi quidem rectius; nam Irenaeus, qui cognomento *Successor Apostolorum* vocatur, alius est ab Irenaeo, cujus hic festum agitur. Illius enim festum juxta ordinem hujus Kalendarii celebrabitur seorsim undecim post

diebus, una cum Phoca ep., ut videbitur infra p. 606. Caeterum cur aliqui Codices hunc quoque Successorem Apostolorum vocaverint, ratio in promptu est; etenim Men. Gr. utrumque Irenaeum, nempe Sirmii ep., et Lugduni antistitem, cognominatum Apostolorum Successorem sub eodem die, scilicet 23. Aug., collocant. Hinc eum, qui hoc Kalendarii loco celebratur, aliqui recte primum judicantes, vocarunt solum Irenaeum: alii vero putantes, illum esse secundum, addiderunt *Apostolorum Successorem,* nec cogitato illius festo, quod infra separatim celebratur.

Sabbato. *Festum s. Georgii militum ducis, et Adaucti, ac Romani scriptoris contaciorum.*

Georgium militum ducem Cappadocem imperante Diocletiano martyrio coronatum Menologia tum Graec., tum Arm. non secus ac Martyr. Rom. d. 23. Aprilis repraesentant; verum ex Kalend. Armen. ordine hic loci ejus festum agitur. — *Adauctum* vero ducem ex Epheso oriundum, qui in Mesopotamiam, quod Callisthenem filiam suam e Maximini libidine eripuisset, relegatus est, ibique martyrio perfunctus, Men. Graec. et Armen. d. 4. Octob. collocant. — Porro *Romanum* diaconum (quem nonnulli mendose scribunt *Ramanum)* cognomento *Contaciorum scriptorem* nuncupatum, ob varia cantica, seu breviores modulos apud Graecos juxta revelationem coelitus ipsi factam conscriptos, Men. Graec. ponit d. 1. Octob., Arm. vero d. 9. ejusd. mensis. Ejus commemoratio desideratur in Martyr. Rom.

Dominica III. Festum s. Crucis Montis Varagae.

Hoc Festum est mirificae apparitionis s. Crucis in monte Varag, qui est in Vaspuracania Provincia majoris Armeniae, cujus historiam refert Men. Arm. ad d. 26. Februarii.

Fer. II. *Festum Davidis Devinensis, et ss. martyrum Eulampii et Eulampiae.*

S. Martyr *David* erat natione Persa, qui veniens de Korassania ad Gregorium Magnum Armenorum Principem, tem-

pore Anastasii Armenorum Patriarchae, credidit in Christum, et captus deinde a Praefecto quodam Mahometano martyrio confectus est pro Christi fide in urbe Devin, ex quo *Devinensis* cognomen traxit, prout narratur in Arm. Men. sub d. 30. Martii. Celebris fuit martyr apud Armenos. — *Eulampius* autem ejusque soror *Eulampia* fuerunt Nicomedienses sub Maximiano Martyrio perfuncti, quos Mart. Rom. d. 12. Octob. exhibet, Men. Gr. d. 10. ejusdem mensis, Arm. vero d. 9. Hos Menologia omnia vocant Eulampium et Eulampiam; sed in Kalendario vel scriptorum hallucinatione vel brevitatis ergo vocantur *Lampius* et *Lampia*. Relegas, si placet, notata t. 1, p. 461.

Feria III. *Festum s. Eustachii et Theopistes uxoris ejus duorumque filiorum; et ss. virginum Hermiones ac Aecatherinae.*

S. Eustachium ducem militiae, qui imperante Hadriano una cum uxore sua Theopiste et duobus filiis Agapio ac Theopisto in aeneum taurum candentem injectus, martyrium subiit, omnia Kalendaria ad d. 20. Sept. referunt; eum Menologium Graecorum Basil. *Eustathium* vocat; hinc etiam apud Armenos vetustiora Kal. et Missae Codices juxta Graec. habent *Eustathium;* at Men. et Kal. recentiora juxta Rom. scribunt *Eustachium.* — *Hermionem*, filiam Philippi Ap., Ephesi sub Hadriano excruciatam Men. Graec. ponit d. 4. Sept., Arm. vero d. 6. ejusdem mensis. — *Aecatherinam* autem Alexandrinam ingenio praestantissimam sub Maximiano martyrio coronatam Mart. Rom. et Men. Gr. d. 25. Nov. reponunt, Armenorum vero d. 27. Martii. Hanc Mart. Rom. vocat *Catharinam*, quod etiam Men. Arm. sequitur. Sed Graec. Men. habet *Aecatherinam*, unde apud Armenos etiam tum in Kalendario tum in vetustis Homiliariis nominatur *Nectarina.*

Feria V. *Festum ss. Principum Armenorum Isaaci et Hamazaspi.*

Erant hi eximii Principes Arm. fratres germani, qui pro Christi fide decollationis martyrium passi sunt a Tyranno

quodam Ismaelita in urbe Barta, anno Christi 781; de quibus Men. Arm. ad d. 8. Aprilis.

Sabbato. *Festum ss. Septuaginta duorum discipulorum Christi.* Vetustiores Codices antiquo more ponunt 72 apostolorum, discipulos etiam apostolos appellando, quod etiam illi fuerint missi a Christo ad praedicationem. Quinam vero fuerint, Men. Arm. fuse describit ad d. 9. Apr.

Dominica IV. post Exaltationem s. Crucis.

Feria II. *Festum Phocae episcopi, et Irenaei, Successoris Apostolorum.*

Phocam episcopum urbis Sinopes sub Trajano martyrio consummatum Mart. Rom. d. 14. Julii, Graec. vero et Arm. Men. d. 22. Sept. collocant. *Irenaeum* vero episcopum Lugduni, qui primus fuit e discipulis s. Polycarpi episcopi Smyrnensis atque martyrium sub Severo passus est, Men. Graec. reponit d. 23. Aug., Mart. vero Rom. d. 28. Junii. Hic quum esset quasi coaetaneus Apostolis et apostolica praeditus doctrina *Successor Apostolorum* vocatus est.

Feria III. *Festum ss. Virginum Theclae et Barbarae.*

Theclam virg. Apostolis coaetaneam, s. Pauli Ap. discipulam, Iconii sub Nerone plura certamina subeuntem, Mart. Rom. d. 23. Sept., Graec. et Arm. Men. d. 24. ejusd. mensis referunt. *Barbaram* autem virg. a patre suo jugulatam sub Maximiano, Mart. Rom. et Men. Gr. aeque ac Arm. sub die 4. Dec. exhibent.

Feria V. *Festum Pantaleonis medici et Hermolai presbyteri et Euphrasiae virginis.*

Pantaleonem seu *Panteleemonem medicum ἀνάργυρον, et Hermolaum* presbyterum, ejus in fide institutorem, Nicomediae sub Maximiano martyrio perfunctos, Martyr. Roman.

d. 27. Julii, Men. Gr. et Arm. d. 26. ejusd. mensis statuunt. — De *Euphrasia* sive *Eupraxia*, quae ascetica vita et miraculis claruit in Sanctimonialium monasterio in Thebaide, sub Theodosio, extat commemoratio in Mart. Rom. sub die 13. Martii; Men. Gr. d. 25. Julii; Arm. vero d. 20. ejusdem mensis, ubi vocatur *Praschia* seu *Eupraschia*. V. t. 1, p. 223.

Sabbato. *Festum Callistrati et 49 martyr. sociorum ejus, ac Luciani presbyteri.*

Callistratum militem romanum aliosque 49 milites cum eo martyrio perfunctos in persecutione Diocletiani Martyr. Rom. refert d. 26. Sept., Men. Gr. et Arm. d. 27. ejusdem mensis. — *Lucianus*, presbyter Antiochenus, qui Nicomediae sub eodem Diocletiano passus est, in Mart. Rom. collocatur sub die 27. Jan.; at in Men. Graec. et Arm. d. 15. Octob. Hunc quaedam Kalend. nominant *Luncianum* et *Ulcianum;* utrumque, ut videtur, mendose.

Dominica V. post Exaltationem s. Crucis.

Feria II. *Festum Inventionis reliquiarum s. Gregorii Patriarchae Albanorum: nec non ss. Patrum Thatuli et Vari et Thomae, Antonii et Chronidis, et septem Chortophagorum, qui in Coenobio Innagnian dicto, titulo s. Praecursoris in Taronia erecto, consummati sunt.*

Festum *s. Gregorii Albanorum Patriarchae* celebratur quinta Hebdomade post octavam Pentecostes, una cum caeteris filiis ac nepotibus s. Gregorii Illuminatoris. Verum hic rursus ejus agitur commemoratio pro inventione Reliquiarum ejus, de quo Men. Arm. d. 6. Martii. Eundem quoque commemorat 30. Septembris, sub quo die refert etiam vitam *Thatuli, Vari* et *Thomae,* qui fuerunt discipuli ss. Isaaci et Mesrobis, et ascetica vita primo eremum colentes, postea vero coenobitarum domibus erectis, auctores quamplurum monachorum, et sanctitatis vitae exemplaria extiterunt. Nec

non vitam *Antonii* et *Chronidis*, qui erant patres monachorum, ex Graecia a Leontio patriarcha Illuminatori nostro s. Gregorio post ejus consecrationem concessi, ad juvandum eumdem in animarum regimine, quique cum s. Illuminatore de Caesarea in Armeniam, in provinciam Taronis, advenientes, atque praedictum coenobium in loco, ubi deposuerunt reliquias s. Praecursoris erigentes, monachorum ordinem instituerunt. Ex his monachis claruerunt septem illi *Chortophagi* χορτοφάγοι, h. e. *herba victitantes: Theonas, Polycarpus, Simeon, Epiphanius, Demarius, Joannes* et *Narcissus*, qui in praefato coenobio martyrio a Persis confecti sunt, quorum omnium vita refertur pariter in Men. sub eodem die 30. Sept.; nec non in peculiari hymno, qui de illis habetur in Hymnorum libro.

Feria III. *Festum Ananiae apostoli, qui Damasci consummatus est. Et ss. Apostolorum Mathiae et Barnabae; nec non Philippi, Joannis, Silae et Silvani, coadjutorum Pauli, atque duodecim Doctorum.*

Ananias apostolus, episcopus Damasci, qui baptismum s. Paulo contulit, et sub Licinio Praefecto lapidibus obrutus obiit, refertur a Mart. Rom. sub d. 25. Januarii, a Graec. Men. d. 1. Octobr.; ab Armenorum vero d. 2. ejusdem mensis. — *Mathiae* Ap. in duodecim Apostolorum numerum assumpti, atque in Aethiopia martyrio coronati extat commemoratio in Mart. Rom. d. 24. Febr., in Men. Gr. d. 9. Aug., Arm. d. 4. ejusd. mensis. — *Barnabam* Apostolum, Cyprium, coadjutorem Pauli, in Cypro lapidatum, Mart. Rom. reponit 12. Junii; quemadmodum etiam Gr. Men., at Arm. d. 11. ejusd. mensis. His non pauca Kalendaria addunt alios quatuor Apostolorum discipulos, *Philippum* scilicet, unum ex septem diaconis, qui eunuchum sacro baptismate abluit, et praedicans in Asia, tandem apud Caesaream requievit. Hunc Mart. Rom. ponit d. 6. Junii, Men. Graec. d. 11. Octobr., Arm. vero d. 9. Febr. — *Joannem* vocatum *Marcum*, cujus extat memoria in Actis Apost. XII, 12 et 25, et XV, 37, de quo Mart. Rom. d. 27. Sept., sed Men.

Arm. eum in serie 72 discipulorum collocat d. 9. Apr. — *Silam* et *Silvanum*, coadjutores Pauli, de quibus Men. Graec. d. 31. Julii, Arm. vero d. 26. Junii. Multi auctores hos duos putant esse unum eundemque, ut observat C. a Lapide in *comm. epist. ad Thessalon.* ad textum *Paulus et Silvanus et Timotheus;* ideo in Mart. Rom. Silae tantummodo reperitur comm. sub d. 13. Julii. Cum praedictis agitur etiam commemoratio *Duodecim Doctorum* [1]), qui, ut habetur in Men. Arm. et hic quoque nominatim recensent nonnulla Kalendaria, fuerunt isti: *Dionysius Areopagita*, *Hierotheus*, *Silvester*, *Athanasius Alexandrinus*, *Cyrillus Hierosolymitanus*, *Ephraëm Syrus*, *Basilius Caesareensis*, *Gregorius Nyssenus*, *Gregorius Theologus*, *Epiphanius Cyprius*, *Joannes Chrysostomus*, *et Cyrillus Alexandrinus*. Quorum festum etiamsi seorsim celebretur, tamen hic quoque simul commemorantur cum discipulis, eo quod apostolicae doctrinae lumina extiterint primitivae Ecclesiae. Horum autem memoriam Kalendaria immediate post Ananiam subjungunt, tum reliquorum addunt nomina, at nos postremo loco collocavimus, ne abrumperetur ordo nominum discipulorum.

Feria V. *Festum Dionysii Areopagitae, et ss. Apostolorum Timothei et Titi, aliorumque discipulorum Pauli.*

Sanctum *Dionysium Areopag.*, episcopum Athenarum, Mart. Rom. d. 9. Oct. collocat; Men. Graec. d. 3. ejusd. mensis; Arm. d. 4. — *Timothei,* discipuli s. Pauli, atque episcopi Ephesi, extat commemoratio in Mart. Rom. sub d. 24. Januarii; at in Men. Graec. et Arm. d. 22. ejusd. mensis. — *Titum* ejusdem Pauli discipulum ac episcopum Cretae commemorat Mart. Rom. d. 4. Jan., Men. Graec. d. 25. Aug.; sed Arm. d. 29. Julii. His addunt nonnulla Kalendaria: *aliorumque discipulorum Pauli*, quales fuerunt *Archippus* et *Philemon,* sub Nerone in Phrygia martyrio affecti, de quibus Mart. Rom. d. 20. Martii; Men. Graec.

[1]) H. Alt, quod non intelligebat, falsa interpretatione reddidit *zwölf Apostel* (p. 257).

d. 23. Nov.; Arm. vero d. 22. ejusd. mensis. Item *Sosipater* et *Jason,* qui in insula Corcyrae decesserunt, quorum meminit Mart. Rom. 25 Junii et 12. Julii, Men. Graec. d. 27. Apr.; Arm. d. 14. Maji. — Demum *Onesimus*, episcopus Ephesi post Timotheum, Romae martyrio functus, de quo Mart. Rom. d. 16. Febr., Men. Graec. 15. Febr., Arm. vero 10. ejusdem mensis.

Sabbato. *Festum ss. Evangelistarum Matthaei, Marci, Lucae et Joannis; atque Luciani presbyteri et ss. martyrum Tarachi, Probi et Andronici, ac Pelagiae Virg.*

Etsi Men. Arm. martyrium ss. Evangelistarum variis diebus assignet, Matthaei quidem juxta Graecos d. 16. Nov., quod Mart. Rom. refert d. 21. Sept.; *Marci* d. 24. Martii, quod in Mart. Rom. et Men. Graec. habetur d. 25. Apr.; *Lucae* d. 18. Oct., non secus ac in Mart. Rom. et Men. Graec.; *Joannis* denique d. 26. Sept. juxta Graecos, necnon d. 28. Dec. ut etiam Mart. Rom. d. 27. ejusd. mensis; eorum omnium festum tamen ex Kalendarii ordine hic simul celebratur. Ideo alibi nulla seorsim instituitur de illis commemoratio; excepto Joanne, cujus proprium festum agitur iterum postremis diebus Decembris: et forte eam ob causam nonnulla Kalendaria in assignando hic festo Evangelistarum, trium priorum tantum faciunt mentionem, omisso Joannis nomine: quamvis plura alia convenienter Joannem quoque iis adjungant, atque sic iterum ejus agant commemorationem una cum aliis Evangelistis. — Post illos instituunt Kalendaria aliorum quorumdam martyrum festa. Ac primum *Luciani* presbyteri, quem nonnulli putant esse Lucianum sacerdotem Antiochenum, Nicomediae sub Diocletiano passum, de quo Martyr. Rom. d. 7. Jan., et Men. Gr. et Arm. d. 15. Oct. Sed non videtur verisimile, siquidem ejus festum septem ante diebus celebratur una cum Callistrato, quod iterum hic repetere supervacaneum foret. Ergo qui hic honoratur, videtur esse alter Lucianus presbyter, qui cum Dionysio in Galliam profectus, martyrium pro Christi fide subiit, de quo Mart.

Rom. d. 8. Jan., cum *Maximiano* et *Juliano* sociis, quamquam in Arm. Menol. nulla ejus reperiatur commemoratio.

Secundo *Tarachi* (quem aliqui mendose scribunt *Tarachrum), Probi* et *Andronici,* qui sub Diocletiano Tarsi Ciliciae martyrium consummarunt, quosque Mart. Rom. et Men. Arm. d. 11. Oct. collocant; Gr. vero d. 12. ejusdem mensis. Pleraque Kalendaria his martyribus adnotatis, addunt: *aliorumque discipulorum Pauli,* quod reliqui codices convenientius biduo ante collocant, feria nempe quinta, festo Timothei et Titi, prout etiam a nobis factum est: etenim Tarachus et socii non fuerunt discipuli, aut coaetanei Pauli, cum martyrium subierint sub Diocletiano, ideoque commemorationem discipulorum Pauli iis subjungere minime videtur consentaneum.

Tertio *Pelagiae* Virginis Tarsensis, quae sub Diocletiano aeneo tauro ardenti inclusa martyrium pertulit, de qua Mart. Rom. d. 4. Maji, Men. Gr. d. 7. Oct., Armenorum vero d. 8. ejusd. mensis.

Dominica VI. post Exaltationem s. Crucis.

Feria II. *Festum Longini centurionis, qui in Christi crucifixione credidit; et Joseph Sponsi B. M. V. et Joseph Arimatheensis, et Lazari amici Christi, ac sororum ejus Mariae et Marthae.*

Longinum centurionem, qui in Christi crucifixione credidit, Mart. Rom. d. 15. Martii collocat; at Men. Gr. et Arm. d. 16. Oct. — *Josepho*, Sponso *B. M. V.* Men. Gr. et Arm. certum diem non assignant. *Josephum Arimatheensem* Mart. Rom. refert ad d. 17. Martii. Verum in Gr. et Arm. Menologiis non habetur de eo specialis commemorationis dies. — *Lazarus* quatriduo post mortem a Christo resuscitatus commemoratione refertur sub die 17. Dec. in Mart. Roman., sed in Men. Armen. d. 11. Jan. et d. 16. Martii. — *Marthae* ejus sorori, quam Mart. Rom. collocat d. 29. Julii, in Menol. Gr. et Arm. nullus assignatur

dies proprius. — *Maria* vero illius soror, collocatur in Mart. Rom. sub d. 22. Julii; at Men. Arm. eam reponit sub d. 16. ejusdem mensis. — Notandum hic, vetustiora quaedam Kalendaria post Josephum Arimatheensem addere haec: *Mulierumque myrophorarum*, quod tamen ab aliis omittitur, eo quod earum festum jam praescriptum sit una cum festo Joachimi et Annae post octavam Assumptionis, quemadmodum ostensum est supra p. 594.

Feria III. *Festum s. Theodoreti presbyteri (Antiocheni); et Zenonis militis et Macarii, Eudoxii et Romuli.*

Theodoretus, presbyter Antiochenus (ut vetustiora Missalia testantur d. 19. Oct.) Antiochiae in Syria in persecutione Juliani martyrio coronatus refertur in Mart. Rom. d. 23. Oct., in Menol. Gr. d. 2. Martii. In Men. tamen Arm. non habetur ejus vita. — *Zenonis* militis a Maximo Praeside Philadelphiae in Arabia excruciati commemoratio extat in Mart. Rom. et Gr. Men. sub die 23. Junii: Armenorum vero d. 27. ejusdem mensis. Verum qui hic celebratur, non is jam dictus, sed alius Zeno, pariter miles, videtur esse, qui cum ss. Eudoxio et Macario aliisque sociis martyrium consummavit Melitinae in Armenia. Narrat enim Mart. Rom. d. 5. Sept. et Men. Gr. d. 6. ejusd. ut et Arm. d. 11. ejusd., quod imperante Trajano Eudoxius erat dux militum in Gallia, religione Christianus. Romulus autem erat aulae imperatoriae Praefectus, cujus impulsu quum persecutionem moveret Trajanus in Gallia, relegatus est Eudoxius cum militibus suis Melitinam Armeniae. Poenitentia tamen ductus Romulus, quum in Christum credidisset, jussu Trajani capite plexus est. Eudoxius autem cum Zenone et Macario aliisque 1104 militibus Melitinae in Armenia martyrio afficitur sub Diocletiano et Maximiano. Porro Men. Gr. et Arm., quum haec referunt, Eudoxii et Romuli tantum faciunt mentionem sed Mart. Rom. addit etiam Zenonem et Macarium. Ex quibus constat, quod principales in his martyribus extitere

Eudoxius et Romulus. Zeno vero et Macarius fuerunt socii Eudoxii in martyrio una cum 1104 mart. Hinc vetustiora Missalia horum ordinem sic habent *Eudoxii, Romuli, Zenonis et Macarii, aliorumque 1034 martyrum;* proinde idem hic ordo merito conservari posset.

Feria V. *Festum ss. Arethaeitarum decem millium et ducentorum martyrum, et Artemii Magni Martyris.*

Aretham, principem Negrae urbis, martyrio perfunctum una cum viris et mulieribus illius civitatis a Touna tyranno Hebraeo, Justino imperante, Mart. Rom. et Men. Gr. d. 24. Oct. reponunt, Arm. vero d. 20. ejusdem mensis. Relegi velim notata t. 1, p. 467. — Artemius vero martyr, Princeps Alexandriae in Aegypto, qui a Juliano, quem ob persecutionem Christianis illatam objurgaverat, martyrio affectus est, refertur in Mart. Rom. et Men. Gr. d. 20. Oct.: Arm. vero d. 19. ejusdem mensis.

Sabbato. *Festum Demetrii martyris, qui Thessalonicae consummatus est; et Basilisci presbyteri, qui consummatus est Amaseae.*

Demetrium martyrem, Thessalonicae sub Maximiano passum, Martyr. Rom. d. 8. Oct. collocat, Men. Gr. d. 26. mensis ejusdem, Armenorum vero d. 25. — De *Basilisco* Amaseensi autem sciendum, quod pauca vetustiora Missalia eum scribunt *Basilium,* vel *Basileum.* Quamvis autem exstet quidam Basileus, non modo presbyter, sed etiam episcopus Amaseae, sub Licinio Nicomediae martyrio coronatus, de quo Mart Rom. et Men. Gr. d. 26. Apr, qui tamen hic celebratur, non videtur is esse; licet enim hic fuerit episcopus Amaseae, at non Amaseae, sed Nicomediae, ut jam dictum est, martyrium consummavit, quamvis deinde s. ejus corpus Amaseae conditum fuit: hodiernum vero Amaseae ferunt consummatum eumque omnia omnino Kalendaria armena *Basiliscum,* et non *Basileum* nominant. Videtur itaque iste potius

esse *Basiliscus miles*, qui antea cum Eutropio et Cleonico, Maximiano imperante, Amaseae decertans, deinde Agrippae Praesidis jussu Comanam Ponticam abductus est, ibique capite obtruncatus, ut referunt Mart. Rom. et Gr. Men. d. 22 Maji, Armenorum vero d. 25. ejusdem. Idcirco perperam illum hic presbyterum vocari non improbabilis quorumdam sententia fuit.

Dominica VII. Festum Inventionis Crucis.

Inventio Crucis Christi Hierosolymis per Helenam matrem Constantini Imperatoris a Mart. Rom. refertur die 3. Maji, a Men. autem Arm. d. 17. ejusdem mensis. Sed ejus festivitas hic ex hujus Kalendarii praescripto solet celebrari.

Feria II. *Festum Anastasii presbyteri et Vari; et consummatio Theodotae et filiorum ejus, atque eorum, qui cum illis consummati sunt.*

Duos invenimus Anastasios presbyteros in Martyr. Rom.: unum, qui cum Felice monacho et Tigni virgine martyrium subiit, descriptum sub die 14. Junii; alterum, qui cum Placido et Genesio martyrio pariter functus est, relatum sub die 11. Oct. Sed quum uterque sit apud Armenos ignotus, neque in Men. Arm. et Gr. habeatur illorum ulla mentio, restat jam, ut ille, cujus hic festum agitur, sit alius. Verum quum in Menol. Gr. et Arm. nullum reperiamus hoc nomine presbyterum, merito inferimus τὸ presbyter per errorem esse hic insertum, patetque ex eo, quod emendatiora quaedam Kalend. ponunt Anastasii, Vari et Theodotae. Videtur ergo, qui hic assignatur, esse Anastasius ille monachus, qui antea erat magus Persa, sed postea ex miraculis s. Crucis tempore Heraclii abductae a Chosroe, in Christum credens, atque in baptismo nuncupatus Anastasius, factusque monachus, martyrium perpessus est ab eodem Chosroe cum septuaginta sociis, de quo Martyr. Rom. et Men. Gr. d. 22. Jan.,

Arm. vero d. 23. ejusdem mensis. — *Varum* militem martyrio consumptum sub Maximiano in Aegypto cum septem monachis Mart. Rom. reponit d. 19. Oct. Men. Gr. d. 25. ejusdem mensis, Arm. 12. et 18. — *Theodota* martyr (quam nonnulla Kal. Theodoritam vocant), cum tribus filiis suis Nicaeae in Bithynia sub Diocletiano martyrio functa a Mart. Rom. collocatur d. 2. Aug., a Men. Gr. d. 22. Dec., ab Arm. vero d. 27. Julii.

Feria III. *Festum ss. Hypericitarum, qui Samosatae consummati sunt.*

Fuerunt isti septem Sancti martyres ex eorum duce, cujus nomen erat *Hypericus,* vocati *Hypericitae,* et martyrio Samosatae Armeniae minoris urbe jussu imperatoris Maximiani affecti, prout refertur in Men. Arm. ad d. 19. Oct.

Feria V. *Festum Severiani Sebasteni, et Babylae senis, ac 84 discipulorum ejus.*

Severianum militem Sebastenum, qui quadraginta martyres ad martyrium confortavit, atque eam ob causam ipse etiam excruciatus est sub Licinio, Mart. Rom. et Men. Gr. memorant ad d. 9. Sept.; Armen. vero ad d. 12. ejusd. mensis. — *Babylam senem*, Lectorem cum octoginta quatuor discipulis suis sub Maximiano martyrio consumptum, Men. Arm. refert sub d. 4. Julii; at in Mart. Rom. et Gr. Men. ejus memoriam non invenimus.

Sabbato. *Festum Barlaam Antiochiae episcopi, et Septem Puerorum Ephesi, qui in monte Oglos consummati sunt.*

Barlam, sive *Barlaam,* senex Antiochenus, videtur perperam hic vocari episcopus Antiochiae: quum nullo in Men. reperiamus eum fuisse episcopum. Ideo in vetustioribus Missarum Codicibus vocatur tantum *Barlaam Antiochenus.* Eum Martyr. Rom. ponit sub d. 19. Nov., Men. Gr. 16. Arm. vero 22. ejusdem mensis. — *Pueros* autem *Ephesi,* qui fugientes persecutionem Decii dormierunt in monte Oglos

usque ad tempora Theodosii Junioris, deinde somno excitati confirmarunt multos in fide universalis resurrectionis, et requieverunt in Christo, Mart. Rom. refert sub d. 27. Julii, Men. Gr. d. 23. Oct., Arm. vero 24. ejusdem. Sed de iis relegantur, quae pro Kalendarii ratione ex melioribus criticis animadversa jam sunt t. 1, pp. 233—234. Quodsi alios praeterea consulere placeat, inprimis adeatur, qui caeterorum industriam et diligentiam superavit sagacissimus historicus, nuperrime totum argumentum longa articulorum serie copiosissime persecutus in novis Actis literariis „Bessarione", 1896—1897.

Dominica VIII. post Exaltationem s. Crucis.

Feria II. *Festum Stephani Romani Pontificis, et presbyterorum, et diaconorum, ac populorum, qui cum eo consummati sunt.*

Sanctum *Stephanum* Pontificem Romanum martyrio sub Valeriano functum una cum multitudine sacerdotum, diaconorum et populorum, qui tempore illius consummati sunt, Mart. Rom. et Gr. Men. reponunt sub die 2. Aug., Arm. tamen 3. Nov.

Feria III. *Festum Acepsimae episcopi et Josephi presbyteri, et Aithalae diaconi, ac Platonis martyris.*

Acepsimam ep. et Josephum presb. et Aithalam diac. martyrio in Perside a Sapore affectos, Mart Rom. collocat d. 22. Apr., Men. Gr. d. 3. Nov., Arm. vero 4. ejusdem mensis. — *Platonem* martyrem Ancyrae in Galatia sub Agrippino Praeside passum, idem Mart. ponit ad d. 22. Julii, Men. Gr. ad 18. Nov., Arm. ad 14. ejusdem.

Feria V. *Festum ss. Pontificum Metrophanis, Alexandri et Pauli Confessoris. Et ss. Notariorum Marciani et Martyrii.*

Archiepiscopos CPolitanos *Metrophanem*, qui sub Constantino claruit, ejusque successorem *Alexandrum*, qui unus fuit ex patribus s. Concilii Nicaeni, Gr. et Arm. Men. reponunt d. 4. Junii; at Mart. Rom. Metrophanem d. 4. Junii, Alexandrum vero d. 28. Aug. designat. *Paulum* confessorem, Alexandri in throno CP. successorem, et ab Arianis Cucusi Cappadociae oppidulo martyrio interfectum, Men. Gr. et Arm. d. 6. Nov. collocant; Mart. vero Rom. d. 7. Junii. — *Marcianus* et *Martyrius*, Notarii Pauli Conf., ab Arianis itidem martyrio confecti, ubique exhibentur ad diem 25. mensis Octobris. De his omnibus abunde actum superiori volumine ad dies e Graecorum fastis enotatos.

Sabbato. *Festum ss. Archangelorum Michaelis et Gabrielis; necnon totius coelestis Exercitus.*

Festum *Michaelis Archangeli,* et *coelestis Exercitus* Men. Gr. et Arm. instituunt d. 8. Nov.; sed Mart. Rom. festum s. Michaelis solius assignat d. 29. Sept., die Dedicationis ejus templi in monte Gargano.

Dominica IX. post Exaltationem s. Crucis.

Feria II. *Festum Meletii arch. Antiochiae, et Mennae Aegyptii, et Milis episcopi, et Eborae presbyteri, et Sinoe diaconi.*

Meletius, Antiochiae archiepiscopus, qui sub Constantio imperatore Ariano fuit catholicae fidei contra Arianos propugnator, a Martyr. Rom. refertur sub die 12. Febr., a Men. Gr. 23. Aug. — *Mennae,* Aegyptii militis, martyrio sub Diocletiano defuncti exstat commemoratio tum in Mart. Rom., tum in Men. Gr. sub die 11. Nov.; in Arm. vero sub d. 10. ejusdem mensis. — *Milem* episcopum (quem nonnulla Kalendaria nominant *alterum Meletium episcopum),* ejusque discipulos *Eboram* presbyterum, et *Sinoe* diaconum, qui in Perside martyrium subierunt, Martyr. Rom. ponit d.

22. Apr.; Men. Graec. d. 13. Nov.; sed Arm. ejusdem mensis d. 12.

Feria III. *Festum s. Joannis Chrysostomi, Constantinopolis Patriarchae.*

S. Joannis Chrysostomi dormitionem Mart. Rom. et Men. Gr. ponunt d. 14. Sept.; Arm. vero pridie ejus diei. Sed relegationem ejus Cucusum Men. Gr. et Arm. referunt sub die 13. Nov.; ac proinde hic agitur ejus festum, non ita procul ab illo die. Translatio vero Reliquiarum ejus ad urbem CPolim, imperante Theodosio Juniore, ab omnibus signatur die 27. Jan., quo die Latini et Graeci ejus festum celebrant.

Feria V. *Festum Guriae, Samonae et Abibi diaconi, qui in urbe Edessa consummati sunt; et Romani monachi, et Infantis confessoris, atque Hesychii militis.*

Guriam et *Samonam*, sub Diocletiano Edessae martyrio perfunctos, omnia Kalendaria ecclesiastica ad d. 15. Nov. referunt. *Abibum* quoque diaconum Edessae sub Licinio passum sub eodem die exhibent. *Romanus* monachus (quem aliqui legunt Ramanum), et Infans confessor, Antiochiae sub Galerio martyrio coronati, a Mart. Rom. et Men. Gr. reponuntur die 18. Nov.; ab Arm. vero d. 14. ejusd. mensis. *Hesychii* autem militis, similiter Antiochiae sub Maximiano excruciati, fit commemoratio in Graec et Arm. Men. die 10. Martii. Verum Mart. Rom. eum etiam d. 18. Nov. collocat, ideo ejus quoque festum hic celebratur una cum festo Romani monachi.

Sabbato. *Festum s. Philippi Apostoli.*

Philippum Ap. unum ex duodecim, apud Hierapolim sub Trajano martyrio functum, Mart. Rom. collocat d. 1. Maji; Men. Gr. d. 14. Nov., Arm. vero 17. ejusdem mensis: proinde hic ejus festum peragitur.

Dominica X. post Exaltat. s. Crucis (si occurrat)

Feria II. *Festum Angelorum et Archangelorum.*

Feria III. *Festum omnium Prophetarum.*

Feria V. *Festum omnium Apostolorum.*

Sabbato. *Festum omnium Sanctorum veterum ac recentiorum, cognitorum et incognitorum.*

Hujus hebdomadis integra ordinatio deest in vetustioribus Kalendariis. Etenim hoc intervallum, quod extenditur a festo s. Georgii usque Paregentan Hissnag-atz, Dominicam Hilariorum jejunii Adventus, communiter est septem hebdomadarum. Unde post festum s. Philippi Ap. vetustiores Codices subjungunt immediate praedictam Dominicam Hilariorum Hissnag, quae habetur infra.

Sed quia, ut notatur in monitis ad Kalendarium, contingit annus, quo ad septem hebdomades additur altera, ita ut intervallum istud sit octo hebdomadum, pro hujusmodi annis adhuc unius hebdomadae festorum seriem praescribunt caeteri Codices. In quibus tamen festis praescribendis, quum varii exstiterint ordines pro temporum varietate: tandem recentiora Kalendaria edita, caeteris festis quibuscumque suis in locis constanter designatis, hujus redundantis hebdomadis festa instituerunt eo ordine, quo nos, utpote meliori, supra descripsimus, eosdem auctores hac in parte secuti: ita tamen, ut, si septem hebdomades contigerint hoc intervallo, ommittantur illa festa, si vero octo, celebrentur. Id porro fecerunt laudabili nationis armenae consuetudini inhaerentes, quae per istum annum iisdem feriis hebdomadis determinatae praefatorum Sanctorum communem quamdam commemorationem in Officio agi praecipit. Imo et ad imitationem Ecclesiae Romanae, quae singulis annis primo die Novembris solemnia peragit omnium Sanctorum: quod observantes quidam festorum Indices tempore Sisensium, post festum Archangelorum Gabrielis et Michaelis, addidere: *Hoc intervallo primo Novembris festum est omnium Sanctorum.* Quam quidem con-

suetudinem forte temporibus illis servatam, ac postea collapsam, nunc denuo excitarunt hoc modo, nempe, ut hic loci eadem solemnitas celebretur saltem iis annis, quibus intervallum hoc ad octo hebdomadas usque protrahi contigerit.

Hic dies 21. Novembris, quacumque feria occurrit, *Festum est Praesentationis Beatissimae Sanctae Deiparae triennis in Templo a Parentibus suis.*

Festum istud in vetustioribus Kalendariis desideratur: institutum fuit postea una cum festis Nativitatis et Conceptionis Beatissimae Virginis: quae quidem festa collocarunt initio Kalendarii; postmodo vero singula suum in ordinem transtulerunt, proinde et *Praesentationem B. V.* hic tamquam proprio suo loco statuerunt.

Sectio VIII. Hissnag. Adventus.

Dominica I. Hissnaga-mud, h. e., *ingressus Adventus.*

Dominica haec vocatur *Ingressio Quinquagenariae,* sive *Hilaria ad Abstinentiam Adventus*, quod quinquaginta fere diebus antecedit Epiphaniam, quo temporis spatio tres hebdomadales abstinentiae observantur in honorem Nativitatis Christi, et Epiphaniae, non quidem continuato tractu, ut mos est Graecorum, per quadraginta dies abstinentium, vel juxta Latinos, qui pro libitu abstinent diebus fere viginti quinque, quae abstinentia vocatur *jejunium Adventus:* sed interpositione hebdomadarum, in quibus licet vesci carnibus. Nam primo abstinent per unam hebdomadam, quae est haec praesens, vocaturque *Hissnag-atz, Abstinentia Quinquagenariae.* Deinde post duas hebdomadas, quibus vescuntur carne, altera hebdomada abstinent, quae nuncupatur *Abstinentia s. Jacobi* propter festum s. Jacobi episcopi Nisibeni, quod Sabbato ejusdem hebdomadis celebratur. Demum elapsis aliis duabus hebdomadibus, quibus pariter carne utuntur, adhuc una hebdomada abstinent, quae nominatur *Abstinentia Epiphaniae;*

atque tum, exacto quinquaginta dierum intervallo, pervenitur ad Epiphaniam. Jam vero hujusmodi quinquaginta dierum distinctio nedum hic, sed per totum fere anni decursum observatur juxta ordinem Kalendarii, ut initio monuimus.

Sabato. *Festum Gregorii Thaumaturgi et Myronis episcopi.*

Gregorium Thaumaturgum, ep. Neocaesareae, Mart. Rom. et Men. Gr. ponunt d. 17. Nov.; sed Men. Arm. d. 24. ejusdem mensis. — *Myronem* autem episcopum in Creta, qui miraculis et sanctitate claruit imperante Decio, idem Rom. Mart. et Men. Gr. referunt sub die 8. Aug., Arm. vero 9. ejusdem mensis.

Dominica II.

Feria II. *Festum ss. Virginum Julianae et Basilissae.*

Julianam martyrem Nicomediae excruciatam ab Evilasio Praefecto sub Maximiano, Mart. Rom. d. 16. Febr. collocat; Men. Gr. d. 21. Dec., Arm. d. 20. ejusdem mensis. — *Basilissam* autem virginem itidem Nicomediae sub Diocletiano vexatam ab Alexandro Praeside, quem ad Christi fidem reduxit, et tum ipsa in oratione animam Deo reddidit, Mart. Rom. et Men. Graec. d. 3. Sept. reponunt, Arm. vero 10. ejusdem mensis.

Exstat etiam *Julianus* quidam martyr Antiochenus, qui cum uxore sua Basilissa sub Maximiano consummatus est, ille quidem martyrii certamine, ista vero illibata virginitate morumque integritate, de quibus agit Mart. Rom. d. 9. Jan., et Men. Arm. d. 21. Junii. Verum qui hic celebrantur non sunt isti, quandoquidem illarum utraque feminino enuntiatur nomine; istorum vero alter est maritus, alter conjux.

Feria III. *Festum ss. Apostolorum Jacobi et Simonis.*

Codices Missae, qui in dies mensis festa distribuunt, hoc festum sic inscribunt: *25. Novembris, Martyrium ss. Apo-*

stolorum Jacobi Alphaei, et Simonis Zelotae [1]); ex quo patet, quod, qui hic celebratur, sit Jacobus Minor, cognominatus Alphaei, eo quod pater ejus vocaretur Cleophas et Alphaeus, et est idem, qui vocatus est *Frater Domini* et *Justus,* quique fuit primus episcopus Hierosolymitanus, et a pinnaculo templi dejectus occisus est a Judaeis, quem Mart. Rom. reponit d. 1. Maji cum Philippo Apostolo. Sed Men. Graec. et Arm. distinguunt Jacobum Alphaei a Jacobo, Fratre Domini. Jacobum enim Alphaei, qui unus est ex duodecim, putant fratrem fuisse Matthaei Evangelistae, eo quod hunc etiam vocaverit Evangelista *Levi Alphaei,* atque ejus obitum collocat Men. Graec. d. 9. Oct., Arm. 23. Jan. Jacobum vero, *Fratrem Domini* vocatum ac *Justum*, qui fuit episcopus Hierosolymis, alium a primo putant, et extra numerum duodecim Apostolorum, cujus martyrium reponunt Men. Graec. ad dies 23. Oct. et 30. Apr.; Arm. vero ad 23. Oct. et 25. Dec. una cum Davide Propheta. Hinc etiam in Kalendario Arm. bis instituitur festum Jacobi Ap.; primo hic sub cognomine Alphaei, secundo in ordine majorum, ut ajunt, festorum cum Davide Propheta sub cognomento *Fratris Domini.* — *Simon* Apostolus Cananaeus, cognomento Zelotes, qui martyr in Perside decessit, a Mart. Rom. refertur sub die 28. Oct. una cum Apostolo Juda: a Men. Graec. 29. Apr.; ab Arm. vero 30. Junii cum caeteris Apostolis. — Alius est hic a Simeone propinquo Salvatoris, qui filius erat Cleophae, et frater Jacobi et Judae et Joseph, qui post Jacobum, fratrem Domini, episcopatum Hierosolymorum obtinuit, ac centesimo vicesimo aetatis anno crucifixus est Hierosolymis sub Trajano; de quo Mart. Rom. d. 18. Febr.; Men. Graec. 18. Sept.; Arm. vero 28. ejusd. mensis, cujus festum agitur eo intervallo, quod incidit post Epiphaniam.

Feria V. *Festum Clementis episcopi et Pancratii episcopi Tauromenii, ac Gregorii Agrigentini.*

Clementem, discipulum Petri Ap., qui post eum creatus est Pontifex Romanus, et sub Trajano martyrium subiit. Mart.

[1]) H. Alt *festi titulum* clarius, ut putabat, explicaturus, intolerabilem glossam adscripsit: *Simon Petrus* (p. 261).

Rom. ponit 23. Nov., Men. Graec. 25. ejusdem mensis, Arm. vero 26. — *Pancratium* quoque, discipulum s. Petri Ap. et ab illo ordinatum episcopum Tauromenii in Sicilia, ubi etiam martyrio occubuit, Mart. Rom. refert sub die 3. Apr.; Men. Gr. 9. Febr.; Arm. 14. Julii. — *Gregorius*, episcopus Agrigenti urbis Siciliae, a Mart. Rom. et Men. Arm. refertur sub die 23. Novembris; a Graecis vero 24. ejusdem.

Sabbato. *Festum Andreae Apostoli.*

Certamen s. Andreae Apostoli ubique refertur ad d. 30. Novembris, ideo ejus festum hic prope illum diem instituitur.

Dominica III.

Feria II. *Festum Januarii episcopi, et Mercurii militis.*

Januarium ep., Beneventi cum multis sociis sub Diocletiano martyrio coronatum, Mart. Rom. et Men. Gr. ad d. 19. Sept. collocant. In Men. Arm. non indicantur ejus Acta. — *Mercurius* miles, qui martyr occubuit sub Decio Caesareae Cappadociae, in Mart. Rom. et Men. Gr. commemoratur sub die 25. Nov.: in Arm. vero 27. ejusdem mensis.

Feria III. *Festum Jacobi et Themistoclis.*

Codices Missae, qui ad singulos mensis dies festa distribuunt, hujus diei festum, sic enuntiant: 27. *Novembris, Martyrium Jacobi acerbissime excruciati, martyris Persae Reguli, et Themistoclis.* Ex quo constat, hunc esse *Jacobum* illum, qui a Sapore in Perside *intercisus* est, Theodosio Juniore imperante, de quo Mart. Rom. et Men. Gr. d. 27. Nov.: Arm. autem d. 3. Dec. — *Themistoclem* vero martyrem sub Decio in Lycia passum Mart. Rom. et Men. Gr. reponunt d. 21. Dec., at Arm. Men. d. 30. Dec. collocat, ubi vocat eum *Thimoclitum.*

Sectio VIII. Hissnag. Adventus.

Feria V. *Festum ss. Patrum Aegyptiorum Pauli* (scilicet primi Eremitae), *Pauli* (i. e. Simplicis), *Macarii* (Aegyptii), *Evagrii, Joannis in Puteo, Joannis brevis staturae, Nili, Arsenii, Sisiani, Manei Abbatis, Danielis, Serapionis, Macarii* (Alexandrini), *Poemeni, aliorumque Patrum Aegyptiorum.*

Hic celebratur commune festum SS. PP. Aegyptiorum, quorum insignes nominatim memorantur, atque in capite *Paulus,* primus Eremita in Thebaide, quem visendum adiit Magnus Antonius, de quo Mart. Rom. d. 10. Jan.; Men. Gr. d. 15. ejusdem mensis; Arm. porro d. 6. Decembr. — *Paulus* cognomento *Simplex,* discipulus Magni Antonii, quem Mart. Rom. reponit d. 7. Martii; Men. Gr. d. 4. Oct.; Arm. d. 7. Dec. — *Macarius* Aegyptius, de quo Mart. Rom. d. 15. Jan.; Men. Gr. d. 19. ejusdem; Arm. d. 4. Martii. — *Evagrius,* ille scilicet ex communi sententia, qui primum discipulus erat Basilii Magni, postea ordinatus diaconus a s. Gregorio Nysseno, profectus est Hierosolymam, deinde in Aegyptum, fuitque discipulus Macarii Magni, de quo Men. Arm. d. 11. Febr. — *Joannes de Puteo,* qui ab ineunte aetate a matre sua recedens, et in solitudinem se conferens, toto vitae suae tempore habitavit in Puteo, variis daemonum tentationibus superatis, de quo Men. Arm. d. 23. Maji, et Henschenius, socius Bollandianus, in Actis SS. ad d. 30. Martii. — *Joannes* cognomento *brevis staturae,* qui fuit unus ex insignioribus Patribus Aegyptiis, de quo in Vitis Patrum variis in locis. — *Nilus* celebris inter Patres sanctitate ac doctrina, de quo Mart. Rom. d. 12. Nov. — *Arsenius,* diaconus Romanus, de quo Mart. Rom. 19. Julii, Men. Gr. 8. Maji, Arm. vero 10. Martii. — *Sisianus* Cappadox, qui sepulcrum triennio incoluit. — *Marcus* Abbas, eremita celeberrimus, qui montem Thrace in Lybia per annos 95 coluit: Men. Arm. 2. Apr., et citatus Henschenius in Actis SS. ad 29. Martii. — *Daniel* Abbas Aegyptius, *Serapius* Abbas, de quibus in Vitis PP. — *Macarius* Abbas Alexandrinus, de quo Mart. Rom. 2. Jan. — *Poemen,* de quo in eisdem Vitis PP.

Sabbato. *Festum s. Nicolai Myrensis Thaumaturgi Pontificis.*

S. Nicolaum episcopum Myrae in Lycia Mart. Rom. et Men. Gr. reponunt 6. Decembris; Arm. vero 11. ejusd. mensis.

Hic 9. Decembris, quocumque die occurrerit, *festum est Conceptionis Sanctae Virginis Mariae de parentibus suis Joachim et Anna.*

Celebratur immobiliter die 9. mensis Decembris more Graecorum.

Dominica IV.

Feria II. *Festum Mennae, Hermogenis, Eugraphi, et voluntariorum pauperum Joannis et Alexii.*

Mennam, Hermogenem et *Eugraphum* martyrio sub Maximiano Alexandriae perfunctos, Mart. Rom. cum Gr. et Arm. Men. d. 10. Dec. reponit. — *Joannem* voluntarium pauperem *(Calybitam)* Men. Gr. 15. Jan. collocant: Arm. vero 16. ejusd. *Alexium* autem a domo paterna pro Christo peregre proficiscentem Mart. Rom. reponit 17. Julii: Men. Gr. et Arm. 18. ejusdem. De iis confersis quae dicta sunt tomo 1, pp. 70—71, 123—124, 472.

Feria III. *Festum ss. Apostolorum Bartholomaei et Judae.*

Bartholomaeus Ap. refertur in Mart. Rom. sub 25. Aug., in Men. Gr. 11. Junii, in Arm. autem 8. Dec. *Judam* Ap., vocatum Thaddaeum, Mart. Rom. commemorat 28. Oct., Men. Gr. 19. Junii, Arm. 16. Febr.

Feria V. *Festum Eustratii, Auxentii, Eugenii, Orestis et Mardarii.*

S. Eustratium et socios ejus martyrio in Armenia coronatos sub Diocletiano omnia Kalendaria sub die 13. mensis Dec. referunt.

Sabbato. *Festum s. Jacobi episcopi Nisibeni et Marugaei ascetae, ac Meletii episcopi.*

S. Jacobum ep. Nisibis, qui sapientia et miraculis claruit, fuitque unus ex numero Confessorum sub persecutione Maximiani, qui in Nicaena Synodo perversitatem Arii damnarunt, Mart. Rom. refert sub die 15. Julii, Men. Arm. 15. Decembris. V. t. 1, p. 475. Cum eo commemoratur etiam *Marugaeus* anachoreta, qui fuit s. Jacobo familiaris et socius in vita ascetica; item *Meletius* episcopus Antiochiae.

Dominica V.

Feria II. *Festum Ignatii Theophori, Patriarchae.*

Ignatius Theophorus, archiepiscopus Antiochiae, martyrio Romae sub Trajano coronatus refertur in Mart. Rom. sub die 1. Febr. Sed translationem reliquiarum ejus ex Urbe Roma Antiochiam, et ex Antiochia rursus Romam reponit 17. Dec. Men. vero Gr. martyrium ejus reponit 20. Dec., translationem ejus reliquiarum Roma Antiochiam 29. Jan., Men. Arm. tamen martyrium ejus collocat 18. Dec., ideoque hic celebratur ejus festum; translationem vero ejus corporis ex Urbe Roma Antiochiam 30. Jan.

Feria III. *Festum Theopempti episcopi et Theonae magi, et quatuor militum Bassi, Eusebii, Eutychii et Basilidis.*

Theopemptum episcopum, et *Theonam* magum per eum ad fidem conversum, qui sub Diocletiano martyrium subierunt, Mart. Rom. ponit sub die 3. Jan., Men. Gr. 4. ejusd. mensis, Arm. vero 18. Dec. — Quatuor autem milites, *Bassus et Socii*, qui erant in aula Diocletiani, et vi-

dentes Theopempti in tormentis constantiam, crediderunt in Christum, et ab eodem Diocletiano martyrio affecti, referuntur a Men. Gr. et Arm. sub die 20. Jan.

Feria V. *Festum Addaei episcopi, discipuli Thaddaei Ap., qui in urbe Edessa consummatus est, et Abagari regis.*

De *Addaeo* episcopo, discipulo s. Thaddaei, martyrio ab Anano Abagari filio consumpto, testatur Men. Arm. die 21. Dec. De *Abagaro* autem rege Armenorum Edessae in Mesopotamia, qui a Christo sudarium ejus effigie impressum suscepit, et ab ejus discipulo s. Thaddaeo sanatus, primus extitit inter reges, qui Christo nomen dederint, testatur idem Arm. Men. die 31. Dec., et alii multi historici, ut cernere est superiori tomo, pp. 257 seqq.

Sabbato. *Festum ss. Indis et Domnae, et Glycerii presbyteri ac viginti millium, qui combusti sunt in ecclesia Nicomediensium.*

Indes eunuchus et *Domne* martyr, Nicomediae sub Maximiano consummati in Mart. Rom. et Men. Gr. reponuntur sub 28. Dec., in Arm. Men. 29. ejusdem mensis. Cum illis martyrium passus est *Glycerius* presbyter, itidem Nicomediae cum Theophilo diacono, Zenone militum duce et aliis pluribus, de quibus Mart. Rom. 21. Dec., Men. Gr. 28., Arm. 24. ejusdem mensis. Item *viginti millia* martyrum in ecclesia Nicomediensium, dum festivitatem Nativitatis Christi concelebrarent, jussu Maximiani combusti, de quibus Mart. Rom. 25. Dec., Men. Gr. 28., Arm. 24. ejusdem mensis.

Dominica VI.

Feria II. *Festum Abrahae (Aprahae) et Chorenis, et anargyrorum medicorum Cosmae et Damiani.*

Abraham et Choren fuerunt confessores, disciupli ss. Leontinorum mm. a Persis pro Christi fide excruciati saeculo 5,

ex quibus Choren in exilio, Abraham in solitudine ascetica vita migraverunt ad Christum, prout testatur Men. Arm. 20. Dec. — *Cosmas* autem et *Damianus*, fratres, medici anargyri; secundum Gr. et Arm. Menol. fuerunt tria paria fratrum cognominum. Primi erant fratres *Arabes*, qui peragrantes gratis medicinam exercebant, et sub Diocletiano in Cilicia capti capite plexi sunt a Lysia Praeside cum tribus ipsius fratribus Anthimo, Leontio et Euprepio, quos Mart. Rom. refert sub 27. Sept., Men. Gr. 17. Oct., Arm. 13. Martii.

Secundi fuerunt fratres *Romani*, qui Carinum Caesarem sanitati restitutum in Christi fidem cum tota ejus familia reducentes, ab illius archiatro dolose in montem abducti, ibi lapidibus obruti sunt, prout memoriae tradunt Gr. et Arm. Men. die 1. Julii.

Postremi fuerunt *filii Theodotis*, qui non solum homines, sed etiam jumenta sanabant, nulla accepta pecunia: quum autem Damianus exiguum aliquod munus recepisset, prohibuit eum Cosmas juxta se sepeliri. Postquam vero requieverunt in pace, primum quidem Cosmas, deinde Damianus, camelus ab eisdem sanatus edixit, ut Damianum secus Cosmam sepelirent, quum non pro mercede, sed propter juramentum receperit munus, quemadmodum narrant Men. Gr. et Arm. 1. Nov. Sed relegi velim quae de tribus his paribus fratrum cognominum animadversa sunt tomo 1, pp. 199—200.

Feria III. *Festum Jasbusti martyris, quod sonat Deodatus.*

Jasbustus, Idsbustus, martyr ex mago ad Christi fidem conversus, et a Persis sub Chosroe martyrio consumptus commemoratur in Men. Arm. die 25. Febr.

Jam vero ante abstinentiam Epiphaniae quatuor dies enumera, excepta feria quarta, sexta et Dominica, in quibus majora perages festa testimonium Nativitati D. N. J. C. perhibentia.

Sectio VIII. Hissnag. Adventus.

Hic series festorum pertingit usque ad 24. et 25. Decembris, quibus diebus etsi inchoent Armeni ordinem quatuor festorum majorum, ut testimonium Nativitati D. N. J. Ch. reddentium, prout exhibet Rubrica sequentium festorum: Nativitatem Domini tamen postea una cum Epiphania d. 6. Januarii celebrant [1]).

Verumtamen illi, qui cum Romana Ecclesia sunt uniti, recte hic d. 24. Decembris Vigiliam Nativitatis, et 25. Festivitatem Nativitatis celebrantes juxta ordinem initio Kalendarii praescriptum, sequentibus diebus prout Kalendarium obtulerit dicta majora festa, et caetera quae sequuntur, peragunt. Quatuor autem majora festa sunt ista:

Primum *Festum est David Prophetae, et Jacobi Ap., Fratris Domini.*

David Propheta in Mart. Rom. reponitur d. 29. Dec.; sed in Arm. Men. refertur d. 25. Decembris una cum *Jacobo Fratre Domini,* quem rursus seorsim commemorat d. 23. Oct.

Secundum *Festum s. Stephani Protomartyris.*

S. Stephanus Protomartyr in Mart. Rom. et Men. Arm. collocatur d. 26. Dec., in Gr. autem d. 27. ejusdem mensis.

Tertium *festum ss. Principalium App. Petri et Pauli.*

Martyrium principum App. Petri et Pauli etiam Men. Arm. cum Graec. Men. et Mart. Rom. d. 29. Junii recenset.

Quartum *Festum ss. filiorum tonitrus Jacobi et Joannis Ev.*

SS. filiorum Zebedaei Jacobi et Joannis festum Latini et Graeci seorsum celebrant. Latini quidem Jacobum com-

[1]) Videatur festorum series t. 1, pp. 373—374.

memorant d. 25. Julii, et Joannem d. 27. Dec. Graeci Jacobum d. 15. Nov., Joannem d. 26. Sept. Sed Men. Arm. utrumque simul reponit die 28. Dec., ac proinde hic eorum solemnia aguntur.

Feria IV., siquidem contigerit inter haec festa.

Feria VI., si item in festa majora inciderit.

Dominica VII.

Prima dies abstinentiae Epiphaniae.

Secunda dies.

Tertia dies.

Quarta dies.

Quinta dies etc.

Sabbato, quod occurrit inter has abstinentias, *festum est S. Basilii Caesareae Pont. et fratris ejus Gregorii Nysseni, et Silvestri Rom. Pont. et Abbatis Ephraëm Diaconi Syri.*

Basilius archiep. Caesareae in Mart. Rom. et Men. Gr. atque Arm. 1. die Jan. commemoratur.

De fratre autem ejus *Gregorio Nysseno* comm. extat in Mart. Rom. die 9. Martii. Sed in Men. Arm. et Gr. d. 10. Jan.

Silvestrum R. P. Mart. Rom. refert sub die 31. Dec.; ut Arm. et Gr. Men. 2. Jan.

De *Ephraëm Syro* Mart. Rom. die 1. Febr., Men. Gr. et Arm. 28. ejusdem mensis.

Dominica VIII., quae in abstinentia Epiphaniae occurrit.

De Kalendariis propriis ritus armeni in Austro-Hungaria.

In Austro-Hungaria Armeni generatim idem illud Kalendarium adhibent, quo alibi universa natio utitur, additis tamen nonnullis festis ac caeremoniis latinis, ea ferme ratione, qua Graecorum solemnia in occiduis Italiae partibus ritui nostro tantisper accommodata vidimus pp. 547 seqq.

I. Proprium Leopoliense.

Kalendarium archidioecesis Leopoliensis sex festa propria distinguunt, e quibus duo conceptiva sunt, quatuor vero, certis anni diebus affixa, more latino aguntur.

Mobilia sunt:

1. *Solemnitas Corporis Christi* cum Octava, a Dominica II. ad Dominicam III. post Pentecosten.
2. *Commemoratio concilii Chalcedonensis,* quam summe venerabilis catholici episcopatus sui temporis Decanus, Rmus. Archiepiscopus armenus Samuel Cyrillus Stefanowicz, anno aetatis suae 106, Christi vero 1858 praescripsit [1], ac Sabbato octavo sectionis sive quinquagenariae exaltationis s. Crucis assignavit.

Quatuor festa mobilia autem juxta Kalendarium Latinorum celebrantur:

3. Die 19. Martii, *s. Josephi,* praescriptum anno 1870, quo sanctissimum Deiparae sponsum Ecclesiae patronum solemniter declaratum vidimus pp. 545—546.
4. Die 5. Julii, *ss. Cyrilli et Methodii,* post editam de iis Constitutionem Apostolicam, Kalendario insertum anno 1880.

---

[1]) Spectatissimum hunc Nestorem, illustrem quondam Societatis Jesu alumnum, qui per longissimum vitae spatium ecclesiam armenam in Galicia virtutum splendore decoravit, breviter laudatum reperies in Wurzbach, *Biograph. Lex.* t. 37, pp. 306—308, jcto. Giornale di Roma, 1858, n. 287,

5. Die 7. Augusti, *s. Cajetani*, cujus Ordo magnam partem habuit in archidioecesi Leopoliensi ritus armeni ad Ecclesiam catholicam reducenda annis 1624—1630.
6. Die 2. Novembris, *commemoratio omnium fidelium defunctorum.*

II. Proprium Transylvaniense.

Qui in Transylvania utuntur ritu armeno, annum ecclesiasticum propter Latinos, quibuscum permixti habitant, occidentalium consuetudini magis accommodarunt, ut ex subjecto Kalendario patet.

Festa ritus armeni juxta *Directorium Officii divini perpetuum* ab episcopo Transylvaniensi Excell. D. Ignatio Szepesy de Négyes anno 1824, occasione synodi dioecesanae, approbatum in usum ecclesiarum armenarum Transylvaniae [1].

Est autem *perpetuum* hoc *Directorium divini Officii,* a Rmo. D. canonico Joanne Kabdebo, archidiacono et parocho Elisabethopolitano rit. arm., concinnatum et a duobus doctis Patribus Mechitharistis Gabriele Avedichian, Vicario generali Congregationis Mechitharistarum, et Paschali Aucher, ejusdem Congregationis secretario, praevie approbatum Venetiis, die 15. Januarii an. 1824, ab episcopo Transylvaniensi cum auctoritate praescriptum die 13. mensis Julii 1824, occasione, ut diximus, synodi dioecesanae, illo eodem anno celebratae.

Die 1. Januarii. *Don thelpadutyun Djarn* [2]. — Circumcisio Domini. ch. f.

Die 5. Januarii. *Džerakaluiz astvadzahajdnuthyan.* Vigilia Epiph. ch.

Die 6. Januarii. *Don astvadzahajdnuthyan.* — Epiphania. ch. f.

---

[1]) Conditionem canonicam ecclesiae ritus armen. in terris Coronae s. Stephani fuse descripsi in opere, cui titulus „*Symbolae*“, tom. 2, pp. 915—933.

[2]) Transscriptionem vocabulorum armenorum, in ipsa authentica editione Directorii adhibitam, quamvis non optimam, hic retinendam censeo.

Proprium Transylvaniense.

Dom. II. p. Epiph. *Don anván Hisusi.* — SS. Nomen Jesu. ch. f.

Die 2. Februarii. *Don djaren ent aratsch.* — Purificatio B. M. V. ch. f.

Pun pareghentani Kiragi. — Dominica Quinquagesimae. ch. f.

Or machrocz. — Feria IV. Cinerum. ch.

Die 19. Martii. *Don serpojn Hovsepha.* — S Josephus ch.

Die 25. Martii. *Avjedum serpoj gusin.* — Annunciatio B. M. V. ch. f.

F. VI. p. Dominic. Pass. *Don jeothen cavocz gusin Mariamu.* — Septem dolores. ch.

Sabb. ante D. palm. *Don Chazaru harutyán.* — Resurrectio Lazari. ch.

Dzachgazart. — Dominica Palmarum. ch. f.

Thapor harutyân. — Resurrectio in Sabbato sancto. ch. f.

Don harutyán Cristosi v. *Sadig.* — Pascha. ch. f.

Dom. I. p. Pasch. *Nor Kiragi.* — Dominica in albis. ch. f.

Die 3. Maji. *Don Kjud chatsch.* — Inventio s. Crucis. ch.

Die 25. April. *Don serpo Margosi.* — S. Marcus ev. ch. post Dom. V. p. Pasch. *Bachadanac thaphor.* — Dies rogationum. ch.

Fer. V. post Dom. V. p. Pasch. *Don hamparczman Djarn.* — Ascensio Domini. ch. f.

Die 16. Maji. *Don serpujn Hovhannu Nepamuczeni.* — S. Joannes Nep. ch.

Don Hoko kalestjan. — Pentecoste. f. ch.

Dom. I. p. Pent. *Don amjena surp Jerortutian.* — SS. Trinitatis. ch. f.

Fer. II. p. Trinit. *Don serpo Hripsimiancz.* — S. Ripsima et soc. ch.

Fer. V. p. Trinit. *Don marmno jev arjan Djarn.* — Corporis Christi. ch. f.

Die 21. Junii. *Don serpojn Aloisiosi.* — S. Aloisii. ch.

Proprium Transylvaniense.

Die 24. Junii. *Don dženentjan serpojn Hohannu Megerditschi.* — Nativitas s. Joannis Baptist. ch.

Die 29. Junii. *Don serpojn Bedrosi jev Bahasi.* — SS. Petri et Pauli. ch. f.

Die 2. Julii. *Don Ajczlutyan serpo Gusin.* — Visitatio B. M. V. ch.

Sabb. ant. Dom. IV. p. Pent. *Kjud nesharhacz serpo Krikori Lusavortschin.* — S. Gregorius Illuminator[1]. ch. f.

[1]) Honoribus s. Gregorii Illuminatoris sacrum apud Graecos esse diem 30. mensis Septembris, ostensum est tomo 1, p. 290, ubi etiam de titulo festi in codicibus syriacis signati *Baptismi Hog Armenorum ad flumen Euphraten* doceri ab aliquo rerum armenicarum perito optabam. Qui votis nostris satisfacturi benigne responderunt, testati sunt omnes, titulum istum, ut Latinorum et Graecorum, ita et Armenorum fastis ignotum esse; plures interpretationes tamen divinando tentarunt, ex quibus haec certe consideratione digna videtur, quod nimirum, notante Rmo. ac Clmo. Dno. Paulo Carekin, a scriptore syriaco probabiliter *Hog* positum sit pro *Haïk (Armeni),* ut adeo festum indicetur *Baptismi Armenorum nationis* aut saltem *Armenorum multitudinis,* a s. Illuminatore in gratam tanti beneficii memoriam institutum. Postea vero idem cl. vir, acutus ad excogitandum ut est, in eodem argumento iterum se exercendo, probabili opinione augurabatur, in archetypo armeno stetisse notas numerales, literas scilicet declarandis numeris adhibitas (forte 700 aut etiam 70.000 indicantes), quas tamen ab imperito interprete Syro veri simile sit in nomen *Hog* fuisse depravatas. — Doctissimus J. Martinov non spernenda ratione nixus, nomen proprium esse conjicit in Actis literariis *Études religieuses,* an. 1880 mense Julio, p. 156, quum nomen proprium *Ogohi* jam tomo 1. Kal. occurrat p. 257. — Sed et alii, curiosis quibusdam interpretationibus suggestis, bene de magno Armenorum Illuminatore mereri studuerunt; eas tamen ut minus probabiles et ex fontibus perquam fabulosis haustas omitto. — Eadem haec quaestio me quoque diu exercitum habuit investigantem, quidnam obscurus festi titulus sibi vellet? In eam tandem opinionem deveni, illo loco *baptismum Suchiasitarum* commemorari, quod ipsis *in flumine Euphrate* ab *Osgi Chrysistarum duce* collatum supra vidimus p. 573. Facile enim fieri potuit, ut in transcribendo textu armeno litera s exciderit indeque nomen armenum *Osgi,* adhibita aspirationis nota, in syriacum *Hog* transformatum sit. Verum haec limites conjecturae non excedunt. Aliquid certum, fateor, dicere non valeo. Neque pudet me nescire, quod a viris longe longeque doctioribus definiri pro certo non potuit,

Proprium Transylvaniense.

Die 26. Julii. *Don serpoczen Ovagima jev Annai.* — SS. Joachimi et Annae. ch.

Die 6. Augusti. *Vartavár.* — Transfiguratio. ch.

Die 15. Augusti. *Verapochmn serpo Gusin.* — Assumptio B. M. V. ch. f.

Die 20. Augusti. *Don serpojn Stephanoszi thakavorin.* — S. Stephanus rex ch. f.

Die 8. Sept. *Don Dženentjan surp Astvadzadzin.* — Nativitas B. M. V. ch. f.

Post Nat. B. M. V. Dominica: *Dan anvan serpo Gusin.* — Nomen Mariae. ch. f.

Die 14. Sept. *Veraczman serpo chatschin.* — Exaltatio s. Crucis. ch.

Die 29. Sept. *Don serpocz Herjeschdagabjedaceen Michaeli jev Kaprieli.* — S. Michael et Gabriel. ch.

Dom. 1. Octobr. *Don Vartaran serpo Gusin.* — Fest. s. Rosarii. ch. f.

Die 1. Novemb. *Don amenein serpocz.* — OO. Sanctorum. ch. f

Die 2. Novemb. *Hischadag hamaren hokvocz khavaranin.* — Commemoratio omn. fidelium defunct. ch.

Die 19. Novemb. *Don serpuhun Jechisabethi thakuhun.* — S. Elisabeth regin. ch.

Die 8. Decemb. *Don anarad hehutyán surp Astvádzadzni.* Immac. Conceptio B. M. V. f. ch.

Die 25. Decemb. *Dženunt Djarn mjero Hisusi Kristosi.* — Nativitas. ch. f.

Die 26. Decemb. *Don serpo Stephanosi nachavagajin.* — S. Stephanus protomartyr. ch. f.

Die 27. Decemb. *Don serpojn Ohannu avjedarantschi.* — S. Joannes evang. ch.

Die 28. Decemb. *Hischadág anmjech mangancz Petheghemi.* — Commemoratio ss. Innocentium mm. ch.

Die 29. Decemb. *Hischadág Thavti márkárei jev Hagopa artaro.* — Commemoratio s. Davidis et Jacobi justi.

Die 30. Decemb. *Hischadág serpojn Krikori Njusáczo.* — Commemoratio s. Gregorii Nazianzeni.

Die 31. Decemb. *Hischadág serpujn Szjechpestrosi.* — Commemoratio s. Silvestri.

III. Proprium schismaticorum.

Monstrum lectionis.

Armeni schismatici in Austro-Hungaria degentes festis propriis carent. Quae vero ex communibus solemniis celebrant, indicata habentur in mixtis illis Hemerologiis, quae superiori tomo citavimus p. 374. Ex iis speciminis ergo hic adscribo *festorum indicem* Kalendarii rumeni typis Cernoviciensibus editi, quo simul appareat, quam foede nomina armena in illis partibus sint deformata ac saepe etiam supra omnem ineptiam corrupta. Kalendarium immutatum exhibeo, quia ejusmodi errores joculares non sine utilitatis ac delectationis fructu a studiosis ipsis observari corrigique solent.

Calendariul Armenilor orientali dupa cel Julian.

Nor dari, novus annus.
Geracaluiz, Vigilia (Epiphaniae).
Genunt Megherdutiun Cristosi, Nativitas et Baptismus Christi.
Amenein Hocotiu, omnium defunctorum.
Don avana Cristosi, festum Nominis Christi.
Ohanes Megherdici, Joannis Baptistae.
Surp Anton, sancti Antonii.
Surp Sarchis, sancti Sergii [1]).
Djarnentaraci, Purificatio B. M. V.

[1]) Paene praeterieram admonere, hunc Sergium (Sarkis), quem superius (p. 572) alium ab illo Sergio diximus, qui simul cum Baccho pro Christi fide certavit (t. 1, p. 298), Martyrologio Romano illatum esse ad d. 24. Febr. Utrum vero idem sit, qui in Menaeis ad d. 2. Januar. *capite plexus* dicitur vitam finivisse, non audeo affirmare.

Calendariul Armenilor orientali.

Surp Sahag, sancti Isaac, Parthi[1]).
Surp Wartan, sancti Wartan.
Parighientan.
Surp Teotoros, s. Theodori.
40 Manug, 40 martyrum.
Cricor Lusarovici, Gregorii Illuminatoris.
Giachgazart, Dom. Palmarum.
Avedum, Annuntiatio B. M. V.
Avac hincsiapti, Magna feria V.
Avac urpat, Magna feria VI.
Geracaluiz Zagi, Sabbatum sanctum.
Zadig, Pascha.
Amenein Hocotiu, omnium defunctorum.
Surp Cheworc, sancti Gregorii.
Hamparzum Cristosi, Ascensio Christi.
Hochicalust, Pentecostes.
Don Surp Ierrortutian, festum SS. Trinitatis.
Hripsima Guis, sanctae Ripsimae.
Cricor Lusavorici, Gregorii Illuminatoris.
Surp Nerses Hairabet, sancti Nersetis Magni.
Surp Cricor Lusavorici, sancti Gregorii Illuminatoris.
Vartavar, Transfiguratio.
Tatevosi arachieluin, Thaddaei Apostoli.
Vicrapohum s. Asdvagiazni, Assumptio B. M. V.
Ovaghim, Ana, Joachim, Anna.
Tomas arachial, Thomae Apostoli.
Genunt s. Asdvagiazni, Nativitas B. M. V.
Vicrazum surp Hacin, Exaltatio s. Crucis.
4 Avedar nici M. M. L. I., 4 Evangelistae M. M. L. J.
Amenein Serpoz, omnium Sanctorum.
Hriestag Capriel, Mihael, Archangel. Gabriel, Michaël.
Asdvagiazni i Dagiarn, Praesentatio B. Matris Dei.
Tadeus, Bartolomeus, Thaddaei, Bartholomaei.
Surp Nigochos, sancti Nicolai.

[1]) Kalendarium rumenum mendose vertit *s. Sava.*

Heutuim s. Asdvagiazni, Conceptio B. M. V.
Surp Hagop Hairabet, sancti Jacobi Majoris.
Abraham, Asvadur vega, Abrahae [1]), Asvadur [2]).
David marcare, David prophetae.
Surp Stefanos, sancti Stephani.
Surp Bedros, Bohos, SS. Petri, Pauli.
Surp Ohan, *Agos,* ss. Joannis Evang., Jacobi.
Surp Parsech, s. Basilii.

[1]) Abraham et Choren, discipuli Leontinorum.
[2]) H. e. *Deodatus,* persice *Iasbustus.*

LIBER II.

KALENDARIA ECCLESIASTICA ALIORUM RITUUM ORIENTALIUM.

CAPUT II.

ANNUS ECCLESIASTICUS SYRORUM.

Praemonitum.

Priorem Kalendarii syriaci partem, quae est *de festis immobilibus,* superiori tomo descripsi pp. 459 seqq., *festis mobilibus* scilicet ad hunc locum reservatis. Ea, ubi opus in judicum arbitrium venit, propter rei novitatem, puto, non mediocri censorum approbatione excepta est [1]). Quae praeterea, hucusque in Europa indicta, nunc primum circa plura Kalendaria orientalia altero hoc tomo proferentur, eidem benevolae doctorum aestimationi in antecessum commissa sint ac commendata.

Ut decens commoditatis lectorum diligentia adhibeatur, Paschalion syriacum, priori tomo jam cum interpretatione propositum pp. 483—484, hic repetendo relegendoque itero.

Legitur autem Paschalion hoc modo:

Titulus. Lûchâ d''îdâ daqejâmta, *Tabula festi Paschalis.*
Columna 1. Šattâ mešîchâjta, *Anni Christi.*
Columna 2. Rîš çaumâ, *Initium jejunii.*
Columna 3. Qejâmtâ, *Resurrectio.*
Columna 4. Sulâqâ, *Ascensio.*
Columna 5. Pentiqostî, *Pentecostes.*
Columna 6. Pagrê d'mârân. *Corpus Domini.*

In columnis ad perpendiculum directis exhibentur indicata festa mobilia ab anno 1881 ad an. 1906, ex Kalendarii Gregoriani lege determinata. Menses signantur nominibus arabicis, proindeque *initium jejunii (Dominica Quinquagesimae* Latinorum) occurrit Februario (Šebet) vel Martio (Adâr), *Pascha Domini* Martio vel Aprili (Nîsân), *Ascensio* cum solemniis *Pentecostes* et *Corporis Domini* Majo (Ijâr) vel Junio (Haziran).

---

[1]) Omnium loco adscripsisse juverit Bollandianorum sententiam, quum eorundem studia potissimum in judicandis libris heortologicis versentur. *Le calendrier syriaque,* inquiunt, *a reçu, cette fois, un développement complet, et les documents relatifs à chacun des saints honorés dans l'église d'Antioche, ont été soigneusement indiqués. Ce commentaire peut être considéré comme la première pierre d'un répertoire bibliographique complet des Vies des saints écrites en syriaque* (Analecta, t. 15, p. 316).

ܫܢ̈ܝܐ ܡܫܝܚܝ̈ܬܐ	ܪܝܫ ܨܘܡܐ	ܦܨܚܐ	ܣܘܠܩܐ	ܦܢܛܩܘܣܛܐ	ܥܐܕܐ ܕܦܓܪܐ
ܐܦܦܐ	ܟܙ . ܫܒܛ	ܝܙ . ܢܝܣܢ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܗ . ܚܙܝܪܢ	ܝܘ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܒ	ܝܛ . ܫܒܛ	ܛ . ܢܝܣܢ	ܝܚ . ܐܝܪ	ܟܚ . ܐܝܪ	ܚ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܓ	ܕ . ܫܒܛ	ܟܗ . ܐܕܪ	ܓ . ܐܝܪ	ܝܓ . ܐܝܪ	ܟܕ . ܐܝܪ
ܐܦܦܕ	ܟܕ . ܫܒܛ	ܝܓ . ܢܝܣܢ	ܟܒ . ܐܝܪ	ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܝܒ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܗ	ܝܗ . ܫܒܛ	ܗ . ܢܝܣܢ	ܝܕ . ܐܝܪ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܕ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܘ	ܙ . ܐܕܪ	ܟܗ . ܢܝܣܢ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܝܓ . ܚܙܝܪܢ	ܟܕ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܙ	ܟ . ܫܒܛ	ܝ . ܢܝܣܢ	ܝܛ . ܐܝܪ	ܟܛ . ܐܝܪ	ܛ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܦܚ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܐ . ܢܝܣܢ	ܝ . ܐܝܪ	ܟ . ܐܝܪ	ܠܐ . ܐܝܪ
ܐܦܦܛ	ܓ . ܐܕܪ	ܟܐ . ܢܝܣܢ	ܠ . ܐܝܪ	ܛ . ܚܙܝܪܢ	ܟ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨ	ܝܘ . ܫܒܛ	ܘ . ܢܝܣܢ	ܝܗ . ܐܝܪ	ܟܗ . ܐܝܪ	ܗ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܐ	ܚ . ܫܒܛ	ܟܛ . ܐܕܪ	ܙ . ܐܝܪ	ܝܙ . ܐܝܪ	ܟܚ . ܐܝܪ
ܐܦܨܒ	ܟܚ . ܫܒܛ	ܝܙ . ܢܝܣܢ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܗ . ܚܙܝܪܢ	ܝܘ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܓ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܒ . ܢܝܣܢ	ܝܐ . ܐܝܪ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܐ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܕ	ܕ . ܫܒܛ	ܟܗ . ܐܕܪ	ܓ . ܐܝܪ	ܝܓ . ܐܝܪ	ܟܕ . ܐܝܪ
ܐܦܨܗ	ܟܕ . ܫܒܛ	ܝܕ . ܢܝܣܢ	ܟܓ . ܐܝܪ	ܒ . ܚܙܝܪܢ	ܝܓ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܘ	ܝܘ . ܫܒܛ	ܗ . ܢܝܣܢ	ܝܕ . ܐܝܪ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܕ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܙ	ܟܚ . ܫܒܛ	ܝܚ . ܢܝܣܢ	ܟܙ . ܐܝܪ	ܘ . ܚܙܝܪܢ	ܝܙ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܚ	ܟ . ܫܒܛ	ܝ . ܢܝܣܢ	ܝܛ . ܐܝܪ	ܟܛ . ܐܝܪ	ܛ . ܚܙܝܪܢ
ܐܦܨܛ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܒ . ܢܝܣܢ	ܝܐ . ܐܝܪ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܐ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨ	ܟܗ . ܫܒܛ	ܝܗ . ܢܝܣܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܝܕ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨܐ	ܝܙ . ܫܒܛ	ܙ . ܢܝܣܢ	ܝܘ . ܐܝܪ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܘ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨܒ	ܛ . ܫܒܛ	ܠ . ܐܕܪ	ܚ . ܐܝܪ	ܝܚ . ܐܝܪ	ܟܛ . ܐܝܪ
ܐܨܓ	ܟܒ . ܫܒܛ	ܝܒ . ܢܝܣܢ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܠܐ . ܐܝܪ	ܝܐ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨܕ	ܝܕ . ܫܒܛ	ܓ . ܢܝܣܢ	ܝܒ . ܐܝܪ	ܟܒ . ܐܝܪ	ܒ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨܗ	ܗ . ܐܕܪ	ܟܓ . ܢܝܣܢ	ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܝܐ . ܚܙܝܪܢ	ܟܒ . ܚܙܝܪܢ
ܐܨܘ	ܟܗ . ܫܒܛ	ܝܗ . ܢܝܣܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܝܕ . ܚܙܝܪܢ

Festa mobilia seu lunaria[1]) ecclesiae Antiochenae Syrorum.

Initium anni ecclesiastici Syrorum purorum seu Antiochenorum ducitur a Dominica, quae propinquior est Kalendis Novembris[2]); estque haec ipsa

Dom. I. Encaeniorum ecclesiae.

Dom. II. Renovationis et dedicationis ecclesiae.

Dom. III. Annuntiationis Zachariae, patri s. Joannis Baptistae factae.

Dom. IV. Annuntiationis B. Virg. Mariae.

Dom. V. Visitationis B. M. V. Elisabethae factae[3]).

Dom. VI. Nativitatis s. Joannis Baptistae.

Dom. VII. Revelationis conceptionis divinae, s. Josepho factae.

Dom. VIII. Exspectationis partus B. M. V.

Dominica vel, si duae sint[4]), Dominicis inter Nativitatem D. N. J. Ch. (25. Dec.) et Epiphaniam (6. Jan.): solemnitas Nativitatis D. N. J. Ch.

Dominicis inter Epiphaniam et Quadragesimam occurrentibus[5]): solemnis Commemoratio Epiphaniae D. N. J. Ch.

Hebdomad. III. ante Quadrages. (Latinis *Hebd. ante Dom. Septuages.*)

---

[1]) *Kamarija, lunaria,* dicuntur festa mobilia, quod in figendo Paschate, a quo reliqua omnia pendent, luna sit attendenda, quemadmodum superius est ostensum pp. 281—284.

[2]) Annum civilem Syri uno mense ante inchoant, nimirum initio Octobris. Vid. t. 1, p. 460.

[3]) Ab hac Dominica, quae propinquior est Kalendis Decemb., Chaldaei ordiuntur annum eccles. et Adventum, eamque vocant *Dom. I. Annuntiationis.* Vid. infra p. 681.

[4]) Ex Kalend. t. 1, pp. 3 et 25 patet, duas esse Dominicas intermedias, si Nativitas in unum ex quatuor ultimis diebus hebdomadis inciderit.

[5]) Quoniam ex Paschate omnia festa mobilia pendent, Dominicae inter Epiphaniam et Quadragesimam occurrentes plures vel pauciores erunt, prout festum Paschatis maturius vel serius agetur.

Fer. II., III., IV. Jejunii seu Rogationis Ninivitarum.
Fer. VI. Commemorationis sacerdotum defunctorum.

Hebdomad. II. ante Quadrages. (Lat. *Hebd. ante Dom. Sexages.*)
Fer. VI. Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

Hebdomad. proxime praeced. Quadrages. (Lat. *Hebd. ante Dom. Quinquages.*)
Fer. VI. Commemorationis fidelium qui peregre obierunt, h. e., procul a parentibus et amicis defunctorum.

Dom. I. Quadrages. (Lat. *Dom. Quinquages.*). De nuptiis in Cana Galilaeae.

Sabbat. I. Quadrages. Festum s. Ephraem.

Dom. II. Quadrages. De leproso mundato.

Dom. III. Quadrages. De paralytico sanato.

Dom. IV. Quadrages. De servo centurionis sanato.
Fer. IV. seq. Media Quadragesima. Exaltatio s. crucis et conversio Abgari, regis Edessae.

Dom. V. Quadrages. De filio viduae Naim suscitato.

Dom. VI. Quadrages. De caeco nato sanato.

Dominica Palmarum

Hebdomada sancta.

Dominica Resurrectionis.
Fer. II. et III. festa de praec.

Hebdomada Alba.
Fer. VI. Festum omnium Sanctorum orientalium.

Dominica in Albis.

Dom. I., II., III., IV., V. Resurrectionis.
Fer. V. Ascensio D. N. J. Ch.

Dom. VI. Resurrectionis.

Festum Pentecostes.
Fer. II. fest. de praec.
Fer. VI. Auri[1]), pro ss. Apostolis.

---

[1]) Rationem appellationis relegas ex p. 415.

Dominicae I., II., III., IV—XIII.[1]) *post Pentec.* usque ad festum inventionis s. Crucis (14. Sept.)

Festa Corporis Christi et SS. Cordis Jesu, suis diebus, more Latinorum.

Ultima pars anni ecclesiastici: Septem Dominicae post festum Crucis, usque ad Dom. I. Encaenior. ecclesiae.

De jejuniis ecclesiae Antiochenae Syrorum.

Apud Syros eadem ferme sunt constituta jejunia, quae caeteros Orientales obstringunt: nimirum quatuor Quadragesimae, de quibus identidem a nobis est actum[2]), jejunium feriae IV. et feriae VI. in qualibet hebdomada, et jejunium Ninivitarum, quo tamen Graeci carent.

Solemnis maximeque sacri jejunii quadragesimalis ante Pascha initium apud Orientales ducitur a feria II. ante nostrum diem cinerum; unoque illo more ubique servatur, qui superius est descriptus pp. 86—89.

Caeterae *Quadragesimae: Apostolorum, Assumptionis Deiparae, Nativitatis Domini* olim generali lege majori dierum numero constabant, quemadmodum eas hodieque in ritu graeco observari suis locis notavimus; verum pro Syris unitis non ita pridem sunt ad minorum dierum numerum contractae, ut adeo nunc jejunio consecrent ante Nativitatem Domini dies novem, ante festum Apostolorum Petri et Pauli dies quatuor, ante solemnitatem Assumptionis Deiparae dies octo.

Eidem Syrorum ecclesiae venia quoque est a Summis Pontificibus concessa, ut, antiqua disciplina tantisper mitigata, omnibus diebus jejunio per annum addictis aliquid de canonica austeritate remitteretur. Verum plura disces ex Jos. David, archiep. Damasc. Syrorum, qui diligenter hoc argumenti genus persequitur in Ephemeride „Revue de l'Église grecque unie“ sub titulo *jeûnes et fêtes de l'Église syrienne-unie,* loco superius indicato p. 457.

[1]) Numerantur Dominicae 13, si Pascha in ultimo termino (25. April), 18 vero, si in primo termino (22. Mart.) actum fuerit.

[2]) Tom. 1, pp. 230—231, 330, et heic tom. 2, pp. 82—83. et pp. 455—457.

Reliquum est *jejunium Ninivitarum*, quod a ritu graeco adeo alienum est, ut illud CPolitani tanquam abominandam haeresim detestentur atque execrentur, quemadmodum suo loco fuit a nobis ostensum pp. 8—10. Quum tamen stricta ejus observatio ad religiosa officia caeterarum nationum christianarum orientalium, stato tempore quotannis redeuntia, pertineat, putidas adversariorum calumnias refutasse juverit, genuinis ejus rationibus prolatis, quas a bonis auctoribus traditas accepimus.

Amrus, luculentus scriptor Syrus, in *Serie Patriarcharum Chaldaeorum* causam jejunii Ninivitici pestem fuisse scribit, quae medio saeculo sexto in toto Oriente grassata est; eamque indicto eo jejunio cessasse refert. Auctore Sabarjesu, Metropolita Beth-Garmae et Nisibes episcopo, *Ezechiel Patriarcha* (567—581) *ad universas orientales regiones scripsit, ut omnes concordi animo essent et jejunarent orarentque spatio trium dierum, a feria scilicet secunda, quae vicesima est ante jejunium magnum: ac Deum precarentur, ut eorum misertus, preces ipsorum susciperet, sicuti Ninivitarum suscepit, averteretque mortem a suo populo. Edixit praeterea, ut hoc triduanum jejunium perpetuo observaretur. Id quum ii peregissent, exaudivit eos Deus pestemque sustulit. Exinde vero appellatum fuit jejunium Niniviticum, quoniam dixere: imitemur Ninivitas, et quoniam sicut Ninivitae a flagello liberati sunt* [1]).

Quum teste Elia, episcopo Damasc., contra observationem jejunii Ninivitici fuisset animadversum, *ecclesiae filios nequaquam attingi posse facto Ninives et Jonae prophetae ad veterem legem spectante,* Joannes Bar-Isa, Patriarcha Chaldaeorum (900—905), respondit: *„Quod de filiis ecclesiae ais, eos ad legis veteris observationem nequaquam teneri, id quidem verum est. Nos tamen iis diebus non eam ob causam jejunamus, etsi id nomen jejunio per translationem impositum sit, sed ob hanc aliam, quam tibi nunc exponimus. Contigit aliquando, in priscis scilicet temporibus, pestilens morbus, quo plerique regionis Beth-Garmae habitatores statim atque afficiebantur, animam exhalabant. Sabarjesu, ejus loci epi-*

---

[1]) Apud Asseman. *B. o.* t. 3, part. 2, p. 413.

scopus, quum gregem suum ad supplicationem publicam convocasset[1], *eum adhortatus est inquiens: Si Deus O. M. Ninivitarum misertus, intentatam per os prophetae sui Jonae poenam ab eis avertit, quanto magis nostri miserebitur, qui populus ejus sumus, credimusque in eum et in Christum ejus et in Spiritum ejus veracem? Paruit ergo populus ille mandatis episcopi: factoque conventu supplicationem qua majori potuit pietate celebravit, eos aemulatus, qui pueros pecudesque olim ablactantes, ciliciis corpora cinxere. Et Deus quidem flagellum illud ab eis hoc pacto amovit. Cujus rei memoria ad nostram usque aetatem perducta est. Hujus autem supplicationis nomen non est Jejunium Ninivitarum, sed Jejunium indictionis. Verum Ninives mentio facta est propter rationem, quam supra adduxi, et propter similitudinem comminationis et praedicationis; idem enim fere utrobique flagellum impendit, a quo liberati sunt*" [2]).

Παράρτημα

De anno ecclesiastico Syrorum Maronitorum.

Quum quae ad festa ritus syro-maronitici spectant, priori tomo jam sint praeoccupata pp. 36—37 et 487—489, hoc loco id unum restat, ut advertamus, in recentioribus Kalendariis ecclesiasticis, praeter festa de praecepto ibidem relata pp. 36—37, etiam alia haec quatuor signata legi:

17. Januarii: *Antonii Patriarchae monachorum* (Mâr Antônîôs abbâ dîchîdâjê);

20. Julii: *Eliae prophetae* (Mâr Êlîjâ N'bîjâ);

1. Augusti: *Festum martyrum Machabaeorum* ('Idà da Š'mûnì v'dab'nêh);

9. Decembris: *Festum Conceptionis B. V. M.* ('Idâ d'màrt' Marjam d'lâ mômâ).

---

[1]) In Officio Chaldaeorum additur: qui (episcopus) quum oraret, audivit angeli vocem dicentis: *Indicite jejunium et facite supplicationem, et auferetur a vobis pestilentia.* Ibid. p. 428.

[2]) Ibid. pp. 427—428.

LIBER II.

KALENDARIA ECCLESIASTICA ALIORUM RITUUM ORIENTALIUM.

CAPUT III.

ANNUS ECCLES. SYRO-CHALDAICUS MALABARICUS.



De christianis s. Thomae ritus syro-chaldaici in Malabaria.

In epistola ad s. Ignatium de Loyola ex Indiis d. d. 14. Januar. 1549 s. Franciscus Xaverius universam et propriam christianorum Syro-Malabarorum seu *Thomaeorum* gentem brevi definitione complectitur: *christiani Thomaei hujus regionis accolae sunt, orti ab iis, quos s. Thomas christianis sacris initiavit*[1]. Consonat sane vetus traditio popularis, bonis documentis etiam a gravibus viris confirmata, in Malabariae oris a s. Apostolo Thoma fuisse et evangelium praedicatum et ecclesiam fundatam.

Quum vero non ita multa post, persecutione contra christianos oborta percussisque pastoribus, Christi oves dispergerentur, ex Chaldaea episcopi sunt missi, qui gregem iterum colligerent et pascerent: atque hinc ritus syro-chaldaicus in Malabaria ortum habuit.

Pluribus saeculis ante Lusitanorum in oras Indiae adventum ecclesia malabarica episcopos nestorianos accipiebat ex Perside et per eos universam haeresim Nestorii.

Uno ferme saeculo post Alexius de Menezes, archiepiscopus Goanus et Indiarum orientalium Primas, convocata synodo Diamperitana (1599), Christianos s. Thomae, ad id tempus Nestorianismo infectos, opera inprimis usus missionariorum Societatis Jesu, ad ecclesiam catholicam reduxit[2], antiquo ritu syro-chaldaico, ut par erat, servato[3], verum rationibus Kalendarii ecclesiastici paulo nimium ad formam latinam exactis.

[1]) Apud Tursellin. *Epist. s. Franc. Xax.*, p. 74, edit. Rom. an. 1596.

[2]) Ea de re vid. Raulin Joan. Facund. *Historia ecclesiae malabaricae cum Diamperitana synodo apud Indos Nestorianos, s. Thomae christianos nuncupatos, coacta ab Alexio de Menezes* an. 1599. Rom. 1745.

[3]) „Les missionaires Jésuites de la côte du Malabar trouvèrent une église de 150.000 chrétiens, dits de Saint-Thomas, qui suivaient l'hérésie

Quae porro ecclesiae malabaricae, instigantibus maxime Batavis, adversa acciderint saeculo 17; quomodo nominatim, pulsis missionariis Societatis Jesu, in tetrum schisma fuerit abrepta an. 1653, atque inde partim ad haeresim Jacobitarum transierit, partim vero ad unitatem catholicam, agentibus praesertim missionariis Carmelitis, reversa sit, reversa autem hoc saeculo iterum duplici schismate laboraverit, altero ab intruso episcopo Mar Roccos suscitato an. 1861, altero ab intruso Mar Elia Mellus an. 1874: ea omnia cum antiquiori ejus gentis historia in propinquo habes brevissime exposita apud Khayyath G. Ebedjesu, *Syri orientales seu Chaldaei,* passim a p. 144 ad p. 190; apud Werner, *Orbis terrarum catholicus,* p. 175; in op. Missiones catholicae, *Ritus syro-malabaricus,* 1895, pp. 620—621; in ephemer. Parisiensi Revue de l'Orient chrétien, *Les chrétiens de Saint-Thomas au Malabar,* 1896, pp. 136—139. Pleniorem gestorum narrationem quaere, si placet, apud Raulin, *Historia ecclesiae malabaricae,* jcto. Moroni, *Dizionario,* locis in Indice signatis sub vv. *Cristiani di s. Tomaso* (t. 2, p. 405) et *Malabari* (t. 4, p. 231). Singula persequi ad praesentis scriptionis rationem non pertinet.

Recentiori aetate, post restitutam in India hierarchiam ecclesiasticam, Leo PP. XIII. regendis catholicis Syro-Chaldaeis Malabaricis duos Vicarios Apostolicos ritus latini instituerat an. 1887, Cottayamensem scilicet et Trichurensem; novissime vero, ut antiquis illis christianis praecipuam paternae suae providentiae testificationem exhiberet, tres Vicarios Apostolicos, episcopos titulares, ipsius nationis malabaricae et ritus syro-chaldaici dedit: Rmum. Joan. Menachiry, *Vic. Apost. in Trichur;* Rmum. Aloys. Paereparambil, *Vic. Apost. in Ernaculam;* Rmum. Matth. Makil, *Vic. Apost. in Changanaccherry*[1]). Spectatissimis istis viris, turbulento hoc tempore in terra tot perniciosis adversariis exposita ad episcopales infulas evectis, Deus Immortalis largiatur gaudium cum pace, prosperitatem ad multos annos, gratos greges, ut quos in fide catholica inter Syro-Chaldaeos Malabares propaganda impensuri sunt labores, salutarem sortiantur effectum ipsique fideles pastores, cursu consummato, mercedem accipiant aeterna gaudia pastorum!

De Kalendario syro-chaldaico Malabarum.

Tabulas syro-chaldaicas Kalendarii malabarici, quas hic habes, lector, explicatas ob oculos, acceptas referimus duobus viris

des Nestoriens . . . Ils les convertirent à la foi catholique *en leur laissant leur liturgie et leur rite syro-chaldéen*" (Revue de l'Orient chrétien 1896, p. 139).

[1]) Ex Actis consistor. d. 3. Decembris 1896.

nobis quum praecellenti doctrina tum aliis titulis carissimis: Rmo. Episcopo Carolo Lavigne, Vicario Apostolico Cottayamensi, et Rdo. P. Joanni Ev. Heller, quem superius jam laudavimus p. 141. Et ille quidem, Kalendario ecclesiae suae in authentica forma syro-chaldaica, Europaeis adhuc incognita, non sine rara benevolentiae et amoris significatione e longinquo oriente misso, vere nos beavit; hic vero linguarum orientalium peritissimus ac legendis syriacis exercitatissimus ut est, codicem syro-chaldaicum manu exaratum, qui propter peregrinas, insolitas atque occultas scripturae notas admodum erat lectu difficilis, non minori felicitate quam caritate explicuit, consuetis literis transcripsit, praelo paravit imprimendumque curavit. Quod tanti beneficii memores gratique, opere jam fere absoluto, lectori tenuibus nostris laboribus mox usuro non potuimus non prodere.

Historiam praesentis Kalendarii syro-chaldaici ecclesiae malabaricae nuper illustravimus in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1896, fasc. 4, multis documentis ex triplici ejus fonte allatis: ex antiquo *Pinqit* ecclesiae syro-chaldaicae, ex *relatione Josephi Indi,* sacerdotis nestoriani malabarici, coram Alexandro PP. VI. facta an. 1501, ex *decretis synodi Diamperitanae* an. 1599, quibus, *ut particularis haec ecclesia in festis et jejuniis cum Ecclesia universali consentiret,* antiquus festorum ordo adeo fuit immutatus, ut exinde totus alius videretur. Exempli gratia exhibuimus statutum *de Commemorationibus Sanctorum,* quos ritus syriacus *feriis sextis ante Quadragesimam* occurrentibus assignat, et est ejusmodi: *„Declarat praeterea synodus, non esse servandas tanquam solemnes et speciali cultu dignas, ut alicubi erat in usu, sextas ferias a Nativitate usque ad Quadragesimam; tum quia Sancti, qui in aliquibus earum celebrantur, suos aliunde sortiuntur designatos festivitatis dies, tum etiam quia nonnulla ipsorum festorum sunt haereticis dicata, ut superius monuimus, quos nefas est festivitate colere. Vicarii itaque curent, populum Dominica die inter missarum solemnia admonere festorum illius hebdomadae, ut sciat, quae sint illi colenda".*

Jam vero antiqui isti sancti a suis feriis sextis translati, sicut generatim caeteri omnes, tunc primum ex fastis latinis in novum *Sanctorum Pinqit* assumpti, ex decreto Diamperitano suas commemorationes festivas sortiuntur ipsis illis diebus, quibus signati sunt in Martyrologio Romano, ut adeo Kalendarium nostrum syro-chaldaicum formis latinis vestitum appareat. De eo autem nihil speciatim attinet dicere, nisi quod *quatuor his festis s. Thomae Apostoli* distinctum conspicitur:

Die 3. Julii. *Festum Apostoli Thomae,* in qua die juxta nonnullos fuit translatus[1]), et juxta alios ad has oras appulit, et solet servari ex antiquo hujus episcopalis Sedis more" (Synod.

[1]) Vid. t. 1, p. 478.

Diamper. act. 8, decret. 9). Animadverterat Jos. Indus[1]: „Primam diem Julii mirum in modum custodiunt in memoriam divi Thomae christiani pariter ac gentiles“[2].

Die 18. Decemb. „Festum sudoris crucis gloriosi Apostoli Thomae ex consuetudine episcopatus“ (Synod. Diamper. l. c.). Al. „Festum miraculi lapidis s. Apostoli Thomae“.

Die 21. Decemb. „Festum ipsius Apostoli Thomae“ (Synod. Diamper. l. c.).

„Octavum diem Paschae supra omnem festivitatem colunt: quippe qui affirmant, ea die divum Thomam, cujus sunt ipsi perquam studiosi[3]), in latus nostri Servatoris manum posuisse cognovisseque non esse phantasma“ (Jos. Indus).

De rationibus festi sudoris crucis Thomae Apostoli.

Inventio crucis anno 1547. „Aperientibus fundamentum novae ecclesiae aedificandae in monte s. Thomae prope Meliaporam, ubi Apostolus martyrium consummavit[4]), insculpta quadrato lapidi, sanguineis et in speciem recentibus conspersa guttis, apparuit

---

[1]) Cfr. *Novus Orbis,* Basileae, 1555, p. 205.

[2]) Festa s. Thomae hodieque generatim tanto omnium ordinum et aetatum concursu celebrantur, ut vel ipsi protestantes Malabarici, conquerentibus eorum missionariis, partem in communi solemnitate habeant. Cfr. „Zeitschrift für kath. Theologie“, 1896, p. 609.

[3]) Ejusdem studii jam duobus saeculis ante meminerat celeberrimus peregrinator Marcus Paulus (Marco Polo) in itinerario suo haec de Thomaeis notans: „In provincia Maabar, quae est India major, servatur corpus beati Thomae Apostoli, qui in illa provincia pro Christo passus est. Quiescit autem corpus ejus in civitate quadam parva, ubi multi sunt Christiani et Saraceni, debito honore sancti venerantes corpus. . . . Incolae regionis illius dicunt Apostolum prophetam magnum fuisse vocantque eum *Avarijam,* h. e., sanctum virum. Et Christiani a longe venientes, et sancti corpus visitantes, asportant secum de terra illa, in qua vir sanctus occisus dicitur, et de ea in potum missa faciunt infirmos bibere, et credunt illos hinc melius habere atque a diversis liberari infirmitatibus.“ (*Novus Orbis,* l. 3, p. 394.)

[4]) De ratione nominis urbis *Calaminae,* loci martyrii s. Thomae, animadvertit Raulin. „Eadem civitas diversis temporibus a diversis gentibus diversis iisque prorsus dissimilibus nominibus insignitur: *Calamina, Calliana, Male, Meliapor, Maliapor, Mappura Calempor, Malempor.* Syris *Galamatha* sunt *colles,* unde *Calamina* idem esset ac locus urbis supra montem fundatae, urbs in colle sita. Omnes antiqui collem et montem tanquam passionis Thomae locum designaverunt“ (Dissert. 2, de Thomae Apost. martyrio, sepulchro, et translationibus corporis, n. 33, in *Histor.* cit. p. 362).

crux, lapideo item circulo inclusa; repandum in lilium desinens. Insidet in summo columba. Latae ob imo herbae luxuriant. In eo circulo incisae cernuntur notae, quas propter vetustatem legi adhuc potuisse negant. Extractam tabulam ac probe purgatam Lusitani confestim in ara gratulabundi constituunt; intentiore cura sacellum absolvunt“ [1]).

Miraculum sudoris crucis anno 1557. — Accidit autem a. 1557, die quo christiani conveniebant, ut in eo fano *Salutationem ab Angelo factam Sanctissimae Virgini* [2]), octo dies, antequam dies Christi Natalis adveniret, celebrarent, quum sacerdos, qui rem divinam faciebat, Evangelium inchoaret, ut crux in nigrum colorem verteretur, et liquor ex illa incredibili copia dimanaret; deinde color caeruleus pro nigro subiret. In locis autem, ubi notae sanguinis extabant, rosei coloris splendor eluxit. Sequentibus deinde annis, eodem die, semper eveniebat. Nec enim alio die (quod magnam admirationem commovebat) id in illa cruce cernebatur. Fuit tamen aliquo tempore ejus rei, quae admirabilis omnibus videbatur, intermissio. Anno autem 1561, quum christiani in eundem locum cum eadem pompa et celebritate convenirent, eo die Crux, dum sacrificium fieret, stillare solebat, et sacerdos Evangelium inchoaret (id enim etiam admirandum videbatur, quod nunquam prius, quam Evangelium legi coepisset, ea Crucis mutatio fieret), Crux repente nigris maculis, splendidis tamen, inficeretur, donec tandem aliis atque aliis subeuntibus, tota nigresceret. Ita vero splendebat, atque si fuisset oleo delibuta. Dum instar roris guttae defluere coeperunt, quae paulatim grandiores effectae totam Crucem humore largissimo compleverunt: peregit sacerdos cum multis lacrimis et crebro singultu sacrificium. Deinde ascendit in altare et linteis, quibus in rebus sacris de more procurandis uti solebat, Crucem extersit. Lintea maculis sanguineis tincta repente sunt. Civitatis praefectus et reliqua multitudo, quae convenerat, manus in coelum tendere, Christi nomen implorare, flagitiorum veniam postulare et ad studium ardentius religionis excitari. Crux autem postquam multo liquore fluxit, clarius splendere coepit et color sanguineus evidentius eluxit“.

Interpretatio inscriptionis tentata. — „Hoc signum (a. 1561) commovit et praefectum urbis et primarium sacerdotem, ut diligenter inquirerent, ecquis esset, qui literas illas interpretari posset. Ajunt incolae, in Narsingae regno esse Brachmanam, inter omnes Brachmanas literis et eruditione praestantem, qui varias linguas tenebat. Hominem continuo accersunt et inter-

[1]) Maffei J. P., Hist. indic., l. 11, edit. Venet. 1589, p. 214.

[2]) Festum Annuntiationis B. M. V. in Hispaniarum regnis olim non 25. Martii, sed 18. Decembris die celebratum relegas in „Zeitschrift für kath. Theologie“, 1896, p. 598.

rogant, an illas literas nosset? Respondit, literas esse priscas, quibus antiqui sapientes utebantur; negligentia vero hominum factum esse, ut earum cognitio interiret; quin etiam linguam, qua erant descriptae, a paucis admodum teneri. Admonent illi Brachmanam, ut in altare ascendat. Restitit ille, et nefarium facinus esse dixit, altare, in quo res divina fieret, humanis pedibus conculcari. Invitus tamen subiit, et literas perlegit, quarum vim eam esse dixit, ut una nota decem et quindecim et viginti literarum officio fungeretur. Sententia vero literarum in summa haec est: *Thomam* divinum virum fuisse a Dei filio, cujus erat discipulus, in eas oras Sagami regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas erudiret; ibique templum extruxisse, et res admirabiles effecisse, atque tandem, quum genibus flexis ad crucem illam affixus orationem ad Deum funderet, a quodam Brachmana fuisse hasta transfixum. Crucem vero ejusdem viri sanctissimi cruore tinctam ad memoriam virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Haec erat sententia, quae literis continebatur. Fecit autem majorem fidem alius ejusdem sectae vir aliunde accersitus, grandis admodum natu et sapientiae opinione praestans, qui literas in eandem sententiam interpretatus est" [1]).

Veterum hanc scripturae interpretationem tamen assensu suo non comprobant recentiores linguarum orientalium scrutatores, licet nondum quidpiam certi invenerint, quod in ejus locum substituere possent. Novas interpretationes, quas hariolando excogitarunt, vide, si placet, in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1896, pp. 612—613 [2]).

Festum, quod in Kalendario (p. 672) signatum est sub titulo *Miraculum lapidis s. Thomae Apostoli,* perhibetur institutum *„in memoriam sudoris, qui e marmorea divi Thomae cruce scaturiit anno 1557, in Meliapore: quod ostentum pluries postea visum est."* Licet autem solemnitas liturgica uni diei 18. Decemb. sit affixa, miraculum ipsum tamen per totum Adventum populari devotione laboriose sancteque celebratur, quemadmodum luculentis testimoniis allatis ostensum est in „Zeitschrift" l. c. p. 609.

---

1) Ex relatione episcopi Cochinensis ad Card. Henricum facta, apud Osor. Hieron., *De rebus Emmanuelis regis,* l. 3, ed. Colon. 1580, p. 108.

2) Effigies crucis cum inscriptione saepe fuit summa diligentia et pari fide ad originale exemplar expressa. In „Zeitschrift" l. c. duas ex praecipuis memoravimus, antiquiorem Athanasii Kircher, *China illustrata,* p. 55, edit. Amstelod. 1667, et recentiorem *D. Burnell,* Mangalorae vulgatam an. 1873.

Ἑρμηνεία.

Exactum est Paschalion ad „Tabulam paschalem novam reformatam“, Missali et Breviario rom. praefixam, cujus rationes videantur in nostro „Computo eccles.“ pp. 107—109.

Ex 6 columnis ad perpendiculum positis (καθέτους vocant) 4 sunt ex Tabula latina ad literam expressae; nimirum 1. „Literae dominic.“ (âthwâthâ d'ḥad-b'šabbê); 2. „Cyclus epactarum“ (qîqlôs dah'pakhtê); 5. Pascha seu „Resurrectio“ (q'jâm'thâ); 6. „Pentecoste“ (penṭ'qôsṭê). Columna 3. loco „Septuagesimae“ Occidentalium exhibet „Jejunium poenitentiae Ninivitarum“ (çum twâthâ d'nîn'wajjâ), de quo supra disputatum est pp. 8—11; columna 4 tandem pro „die cinerum“ indicat initium jejunii quadragesimalis seu „jejunium magnum“ (çaumâ rabbâ), de quo similiter suo loco jam dictum est p. 87.

ܦܢܛܩܘܣܛܐ	ܩܝܡܬܐ	ܨܘܡܐ ܪܒܐ
ܝ: ܐܝܪ	ܟܒ: ܐܕܪ	ܒ: ܫܒܛ
ܝܙ: ܐܝܪ	ܟܛ: ܐܕܪ	ܛ: ܫܒܛ
ܟܕ: ܐܝܪ	ܗ: ܢܝܣܢ	ܝܘ: ܫܒܛ
ܠܐ: ܐܝܪ	ܝܒ: ܢܝܣܢ	ܟܓ: ܫܒܛ
ܙ: ܚܙܝܪܢ	ܝܛ: ܢܝܣܢ	ܒ: ܐܕܪ
ܝܐ: ܐܝܪ	ܟܓ: ܐܕܪ	ܓ: ܫܒܛ
ܝܚ: ܐܝܪ	ܠ: ܐܕܪ	ܝ: ܫܒܛ
ܟܗ: ܐܝܪ	ܘ: ܢܝܣܢ	ܝܙ: ܫܒܛ
ܐ: ܚܙܝܪܢ	ܝܓ: ܢܝܣܢ	ܟܕ: ܫܒܛ
ܚ: ܚܙܝܪܢ	ܟ: ܢܝܣܢ	ܓ: ܐܕܪ
ܝܒ: ܐܝܪ	ܟܕ: ܐܕܪ	ܕ: ܫܒܛ
ܝܛ: ܐܝܪ	ܠܐ: ܐܕܪ	ܝܐ: ܫܒܛ
ܟܘ: ܐܝܪ	ܙ: ܢܝܣܢ	ܝܚ: ܫܒܛ
ܒ: ܚܙܝܪܢ	ܝܕ: ܢܝܣܢ	ܟܗ: ܫܒܛ
ܛ: ܚܙܝܪܢ	ܟܐ: ܢܝܣܢ	ܕ: ܐܕܪ
ܝܓ: ܐܝܪ	ܟܗ: ܐܕܪ	ܗ: ܫܒܛ
ܟ: ܐܝܪ	ܐ: ܢܝܣܢ	ܝܒ: ܫܒܛ
ܟܙ: ܐܝܪ	ܚ: ܢܝܣܢ	ܝܛ: ܫܒܛ
ܓ: ܚܙܝܪܢ	ܝܗ: ܢܝܣܢ	ܟܘ: ܫܒܛ
ܝ: ܚܙܝܪܢ	ܟܒ: ܢܝܣܢ	ܗ: ܐܕܪ
ܝܕ: ܐܝܪ	ܟܘ: ܐܕܪ	ܘ: ܫܒܛ
ܟܐ: ܐܝܪ	ܒ: ܢܝܣܢ	ܝܓ: ܫܒܛ
ܟܚ: ܐܝܪ	ܛ: ܢܝܣܢ	ܟ: ܫܒܛ
ܕ: ܚܙܝܪܢ	ܝܘ: ܢܝܣܢ	ܟܙ: ܫܒܛ
ܝܐ: ܚܙܝܪܢ	ܟܓ: ܢܝܣܢ	ܘ: ܐܕܪ
ܝܗ: ܐܝܪ	ܟܙ: ܐܕܪ	ܙ: ܫܒܛ
ܟܒ: ܐܝܪ	ܓ: ܢܝܣܢ	ܝܕ: ܫܒܛ
ܟܛ: ܐܝܪ	ܝ: ܢܝܣܢ	ܟܐ: ܫܒܛ
ܗ: ܚܙܝܪܢ	ܝܙ: ܢܝܣܢ	ܟܚ: ܫܒܛ
ܝܒ: ܚܙܝܪܢ	ܟܕ: ܢܝܣܢ	ܙ: ܐܕܪ
ܝܘ: ܐܝܪ	ܟܚ: ܐܕܪ	ܚ: ܫܒܛ
ܟܓ: ܐܝܪ	ܕ: ܢܝܣܢ	ܝܗ: ܫܒܛ
ܠ: ܐܝܪ	ܝܐ: ܢܝܣܢ	ܟܒ: ܫܒܛ
ܘ: ܚܙܝܪܢ	ܝܚ: ܢܝܣܢ	ܐ: ܐܕܪ
ܝܓ: ܚܙܝܪܢ	ܟܗ: ܢܝܣܢ	ܚ: ܐܕܪ

ܢܘܟܪ ܐܬܘܬܐ ܕܡܢܝܢܐ	ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܕܡܢܝܢܐ	ܐܬܘܬܐ ܕܡܢܝܢܐ
ܡܒ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ	
ܡܠ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܒ. ܒܪ. ܒ. ܡܠ. ܡܣ. ܡܘ. ܡܗ.	
ܒܗ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܗ. ܡܕ. ܝܠ. ܡܒ. ܡܪ. ܡ. ܝܠ.	ܕ.
ܒ: ܫܒܒܠ	ܣ. ܘ. ܗ. ܗ. ܕ. ܠ. ܒ.	
ܝܠ: ܫܒܒܠ	ܪ. ⁘. ܒܠ. ܒܣ. ܒܘ. ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܠ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ.	
ܒ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܪ. ܒ. ܡܠ. ܡܣ. ܡܘ. ܡܗ. ܡܗ.	
ܒܘ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܕ. ܝܠ. ܡܒ. ܡܪ. ܡ. ܝܠ. ܣ.	ܗ.
ܠ: ܫܒܒܠ	ܘ. ܗ. ܗ. ܕ. ܠ. ܒ. ܪ.	
ܡ: ܫܒܒܠ	⁘. ܒܠ. ܒܣ. ܒܘ. ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܕ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ. ܒܪ.	
ܒܪ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒ. ܡܠ. ܡܣ. ܡܘ. ܡܗ. ܡܗ. ܡܕ.	
ܒܣ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܝܠ. ܡܒ. ܡܪ. ܡ. ܝܠ. ܣ. ܘ.	ܘ.
ܕ: ܫܒܒܠ	ܗ. ܗ. ܕ. ܠ. ܒ. ܪ. ⁘.	
ܡܪ: ܫܒܒܠ	ܒܠ. ܒܣ. ܒܘ. ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܗ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ. ܒܪ. ܒ.	
ܒܒ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܠ. ܡܣ. ܡܘ. ܡܗ. ܡܗ. ܡܕ. ܝܠ.	
ܒܠ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܒ. ܡܪ. ܡ. ܝܠ. ܣ. ܘ. ܗ.	ܙ.
ܗ: ܫܒܒܠ	ܗ. ܕ. ܠ. ܒ. ܪ. ⁘. ܒܠ.	
ܡܒ: ܫܒܒܠ	ܒܣ. ܒܘ. ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܗ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ. ܒܪ. ܒ. ܡܠ.	
ܒܠ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܣ. ܡܘ. ܡܗ. ܡܗ. ܡܕ. ܝܠ. ܡܒ.	
ܠ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܪ. ܡ. ܝܠ. ܣ. ܘ. ܗ. ܗ.	ܪ.
ܗ: ܫܒܒܠ	ܕ. ܠ. ܒ. ܪ. ⁘. ܒܠ. ܒܣ.	
ܝܠ: ܫܒܒܠ	ܒܘ. ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܘ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ. ܒܪ. ܒ. ܡܠ. ܡܣ.	
ܒܕ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܘ. ܡܗ. ܡܗ. ܡܕ. ܝܠ. ܡܒ. ܡܪ.	
ܠܪ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡ. ܝܠ. ܣ. ܘ. ܗ. ܗ. ܕ.	ܒ.
ܘ: ܫܒܒܠ	ܠ. ܒ. ܪ. ⁘. ܒܠ. ܒܣ. ܒܘ.	
ܡܕ: ܫܒܒܠ	ܒܗ. ܒܗܗ. ܒܕ.	
ܡܣ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܒܠ. ܒܒ. ܒܪ. ܒ. ܡܠ. ܡܣ. ܡܘ.	
ܒܗܗ: ܒܗܘܢ ܐܣܟܝܢ	ܡܗ. ܡܗ. ܡܕ. ܝܠ. ܡܒ. ܡܪ. ܡ.	
ܪ: ܫܒܒܠ	ܝܠ. ܣ. ܘ. ܗ. ܗ. ܕ. ܠ.	ܠ.
ܡ: ܫܒܒܠ	ܒ. ܪ. ⁘. ܒܠ. ܒܣ. ܒܘ. ܒܗ.	
ܡܗ: ܫܒܒܠ	ܒܗܗ. ܒܕ.	

JANUARIUS. ܟܢܘܢ ܐܚܪܝܐ

	ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܝܪ̈ܚܐ	ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܚܕܒ̈ܫܒܐ	ܗ̈ܦܟܬܐ
ܓܙܘܪܬܗ ܕܡܪܢ	ܐ	ܐ	⁘
ܬܡܢܝܐ ܕܡܫܒܚܐ ܐܣܛܦܢܘܣ	ܒ	ܒ	ܟܕ
ܬܡܢܝܐ ܕܡܪ̱ ܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ	ܓ	ܓ	ܟܓ
ܬܡܢܝܐ ܕܡܫܒ̈ܚܐ ܛܠܝ̈ܐ	ܕ	ܕ	ܟܒ
ܕܡܕܡ ܕܕܢܚܐ ܩܡ ܕܘܟܪܢܐ ܡܫܒܚܐ ܬܠܝܣܦܘܪܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܗ	ܗ	ܟܐ
ܕܢܚܗ ܕܡܪܢ	ܘ	ܘ	ܟ
ܕܘܟܪܢܐ ܡܫܒܚܐ ܗܘܓܝܢܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܐ	ܕ	ܝܛ
ܬܡܢܝܐ ܕܕܢܚܐ	ܝܓ	ܘ	ܝܚ
ܗܠܪܝܘܣ ܐܦܣ̱ ܘܡܘܕܝܢܐ ܩܡ ܕܘܟܪܢܐ ܡܪ̱ ܘܦܠܝܩܣ ܟܗܢܐ	ܝܕ	ܙ	ܝܙ
ܦܘܠܘܣ ܩܕܡܝܐ ܕܡܕܒܪ̈ܝܐ ܩܡ ܕܘܟܪܢܐ ܡ̄ ܡܘܪܘܣ ܐܒܐ	ܝܗ	ܐ	ܝܘ
ܡܪܩܠܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܘ	ܒ	ܝܗ
ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܐܒܐ	ܝܙ	ܓ	ܝܕ
ܟܘܪܣܝܐ ܕܡ̄ ܦܛܪܘܣ ܒܪ̈ܗܘܡܝ ܩܡ ܕܘܟܪܢܐ ܕܡ̄	ܝܚ	ܕ	ܝܓ
ܡܪܝܘܣ ܘܡܪܬܐ ܘܐܘܕܝܦܣ ܘܐܒܩܘܡ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܛ	ܗ	ܝܒ
ܦܒܝܢܘܣ ܘܣܒܣܛܝܢܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܟ	ܘ	ܝܐ
ܐܓܢܣ ܒܬܘܠܬܐ ܣܗܕܬܐ	ܟܐ	ܙ	ܝ
ܒܝܢܩܢܛܝܘܣ ܘܐܢܣܛܣܝܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܟܒ	ܐ	ܛ
ܐܡܪܢܛܝܢܐ ܒܬܘܠܬܐ ܣܗܕܬܐ	ܟܓ	ܒ	ܚ
ܛܝܡܬܐܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܕ	ܓ	ܙ
ܦܘܢܝ ܡܪ̱ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ	ܟܗ	ܕ	ܘ
ܦܘܠܝܩܪܦܘܣ ܐܦܣ̱ ܘܣܗܕܐ	ܟܘ	ܗ	ܗ
ܝܘܐܢܝܣ ܟܪܘܣܘܣܛܘܡܘܣ ܐܦܣ̱ ܘܡܠܦܢܐ	ܟܙ	ܘ	ܕ
ܐܓܢܣ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ	ܟܚ	ܙ	ܓ

1

Kanun hrâi, h. e., **alter. Januarius.**

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
*	A	1	Circumcisio Domini.
xxix	b	2	Octava s. Stephani.
xxviij	c	3	Octava s. Joannis Apostoli.
xxvij	d	4	Octava ss. Innocentium.
xxvj	e	5	Vig. Epiph. cum com. s. Telesphori PP. et m.
xxv	f	6	Epiphania Domini.
xx	d	11	Com. s. Hygini Papae et mart.
xviij	f	13	Octava Epiphaniae.
xvij	g	14	Hilarii ep. et conf. cum com. s. Felicis presb.
xvj	A	15	Pauli primi erem. cum com. s. Mauri abbat.
xv	b	16	Marcelli Papae et mart.
xiv	c	17	Antonii abbatis.
xiij	d	18	Cathedra s. Petri Romae cum com. sanctae.
xij	e	19	Marii et Marthae et Audifacis et Abachum mm.
xj	f	20	Fabiani et Sebastiani mart.
x	g	21	Agnetis virg. mart.
ix	A	22	Vincentii et Anastasii mart.
viij	b	23	Emerentianae virg. mart.
vij	c	24	Timothei episc. et mart.
vj	d	25	Conversio s. Pauli Apostoli.
v	e	26	Polycarpi episc. et mart.
iv	f	27	Joannis Chrysostomi episc. et conf.
iij	g	28	Agnetis secundo.

FEBRUARIUS. ܫܒܛ

	ܡܘܬܐ ܕܩܝܡܐ	ܐܬܘܬܐ ܕܫܒܘܥܐ	ܗܦܟܬܐ
ܐܓܢܛܝܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܐ	ܕ	ܩܠ
ܕܟܝܘܬܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ	ܒ	ܗ	ܕܢ
ܒܠܐܣܝܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܓ	ܘ	ܓܢ
ܐܓܐܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܗ	ܐ	ܗ . ܢܘ
ܕܘܪܘܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܘ	ܒ	ܚܐ
ܪܘܡܘܐܠܕܘܣ ܐܒܐ	ܙ	ܓ	ܒܒ
ܐܦܘܠܘܢܝܐ ܒܬܘܠܬܐ	ܚ	ܗ	ܒ
ܒܠܢܛܝܢܘܣ ܟܗܢܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܕ	ܓ	ܗܝ
ܦܘܣܛܝܢܘܣ ܘܝܘܒܝܛܐ ܣܗ̈ܕܐ	ܗܝ	ܕ	ܝܕ
ܫܡܥܘܢ ܐܦܣ̣ ܘܣܗܕܐ	ܚ	ܙ	ܝܚ
ܟܘܪܣܝܐ ܕܦܛܪܘܣ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ	ܒܒ	ܕ	ܙ
ܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫ ܡܪܝ ܡܬܝܐ ܫܠܝܚܐ	ܚܐ	ܗ	ܘ
ܡܪܝ ܡܬܝܐ ܫܠܝܚܐ	ܟܕ	ܘ	ܗ

MARTIUS. ܐܕܪ

ܠܘܩܝܘܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܕ	ܙ	ܟܘ
ܬܐܘܡܐ ܡܠܦܢܐ ܘܡܘܕܝܢܐ ܒܪ ܕܘܡܢܝ ܦܪ̈	ܙ	ܓ	ܟܕ
ܐܪܒܥܝܢ ܣܗ̈ܕܐ	ܚ	ܗ	ܒܒ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܦܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ ܘܡܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ	ܝܒ	ܐ	ܚܝ
ܝܘܣܦ ܡܘܕܝܢܐ ܓܒܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ	ܚܝ	ܐ	ܝܒ
ܒܢܝܕܝܩܛܘܣ ܐܒܐ	ܟܐ	ܓ	ܝ
ܣܘܒܪܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ	ܟܗ	ܙ	ܘ

APRILIS. ܢܝܣܢ

ܦܪܢܣܝܣܩܘܣ ܕܡܢ ܦܐܘܠܐ ܡܘܕܝܢܐ	ܒ	ܐ	ܕܢ
ܠܝܘܢ ܦܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ	ܝܐ	ܓ	ܚ

Šebet. Februarius.

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xxix	d	1	Ignatii episc. et mart.
xxviij	e	2	Purificatio B. M. semper V.
xxvij	f	3	Blasii episc. et mart.
xxv. xxiv	A	5	Agathae virg. et mart.
xxiij	b	6	Dorotheae virg. et mart.
xxij	c	7	Romualdi abbatis.
xx	e	9	Apolloniae virg.
xv	c	14	Valentini presb. et mart.
xiv	d	15	Faustini et Jovitae martyr.
xj	g	18	Simeonis episc. mart.
vij	d	22	Cathedra Petri Antiochiae.
vj	e	23	Jejunium vigiliae Mar Math. Ap.
v	f	24	Mathiae Apostoli.
			Adar. Martius.
xxvij	g	4	Lucii Papae et mart.
xxiv	c	7	Thomae Doct. et conf. cum Com. Per(petuae et Felicitatis mart.).
xxij	e	9	Quadraginta mart.
xix	A	12	Gregorii Papae et conf. et Doct. eccles.
xij	A	19	Joseph confessoris viri Dei genitricis.
x	c	21	Benedicti Abbatis.
vj	g	25	Annuntiatio B. M. semper V.
			Nisân. Aprilis.
xxviij	A	2	Francisci de Paula conf.
xviij	c	11	Leonis Papae et conf.

	ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܝܪ̈ܚܐ	ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܚܕ̈ܒܫܒܐ	ܗܦܩ̈ܛܐ
ܛܝܒܘܪܬܝܘܣ ܘܒܠܪܝܢܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܕ	ܘ	ܝܗ
ܐܢܝܩܛܘܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܙ	ܒ	ܝܒ
ܣܘܛܝܪ ܘܓܐܝܘܣ ܦܦ̈ܐ ܘܣܗ̈ܕܐ	ܟܒ	ܙ	ܙ
ܓܝܘܪܓܝܣ ܣܗܕܐ	ܟܓ	ܐ	ܘ
ܡܪܩܘܣ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ	ܟܗ	ܓ	ܕ
ܩܠܝܛܘܣ ܘܡܪܩܠܝܢܘܣ ܦܦ̈ܐ	ܟܘ	ܕ	ܓ
ܒܝܛܠܝܣ ܣܗܕܐ	ܟܚ	ܘ	ܐ
ܦܛܪܘܣ ܣܗܕܐ	ܟܛ	ܙ	✥

MAJUS. ܐܝܪ

ܦܝܠܝܦܘܣ ܘܝܥܩܘܒ ܫܠܝ̈ܚܐ	ܐ	ܒ	ܟܚ
ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܐܦܣ' ܘܡܘܕܝܢܐ	ܒ	ܓ	ܟܙ
ܫܟܚܬܐ ܕܨܠܝܒܐ	ܓ	ܕ	ܟܘ
ܡܘܢܝܩܐ ܐܪܡܠܬܐ	ܕ	ܗ	ܟܗ
ܝܘܚܢܢ ܕܩܕܡ ܬܪܥܐ ܠܛܝܢܝܐ	ܘ	ܙ	ܟܓ
ܣܛܢܝܣܠܐܘܣ ܐܦܣ' ܣܗܕܐ	ܙ	ܐ	ܟܒ
ܡܬܚܙܝܢܘܬܐ ܡܢ ܡܝܟܐܝܠ ܡܠܐܟܐ	ܚ	ܒ	ܟܐ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܢܙܝܢܙܘ ܐܦܣ'	ܛ	ܓ	ܟ
ܓܘܪܕܝܢܘܣ ܘܐܦܝܡܟܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝ	ܕ	ܝܛ
ܢܪܐܘܣ ܘܐܟܝܠܐܘܣ ܘܕܘܡܝܛܝܠܐ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܒ	ܘ	ܝܙ
ܒܘܢܝܦܛܝܘܣ ܣܗܕܐ	ܝܕ	ܐ	ܝܗ
ܐܘܒܠܕܘܣ ܐܦܣ' ܘܡܘܕܝܢܐ	ܝܘ	ܓ	ܝܓ
ܦܘܕܢܛܝܢܐ ܒܬܘܠܬܐ	ܝܛ	ܘ	ܝ
ܐܘܪܒܢܘܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܗ	ܗ	ܕ
ܐܠܘܬܪܝܘܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܘ	ܘ	ܓ
ܝܘܐܢܝܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܙ	ܙ	ܒ
ܦܠܝܟܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܠ	ܓ	ܟܚ

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xv	f	14	Tiburtii et Valeriani mart.
xij	b	17	Aniceti Papae et mart.
vij	g	22	Soteris et Caji Paparum et mart.
vj	A	23	Georgii mart.
iv	c	25	Marci Evangelistae.
iij	d	26	Cleti et Marcellini Paparum.
j	f	28	Vitalis mart.
*	g	29	Petri mart.

Ijâr. Majus.

xxviij	b	1	Philippi et Jacobi Apost.
xxvij	c	2	Athanasii episc. et conf.
xxvj	d	3	Inventio s. Crucis (Mar Slîbâ).
xxv	e	4	Monicae viduae.
xxiij	g	6	Joannis ante portam latinam.
xxij	A	7	Stanislai episc. mart.
xxj	b	8	Apparitio Mar Michaelis angeli.
xx	c	9	Gregorii Naz. episc.
xix	d	10	Gordiani et Epimachi mart.
xvij	f	12	Nerei et Achillei et Domitillae mart.
xv	A	14	Bonifacii mart.
xiij	c	16	Ubaldi episc. et conf.
x	f	19	Pudentianae virg.
iv	e	25	Urbani Papae et mart.
iij	f	26	Eleutherii Papae et mart.
ij	g	27	Joannis Papae et mart.
xxix	c	30	Felicis Papae et mart.

JUNIUS. ܚܙܝܪܢ

	ܝܘܡܐ ܕܝܪܚܐ	ܐܬܘܬܐ ܕܚܕܒܫܒܐ	ܐܦܩܛܐ
ܡܪܩܠܝܢܘܣ ܘܦܛܪܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܒ	ܘ	ܟܗ
ܦܪܝܡܘܣ ܘܦܠܝܩܝܢܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܛ	ܘ	ܝܚ
ܒܪܢܒܐ ܫܠܝܚܐ	ܝܐ	ܐ	ܝܘ
ܒܣܝܠܝܕܣ ܘܢܘܒܪܝܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܒ	ܒ	ܝܗ
ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܕܡܢ ܦܕܘܐ	ܝܓ	ܓ	ܝܕ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܪܒܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܡܠܦܢܐ	ܝܕ	ܕ	ܝܓ
ܒܝܛܘܣ ܘܡܘܕܣܛܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܗ	ܗ	ܝܒ
ܡܪܩܘܣ ܘܡܪܩܠܝܢܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܚ	ܐ	ܛ
ܓܪܘܒܣܝܣ ܘܦܪܘܛܣܝܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܛ	ܒ	ܚ
ܣܝܠܒܪܝܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟ	ܓ	ܙ
ܦܘܠܝܢܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ	ܟܒ	ܗ	ܗ
ܨܘܡܐ	ܟܓ	ܘ	ܕ
ܡܘܠܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ	ܟܕ	ܙ	ܓ
ܝܘܚܢܢ ܘܦܘܠܐ ܣܗ̈ܕܐ	ܟܘ	ܒ	ܐ
ܠܐܘܢ ܦܐܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ	ܟܚ	ܕ	ܟܛ
ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ ܫܠܝ̈ܚܐ	ܟܛ	ܗ	ܟܚ

JULIUS. ܬܡܘܙ

ܥܐܕܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ	ܐ	ܙ	ܟܘ
ܡܪܬܝ ܡܪܝܡ ܕܐܙܠܬ ܠܘܬ ܐܠܝܫܒܥ	ܒ	ܐ	ܟܗ
ܕܘܟܪܢܗ ܕܡܪܝ ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ	ܓ	ܒ	ܟܕ
ܥܐܕܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ	ܘ	ܗ	ܟܐ
ܫܒܥܐ ܐܚܐ ܣܗ̈ܕܐ	ܝ	ܒ	ܝܙ
ܦܝܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܐ	ܓ	ܝܘ
ܢܒܘܪ ܘܦܠܝܩܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܒ	ܕ	ܝܗ

Chezirân. Junius.

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xxvj	f	2	Marcellini et Petri mart.
xviij	f	9	Primi et Feliciani mart.
xvj	A	11	Barnabae Ap.
xv	b	12	Basilidis et Cyrini mart.
xiv	c	13	Antonii de Padua.
xiij	d	14	Basilii Magni episc. et conf.
xij	e	15	Viti et Modesti mart.
ix	A	18	Marci et Marcelliani mart.
viij	b	19	Gervasii et Protasii mart.
vij	c	20	Silverii Papae et mart.
v	e	22	Paulini episc. et conf.
iv	f	23	Jejunium.
iij	g	24	Nativitas s. Joannis Baptistae.
j	b	26	Joannis et Pauli mart.
xxix	d	28	Leonis Papae et conf.
xxviij	e	29	Petri et Pauli Apost.

Tamuz. Julius.

xxvj	g	1	Octava Mar Joannis Bapt.
xxv	A	2	Visitatio B. Genitricis Dei.
xxiv	b	3	Commemoratio Mar Thomae Apost.
xxi	e	6	Octava ss. Petri et Pauli.
xvij	b	10	Septem fratrum martyrum.
xvj	c	11	Pii Papae et mart.
xv	d	21	Naboris et Felicis mart.

	ܝܘܡ̈ܐ ܕܝܪܚܐ	ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܚܕܒܫܒ̈ܐ	ܗܦܟܬܐ
ܐܢܩܠܝܛܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܓ	ܗ	ܝܕ
ܒܘܢܘܢܛܘܪܐ ܐܦܣܩ݂ ܘܡܠܦܢܐ	ܝܕ	ܘ	ܝܓ
ܐܠܟܣܝܘܣ ܡܘܕܝܢܐ	ܝܙ	ܒ	ܝ
ܣܘܡܦܘܪܘܣܐ ܥܡ ܫܒܥܐ ܒܢ̈ܝܗ̇	ܝܚ	ܓ	ܛ
ܡܪ̈ܓܢܝܛܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܟ	ܗ	ܙ
ܦܪܟܣܝܕܝܣ ܒܬܘܠܬܐ	ܟܐ	ܘ	ܘ
ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ	ܟܒ	ܙ	ܗ
ܐܦܘܠܝܢܪܝܣ ܐܦܣܩ݂	ܟܓ	ܐ	ܕ
ܨܘܡܐ ܥܡ ܕܘܟܪܢܗ̇ ܕܟܪܣܛܝܢܐ	ܟܕ	ܒ	ܓ
ܝܥܩܘܒ ܫܠܝܚܐ	ܟܗ	ܓ	ܒ
ܚܢܐ ܐܡܗ̇ ܕܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܫܠܝܡܬܐ	ܟܘ	ܕ	ܐ
ܦܢܛܠܝܘܢ ܣܗܕܐ	ܟܙ	ܗ	⁘
ܢܙܪܝܘܣ ܘܣܠܣܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܟܚ	ܘ	ܝܛ
ܡܪܬܐ ܒܬܘܠܬܐ	ܟܛ	ܙ	ܝܚ
ܐܒܕܘܢ ܘܣܢܢ ܣܗ̈ܕܐ	ܠ	ܐ	ܝܙ

AUGUSTUS. ܐܒ

ܫܫܠܬܗ̇ ܕܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ	ܐ	ܓ	ܝܗ. ܝܕ
ܐܣܛܦܢܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܒ	ܕ	ܝܓ
ܫܟܚܘܬܐ ܡ݂ ܐܣܛܦܢܘܣ	ܓ	ܗ	ܝܒ
ܕܘܡܝܢܝܩܘܣ ܡܘܕܝܢܐ	ܕ	ܘ	ܝܐ
ܒܘܢܝܐ ܥܕܬܐ ܕܡܪܬܢ ܡܪܝܡ ܕܬܠܓܐ	ܗ	ܙ	ܝ
ܓܠܝܢܗ ܕܡܪܢ	ܘ	ܐ	ܛ
ܕܘܢܛܘܣ ܐܦܣܩ݂	ܙ	ܒ	ܚ
ܩܘܪܝܩܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ ܣܗ̈ܕܐ	ܚ	ܓ	ܙ
ܨܘܡܐ ܥܡ ܕܘܟܪܢ ܡܪܝ ܪܘܡܢܘܣ	ܛ	ܕ	ܘ
ܠܘܪܢܛܝܘܣ ܣܗܕܐ	ܝ	ܗ	ܗ

5

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xiv	e	13	Anacleti Papae et mart.
xiij	f	14	Bonaventurae episc. et conf.
x	b	17	Alexii conf.
ix	c	18	Symphorosae cum septem filiis suis.
vij	e	20	Margaritae virginis mart.
vj	f	21	Praxedis virg.
v	g	22	Mariae Magdalenae.
iv	A	23	Apollinaris episc.
iij	b	24	Jejunium cum com. Christinae.
ij	c	25	Jacobi Apostoli.
j	d	26	Annae matris Mariae semper virginis.
*	e	27	Pantaleonis mart.
xxix	f	28	Nazarii et Celsi mart.
xxviij	g	29	Marthae virg.
xxvij	A	30	Abdon et Sennen mart.

Ab. Augustus.

xxv. xxiv	c	1	Vincula Petri Ap.
xxiij	d	2	Stephani Papae et mart.
xxij	e	3	Inventio s. Stephani.
xxj	f	4	Dominici conf.
xx	g	5	Dedicatio ecclesiae B. Mariae ad nives.
xix	A	6	Transfiguratio Domini.
xviij	b	7	Donati episc.
xvij	c	8	Cyriaci et Largi mart.
xvj	d	9	Jejunium cum com. Mar Romani.
xv	e	10	Laurentii mart.

	ܝܘܡ̈ܐ ܕܝܪܚܐ	ܐܬܘܬܐ ܕܚܕܒܫܒܐ	ܐܦܩܛܐ
ܛܝܒܘܪܬܝܘܣ ܘܫܘܫܢ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܐ	ܘ	ܝܕ
ܩܠܪܐ ܒܬܘܠܬܐ	ܝܒ	ܙ	ܝܓ
ܗܝܦܘܠܝܛܘܣ ܘܩܣܝܢܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܓ	ܐ	ܝܒ
ܨܘܡܐ ܥܠ ܕܘܒܪ̈ܝ ܐܣܘܡܦܣ	ܝܕ	ܒ	ܝܐ
ܡܫܬܩܠܢܘܬܗ̇ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܬܥܒܕ ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪܗ	ܝܗ	ܓ	ܝ
ܬܡܝܢܝ ܕܡܪܝ ܠܘܪܢܛܝܘܣ	ܝܙ	ܗ	ܚ
ܐܓܐܦܝܛܘܣ ܣܗܕܐ	ܝܚ	ܘ	ܙ
ܒܪܢܪܕܘܣ ܐܒܐ	ܟ	ܐ	ܗ
ܬܡܝܢܝ ܡܫܬܩܠܢܘܬܐ ܡܬܥܒܕ ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪܗ	ܟܒ	ܓ	ܓ
ܨܘܡܐ	ܟܓ	ܕ	ܒ
ܒܪܬܘܠܡܝ ܫܠܝܚܐ	ܟܕ	ܗ	ܐ
ܠܘܕܘܝܩܘܣ ܡܠܟܐ	ܟܗ	ܘ	*
ܙܦܝܪܝܢܘܣ ܦܦܐ	ܟܘ	ܙ	ܟܛ
ܐܓܘܣܛܝܢܘܣ ܐܦܣ݂ ܘܡܠܦܢ ܥܕܬܐ	ܟܚ	ܒ	ܟܙ
ܦܣܩ ܪܝܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ	ܟܛ	ܓ	ܟܘ
ܦܠܝܟܣ ܘܐܕܘܩܛܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܠ	ܕ	ܟܗ

SEPTEMBER. ܐܝܠܘܠ

ܐܓܝܕܝܘܣ ܐܒܐ	ܐ	ܘ	ܟܓ
ܝܠܕܗ̇ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܬܥܒܕ ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪܗ	ܚ	ܘ	ܝܘ
ܓܘܪܓܘܢܝܘܣ ܣܗܕܐ	ܛ	ܙ	ܝܗ
ܢܝܩܠܐܘܣ ܛܘܠܢܛܝܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ	ܝ	ܐ	ܝܕ
ܦܪܘܛܘܣ ܘܗܝܩܢܬܘܣ ܣܗ̈ܕܐ	ܝܐ	ܒ	ܝܓ
ܪܘܡܪܡ ܨܠܝܒܐ ܩܕܝܫܐ	ܝܕ	ܗ	ܝ
ܚܫ̈ܝܗ̇ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܬܥܒܕ ܒܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪܗ	ܝܗ	ܘ	ܛ
ܝܢܘܐܪܝܘܣ ܐܦܣ݂	ܝܛ	ܓ	ܗ
ܨܘܡܐ ܥܠ ܕܘܒܪ̈ܝ ܘܐܣܛܘܡܦܣ	ܟ	ܕ	ܕ

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xiv	f	11	Tiburtii et Susannae mart.
xiij	g	12	Clarae virg.
xij	A	13	Hippolyti et Cassiani mart.
xj	b	14	Jejunium cum com. Eusebii.
x	c	15	Assumptio B. M. semper V.
viij	e	17	Octava Mar Laurentii.
vij	f	18	Agapiti mart.
v	A	20	Bernardi abbatis.
iij	c	22	Octava Assumpt. M. semper V.
ij	d	23	Jejunium.
j	e	24	Bartholomaei Apostoli.
*	f	25	Ludovici regis.
xxix	g	26	Zephyrini Papae.
xxvij	b	28	Augustini episc. et Doctoris eccl.
xxvj	c	29	Decollatio Joannis Bapt.
xxv	d	30	Felicis et Adaucti mart.
			Elul. September.
xxiij	f	1	Aegydii abbatis.
xvj	f	8	Nativitas B. M. semper V.
xv	g	9	Gorgonii mart.
xiv	A	10	Nicolai de Tolentino conf.
xiij	b	11	Proti et Hyacinthi mart.
x	e	14	Exaltatio s. Crucis.
ix	f	15	Octava Nativ. B. M. semper V.
viij	g	16	Cornelii et Cypriani mart.
v	c	19	Januarii episc.
iv	d	20	Jejunium cum commem. Eustachii.

	ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܝܪ̈ܚܐ	ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܫܒ̈ܘܥܐ	ܗܦܘ̈ܟܬܐ
ܡܬܝ ܫܠܝܚܐ ܘܐܘܢܓܠܝܣܛܐ	ܟܐ	ܗ	ܓ
ܡܘܪܝܛܝܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ ܣܗܕ̈ܐ	ܟܒ	ܘ	ܒ
ܠܝܢܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܓ	ܙ	ܐ
ܩܘܦܪܝܢܘܣ ܘܝܘܣܛܝܢܐ ܣܗܕ̈ܐ	ܟܘ	ܓ	ܚ
ܩܘܣܡܘܣ ܘܕܡܝܢܘܣ ܣܗܕ̈ܐ	ܟܙ	ܕ	ܝܙ
ܩܘܕܫ ܥܕܬܗ ܕܡܝܟܐܝܠ ܡܠܐܟܐ	ܟܛ	ܘ	ܝܗ. ܝܘ
ܗܝܪܘܢܝܡܘܣ ܟܗܢܐ ܡܠܦܢ ܥܕܬܐ	ܠ	ܙ	ܝܛ

OCTOBER. ܬܫܪܝ ܩܕܝܡ

ܪܡܝܓܝܘܣ ܐܦܣ̇	ܐ	ܐ	ܟܒ
ܦܪܢܣܝܣܩܘܣ ܡܘܕܝܢܐ	ܕ	ܕ	ܝܛ
ܦܠܩܝܕܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ ܣܗܕ̈ܐ	ܗ	ܗ	ܚ
ܡܪܩܘܣ ܦܐܦܐ	ܙ	ܙ	ܘ
ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܘܐܠܘܬܪܝܘܣ ܣܗܕ̈ܐ	ܛ	ܒ	ܝܕ
ܩܠܝܣܛܘܣ ܦܐܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܕ	ܙ	ܛ
ܠܘܩܐ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ	ܝܚ	ܕ	ܗ
ܗܝܠܪܝܘܢ ܐܒܐ	ܟܐ	ܙ	ܒ
ܟܪܝܣܢܛܘܣ ܘܕܪܝܐ ܣܗܕ̈ܐ	ܟܗ	ܕ	ܟܚ
ܐܘܪܝܣܛܘܣ ܦܐܦܐ	ܟܘ	ܗ	ܟܙ
ܨܘܡܐ	ܟܙ	ܘ	ܟܘ
ܫܡܥܘܢ ܘܝܗܘܕܐ ܫܠܝ̈ܚܐ	ܟܚ	ܙ	ܟܗ

NOVEMBER. ܬܫܪܝ ܐܚܪܝ

ܥܐܕܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝ̈ܫܐ	ܐ	ܕ	ܟܐ
ܕܘܟܪܢ ܟܠܗܘܢ ܡܝ̈ܬܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ	ܒ	ܗ	ܠ
ܬܠܝܬܝܐ ܘܐ ܠܡܦܘܫܐ	ܓ	ܘ	ܚ

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
iij	e	21	Matthaei Ap. et Evang.
ij	f	22	Mauritii et soc. mart.
j	g	23	Lini Papae et mart.
xxviij	c	26	Cypriani et Justinae mart.
xxvij	d	27	Cosmae et Damiani mart.
xxv. xxiv	f	29	Dedicatio ecclesiae Michaelis angeli.
xxiij	g	30	Hieronymi presb. doctoris eccl.

Tešrin qdêm sen **prior. October.**

xxij	A	1	Remigii episc.
xix	d	4	Francisci conf.
xviij	e	5	Placidi et sociorum mart.
xvj	g	7	Marci Papae.
xiv	b	9	Dionysii et Rustici mart.
ix	g	14	Callisti Papae et mart.
v	d	18	Lucae Evangelistae.
ij	g	21	Hilarionis abbatis.
xxviij	d	25	Chrysanthi et Dariae mart.
xxvij	e	26	Evaristi Papae.
xxvj	f	27	Jejunium.
xxv	g	28	Simonis et Judae Apostolorum.

Tešrin hrâi seu **alter. November.**

xxj	g	1	Festum omnium Sanctorum.
xx	e	2	Commemoratio omnium fidelium defunctorum.
xviij	g	4	Vitalis et Agricolae mart.

	ܝܘ̈ܡܝ ܝܪ̈ܚܐ	ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܫܒ̈ܘܥܐ	ܦܩ̈ܛܐ
ܥܐܕܐ ܟܠܗܘܢ ܡܠܐܟ̈ܐ	ܚ	ܕ	ܝܕ
ܚܘܕܬ ܒܝܬܐ ܦܪܘܩܢ	ܛ	ܗ	ܝܓ
ܐܢܕܪܐܘܣ ܐܒܝܠܝܢܘܣ ܡܘܕܝܢܐ	ܝ	ܘ	ܝܒ
ܡܪܛܝܢܘܣ ܐܦܣ'	ܝܐ	ܙ	ܝܐ
ܡܪܛܝܢܘܣ ܦܦܐ	ܝܒ	ܐ	ܝ
ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܬܘܡܬܘܪܓܐ ܐܦܣ' ܘܡܘܕ'	ܝܙ	ܘ	ܗ
ܚܘܕܬ ܒܝܬܐ ܕܫܠܝܚ̈ܐ ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ	ܝܚ	ܙ	ܕ
ܦܘܢܛܝܢܘܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܝܛ	ܐ	ܓ
ܡܥܠܢܗ̇ ܕܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ ܠܗܝܟܠܐ	ܟܐ	ܓ	ܐ
ܩܩܝܠܝܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܟܒ	ܕ	⁘
ܩܠܝܡܝܣ ܦܦܐ ܘܣܗܕܐ	ܟܓ	ܗ	ܟܛ
ܝܘܚܢܢ ܕܨܠܝܒܐ ܡܘܕܝܢܐ	ܟܕ	ܘ	ܟܚ
ܟܐܬܪܝܢܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܟܗ	ܙ	ܟܙ
ܦܛܪܘܣ ܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܐܦܣ'	ܟܘ	ܐ	ܟܘ
ܨܘܡܐ	ܟܛ	ܕ	ܟܓ
ܐܢܕܪܐܘܣ ܫܠܝܚܐ	ܠ	ܗ	ܟܒ

DECEMBER. ܟܢܘܢ ܩܕܡܝܐ

ܒܝܒܝܢܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܒ	ܙ	ܟ
ܒܪܒܪܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܕ	ܒ	ܝܚ
ܣܒܐ ܐܒܐ	ܗ	ܓ	ܝܙ
ܢܝܩܠܐܘܣ ܐܦܣ' ܘܡܘܕܝܢܐ	ܘ	ܕ	ܝܘ
ܐܡܒܪܘܣܝܘܣ ܐܦܣ' ܘܡܠܦܢ ܥܕܬܐ	ܙ	ܗ	ܝܗ
ܒܛܢܗ̇ ܕܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ ܠܗܝܟܠܐ	ܚ	ܘ	ܝܕ
ܡܠܟܝܕܝܣ ܦܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ	ܝ	ܐ	ܝܒ
ܕܡܣܘܣ ܦܦܐ ܘܡܘܕܝܢܐ	ܝܐ	ܒ	ܝܐ
ܠܘܩܝܐ ܒܬܘܠܬܐ ܘܣܗܕܬܐ	ܝܓ	ܕ	ܛ

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
xiv	d	8	Octava omnium Sanctorum.
xiij	e	9	Dedicatio basilicae Salvatoris.
xij	f	10	Tryphonis et Respicii mart.
xj	g	11	Martini episc.
x	A	12	Martini Papae.
v	f	17	Gregorii Thaumaturgi episc. conf.
iv	g	18	Dedicatio basilicae Petri et Pauli Ap.
iij	A	19	Pontiani Papae et mart.
j	c	21	Praesentatio B. Genitricis Dei.
*	d	22	Caeciliae virg. et mart.
xxix	e	23	Clementis Papae et mart.
xxviij	f	24	Chrysogoni mart.
xxvij	g	25	Catharinae virg. mart.
xxvj	A	26	Petri Alexandrini episc.
xxij	d	29	Jejunium.
xxj	e	30	Andreae Apostoli.

Kanun qdêm. December.

xix	g	2	Bibianae virg. et mart.
xvij	b	4	Barbarae virg. et mart.
xvj	c	5	Sabbae abbatis.
xv	d	6	Nicolai episc. et conf.
xiv	e	7	Ambrosii episc. et doct. eccles.
xiij	f	8	Conceptio B. Genitricis Dei.
xj	A	10	Melchiadis Papae et mart.
x	b	11	Damasi Papae et confess.
viij	d	13	Luciae virg. et mart.

	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	ܝܗ	ܘ	ܘ
[illegible] ܫܠܝܚܐ	[illegible]	ܒ	ܓ
ܨܘܡܐ	ܟ	ܕ	ܐ
[illegible] ܫܠܝܚܐ	ܟܐ	ܗ	❖
ܨܘܡܐ	ܟܒ	ܐ	ܟܘ
ܡܠܟܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ	ܟܗ	ܒ	ܟܐ
[illegible]	ܟܘ	ܓ	ܟܗ
[illegible] ܫܠܝܚܐ [illegible]	ܟܙ	ܕ	ܟܒ
[illegible]	ܟܚ	ܗ	[illegible]
[illegible]	ܟܛ	ܘ	[illegible]
[illegible]	ܠ	ܐ	ܒ

ΠΑΡΑΡΤΗΜΑ.

Quae in Graecorum libris ecclesiasticis inter honorificos Sanctissimae Deiparae titulos eminet *ἐπωνυμία ἀειπάρθενος*, *semper virgo*, in praesenti hoc Kalendario insolenti versione redditur *b'thûlath 'almîn*, proprie *virgo saeculorum* (2. Febr., 25. Mart., 26. Jul., 15. Aug., 22. Aug., 8. Sept., 15. Sept.); quod quidem ideo notatu dignum censui, quia a J. E. Heller cum aliis multis ad linguas orientales pertinentibus gratus didici, *λέξιν b'thûlath 'almîn, ἀειπάρθενος*, testibus novissimis lexicis, hucusque nondum fuisse a diligentioribus etiam syriacarum dictionum venatoribus repertam.

Epactae	Lit. dom.	D. m.	
vj	f	15	Eusebii Vercellensis episc.
iij	b	18	Miraculum lapidis Mar Thomae Apostoli.
j	d	20	Jejunium.
*	c	21	S. Mar Thomae Ap.
xxvij	A	24	Jejunium.
xxvj	b	25	Nativitas D. N. J. Ch.
xxv.	c	26	Stephani protomart.
xxiv	d	27	Joannis Apost. et Evang
xxiij	e	28	SS. Innocentium mart.
xxij	f	29	Thomae Cantuariensis ep. et mart.
xx	A	31	Silvestri Papae et conf.

Notae addititiae.

Circa Kalendar. syro-malabaricum duo haec ad extremum attendi velim:

1. Per errorem factum est p. 666, ut in textu syro-chaldaico ad d. 16. Sept. *festum ss. Cornelii* et *Cypriani* omitteretur. Quod quum serius esset animadversum, quam ut lacuna expleri posset, lector perspicax mendum ipse corrigat.

2. Quum Sancti omnes iisdem illis diebus signentur, quos in Kalendario latino habent, eos in indicem in fine tomi concinnandum non referam: necessariae brevitati scilicet per omnia serviturus.

De jejuniis Syro-chaldaeorum Malabarum.

Synodi Diamper. Actionis VIII. Decretum X.

De observatione jejuniorum.

Verum non modo circa dies festos concelebrandos ex praecepto, sed etiam circa dies esuriales, quibus obstringebatur hic populus lege jejunii, variae ortae sunt dubietates in hac dioecesi: quamobrem synodus declarat, ex praecepto servandum esse jejunium diebus mox indicandis, tam ex antiquis quam ex novissime a nobis assignatis, videlicet:

Sacrum ac solemne jejunium majus Quadragesimae, quod de more hujus dioecesis initium sumit a feria II. post Dominicam Quinquagesimae [1]).

Sanctum jejunium Adventus Domini, quod in hac dioecesi exactissime servatur a prima Dominica proximiori Kalendis Decembris usque ad festum Nativitatis Domini [2]).

Februarii 1. die in vigilia Purificationis Dominae Nostrae; 23. s. Mathiae Apostoli;

Junii 23. in vigilia s. Joannis Baptistae;

Junii 28. Ss. Petri et Pauli;

Julii 24. in vigilia s. Jacobi Apostoli;

Augusti 14. in vigilia Assumptionis Dominae Nostrae;

Augusti 23. s. Bartholomaei Apostoli;

Septembris 7. in vigilia Nativitatis Dominae Nostrae;

Septembris 13. s. Crucis;

Septembris 20. s. Matthaei Apostoli;

Octobris 27. in vigilia Apostolorum Simonis et Judae, et 31. Omnium Sanctorum;

Novembris 29. in vigilia s. Andreae Apostoli;

[1]) Apud Nestorianos *Jejunium quadragesimale* per septem integras hebdomadas a Dominica, quam ipsi *Ingressus jejunii* nominant, nos *Quinquagesimae* dicimus, usque ad Dominicam Resurrectionis, religiose servatur, ne Sabbatis quidem et Dominicis exceptis. Asseman. *B. o.* t. 3, part. 2, p. 360.

[2]) *Jejunium Nativitatis* seu *Annuntiationis* a Dominica I. Annuntiationis (quae proximior est Kalendis Decembris) usque ad diem 25. ejusdem mensis celebratur. L. c. p. 387.

Decembris 20. in vigilia gloriosi Apostoli s. Thomae, 24. Nativitatis D. N. J. Ch., etsi alias hae duae ad jejunium Adventus pertinent.

Et ut particularis haec ecclesia cum Ecclesia universali consentiat, statuit synodus, jejunandum esse juxta praeceptum universalis Ecclesiae quatuor anni temporibus; nimirum IV. feria, VI. et Sabbato immediate post Diem Dominicam I. Quadragesimae, quae tamen jejunia in Quadragesimali jejunio continentur. Similiter feria IV. VI. et Sabbato immediate post Festum Pentecostes; prima IV. feria, VI. et Sabbato immediate post festum s. Crucis mense Septembris; prima IV. feria, VI. et sabbato post festum s. Luciae ad 13. Decembris, quae jejunia comprehenduntur in jejunio servari solito diebus anniversariis Adventus Christi.

Approbat insuper synodus jejunium praemitti solitum ad Assumptionem Dominae Nostrae a 1. Augusti usque ad illud festum [1]), et ad Nativitatem ejusdem Dominae a 1. Septembris usque ad festum ipsius [2]), et jejunium quod vocitatur Apostolorum a prima die post festum Pentecostes quinquaginta sequentes dies [3]), quippe quae optime ac laudabiliter instituta sunt: quamobrem optaret synodus ea observari nunc, sicut antiquitus a primis christianis in hac regione servata fuerunt. Nihilo minus quia quantum ad haec jejunia multiplex fuit consuetudo, et ex opinionum varietate multiplex perturbatio et conscientiarum haesitatio: declarat synodus, neminem ad haec jejunia servanda gravi praecepto obstringi, et habenda esse in posterum tanquam opera omnino voluntarie suscepta,

[1]) Lege universali ecclesiae orientalis Nestoriani *jejunium migrationis B. Virginis* colunt a Kalendis Augusti usque ad 15. ejusd. mensis.

[2]) Quod hic signatum legitur *jejunium Nativitatis B. M. V.*, Nestorianis incognitum, referri posse videtur ad *jejunium Eliae* seu *Crucis*, quod per septem hebdomadas colitur, a Dominica prima Eliae (quae quartam aestatis sequitur) usque ad feriam VI. quartae hebdomadae Crucis, seu septimae Eliae. Asseman. *l. c.* p. 387.

[3]) *Jejunium Apostolorum* antiquitus Nestoriani per septem hebdomadas, a feria II. post Pentecosten producebant usque ad Dominicam primam aestatis *(Nosardil)*, quae septima est a Pentecoste, et in qua festum duodecim Apostolorum celebratur; nunc vero a feria II. post Pent. usque ad 29. Junii, h. e., usque ad festum Apostolorum servatur. Asseman. *l. c.*

et quae supererogantur, nec his diebus ad cibos esuriales quemquam esse cogendum.

Quantum vero attinet ad triduum jejunii Jonae prophetae, quod appellant *Munaneba*[1]), et exordium sumit 18. die primam Quadragesimae diem praecedente, ob ipsius antiquitatem et sanctitatem optat synodus diligenter servari. Verum quia christiani per hos solent convenire dies in ecclesiam ibique manducare *Nerchas*[2]), quae parantur, laudatum triduanum jejunium non graviter praecipit; omnes tamen gravi praecepto obstrictos esse vult ad non comedendos memoratis diebus nisi cibos quadragesimales[3]). Ad extremum statuit, ut, relicto Nestorianorum more jejunandi a solis occasu ad solis occasum, in posterum cum caeteris christianis gentibus a media nocte ad mediam noctem jejunium servent.

[1]) Legendum esse videtur *Munnanorba,* quod est jejunium trium dierum, ex malabarico *Munna,* i. e., numerus ternarius, et *Nojerba*, jejunium. (Nota Raulin. ad h. l.)

[2]) *Nercha* est convivii parandi turbae fidelium, in ecclesiam certis solemnitatibus confluentium, votum seu sponsio: in quo fercula oryzae et fructus aliqui, nucis indicae lacte conditi exhibentur, longo ordine cunctis utriusque sexus etiam inopibus intra ecclesiam in terra considentibus; sacerdotes autem in gradibus sedent altaris. Fit convivium peracta Missa, in qua omnes communicant, recitatis prius quibusdam precibus, quas finito prandio prosequuntur. Quae convivia priscas agapes non modo referunt, sed aemulantur. Quum ea fiunt pro defunctis, vocantur *Chata* aut *Ceruta. Nercha* autem plerumque fit in Anniversario Dedicationis ecclesiae, et in praecipuis solemnitatibus et in aliquorum nuptiis. (Nota Raulin.)

[3]) *Jejunium virginum,* quod Nestoriani a majoribus institutum olim colebant tribus post festum Epiphaniae diebus, tempore synodi Diamperitanae non amplius in usu fuisse videtur apud christianos Malabares. Ortum habuerat in regione Hirtensium propter liberationem a flagellis incendii et pestis. Quum vero progrediente tempore ex negligentia hominum fuisset omissum, per hanc occasionem legitur restitutum sub novo titulo *jejunii virginum:* Abdalmalechus, Arabum rex saeculo 7, quum de pulchritudine mulierum Hirtensium audiisset, ad praesidem ejus loci misit, ut cunctas virgines viro aptas eligeret. Qui jussis obtemperans, eas in aedes suas congregare coepit. Tum christiani universi in ecclesiam confluentes, jejunium et orationem adhibuere, Dominum enixe deprecantes, ut indignationem ab eis avertaret. Tertia igitur die, quum Joannes (Azrak) eorum episcopus evangelium legeret, Abdalmalechi interitum, quem in spiritu noverat, populo annuntiavit. Praedictionem sparsus paucis post diebus rumor confirmavit. Exinde populus, quod flagellum illud evasisset gaudens, tres illos dies jejunio colere coepit. Asseman., *B. o.,* t. 2, pp. 425.

LIBER II.

KALENDARIA ECCLESIASTICA ALIORUM RITUUM ORIENTALIUM.

CAPUT IV.

ANNUS ECCLESIASTICUS CHALDAEORUM ET NESTORIANORUM.

De Chaldaeis

notitia praeliminaris.

Timotheus I., celeberrimus patriarcha Chaldaeorum Nestorianorum (ab an. 778 circ. ad an. 820), *„Nos Orientales,* inquit, *ante omnes credidimus, et confessi sumus Christum, testimonio fidei nostrae solemniter exhibito per legatos nostros duodecim*[1]), *qui sidere ductore, viam edocti fuere, et per dona quoque illa, quae nos obtulimus ipsi“*[2]). Sed videnda sunt quae *de ss. Magis evangelii inter Chaldaeos praedicatoribus* ex libris liturgicis atque ex antiqua gentis traditione affert Rmus. patriarcha Babylonensis Khayyat, *Syri orientales seu chaldaei,* pp. 157—166.

Chaldaei primum tamen sibi catholicae fidei veri nominis magistrum adsciscunt Addaeum seu Thaddaeum unum ex 70 discipulis, cui provinciam illarum regionum administrandorum a s. Thoma Apostolo commissam fuisse docent[3]). In catholica fide perstiterunt, usque ad saeculum quintum, quo in Nestorianam haeresim rapti sunt.

De Nestorianismi origine et progressu in Oriente, h. e., penes Chaldaeos, aliis praeeuntibus, fusius scripsit idem Rmus. Khayyat, pp. 171—176, e quo pauca haec enotasse juverit: Post synodum Ephesinam anni 431 pars episcoporum orientalium ab episcopis orthodoxis et s. Cyrillo, quem haeresis accusabant, secessit et Nestorio pertinaciter adhaesit. Ejusdem partes similiter secuti sunt alumni scholae Edessenae, qui ex Perside illuc venerant sacris literis imbuendi. In hos omnes ab imperatoribus CP. severe actum est; quare ex imperio Romano expulsi in Persidem maxime transmigrarunt, ubi circa an. 489 praevalere coeperunt. E Perside vero Nestoriani magno studio ac successu haeresim suam in alias Asiae partes propagarunt.

Quaenam autem variis temporibus variae *„Chaldaeorum cum Ecclesia Romana reconciliationes“* fuerint celebratae, post Jos. Si-

[1]) De duodenario Magorum numero relegesis notata t. 1, p. 364.

[2]) Apud Khayyat pp. 37 et 159.

[3]) V. t. 1, pp. 253.

mon. Assemani[1]) idem Rmus Khayyat ex fontibus orientalibus accuratius tradit locis in „Indice rerum“ notatis p. 199. Utriusque scripturam opportune in breve compendium redactam exhibet O. Werner, *Orbis terrarum catholicus,* pp. 165—166.

Saeculo 18. tandem sacra unio cum Ecclesia catholica inter eos firma revixit, indeque non interruptam catholicorum patriarcharum seriem in hanc diem obtinuerunt. Sed ea de re plura petes praecipue ex Adolphi Liberi Baronis d'Avril, *La Chaldée chrétienne,* ubi clarissimus auctor, orientalium rerum scientia instructissimus, etiam novissima persequitur, quae ad praesentem materiam pertinent[2]).

Conquerentibus olim Chaldaeis conversis, „quod nomen Nestorii ita adhaereret ipsis, ut non possent illud rejicere, quantumvis contenderent“, innovatum est statutum Eugenii PP. IV. an. 1445, „ne quis Chaldaeos cum Sede Apostolica unitos de caetero Nestorianos appellare audeat“. (Assemani, l. c.)

Praesentem statum ecclesiae Chaldaeorum cath., post O. Werner, l. c., p. 166—171, et Missiones catholic. (1895) pp. 610—616, ultimus accurate descripsit J. B. Chabot in *Revue de l'Orient chrétien;* supplem. t. 1, pp. 433—453.

Annus ecclesiasticus Chaldaeis catholicis et Nestorianis fere idem esse conspicitur: dempto tamen apud Chaldaeos, quidquid haeresim sapit. Continentur festa duobus *tomis (Pinqit),* quorum alter *tomus anni circuli* vocatur, complectens Dominicarum et festorum (plerumque mobilium) ordinem; alter *tomus Sanctorum* inscribitur, exhibens potiores Domini et Sanctorum solemnitates, quas immobiles dicimus.

Quidnam vero in antiquis Nestorianorum libris fuerit, exigente necessitate, penes Chaldaeos catholicos immutatum, paucis indicat Rmus Khayyat, pp. 134—135, nec tamen authenticum festorum indicem ecclesiae suae ex libris liturgicis erutum proponit. Ipsum Kalendarium ergo cum Paschalio hic sistimus, adjuncto etiam archetypo Nestorianorum, quo identidem aliquid optatae lucis emendationi Chaldaeorum affundatur.

Paschalion sola literarum forma differt a tabula paschali Syrorum purorum, quam supra propositam videas p. 641; characteres enim propius ad antiquam literarum formam accedere conspiciuntur, quae *stronghila* seu rotunda vocatur; quemadmodum animadvertit Assemani, in explicando hoc argumento diligentius versatus *Bibl. or.* t. 3, part. 2, p. 378.

---

[1]) Non minus octo conversiones enumerat atque ex ordine describit Assemani in proprio commentario: *„Delle diverse conversioni de' Nestoriani o Caldei frammento storico scritto nell' anno 1733“,* apud Card. Mai, Scriptor. veter. nova Collect., t. 5, part. 2, pp. 252—253.

[2]) Praestantissimi operis nova editio facta est in „Revue des Églises d'Orient“, t. 3, an. 1891—1892.

ܠܘܚܐ ܕܥܐܕ̈ܐ ܡܫܝܚܝ̈ܐ

ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ	ܦܢܛܩܘܣܛܐ	ܣܘܠܩܐ	ܩܝܡܬܐ	ܫܘܪܝ ܨܘܡܐ	ܫܢ̈ܝܐ ܡܫܝܚܝ̈ܐ
ܝܘ . ܚܙܝܪܢ	ܗ . ܚܙܝܪܢ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܝܙ . ܢܝܣܢ	ܟܙ . ܫܒܛ	ܐܦܦܐ
ܚ . ܚܙܝܪܢ	ܟܚ . ܐܝܪ	ܝܚ . ܐܝܪ	ܛ . ܢܝܣܢ	ܝܛ . ܫܒܛ	ܐܦܦܒ
ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܓ . ܐܝܪ	ܓ . ܐܝܪ	ܟܗ . ܐܕ̈ܪ	ܕ . ܫܒܛ	ܐܦܦܓ
ܝܒ . ܚܙܝܪܢ	ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܟܒ . ܐܝܪ	ܝܓ . ܢܝܣܢ	ܟܕ . ܫܒܛ	ܐܦܦܕ
ܕ . ܚܙܝܪܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܕ . ܐܝܪ	ܗ . ܢܝܣܢ	ܝܗ . ܫܒܛ	ܐܦܦܗ
ܟܕ . ܚܙܝܪܢ	ܝܓ . ܚܙܝܪܢ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܟܗ . ܢܝܣܢ	ܙ . ܐܕ̈ܪ	ܐܦܦܘ
ܛ . ܚܙܝܪܢ	ܟܛ . ܐܝܪ	ܝܛ . ܐܝܪ	ܝ . ܢܝܣܢ	ܟ . ܫܒܛ	ܐܦܦܙ
ܠܐ . ܐܝܪ	ܟ . ܐܝܪ	ܝ . ܐܝܪ	ܐ . ܢܝܣܢ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܐܦܦܚ
ܟ . ܚܙܝܪܢ	ܛ . ܚܙܝܪܢ	ܠ . ܐܝܪ	ܟܐ . ܢܝܣܢ	ܓ . ܐܕ̈ܪ	ܐܦܦܛ
ܗ . ܚܙܝܪܢ	ܟܗ . ܐܝܪ	ܝܗ . ܐܝܪ	ܘ . ܢܝܣܢ	ܝܘ . ܫܒܛ	ܐܦܨ
ܟܚ . ܐܝܪ	ܝܙ . ܐܝܪ	ܙ . ܐܝܪ	ܟܛ . ܐܕ̈ܪ	ܚ . ܫܒܛ	ܐܦܨܐ
ܝܘ . ܚܙܝܪܢ	ܗ . ܚܙܝܪܢ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܝܙ . ܢܝܣܢ	ܟܚ . ܫܒܛ	ܐܦܨܒ
ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܝܐ . ܐܝܪ	ܒ . ܢܝܣܢ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܐܦܨܓ
ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܓ . ܐܝܪ	ܓ . ܐܝܪ	ܟܗ . ܐܕ̈ܪ	ܕ . ܫܒܛ	ܐܦܨܕ
ܝܓ . ܚܙܝܪܢ	ܒ . ܚܙܝܪܢ	ܟܓ . ܐܝܪ	ܝܕ . ܢܝܣܢ	ܟܕ . ܫܒܛ	ܐܦܨܗ
ܕ . ܚܙܝܪܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܕ . ܐܝܪ	ܗ . ܢܝܣܢ	ܝܘ . ܫܒܛ	ܐܦܨܘ
ܝܙ . ܚܙܝܪܢ	ܘ . ܚܙܝܪܢ	ܟܙ . ܐܝܪ	ܝܚ . ܢܝܣܢ	ܟܚ . ܫܒܛ	ܐܦܨܙ
ܛ . ܚܙܝܪܢ	ܟܛ . ܐܝܪ	ܝܛ . ܐܝܪ	ܝ . ܢܝܣܢ	ܟ . ܫܒܛ	ܐܦܨܚ
ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܝܐ . ܐܝܪ	ܒ . ܢܝܣܢ	ܝܒ . ܫܒܛ	ܐܦܨܛ
ܝܕ . ܚܙܝܪܢ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܗ . ܢܝܣܢ	ܟܗ . ܫܒܛ	ܐܨ
ܘ . ܚܙܝܪܢ	ܟܘ . ܐܝܪ	ܝܘ . ܐܝܪ	ܙ . ܢܝܣܢ	ܝܙ . ܫܒܛ	ܐܨܐ
ܟܛ . ܐܝܪ	ܝܚ . ܐܝܪ	ܚ . ܐܝܪ	ܠ . ܐܕ̈ܪ	ܛ . ܫܒܛ	ܐܨܒ
ܝܐ . ܚܙܝܪܢ	ܠܐ . ܐܝܪ	ܟܐ . ܐܝܪ	ܝܒ . ܢܝܣܢ	ܟܒ . ܫܒܛ	ܐܨܓ
ܒ . ܚܙܝܪܢ	ܟܒ . ܐܝܪ	ܝܒ . ܐܝܪ	ܓ . ܢܝܣܢ	ܝܕ . ܫܒܛ	ܐܨܕ
ܟܒ . ܚܙܝܪܢ	ܝܐ . ܚܙܝܪܢ	ܐ . ܚܙܝܪܢ	ܟܓ . ܢܝܣܢ	ܗ . ܐܕ̈ܪ	ܐܨܗ
ܝܕ . ܚܙܝܪܢ	ܓ . ܚܙܝܪܢ	ܟܕ . ܐܝܪ	ܝܗ . ܢܝܣܢ	ܟܗ . ܫܒܛ	ܐܨܘ

Annus ecclesiasticus syro-chaldaeus Catholicorum.

Nestorianorum et Chaldaeorum annus ecclesiasticus computatur ab ineunte Decembri ad exeuntem Novembrem. *Initium ducit a Dominica prima Annuntiationis*[1]), quam aliae tres excipiunt Nativitatem Domini praecedentes.

A Dominica Pentecostes numerantur *sex Dominicae Apostolorum*, quas excipit *omnium Apostolorum solemnitas* seu *Dominica Aestatis prima.*

Continuantur *Dominicae aestatis ad septimam* usque.

Sequuntur *septem Dominicae Eliae,* sed ita, ut peracta Crucis solemnitate, simul appellentur *Dominicae Inventionis.*

Procedunt ad *Dominicas Moysis duas.*

Finem faciunt *Dominicae dedicationis quatuor,* e quibus prima ea est, quae proxima jacet Kalend. Novembris, respondetque primae Dominicae anni eccles. Syrorum purorum.

Omnes feriae sextae per annum insignes sunt Sanctorum memoriis, quemadmodum jam supra est adsignificatum p. 650. Generatim vero notari debet, annum ecclesiasticum Syro-Chaldaeorum paucis diebus sacris esse conspicuum, prout Kalendarium ostendit, quod ex libris liturgicis Romae vulgatis erutum hic sistimus.

Ordo festorum Ecclesiae sanctae Chaldaeorum.

Kânun qdêm seu prior (December).

4. S. Barbarae.
6. S. Nicolai.
8. Conceptionis Dominae Mariae immaculatae.
25. Nativitas Domini Nostri in carne.
27. Caedis infantium.

---

[1]) Dominicae etiam per *Initium Officii eccles.* designari solent: qua de re videri poterit Bedjan in *Breviar. Chaldaeorum* edito Parisiis 1887, t. 2, p. 272; t. 3, 305, 408, 418, alibi passim.

Kânun hrâi, h. e., alter (Januarius).

1. Circumcisionis D. N.
6. Epiphaniae D. N.
7. S. Joannis Baptistae.
8. S. Stephani.

Tertia feria VI. post Epiphaniam: Festum Evangelistarum.

Quinta feria VI. post Epiphaniam: Festum Doctorum Graecorum [1]).

Feria II.
Feria III. } Rogationis Ninivitarum.
Feria IV.

Sexta feria VI. post Epiphaniam. Festum Doctorum Syrorum [2]).

Septima feria VI. p. Epiph. Commemoratio unius Personae, h. e., Sancti [3]).

Octava feria VI. post Epiph. Commemoratio defunctorum.

Šebat (Februarius).

2. Ingressus Domini Nostri in templum.

Adâr (Martius).

9. Sanctorum 40 martyrum.
19. S. Josephi, sponsi V. M.
25. Annuntiationis Virginis.

Nîsân (Aprilis.

24. S. Georgii gloriosi martyris.

Feria VI. post Dom. Resurrectionis: Com. confessorum [4]).

---

[1]) Hoc die potissimum recoluntur ss. Polycarpus, Eustathius Antiochenus, Meletius, Alexander Hierosolymitanus, Athanasius, Basilius M., uterque Gregorius Nazianzenus et Nyssenus, Joannes Chrysostomus, Flavianus, Cyrillus: quibus et s. Ambrosius passim accensetur.

[2]) Ex Doctoribus Syris catholici honorant ss. Ephraem, Jacobum Nisibenum, Jacobum Sarugensem, Isaac M., Isaac Niniv. et s. Marutham.

[3]) Officium respondet Latinorum *Officio communi Sanctorum.*

[4]) Commemorationem hanc confessorum nostro *festo omnium Sanctorum* similem esse, jam notavimus tomo 1, pp. 313—314.

Ijâr (Majus).

Prima feria III. Samonae ejusque filiorum.
15. Virginis Mariae propter custodiam seminum[1]).

Chezirân (Junius).

21. Profectionis Virginis M. ad Elisabeth.
24. Nativitatis s. Joannis Baptistae.
29. SS. Petri et Pauli.

Tamuz (Julius).

3. S. Thomae Apostoli.
15. S. Cyriaci.
16. Vestis Virg. M. de Carmelo.
22. Mariae Magdalenae.

---

[1]) Respondet duabus festivis commemorationibus *θεομητορικαῖς* Syrorum, priori tomo relatis, *Deiparae de seminibus* (p. 468) et *Deiparae de spicis* seu *ad aristas* (p. 476). Eae vero in rationibus suis conveniunt cum Latinorum *invocativa benedictione seminum et frugum agrorum, camporum, vinearum;* cum Orientalibus quippe et nos clementiam Dei Creatoris suppliciter deprecamur, ut, ubicunque semina benedicta fuerint seminata, sive in hortis, sive in campis, intercedente B. M. V., nec aerugo, nec tinea, nec vermes, nec locustae, nec mures, nec aliud quodpiam genus nocivorum animalium, nec grando, nec aliqua tempestas vel cura corrrumpens nec inundatio aquarum eisdem nocere valeant, quemadmodum particulares libri ecclesiastici plurium dioecesium habent. — Ex Ritualis Romani praescripto communi hac breviori benedictionis forma nunc utimur: „Oramus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aëris et pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbre perfundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas. Tribue quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis omnibus affluentibus repleas, et egenus et pauper laudent nomen gloriae tuae. Per Ch. D. N.“

Huc quoque pertinent, quae in Euchologio Graecorum magno numero extant ejusdem generis orationes, ut ecce:

Εὐχὴ εἰς φύτευμα ἀμπελῶνος.	*Oratio in plantanda vinea;*
Εὐχὴ ἐπὶ σπόρον.	*Oratio super sementem.*
Εὐχὴ ἐν ἀρχῇ σπορίμων.	*Oratio in sementis exordio.*
Εὐχὴ ἐπὶ ἅλωνα.	*Oratio super aream.*
Εὐχὴ ἐπὶ θέρους.	*Oratio in messe.*

Ab (Augustus).

6. Transfigurationis D. N.
15. Assumptionis Virg. M. in coelum.

Elul (September).

8. Nativitatis Dominae Mariae.
14. S. Crucis.

Tešrîn qdêm seu prior (October).

Dominica I. Fest. sancti Rosarii.

Tešrîn hrâi sive alter (November).

27. S. Jacobi concisi (mêpassêkâ).

Sed haec omnia melius intelligentur ex anno Nestorianorum, cujus formam Chaldaei catholici retinuerunt.

Syrorum Nestorianorum ordo Dominicarum et festorum per totum anni circulum[1].

1. Dominicae quatuor Annuntiationis.
2. Nativitatis Domini Nostri in carne.
3. Prima feria VI. post Nativitatem.
4. Prima Dominica post Nativitatem.
5. Secunda feria VI. post Nativitatem, in qua commemoratio Dominae Mariae.
6. Dominica secunda post Nativitatem.
7. Epiphania Domini.
8. Prima feria VI. post Epiphaniam, commemoratio s. Joannis Baptistae.

[1]) *Quatuor initia* in ecclesia Nestorianorum celebrari, ex fontibus syriacis observat Assemani, *initium anni, initium Pinqit,* seu Tomi, sive Codicis ecclesiastici, *initium Bibliorum* et *initium Rectorum.* Initium anni mensis est October; initium Pinqit seu tomi Officii ecclesiastici December; initium Bibliorum hebdomada passionis, quum Pentateuchus legi incipit; initium Rectorum seu Praesidum, h. e., libri Judicum hebdomada Resurrectionis, quando leguntur liber Josue, Psalterium et epistolae Pauli (*Bibl. or.* t. 3, part. 1. p. 520). Ad nos spectat *initium Pinqit* seu *Tomi anni circuli,* de quo mentio jam est facta.

9. Dominica prima Epiphaniae.
10. Secunda feria VI. post Epiphaniam, commemoratio Apostolorum Petri et Pauli.
11. Dominica secunda Epiphaniae.
12. Tertia feria VI. Epiphaniae, commemoratio Evangelistarum Matthaei, Marci, Lucae et Joannis.
13. Dominica tertia Epiphaniae.
14. Quarta feria VI. Epiphaniae, commemoratio s. Stephani protomartyris.
15. Dominica quarta Epiphaniae.
16. Quinta feria VI. Epiphaniae, commemoratio Doctorum Graecorum Diodori, Theodori et Nestorii.
17. Dominica V. Epiphaniae [1]).
18. Feria II. rogationis Ninivitarum.
19. Feria III. rogationis Ninivitarum.
20. Feria IV. rogationis Ninivitarum.
21. Feria V. gratiarum actionis.
22. Sexta feria VI. Epiphaniae commemoratio Doctorum Syrorum Ephraem, Narsetis, Abraham, Juliani, Joannis, Michaelis, Job, Isai et Barsumae.
23. Dominica sexta Epiphaniae.
24. Septima feria VI. Epiphaniae, commemoratio unius sancti, et nominatim Mar-Abae, catholici[2]).

---

[1]) Quoniam in praesentem hanc Dominicam incidit ἡ ἀπόκρεω (slav. *mjasopust*, armen. *paregentan*) magni austerique jejunii Ninivitarum (vid. supra p. 454), Nestoriani eandem etiam *Dominicam magnam* vocasse leguntur, quemadmodum acute animadvertit J. E. Heller, *Das Nestorianische Denkmal in Singan fu*, III.; quod monumentum scilicet collocatum ostendit *Dominica magna, die 4. Febr. an. 781.* Dominica ista eo anno erat ipsa haec ἡμέρα τῆς ἀποκρέω jejunii Ninivitarum, ut ex notis chronographicis in eum annum concurrentibus (Num. Aur. 3, Lit. Dom. g, Pascha 15. Apr., Septuag. 11. Febr.) patet. Vid. *De computo* eccles. pp. 109—110.

[2]) De insigni hoc ecclesiae nestorianae restauratore saec. 6. videatur Martin in actis „Revue des sciences ecclés.“, 1875, t. 1, pp. 136—137.

25. Dominica septima Epiphaniae.

26. Octava feria VI. Epiphaniae, commemoratio 40 martyrum.

27. Dominica octava Epiphaniae.

28. Nona feria VI. Epiphaniae commemoratio defunctorum.

29. Dominica ingressus jejunii seu prima jejunii Quadragesimalis (Quinquagesimae).

Sequuntur Dominicae et feriae jejunii usque ad septimam, quae *Hosannarum* dicitur.

Tum Hebdomada passionis, cujus feria secunda appellatur *feria secunda ultima jejunii; quinta feria quinta Paschatis;* sexta *feria sexta passionis et mysterium Paschatis;* septima *Sabbatum magnum.*

Deinde hebdomada Resurrectionis, cujus feria prima dicitur *Dominica Resurrectionis;* reliquae feriae: *feria secunda Sabbati Sabbatorum; feria tertia Sabbati Sabbatorum* et sic porro; sexta vero *feria sexta confessorum.*

Demum *Dominicae quinque Resurrectionis* (quae cum Dominica Paschatis sex numerantur) totidemque feriae sextae, in quibus diversa sanctorum festa celebrantur, excepto festo *s. Georgii gloriosi martyris,* quod semper die 24. Aprilis agitur, nisi in feriam 6. confessorum inciderit; tunc enim transfertur in Sabbatum.

30. Ascensio Domini Nostri in coelum.

31. Prima feria VI. Ascensionis.

32. Dominica post Ascensionem.

33. Secunda feria VI. Ascensionis.

34. Dominica Pentecostes; ingressus jejunii Apostolorum.

35. Prima feria VI. post Pentecosten, quae dicitur *feria sexta auri,* et tanquam festum celebratur.

Tum Dominicae sex post Pentecosten, quae *Apostolorum* vocantur, et unacum Dominica Pentecostes septem numerantur, quarum postrema commemoratio Ezechielis Dakukensis; totidemque feriae sextae, quarum ultima, quae memoratam Dominicam sequitur, vocatur *feria sexta complementi hebdomadae Apostolorum,* commemoratio septuaginta duorum discipulorum.

36. *Dominicae septem Aestatis,* quarum prima est *Dominica complementi hebdomadae Apostolorum* et proprio nomine *Nosardil*[1]) vocatur, in qua commemoratio fit duodecim Apostolorum.

37. Septem feriae sextae Aestatis, quarum prima dicitur *prima feria VI. initii hebdomadae Aestatis,* commemoratio s. Jacobi Nisibis; quinta: commemoratio Samonae ejusque filiorum martyrum; sexta: commemoratio Raban Mosis Beth-Sajarae, magistri Bar-Chaldon; item commemoratio S. Simeonis Barsabaë, catholici patriarchae, discipuli Mar Papae catholici, et patrum, qui una cum ipso coronati sunt[2]); septima feria VI. complementi hebdomadae Aestatis, commemoratio s. Kardaghi, gloriosi martyris[3]).

39. *Dominicae tres Eliae,* quarum prima: *Dominica ingressus jejunii s. Eliae.*

Tres feriae sextae Eliae, quarum prima: feria VI. hebdomadae Eliae, commemoratio sancti Papae catholici.

41. *Kalendis Septembris,* commemoratio Rabban Hormisdae, propter caecum, cujus oculi aperti sunt ducentesimo ab obitu Sancti anno[4]).

42. Festum adorandae Crucis, quod celebratur 13. Septembris.

43. *Dominicae quatuor inventionis,* quae et Eliae vocantur, videlicet: Prima inventionis et quarta Eliae; Secunda inventionis et quinta Eliae; Tertia inventionis et sexta Eliae; Quarta inventionis et septima Eliae.

---

[1]) *Nosardil, Nausardêl,* nomen persicum *Nau-sard, novus annus,* quod jam superius occurrit p. 563. Annus civilis quippe antiquitus media ferme aestate initium habuit; qua de re videas Nöldeke, *Tabari, Geschichte der Perser und Araber,* pp. 407—408, et Hoffmann, *Auszüge aus syr. Akten persischer Märtyrer,* pp. 59—60.

[2]) Relegas notata t. 1, pp. 139—140.

[3]) S. Kardaghus martyrio coronatus est sub Sapore II, anno Chr. 358. Ejus acta syriace et latine edidit Abbeloos in *Analectis Bollandianis* t. 9, pp. 5—106.

[4]) De utroque *Hormisda,* altero s. martyre Persa (c. an. 422), altero haeretico Nestoriano (c. an. 630), adeundus tibi Assemani, *B. o.* t. 3. part. 2, p. 384.

44. Quatuor feriae sextae, quae similiter et Eliae appellantur; quarta feria VI. inventionis et complementum hebdomadae Eliae, commemoratio s. Eliae prophetae Thesbitae.

45. Dominica Tešrîn prioris (Octobris) fit commemoratio s. Sabarjesu Bethkokae.

46. *Quatuor Dominicae et feriae sextae Moysis* [1]), quae aliquando plures et aliquando pauciores sunt; occupant enim illud anni ecclesiastici spatium, quod post quartam a festo Crucis Dominicam usque ad 1. Nov. excurrit:

47. Medio mense Octobri fit commemoratio Joannis Aegyptii in Gazarta et s. Michaelis, angelorum socii in Mosul.

48. Prima feria VI. s. Moysis, commemoratio s. Eliae Hirtensis infra Mosul.

49. Kalendis Novembris, commemoratio sancti gloriosi Achae, fratris s. Joannis Aegyptii.

50. Quatuor dominicae totidemque feriae sextae dedicationis ecclesiae, quae *ingressus* appellantur, quarum prima dicitur *Dominica Encaeniorum;* prima feria VI., commemoratio s. Eugenii et sociorum ejus, de quibus actum est t. 1, p. 474.

Alia festa ab eodem Assemani enotata ex *Pinqit* seu *tomo Sanctorum* haec sunt:

6. Augusti: Transfigurationis Domini.
15. „ Assumptionis B. M. V.
3. Julii: S. Thomae Apostoli.
15. „ S. Cyriaci martyris.
25. Octob.: S. Phetionis martyris, cujus Acta indicata videsis t. 1, p. 462.

[1]) Historicas ac mysticas rationes duodecim Dominicarum, quas ab ineunte anno, h. e., a mense Octobri, usque ad Nativitatem Domini, propriis nominibus vocatas (*Moysis, Consecrationis* sive *Dedicationis, Annuntiationis)* celebrant Nestoriani, vide, si placet, apud Assemani, *B. o.* t. 3. part. 1, p. 520. Locum non profero, quia indicasse sufficit.

LIBER II.

KALENDARIA ECCLESIASTICA ALIORUM RITUUM ORIENTALIUM.

CAPUT V.

ANNUS ECCLESIASTICUS COPTORUM.

Notitia praeliminaris.

Quae de „terra sancta“ Aegypti ejusque ecclesia astrictiori commentario olim scripserat O. Werner, *Orbis catholicus,* pp. 195—197, ea nuper Illmus. Macaire adeo late ac diligenter in praestanti sua historia [1]) exposuit, ut nos jam simus a laborioso idem argumentum retractandi onere levati. Quare id unum restat, ut ex novissimis Constitutionibus Pontificiis exinde editis, nonnulla brevissime enotemus, quae ad restitutionem patriarchatus Alexandrini, ad educationem cleri indigenae, ad institutionem episcoporum nativorum spectant.

De hierarchia catholica et patriarchali dignitate apud Aegyptios instaurata.

„Nos de patriarchatu Alexandrino pro Coptis restituendo providere vehementer laetamur in Domino; eoque magis, quia ejus recordatio ecclesiae tam grata accidit quam quae gratissima. Nam propterea quod eam Marcus, beatissimi Petri discipulus et interpres, auspicato constituit sancteque gubernavit, arctior quaedam et praeclarior necessitudo exorta est ipsam inter et Romanam ecclesiam: cujus potissimum conjunctionis beneficio extitit illa pernobilis floruitque diu et splendore virtutum et doctrinae excellentia. Itaque . . . Nos ex certa scientia motuque proprio ac de plenitudine apostolicae potestatis patriarchatum Alexandrinum restituimus et pro Coptis constituimus . . . Sedi autem patriarchali sedes episcopales duas in praesens decernimus suffraganeas, alteram in urbe Hermopoli majore, vulgo Minieh, alteram Thebis seu Diospoli magna ad urbem *Luksor:* ita ut patriarchatus tribus interea dioecesibus constet, videlicet patriarchali Alexandrina, Hermopolitana, Thebana . . . Alexandrinum Coptorum patriarchatum ita constitutum eatenus patere, quà patet proregnum seu

---

[1]) Histoire de l'Église d'Alexandrie depuis Saint-Marc jusqu'à nos jours. Le Caire, 1894.

Kedivatus Aegypti proprie dictae ac provinciae *praedicationis sancti Marci*[1]), statuimus atque sancimus" [2]).

De recta educatione cleri indigenae.

„Tria sunt lustra, quum Societatis Vestrae homines, voce excitante Nostra et apostolica urgente caritate, ad oras illas prompti et alacres contenderunt. Graves eorum assiduosque labores, in superiore praesertim Aegypto, insumptos bonae admodum utilitates consecutae sunt, *praecipue quod attinet ad cleri indigenae rectam institutionem*[3]), ad observantiam profectumque christianae vitae in populo. Quibus de rebus si magnam Deo habemus jure optimo gratiam, non minorem ei et habemus et profitemur, quod inde praeterea et occultum quiddam manare novimus, plus quam dici potest efficax alienis animis ad sinum Ecclesiae catholicae revocandis" [4]).

De novis episcopis nativis ecclesiae copticae.

Inter res „de quibus magnam Deo jure optimo gratiam et habet et profitetur" Summus Pontifex, ea profecto eminet, quod Coptis jam e gente sua novos praesules dare potuerit, in ipsa patria a virtute et scientia ad tantam dignitatem bene paratos: Rmum. Cyrillum Macaire, apostolicum patriarchatus administratorem, cujus late nomen non ita pridem universus insonuit orbis, quum Legatus Summi Pontificis ad imperatorem Menelik, in longinqua Abyssinia, ingenii consiliique sui lumen ostendit; Rmum. Josephum Maximum Sedfaoui, eppum. Hermopolitanum, in Minieh; et Rmum. Ignatium Gladès Berzi, eppum. Thebanum, in Luksor.

„Jamvero si Hierarchia in Coptis vel partim renovetur certique praeficiantur pastores, ex majore ipsa atque expeditiore vigilandi providendique facultate multiplex profecto utilitas in clerum ac populum dimanabit" [5]).

Talem „utilitatem" Summus Pontifex futuris episcopis nativis velut pastoralis eorum laboris ac praesentis vigilantiae mercedem praesagiendo ominatur[6]). Talem et nos episcopis jam institutis operum suorum retributionem cum immarcessibili gloriae corona *πολυχρονίζοντες* adprecamur.

[1]) Provincia *praedicationis s. Marci* latius patet proregno Kedivatus; namque praeter universam terram Aegypti complectitur omnes circumjectas conterminasque regiones, in quibus s. Marcus fidem annuntiavit.

[2]) Ex Constitutione Leonis PP. XIII. *Christi Domini*, edit. d. 26. Nov. 1895 (Act. S. Sed. t. 28, pp. 257—260).

[3]) Erecto nimirum anno 1879 seminario Coptorum, de quo vide, si placet, Macaire, *Histoire*, pp. 381—383.

[4]) Ex literis Leonis PP. XIII. *ad Praepositum generalem Societatis Jesu* d. d. 31. Jul. 1895 (Act. S. Sed. t. 28 pp. 8—9).

[5]) Ex Constitutione *Christi Domini* cit.

[6]) Quam hic bonam spem ostendit Pontifex, ex praesenti vigilantia

Tabula praecipuarum festivitatum.

Ⲡⲓⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϣⲁϣϥ ⲛ̀ϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅.

Ⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲑ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϫⲓⲛⲙⲓⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲥⲱ̅ⲣ ϧⲉⲛ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲏ̅ ⲙ̀// ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲭⲟⲓⲁⲕ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲱⲙⲥ ⲉⲑⲩ̅ ϧⲉⲛ ⲥⲟⲩⲓ̅ⲁ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ

Ⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϫⲱⲓⲧ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲧⲱⲛϥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲏⲉⲑⲙⲱⲟⲩⲧ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛϣⲉ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ̀ ⲙ̀ⲛⲉⲛⲥⲁ ϩⲙⲉ ⲛ̀ⲉϩⲟⲟⲩ

....ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲉⲛⲧⲓⲕⲟⲥⲧⲏ ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲧⲁⲓⲟⲩ ⲡⲉ

Ⲡⲓⲕⲟⲩϫⲓ ⲛ̀ϣⲁϣϥ ⲛ̀ϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲟ̅ⲥ̅ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅

Ⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲥⲉⲃⲓ ⲉⲑⲩ̅ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲋ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ⲙ̀ⲙⲏⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲧⲱⲃⲓ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲉⲛϥ ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉⲡⲓⲉⲣⲫⲉⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲏ̅ ⲙ̀ⲙⲉⲭⲓⲣ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲓⲡⲛⲟⲛ ⲉⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲟⲩⲱⲙ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉ// ⲧⲉⲛⲟⲩϥ

Ϯⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲑⲱⲙⲁⲥ ⲉⲧⲉ ϯϩⲟⲩⲓϯ ⲙⲉ// ⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲧⲱⲛϥ

Ⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛⲓ̀ ⲉϧⲟⲩⲛ ϧⲉⲛ ⲭⲏⲙⲓ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲕ̅ⲇ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲡⲁϣⲟⲛⲥ

....ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥϫⲓⲛϣⲟⲃⲧϥ ⲛ̀ⲭⲉⲣⲉⲃ ⲛ̀ⲥⲟⲩⲓ̅ⲅ̅ ⲙ̀ⲡⲓⲁ// ⲃⲟⲧ ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ

De anno Ecclesiastico Coptorum.

Quemadmodum Latini ac Graeci omnes anni festivitates ratione ritus liturgici in tres classes distribuunt [1]), ita et Copti solemnia sua tripartito describunt: in *majora,* copt. *hanništi,* arab. *kibâr;* in *minora,* copt. *hankudši,* arab. *çighâr;* in *commemorationes simplices.*

Festivitates majores numerantur septem, scilicet *Annuntiationis, Nativitatis, Baptismi, Olivarum, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes.*

Festa minora similiter septem sunt: *Circumcisionis, primi miraculi, Ingressus in templum, Coenae, Dominica Thomae, Ingressus in Aegyptum, Transfigurationis.*

Quatuordecim ista solemnia in libris liturgicis expressa sunt, quemadmodum exhibentur in tabula coptica hic proposita, quae ita legenda atque intelligenda est:

Piniš-ti nͤšašef nͤšai nͤte Penšois Jisus Pichristos.	Septem magnae festivitates Domini nostri Jesu Christi.
Pšai nͤte Pihišennufi, nͤsu dšotpsit mͤpiavot Phamenot.	Festivitas Annuntiationis, 29. mensis Phamenot.
— *nͤte Pidšinmisi mͤpensotir, chen sudšot semin mͤpiavot Koiak (Χοιαϰ).*	— Nativitatis Salvatoris nostri, 28. mensis Koiahk.

praelatorum majora bona esse consecutura, varii nuntii exinde allati adeo non fallunt, ut imo omnia summa sperare jubeant; Copti quippe et in admirationem providae curae Supremi Pastoris rapti et sancto amore in ecclesiam patriam inflammati, insolenti laetitia gestientes novos episcopos exceperunt. Ea de re videri inprimis merentur literae plenae veritate, gravitate, doctrina, quas P. E. Nourit dedit ad R. D. *Kamel Ghali,* nobilem Coptum, sacrae theologiae in caesareo-regia literarum Universitate Oenipontana studiosum, primum vulgatae in Actis „*Relations d'Orient*" 1896, pp. 104—110, indeque in plures alias ephemerides translatae.

[1]) Vide t. 1, p. 32.

Pšai nͤte Pefdšinoms ethuab, chen sumetuai mͤpiavot Tovi.	Festivitas illius s. Baptismatis, 11. mensis Tobi.
— *nͤte nidšoit.*	— Olivarum.
— *nͤte Pefdšintonf evolchen niethmoûth.*	— Resurrectionis illius e mortuis.
— *nͤte Pefdšinšè epšoi enifiui, menensa hme nͤehou.*	— Ascensionis ejus in coelos, post 40 dies.
— *nͤte Tipentikosti ete pitaiu pe.*	— Pentecostes, quae est quinquagesima (dies).
Pikudši nͤschašef nͤšai nͤte Penšois Jisus Pichristos.	Septem minores festitates Domini nostri Jesu Christi.
Pšai nͤte pefsevi ethuab nͤsu sou mͤpiavot Tovi.	Festivitas Circumcisionis ejus, 6. mensis Tobi.
— *nͤte pihuit mͤmêini, nͤsu metšiomt mͤpiavot Tovi.*	— primi miraculi, 13. mensis Tobi.
— *nͤte pefdšinenf echun epierfei, nͤsu semin mͤmešir.*	— Ingressus illius in templum, 8. Mešir.
— *nͤte Pidipnon ete pefdšinuom nem nietenuf.*	— Coenae, seu ejus cum suis.
Tikiriaki nͤte Thomas ete tihuiti menensa pefdšintonf.	Dominica Thomae, quae est prima post ejus Resurrectionem.
Pšai nͤte pefdšini ech-un ch-en chimi, nͤsu dšotftou mͤpiavot Pašons.	Festivitas illius ingressus in Aegyptum, 24. mensis Pašons.
— *nͤte pefdšinšobf nͤchereb. nͤsu metšiomt mͤpiavot Mesori.*	— Transfigurationis illius, 13. mensis Mesori.

Atque eadem haec festorum Coptorum distinctio semper adeo stata ac pervulgata erat, ut etiam a scriptoribus Muha-

medanis, qui res Christianorum in Aegypto describebant, suo modo exhiberetur. Sic, ut unum exemplum ponatur, Muhamedanus Calcasendius, utriusque classis festa singillatim persecutus (apud Selden, *De synedriis*, l. 3, c. 15, n. 9), omnium primum ait esse „*Annuntiationem Consolatoris, qui ipse est juxta eorum* (Christianorum) disciplinam *Gabriel, Mariae, super quam sit pax, de nativitate Jesu, super quem sit misericordia Dei* (edit. 1696, p. 1299).

Ad tertiam festorum classem dies Sanctorum pertinent, quorum memoria certis per annum diebus simplici commemoratione tantum recolitur.

De ipso anno civili. — Aegyptiorum annus olim, sicut et primae Reipublicae Gallicanae recentiori aetate[1]), constabat diebus naturalibus 360, quot sunt gradus in circulo, ut singuli menses tricenum dierum numerum haberent.

Appendicem dierum 5, quos graece ἐπαγομένας (*adjectitios*), gallice *jours complémentaires* vulgo dixere, extra rotundum mensium circulum computabant, antequam novum exordirentur annum, ac *mensem parvum (pikudši avot)* nuncupabant[2]).

Quia vero anni naturalis justa magnitudo dies 365 senis pene horis superat, idcirco ex Julianae intercalationis lege statutum est, ut singulis quadrienniis ex illis horis quater collectis integer dies naturalis conficeretur, et sic annis bissextis mensis parvus dies 6 haberet.

Absoluto itaque ultimo anni mense (apud Aegyptios *Mesori*, apud Gallos *Fructidor), primus dierum adjectitiorum seu intercalarium* dicebatur *πρώτη ἐπαγομένων, premier jour complémentaire, secundus δευτέρα ἐπαγομένων, 2. jour complémentaire;* et sic porro.

Computant annos suos Aegyptii seu Copti juxta *aeram martyrum Diocletiani,* quae initium ducit a die 29. mensis Mesori seu Augusti anni 284[3]). In caeteris autem vitiosam Kalendarii Juliani formam adhuc sequuntur[4]).

---

[1]) In usu erat ab aequinoctio autumnali an. 1792 usque ad 1. Jan. 1806.

[2]) In Kalendariis arabicis mensis parvus *alnassi* seu *en nesj* vocatur, h. e., *res dilata, mora;* tanquam si post absolutum mensem Mesori per quinque vel sex dies *mora* fieret, initio novi anni scilicet ideo tantisper dilato, ut annus civilis anno solari aequetur et congruentia utriusque servetur.

[3]) Sic, ut illustrius aliquid exempli causa ponatur, quod pateat latius, Rmus. D. Cyrillus Macaire, in binis literis encyclicis anno proxime elapso (1895) ad Coptos datis, annum aerae martyrum adscripsit 1611, uti videre est in „Revue de l'Orient chrétien", 1885, pp. 260 et 278.

[4]) V. Macaire, *Histoire,* p. 354.

Verum de praesenti argumento egerunt multi et ego cum illis in *Computo ecclesiastico,* pp. 134—137 et alibi passim; quod hic adnotasse satis est. Ut tamen juvenes academici, quibus haec scribo, habeant, quo et in re computistica exerceantur, sequentem Indicem festorum ex authentico Kalendario erutum cum adscripta differentia dierum aegyptiorum et latinorum exhibeo.

Index festorum Coptorum,

quorum celebritas ritum quatuordecim solemnium majorum vel minorum imitatur.

Dies copt.	Mensis lat.	Tout. September.
1	10	Caput anni coptici *(Archi* $\overset{e}{n}$ *tirompi tha ni aegyptios),* vulgo *Neuruz*[1]). — S. Bartholomaei Apostoli. Vacat[2]).
2	11	Decollatio s. Joannis Baptistae. Vacat.
5	14	S. Sophiae martyris[3]).
10	19	Nativitas Mariae Virginis, Dominae nostrae. Vacat.
17	26	Exaltatio gloriosae Crucis D. N. J. Ch. Vacat.
		Paopi. October.
10	19	S. Sergii, socii s. Bacchi.
12	21	S. Matthaei Apostoli et Evangelistae.
22	31	S. Lucae Evangelistae.
23	1. Nov.	Festum omnium Sanctorum et Sanctarum. Vacat.

[1]) *Neuruz,* vox persica, proprie est *nova lux, novus dies,* indeque pro *initio anni* sumitur. De festo populari *Nau rôtz* v. Nöldeke, *Tabari,* p. 107.

[2]) Hoc est: vacatur ab operibus servilibus.

[3]) S. Sophia a celeberrima illa cognomine cum tribus filiabus Romae sub Hadriano passa (t. 1, p. 280) distinguitur. Juxta Synaxar. a Claudio Aegypti praeside propter Christi fidem multis tormentis cruciata, demum capite obtruncata est. Ipsius corpus autem Constantinus Magnus postmodum CPolim transtulit atque in ecclesia magna, ejusdem s. Sophiae nomini dicata deposuit. In libris eccles. aethiop. *Gemma Urbis Romae* vocatur.

Dies copt.	Mensis lat.	Hator. November.
7	15	S. Georgii Alexandrini [1].
8	16	Quatuor animalium incorporeorum [2].
12	20	S. Michaelis Archangeli [3].
15	23	S. Mennae [4] et s. Joannis eleemosynarii, patriarchae Alexandrini.
16	24	Initium jejunii Nativ. Dom. in Aegypto super. [5].
18	26	S. Philippi Apostoli, unius ex duodecim.
20	28	Commemoratio magni martyris Theodori, filii Joannis Šutp [6], et s. Aniani, patriarchae Alexandrini [7].

[1]) Habessinis *archimartyr,* Graecis *μεγαλόμαρτυρ* vocatus, insigni elogio ornatur in Synaxar. h. d.

[2]) Vide, si vacat, quae de genuinis rationibus apocalyptici hujus festi commentatus sum in „Zeitschrift für kath. Theologie", 1891, pp. 175—176.

[3]) Festum s. Michaelis Archangeli singulis mensibus eodem hoc 12. die ecclesia alexandrina celebrandum decrevit *pro incremento Nili, pro coeli salubritate, pro benedictione frugum.* Ita Synaxar. h. d. — Praeter hanc menstruam solemnitatem, Synaxarium alias duas commemorationes singulis mensibus peragendas exhibet: die 21. *Deiparae Virginis Mariae,* et die 29. *Nativitatis Domini N. J. Ch.* — Iis aliam addunt Aethiopes singulis mensibus die 28. faciendam, nimirum *Sanctorum Patrum nostrorum Abraham, Isaac et Jacob.*

[4]) De s. Menna, cognomento *Amin* seu *Fideli,* deque praecipuo ejus cultu in Aegypto relegesis notata t. 1, pp. 320—321.

[5]) In jejuniis assumendis Graecos imitantur Copti, addito etiam ad tria illorum jejunia *(Quadragesimae, Deiparae, Apostolorum)* quarto, scilicet *praedicationis Jonae prophetae,* quod Armenorum et Syrorum ritu servant ante Quadragesimam. Est autem rigidissima apud eos jejunii observatio; totis illis diebus enim non carne solum, sed et ovis et lacticiniis vesci prohibitum est; per Quadragesimam immo nec pisces conceduntur.

[6]) De s. Theodoro nostro relegi velim quae notavi t. 1, p. 122 et heic p. 98: addita tamen animadversione *ἐπωνύμιον τοῦ στρατηλάτου* in Kalendariis arabicis Aegyptiorum verti *El-isfahsalâr* (ex persico *sipâhsalâr*). Et quoniam Theodorus communiter dicitur *filius Joannis Šutpi,* scias, hunc Joannem, nobilem virum militarem, gente, quae olim in Aegyptum migraverat, *Romanum,* domo ex *Šutp (Sotp, Pšot, Ὑψηλις)* in Thebaide, inde in civitatem Euchaitarum transmigrasse, ubi *τὸν μεγαλομάρτυρα* genuit, ut esset, qui pro fide Christi non dubitaret occumbere. A situ natalis civitatis Theodorus etiam *Orientalis, ὁ ἀνατόλιος,* arab. *el-mešrigî* vocatur. Sed his contentus, lectorem plura discendi cupidum ad Acta „Zeitschrift für kath. Theologie" amando, ubi quaestiones ad sanctum nostrum spectantes ex fontibus liturgicis fusius explicui an. 1880, pp. 120—123.

[7]) Refertur in Martyr. rom. ad d. 25. April.

Dies copt.	Mensis lat.	
22	30	SS. Cosmae et Damiani eorumque fratrum et matris, martyrum.
24	2. Dec.	Viginti quatuor seniorum in circuitu sedis throni Dei sedentium [1]. Vacat.
25	3	S. Mercurii martyris [2].
29	7	S. Petri, hieromartyris, patriarchae Alexandriae [3] et s. Catharinae Alexandrinae.

[1]) Etiam in praesens festum brevem commentarium scripsi in laudata „Zeitschrift" l. c., quem forte non sine aliquo utilitatis fructu perleges.

[2]) Eodem die colitur in Martyr. rom. A sancto hoc Mercurio vindicta divina Julianum Apostatam fuisse lethaliter hasta percussum, post alios tradit Nicephor. Callist., *Hist. eccl.,* l. 10, c. 35, apud Migne, Patr. gr. t. 146, pp. 551—554.

[3]) Sancto hieromartyri Petro duplex cognomen datum vidimus, alterum: *martyrum persecutionisque sigillum ac complementum (σφραγὶς καὶ τέλος τοῦ διωγμοῦ),* quod ultimus Alexandriae pro fide sanguinem fudit auctoritate publica (tom. 1, p. 335); alterum: *qui rupto pariete transiit* (syr. *Kullâl Petros d-Aleksandrîâ, hav d'falleš l-sâtâ van'faq,* h. e., *Coronatio Petri Alexandriae, qui fregit murum et exiit),* ut ex antiquis codicibus syriacis notatum est supra p. 416, et Acta sincera a Card. Mai edita accuratius explicant, indicato etiam martyrii loco, ubi prima haec s. Petri ecclesia fuit aedificata. Sed dignum omnino videtur cognomen *„qui rupto pariete transiit",* quod ex ipsis Actis illustretur. En tibi ergo fragmentum ex iis decerptum.

His profecto diebus Maximino a quibusdam de praefato archiepiscopo relatum est, videlicet quod ipse christianitatis dux atque signifer esset; qui solita inflammatus nequitia, e vestigio jussit comprehendi Petrum et in carcerem detrudi. Quam ob rem quinque tribunos stipatos militum catervis Alexandriam destinavit; qui venientes juxta quod sibi fuerat imperatum, subito rapientes Christi pontificem carceris custodiae manciparunt. Mira fidelium devotio! Ubi compertum est, quod tantus vir carceralibus clauderetur ergastulis, cucurrit supra modum incredibilis multitudo, praecipue monachorum ac virginum chorus, et non materialibus armis, sed lacrimarum rivulis et piae mentis affectu circumdederunt carceris ambitum, et tamquam boni filii erga bonum patrem, imo christiana membra christianissimo capiti, totis compassionum visceribus adhaerebant, erantque illi murus, observantes ne quis paganorum ad eum ingrediendi copiam haberet. Una nimirum omnium vota, consona vox, eademque compassio, mori potius quam sanctum quidpiam mali perpeti viderent. Vir autem Domini quum paucos dies eodem nervo teneretur retrusus, tribuni fecerunt de ipso regi suggestionem; ille autem juxta morem suae ferocitatis destinavit sententiam, ut beatissimum patriarcham capitali punirent discrimine. Porro dum hoc per aures Christianorum serperet, coeperunt omnes unanimiter

Dies copt.	Mensis lat.	Koiahk. December.
1	9	Initium jejunii Nativitatis Domini Cahirae.
3	11	Ingressus Deiparae Virginis Mariae in templum.
4	12	S. Andreae Apostoli.
8	16	SS. Barbarae et Julianae martyrum.
9	17	S. Sabae.

carceris aditum cum luctu et gemitu custodire et obsistentes neminem gentilium illum ingredi permittebant. Tribuni vero quum ad eum jugulandum nullatenus haberent ingressum, habito consilio statuerunt, ut cuncti milites nudatis mucronibus popularem irrumperent turbam, et sic eum dumtaxat ad decollandum foras extraherent; mox vero si quis obsistere vellet, gladio interiret. — Sagacissimus igitur pontifex, animadvertens cruentissimam tribunorum stropham, quod ob ejus perpetrandam necem omnem Christianorum, qui tunc aderant, multitudinem gladio interimere vellent, noluit eos pariter secum subire mortis acerbitatem; sed fidelis servus imitans Dominum Salvatorem, qui dixit et fecit: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*, ex pietatis argumento vocavit unum seniorem ex his, qui ibidem ejus responsis inhaerebant, et dixit ei: Vade ad tribunos qui me interficere quaerunt, et dicito eis: Cesset omnis anxietas; ecce promptus sum ultroneum me illis ingerere. Hac etenim nocte veniant post tergum domus carceris hujus, et in quo loco audierint signum in pariete ab intus factum, ibi effodientes excipiant me, perficiantque quod sibi est imperatum. Senior vero obtemperans jussionibus sanctissimi viri (neque enim tanto Patri contradicere poterat), abiit ad tribunos et intimavit eis quod sibi fuerat injunctum. Quod illi audientes valde gavisi sunt, et assumentes latomos circa noctis hujus matutinum tempus venerunt sine militibus ad locum, qui sibi fuerat ostensus. Vir autem Domini vigili in oratione et vigiliis totam noctem insomnem duxerat. At ubi eorum adventum cognovit, cunctis, qui secum aderant, sopore quiescentibus, lento gradu ingressus est in interiorem carceris partem et juxta condictam sponsionem sonum faciebat in pariete; quem illi forinsecus audientes, facto foramine, susceperunt Christi athletam non aerea lorica sed virtute Dominicae crucis undique munitum, paratumque implere divinum sermonem, qui dicit: *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest animam et corpus in gehennam perdere.* Mira res! Tam validus imbrium turbo collisionesque ventorum in eadem strepuere nocte, ut nemo eorum, qui observabant carceris fores, posset audire effodiendi sonum. Constantissimus autem martyr urgebat homicidas illos: Facite, inquiens, quod facturi estis, prius quam hoc sentiant, qui me custodiebant. At illi tollentes duxerunt eum in locum, qui dicitur Bucolia, ubi et sanctus Marcus martyrium pro Christo suscepit etc. (Apud Migne, Patr. gr. t. 18, pp. 458—460). Quem eundem gloriosissimi martyris triumphum egregie expinxit Macaire, *Histoire,* pp. 70—72.

Dies copt.	Mensis lat.	
10	18	S. patris Nicolai, episcopi Myrae.
13	21	Immaculata Conceptio Deiparae Virginis Mariae. Vacat.
21	29	S. Barnabae Apostoli.
22	30	S. Gabrielis Archangeli et s. Pachomii et sororis ejus Talošam [1]).
28	5. Jan.	Vigilia Nativitatis D. N. J. Chr.
29	6	Nativitas Domini Nostri Jesu Christi. Vacat.
30	7	Dies secundus Nativitatis D. N. J. Chr.
		Tobi. Januarius.
1	8	S. Stephani archidiaconi et protomartyris et ss. Ischyrionis et Aesculapii et sociorum ipsorum octo mille centum et quadraginta martyrum in urbe Panopoli (Achmin).
3	10	Caedes infantium in Bethlehem sub Herode.
4	11	S. Joannis Apostoli et Evangelistae.
6	13	Circumcisio D. N. J. Chr. et s. Marciani (octavi) patriarchae Alexandriae et s. Basilii Magni et s. Eliae prophetae. Vacat.
10	17	Vigilia Epiphaniae D. N. J. Chr.
11	18	Baptismus D. N. J. Chr. Vacat.
12	19	S. Theodori orientalis.
13	20	Commemoratio primi miraculi, quod Christus Dominus in Cana Galilaeae patravit.
16	23	S. Philothei martyris.
21	28	Consecratio primae ecclesiae sub nomine Deiparae Virginis Mariae [2]).
22	29	S. Antonii Magni, sideris deserti. Vacat.

[1]) Vide, si placet, quae de s. Talošam ejusque monasterio ex msc. Copto-Vaticano eruta dedimus in „Zeitschrift für kath. Theologie“, 1882. pp. 373—374.

[2]) Quemadmodum in pluribus vetustis Kalendariis occidentalibus *festum Obdormitionis et Assumptionis B. M. V.* mense Januario consignatum vidimus tomo 1, p. 249, ita et synaxarium Coptorum ipso hoc die 21. annuntiat *Requiem Deiparae Virginis Mariae, mulierum Dominae, ejusque corporis Assumptionem in coelum:* quod idem mysterium et die 16. mensis Augusti repetit. In hodierno synaxario autem narratur historia hominis judaei, qui feretrum Deiparae detinere ausus, ambabus manibus

Dies copt.	Mensis lat.	Emšir. Februarius.
2	8	S. Pauli, eremitarum principis.
8	14	Ingressus seu praesentatio Christi Domini in templo, quadragesimo ab ejus nativitate die.
16	22	S. Elisabeth, matris Joannis Baptistae.

Phamenot. Martius.

8	16	S. Mathiae Apostoli et s. Ariani praefecti Latopoleos [1]).
10	18	Inventio pretiosae Crucis D. N. J. Chr. Vacat.
13	21	Quadraginta martyrum Sebastenorum.
27	4. April.	S. Macarii Magni [2]).
28	5	S. Constantini Magni, imperatoris.
29	6	Annuntiatio Deiparae Virginis. Vacat.

Pharemuti. Aprilis.

6	13	S. Mariae Aegyptiacae.
7	14	S. Joachimi, patris Dominae Deiparae.
23	30	S. Georgii magni martyris. Vacat.
30	7. Maji	S. Marci Evangelistae, patriarcharum Alexandrinorum primi. Vacat.

Pašons. Majus.

5	12	S. Jacobi Apostoli, filii Zebedaei.
7	14	S. Athanasii, apostolici, patriarchae Alexandriae.
9	16	S. Helenae, imperatricis.
10	17	SS. trium puerorum Ananiae, Azariae et Misaëlis.
14	21	S. Pachomii.
15	22	S. Simonis Zelotae Apostoli, et quadringentorum martyrum Tentyrensium.

divinitus obtruncatus est; tum poenitentia ductus per preces Apostolorum eas recuperavit.

[1]) Etiam in Martyrol. roman. celebratur eodem hoc die.

[2]) Eum Martyrol. roman. laudat d. 15. Januar.

Dies copt.	Mensis lat.	
24	31	Adventus Christi Domini in Aegyptum[1]). Vacat.
26	2. Junii	S. Thomae Apostoli.

Paoni. Junius.

12	18	S. Michaelis Archangeli, et oratio pro incremento Nili, *εὐχὴ εἰς τὴν σύμμετρον ἀνάβασιν τῶν ποταμίων ὑδάτων*[2]). Vacat.
15	21	S. Mennae martyris.
21	27	Commemoratio dedicationis primae ecclesiae SS. Deiparae Virginis, et initium jejunii Apostolorum Cahirae.
26	2. Julii	S. Gabrielis archangeli et s. Pachomii cum sorore ejus Talošam et ss. Pšoi[3]) et socii ejus Petri.
30	6	Nativitas s. Joannis Baptistae. Vacat.

Epip. Julius.

2	8	S. Thaddaei Apostoli.
3	9	S. Cyrilli, patriarchae Alexandrini.
5	11	SS. Petri et Pauli, principum Apostolorum. Vacat.
15	21	S. Cyriaci pueri et Julittae matris ejus.
18	24	S. Jacobi Alphaei, episcopi Hierosolymitani.
20	26	S. Theodori, filii Joannis Šutpi.

[1]) Legi merentur quae de divino hoc mysterio ad pios animorum sensus inflammandos non sine sancta mentis permotione scribit Macaire, *Histoire*, pp. 16—20.

[2]) Huc praeter alias pertinent preces:

Μνήσθητι Κύριε τῆς συμμέτρου ἀναβάσεως τῶν ποταμίων ὑδάτων.	Memento, Domine, convenientis exundationis aquarum fluvialium.
Τὰ ποτάμια ὕδατα ἀνάγαγε ἐπὶ τὸ ἴδιον μέτρον αὐτῶν, καὶ εὔφρανον καὶ ἀνακαίνισον τῇ καταβάσει αὐτῶν τὸ πρόςωπον τῆς γῆς.	Aquas fluminis eleva ad mensuram ipsis propriam (justam); et laetifia et renova, quum decrescunt, faciem terrae.

[3]) Mira varietate scribitur *Bessoi, Besoi, Bisoë, Bišoi, Bsaeus, Absaeus, Bessoius, Peseus, Paësius.* Nomen saepius occurrit in fastis, ut ecce: 5. Febr., 3. Maji, 29. Junii, 13. Jul., 1. Epagom.

Dies copt.	Mensis lat.	
25	31	S. Mercurii martyris [1]).
26	1. Aug.	S. Josephi, sponsi Deiparae Virginis. Vacat.
28	3	S. Mariae Magdalenae.

Mesori. Augustus.

1	6	S. Annae, Matris Deiparae Virginis, et ss. Apollinis et Justi martyrum, et initium jejunii Deiparae.
7	12	S. Petri Apostoli, h. e., festum professionis fidei ab ipso emissae et primatus eidem collati.
13	18	Transfiguratio D. N. J. Chr. Vacat.
16	21	Assumptio corporis Deiparae in coelum. Vacat.
28	2. Sept.	SS. patriarcharum Abrahami, Isaaci et Jacobi.

Epagomene. Parvus mensis.

3	7. Sept.	S. Raphaelis Archangeli.

Et ista quidem sunt festa, quae, si ritum caeremoniasque spectes, ad ordinem solemnitatum sive *Piniš-ti* sive *Pikudši* referri possunt.

Multi praeterea signantur dies honoribus Sanctorum addicti, qui festivum hunc ritum non attingunt, sed simplicibus nostris commemorationibus ferme respondent. Officiosae amicitiae Rmi. episcopi copti Agapii Bšai, *τοῦ μακαρίτου* [2]), id olim debebam, ut cum praecedenti albo solemniorum festivitatum etiam *Indicem simplicium commemorationum* in hodierno Coptorum catholicorum Breviario contentarum in priori editione repraesentare possem. Eum tamen, licet magna approbatione doctorum sit suo tempore exceptus, nunc typis non repetam immutatum. Obstat quippe, quod ea in re sane plurimum ponderis habet, prudentissimum atque amantissimum consilium Rmi. Antistitis Cyrilli Macaire, qui pro antiquo illo simplicium commemorationum catalogo integros ecclesiae suae fastos substitui in nova editione cupiebat, ultro etiam recipiendo ac promittendo, se completas Kalendarii

---

[1]) S. Mercurius eodem die 25. Fastis latinis inscriptus legitur in Martyr. rom.

[2]) De excellenti hoc viro apostolico († 1887) videsis Macaire, *Histoire*, pp. 378—381.

coptici tabulas ex variis scriniis Aegypti atque Aethiopiae diligenter discussis in usus praesentis hujus operis concinnaturum.

Rmus. praesul quod sponte sua liberalissime erat pollicitus, non ita multo post, illustri legatione pontificia ad imperatorem Aethiopiae rite administrata, amplissime praestitit. Lector vero, heortologicarum rerum cupidus, qui pretioso dono mox est usurus, exili huic libro ex animo, puto, gratulabitur, quod eum nec infideli nec segni opera sua dignum duxerit Antistes, qui in longinquo Oriente singulari ingenio, doctrina eximia nec his dotibus impari virtute eminet.

Decet sane, ut Rmi. auctoris opus sine ulla mutatione exhibeatur integrum, quale ab ipsa ejus scriptione prodiit; praemissis tamen paucis quibusdam titulis librorum, in quibus hujus generis literarum amatores facile reperient, quae ad Sanctos in Kalendario coptico relatos spectant. Si igitur commodum fuerit, poterunt, praeter Martyrologium roman. et Menaea graeca, unum alterumve ex his operibus consulere.

Acta SS. Bolland. passim; nominatim vero *Tractat. de Patriarchis Alexandrinis,* praefix. tomo 7. Junii; et Octob. t. 12, ubi Sancti Aethiopes doctis commentariis illustrantur, nimirum *novem christianae fidei propagatores* (pp. 329—337); *Tecla Haimanoth,* vitae monasticae instaurator (pp. 383—388); *Caleb (Elesbaan),* rex Aethiopiae (pp. 297—328); et, quos cum Aethiopibus praesens hoc Kalendarium dicit *sanctos,* fratres reges *Abreha* et *Azbeha* (pp. 264—266): propria etiam quaestione instituta, undenam venerit, ut duo isti reges ab Aethiopibus sint et discipuli sancti Frumentii crediti et Sanctorum fastis adscripti (p. 308).

Asseman. Steph. Evod. *Comment in Synaxar. Coptor.* (Biblioth. Medic. Laurentian. et Palatin. Florent. 1742, pp. 164—187; similiter apud Mai, Scriptor. veter. nova coll., t. 4, pp. 93—121).

Wüstenfeld F. *Synaxarium, das ist, Heiligenkalender der coptischen Christen,* sex priores menses complectens. Gotha, 1879.

Ludolf. Job. *Commentar. ad histor. aethiopic.,* Francofurti ad M., 1691; et primo quidem *de novem viris sanctis fidei christianae in Aethiopia propagatoribus* (pp. 282—284), qui sunt *ἐννεάριθμοι πατέρες Αἰθίοπες;* deinde vero *Fasti sacri ecclesiae aethiopicae,* pp. 389—436.

Hyvernat H. *Les Actes des Martyrs de l'Egypte, tirés des manuscrits coptes de la Bibliothèque Vaticane et du Musée Borgia.* Paris. Leroux, 1886.

Vitae Patrum, apud Migne, Patrol. lat. tt. 73—74.

Selden. Joan. *De synedriis.* Francofurti, 1696, Lib. 3. c. 19.

de Lagarde Paul. *Orientalia. Die koptischen Handschriften der Göttinger Bibliothek* (Abhandlungen der Gesellsch. d. Wissenschaften zu Göttingen, XXIV, 1879).

Δεῖπναρ, opus liturgicum ecclesiae copticae, quod olim ex Rmo. Agapio Bšai rescivi manuscriptum servari in Museo Borgiano S. Congr. de Propag. Fide, quodque, ipso Rmo. Praesule monitore, Sanctorum per totum anni circulum honoratorum vitas in consueta forma doxologica celebrat[1]), consulant eruditi homines, quibus occasio sese obtulerit. Valde est dolendum, quod viro de liturgia coptica mirifice merito episcopo Raphaeli Tuki[2]), concessum non fuerit, post egregias aliorum librorum liturgicorum editiones, etiam opus *Δεῖπναρ* in lucem publicam proferre.

Fasti sacri Ecclesiae Alexandrinae Coptorum.

Tout. September.

1. Caput anni aegyptiaci — Job aqua lotus recuperat sanitatem[3]). — Martyr. S. Bartholomaei Ap. — Obdorm. S. Abilii Patr. Alex.
2. Decollatio S. Joannis Baptistae. — Martyr. Dacii militis.
3. Martyr. s. Leontii et sociorum sub Maximiano. — Comm. s. Synodi Alexandrinae celebratae anno secundo Pontificatus s. P. N. Dionysii Patr. Alex. adversus quosdam Arabes, qui animae immortalitatem oppugnabant.
4. Martyr. s. Philippi praefecti Aegypti ac patris s. Eugeniae Virginis.
5. Obdorm. s. Sophiae aegyptiacae, quae et gemma novae Romae dicitur, eo quod ejus reliquiae Constantinopolim translatae fuerunt.
6. Comm. s. Eulogii Patr. Alex. — Martyr. s. Anthimi Ep. Nicomediae sub Maximiano. — Obdorm. Isaiae proph.

[1]) Specimina ejusmodi doxologiarum ex Officiis novem Patrum ecclesiae aethiopicae dat Ludolf., *op. cit.*, pp. 283—284.

[2]) Raphaelem Tuki († 1772), ingentibus in rem literariam Coptorum meritis insignem, pro dignitate celebrat Macaire, *Histoire*, pp. 347—352.

[3]) De hac commemoratione consuli velim „Zeitschrift f. k. Theol.", 1880, p. 115.

7. Martyr. ss. Agathonis, Petri, Ammonis, Ammonii, Joannis eorumque matris Rebeccae. — Obdorm. s. Severiani Gabalorum episcopi, cui Joannes Chrysostomus dum in exsilium mittebatur, suam Ecclesiam commisit.
8. Martyr. Domitii sacerdotis. — Comm. Moysis archiprophetae. — Martyr. Zachariae proph. filii Barachiae sacerdotis.
9. Martyr. Psurae ep. Matzilae cum sociis epp. Hesychio, Hellanico et Theodoro.
10. Nativitas B. Mariae Virginis Dominae Nostrae. — Comm. Imaginis Deiparae, quam pinxit Lucas Ev. — Martyr. s. Matronae.
11. Martyr. Basilidis patris regum. — Martyr. Panephysis Virginis et Theodorae alexand.
12. Comm. epp. Pelei, Nili et Eliae martyrum. — Comm. Judith, quae fuit honorificentia populi Israel. — Comm. s. synodi Ephesinae, cui praefuit nomine Coelestini Romani Cyrillus Alexandrinus.
13. Comm. Basilii Magni [1]).
14. Martyr. s. Mamae. — Obdorm. Agathonis stylitae. — Comm. concilii VII. oecumenici contra Iconoclastas, in quo Thomas monachus Ecclesiae Alex. vices gerebat.
15. Inventio Corporis s. Stephani protomartyris. — Martyr. Iraidis virginis in urbe Antinoopoli.
16. Festum dedicationis templi Resurrectionis a s. Helena exstructi. — Comm. Tobiae justi.
17. Exaltatio gloriosae Crucis D. N. J. C. — Comm. B. Theognostae Romanae, quae in India praedicavit.
18. Secundus dies Exaltationis. — Comm. s. Porphyrii martyris. — Item s. Nicetae martyris sub Juliano.
19. Tertius dies Exaltationis. — Comm. s. Gregorii Armenorum episcopi.
20. Comm. s. Euphrosynae Virginis. — Martyr. s. Quiriaci. — Comm. Hieronymi presb.

---

[1]) „Commemoratio magni miraculi, a s. Basilio episcopo Caesareae Cappadociae editi: quum scilicet juvenem, amore filiae heri sui captum maloque spiritu correptum sanavit.“ Ita Asseman. h. d.

21. Comm. Tiberii ex 72 discipulis. — Martyr. Cypriani et Justinae.
22. Martyr. Julii Akfahensis, scriptoris gestorum martyrum — Martyr. ss. Kothilis et Exuae sororis ejus sub Sapore.
23. Comm. s. Theclae Virginis. — Martyr. Rufini et Andreae sub Juliano.
24. Comm. s. Quadrati ex 72 discipulis. — Obdorm. S. Gregorii monachi sub Pachomio.
25. Obdorm. Jonae prophetae. — Comm. s. Paphnutii ep. confessoris fidei sub Diocletiano.
26. Conceptio Joannis Baptistae praecursoris Domini.
27. Martyr. s. Eustachii cum uxore ejus Theopista et filiis ejus Agapio et Theopisto.
28. Martyr. Abadir et Irenes sororis ejus cum 3685 sociis.
29. Martyr. Ripsimae et Gaïanae VV. et septem sociarum.
30. Comm. Joannis et Jacobi filiorum Zebedaei. — Comm. salutis P. N. Athanasii Patr. Alexandrini [1]).

Paopi. October.

1. Martyr. s. Anastasiae Romanae sub Decio. — Comm. Susannae virginis et Marthae, sororis Lazari.
2. Comm. s. Charitonis. — Comm. s. Gregorii Nysseni.
3. Festum s. Gregorii Armenorum episcopi. — Commem. s. Theodorae filiae imp. Arcadii.
4. Comm. Ananiae ep. Damasci, qui Paulum Ap. baptizavit. — Martyr. s. Bacchi socii s. Sergii sub Maximiano. — In Aethiopia comm. Abrehae et Atzbehae, regum Aethiopiae, qui fidem christianam, Frumentio praedicante, amplexi sunt.
5. Obdorm. s. Pauli ep. CPolitani.

[1]) „Commemoratio magni miraculi a Domino Nostro Jesu Christo patrati, quum scilicet sanctum Athanasium patriarcham Alexandrinum a Constante, filio Constantini Magni, arianae haereseos propugnatore, (Constantinopoli) naviculae fractae absque pane et aqua, nautis aut gubernatore impositum et in altum deductum, ut certo naufragio periret, salvum et incolumem Alexandriam post tres dies perduxit, et sedi suae restituit, quam impius Georgius arianus invaserat.“ Asseman. h. d.

6. Obdorm. Annae matris Samuelis proph. — Comm. s. Dionysii Areopagitae [1]. — In Aethiopia comm. s. Pantaleonis ex novem Sanctis Romanis, qui post Frumentium fidem Christi in Aethiopia propagarunt.
7. Comm. Justinae et Cypriani. — Martyr. s. Cyriaci et Annae matris ejus.
8. Martyr. ss. Caïi, Fausti, Eusebii, Chaeremonis, Lucii et sociorum sub Valeriano tyranno. — Martyr. s. Metrani et sociorum sub Decio.
9. Obdorm. s. Liberii ep. Romani, defensoris fidei. — Comm. s. Stephani, fratris Basilidis. — In Aethiopia comm. praedicationis s. Thomae Ap. in India.
10. Martyr. Sergii socii Bacchi.
11. Obdorm. s. Eumenii Patr. Alex.
12. Martyr. s. Matthaei ap. et ev.
13. Martyr. s. Pelagiae virginis Romanae. — Martyr. Ptolemachi et fratrum ejus.
14. Obdorm. Philippi, qui eunuchum baptizavit. — In Aethiopia comm. s. Michaelis cognomento Aragawi, ex novem Sanctis.
15. Martyr. Artemii ducis Aegypti sub Juliano.
16. Martyr. s. Pantaleonis Nicomediae. — Comm. Apollinis, Petri et Macrobii eremitarum.
17. Martyr. s. Phileae ep. in urbe Alexandria. — Nativitas Annae matris Samuelis proph.
18. Comm. s. Heraclae Patr. Alex. — Martyr. Romani.
19. Martyr. s. Theophili et uxoris ejus sub Diocletiano. — Comm. synodi Antiochenae contra Paulum Samosatenum [2].
20. Obdorm. Joannis Parvi (Colobi).
21. Comm. Virginis Deiparae pro allatis per ipsam a Domino beneficiis: quae commemoratio singulis mensibus

---

[1]) In antiquis fastis alexandrinis Dionysium Areopagitam deesse, ostensum relegas ex „Zeitschrift für kath. Theologie", 1896, pp. 395—396.

[2]) „In synaxario refertur haec 'synodus congregata in ecclesia Antiochiae adversus Paulum Samosatenum asserentem, Christum esse hominem simplicem, Deumque esse unam personam, sub Dionysio patriarcha Romae et Dionysio altero patriarcha Alexandriae, quadragesimo quinto ante Nicaenam synodum anno, Valerio imperante." Asseman. h. d.

fieri solet. — Obdorm. Joëlis proph. — Translatio reliquiarum Lazari, quem Christus e mortuis revocavit.
22. Comm. s. Lucae Ev. ex 72 discipulis.
23. Festum omnium Sanctorum et Sanctarum Dei. — Martyr. s. Dionysii ep. Corinthi sub Diocletiano.
24. Comm. s. Hilarionis Gazensis anachoretae. — Martyr. ss. Longini, Pauli et Irenes.
25. Obdorm. ss. Abibi et Apollonii eremitarum.
26. Martyr. s. Timonis ex 72 discipulis.
27. Martyr. s. Eutropiae et sociorum sub Decio.
28. Martyr. ss. Mercurii et Marciani, discipulorum s. Pauli ep. CPolitani.
29. Martyr. magni Demetrii sub Maximiano.
30. Obdorm. s. Abrahami anachoretae sub Pachomio. — Martyr. s. Julii et sociorum in Aegypto sub Decio.

Hator. November.

1. Comm. s. Cleophae ex 72 discipulis. — Martyr. ss. Maximi, Diomedis, Victoris et Philippi.
2. Obdorm. s. Pierii Presbyt., Doctoris scholae Alexandrinae.
3. Comm. s. Achillae Patr. Alex. — Obdorm. s. Cyriaci. — Martyr. ss. Athanasii et Irenes. — Comm. s. synodi Chalcedonensis 630 Patrum.
4. Martyr. ss. Joannis et Jacobi epp. sub Sapore. — Item ss. Epimachi et Gordiani sub Maximiano. — Item s. Thomae ep. Damasci.
5. Martyr. Timothei (alias Domitii). — Ostensio capitis Longini centurionis [1]. — Translatio corp. s. Theodori in Šutp.
6. Fuga ss. Familiae e Mehsa Koskuam in Aegypto superiore. — Obdorm. s. Felicis ep. Romani.
7. Festum s. Georgii Alexandrini. — Martyr. s. Nohri sub Diocletiano [2]. — Comm. Zenobii et Zenobiae.

[1]) De hoc festo vide, si placet, „Zeitschrift f. kath. Theol.“, 1880, p. 116.

[2]) Assemani nomen transscribit *Nahraua,* quod *Lucius,* seu *Lucidus* sonat. Est autem ipse ille Sanctus, quem in aliis Kalendaris ad d. 22. Julii relatum vidimus tomo 1, pp. 432 et 478. In synaxario perhibetur ab archangelo Michaële Alexandria Antiochiam ad Diocletianum transvectus ibi-

8. Festum quatuor Animalium Incorporeorum, qui et Cherubinici Equi vocantur.
9. Comm. Dionysii Alex. — Comm. syn. Nicaenae 318 Patrum.
10. Martyr. monialium virginum 50 et earum matris Sophiae sub Juliano. — Comm. s. Fausti diaconi alexandrini. — Comm. concilii Rom. sub Victore contra Quatuordecimanos [1]).
11. Obdorm. s. Annae matris Dominae Deiparae. — Martyr. ss. Archelai, Elisaei, Mennae et Uraniae matris ejus.
12. Festum Michaelis Archangeli, capitis militiae coelestis. Martyr. s. Caeciliae virginis Romanae.
13. Obdorm. s. Timothei ep. Antinoopolitani et confessoris fidei sub Diocletiano.
14. Obdorm. s. Martini ep. Thraciae [2]) et confessoris fidei sub arianis imperatoribus.
15. Martyr. s. Menae Fidelis. — Comm. Joannis Eleemosynarii Patr. Alex.
16. Comm. Danielis abbatis, coaevi s. Antonii Magni. — Martyr. Justi sub Maximo praefecto. — Dedicatio Ecclesiae s. Onuphrii extra Memphim.
17. Translatio reliquiarum s. Joannis Chrysostomi.
18. Martyr. s. Philippi Apostoli ex 12. — Martyr. Juniae et Thrasiae, filiae imp. Adriani.
19. Comm. s. Bartholomaei Ap. — Martyr. s. Patritiae et Damalii filii ejus. — Dedicatio Ecclesiae s. Sergii.
20. Obdorm. s. Aniani Patr. Alex. — Comm. magni martyris Theodori ex Šutp.

---

que propter praeclaram christianae fidei professionem primum leonibus objectus, deinde variis cruciatibus affectus ac tandem capitis obtruncatione martyrii palmam consecutus.

[1]) In synaxario celebrata dicitur ea synodus *a quatuordecim episcopis et plurimis sacerdotibus* occasione literarum, quas de epactis et ratione jejunii quadragesimalis et Paschatis agendi ad s. Victorem Papam scripserat Demetrius, Alexandriae Patriarcha duodecimus; sancitumque in ea fuisse, nullum alium, quam Demetrii paschalem cyclum in Ecclesia catholica esse admittendum. Sed exigenda haec sunt ad textum, quem de eodem s. Victore ex libro Pontificali jam dedimus supra p. 281.

[2]) Al. Turonensis.

21. Obdorm. s. Gregorii Thaumaturgi. — Martyr. ss. Alphaei, Zacchaei, Romani et Joannis. — Item Isaaci, Thomae et Victoris ex urbe Ašmunin.
22. Martyr. Cosmae et Damiani cum fratribus Anthimo, Leontio, Euprepio ac eorumdem matre Theodora et sociis 292.
23. Obdorm. Cornelii centurionis. — Comm. s. Marinae virginis ac martyris.
24. Festum viginti quatuor Seniorum in circuitu throni Dei sedentium, qui et Seraphim vocantur.
25. Martyr. s. Mercurii Romani sub Decio.
26. Martyr. ss. Valeriani et Tiburtii. — Comm. s. Gregorii Nysseni. — In Aethiopia comm. s. Arethae et martyrum Nagranensium.
27. Comm. magni martyris Victoris, filii Romani principis. — Martyr. s. Jacobi intercisi.
28. Martyr. s. Serapionis ep. Nicii in Aegypto inferiore sub Diocletiano cum 4800 sociis. — In Aethiopia comm. s. Licani ex novem Sanctis.
29. Martyr. s. Petri Patr. Alex.
30. Martyr. s. Catharinae virginis Alexandrinae.

Koiahk. December.

1. Martyr. s. Clementis ep. Romani. — Dedicatio Ecclesiae Cosmae et Damiani.
2. Comm. s. Macarii martyris. — Comm. Hori abbatis. — Comm. Sidrach, Misach et Abdenago.
3. Ingressus Deiparae virginis in templum.
4. Martyr. s. Andreae Ap.
5. Comm. s. Eugeniae virginis, filiae Philippi principis, ducis Aegypti. — Comm. Nahum proph.
6. Martyr. Victoris ep. et Anatolii presbyteri.
7. Obdorm. s. Heraclae Patr. Alex.
8. Martyr. ss. Barbarae et Julianae.
9. Martyr. s. Sabae. — Obdorm. Pimin abbatis, martyris absque effusione sanguinis.
10. Obdorm. s. Nicolaï, ep. Myrae. — Martyr. s. Thalassii.

11. Comm. magni martyris Claudii.
12. Martyr. Aniceti et Photini. — Comm. abbatis Hatrii syenensis et Joannis confessoris.
13. Immaculata Conceptio Deiparae Virginis.
14. Martyr. abba Hori.
15. Martyr. s. Ammonariae virginis alexandrinae. — Obdorm. s. Gregorii Armenorum ep. — Comm. s. Lucae stylitae Persarum.
16. Martyr. Zachariae et Cassii ex urbe Panopoli. — Obdorm. Gedeonis ducis Israel.
17. Translatio reliquiarum Lucae Stylitae. — Comm. s. Palemonis abbatis, magistri s. Pachomii.
18. Comm. s. Heraclii martyris. — Translatio reliquiarum Titi discipuli s. Pauli. — In Aethiopia comm. s. Frumentii, Aethiopum apostoli, qui et abba Salama vocatur.
19. Obdorm. s. Joannis ep. Burlos in Aegypto.
20. Obdorm. Aggae proph. — Martyr. Agathonis militis sub Decio.
21. Comm. Esther reginae Persarum. — Comm. s. Barnabae ex 72 discipulis.
22. Comm. Gabrielis archangeli, laetitiae nuntii. — Martyr. Pachomii et Talošam [1]) sororis ejus. — Martyr. Anastasii ep. in urbe Antiochiae.
23. Comm. s. Archelai, ep. Mesopot. — Obdorm. David regis.
24. Martyr. s. Ignatii ep. Antiocheni. — Item Philogonii ep. Antiocheni. — In Aethiopia comm. Tecla-Haimanoth, instauratoris vitae monasticae.
25. Martyr. s. Chaeremonis ep. Nilopolitani et sociorum sub Decio. — Comm. martyrum Macchabaeorum.
26. Martyr. Anastasiae virginis. — Comm. Pesei et Petri mm.
27. Martyr. ss. Psatis et Gallinici epp. Thebaïdis sub Diocletiano.
28. Vigilia Nativitatis D. N. J. Ch. — Comm. martyrum Latopoleos numero 174.

---

[1]) H. e., „Oblatio exigua“. Apud auctores promiscuo nomine invenitur appellata „Talošam“ et „Maria“.

29. Nativitas D. N. J. Ch.
30. Secundus dies Nativitatis. — Comm. regum Sabae. — Comm. David prophetae. — Comm. Jacobi ep. Hierosolymitani.

Tobi. Januarius.

1. Martyr. s. Stephani archidiaconi et protomartyris. — Item Ischyrionis et Aesculapii et sociorum numero 8140 in urbe Panopoli. — Item s. Leontii syri sub Maximiano.
2. Martyr. s. Theonae Patr. Alex. — Comm. Abel justi.
3. Martyr. Infantium Innocentium. — Comm. Isaiae proph.
4. Festum Joannis Ap. et Ev.
5. Martyr. s. Eusignii anno aetatis 110 sub Juliano.
6. Circumcisio D. N. J. Ch. — Comm. s. Marciani Patr. Alex. — Obdorm. Eliae proph.
7. Obdorm. S. P. N. Silvestri ep. Romani. — Comm. Malachiae proph.
8. Comm. s. Euphrasiae Virginis.
9. Comm. s. Isidori ep. et confessoris Nitriensis.
10. Vigilia Epiphaniae Domini Salvatoris. — Comm. s. Syncleticae. — Martyr. Anatolii Persae.
11. Epiphania Domini: Baptismus.
12. Martyr. s. Theodori orientalis.
13. Tertius Epiphaniae: primum miraculum Christi in nuptiis Canae in Galilaea.
14. Obdorm. Maximi fratris Domitii. — Obdorm. Archelidis Romani.
15. Martyr. Cyriaci et Julittae matris ejus sub Diocletiano. Obdorm. Abdiae proph.
16. Martyr. s. Theophili Antiocheni. — Item Philothei et Palladii.
17. Comm. principum Maximi et Domitii, monachorum s. Macarii.
18. Obdorm. Jacobi ep. Nisibeni. — Comm. Mariae et Marthae sororum Lazari.
19. Comm. s. Melae ep. et martyris. — Inventio reliquiarum abba Hori et Psurae, fratrum martyrum. — Dedicatio Ecclesiae martyrum Latopoleos.

20. Comm. s. Prochori ex 72 discipulis, ep. Nicomediae. — Martyr. s. Behnan.
21. Martyr. Agnetis virginis Romanae. — Consecratio primae Ecclesiae sub nomine Deiparae Virginis.
22. Festum s. Antcnii magni, Sideris deserti.
23. Martyr. s. Timothei discipuli s. Pauli.
24. Martyr. Mercuriae alexandrinae.
25. Martyr. s. Sebastiani romani et Asclae alexandrini.
26. Obdorm. s. Anastasiae alex. — Martyr. 49 seniorum eremi.
27. Comm. s. Gregorii Theologi ep. Nazianzeni. — Martyr. s. Serapionis. — Translatio corporis s. Timothei ap. — Comm. Henoch justi.
28. Martyr. s. Apollinae virginis alex. sub Decio. — Martyr. s. Clementis ep. Ancyrani.
29. Obdorm. s. Xenae Romanae. — Martyr. puerorum Modesti et Ammonii. — Comm. s. Cyriaci alex.
30. Martyr. trium Virginum Fidei, Spei et Caritatis earumque matris Sophiae.

Emšir. Februarius.

1. Comm. s. Juliani martyris cum 5000 sociis. — Comm. synodi CP. 150 Patrum, secundae oecumenicae. — Dedicatio Ecclesiae s. Petri Alexandrini.
2. Comm. s. Pauli eremitarum principis.
3. Obdorm. s. Julii ep. Romani.
4. Martyr. s. Agabi ex 72 discipulis. — Jejunium Christi.
5. Obdorm. s. Agrippini Patr. Alex. — Obdorm. s. Apollonii.
6. Comm. s. Hippolyti ep. Portus Romani. — Martyr. trium virginum, Theodorae, Theopistae, Theodosiae earumque matris Athanasiae sub Diocletiano.
7. Martyr. Stephani in Aegypto. — Item Cyri monachi et Joannis militis.
8. Ingressus Christi in templum et purificatio Mariae Virginis. — Comm. Simeonis senioris et Annae prophetissae.
9. Comm. Proterii Patr. Alex. — Martyr. s. Pauli Syri.

10. Martyr. s. Jacobi Ap. filii Alphaei. — Obdorm. Isidori Pelusiotae. — Martyr. s. Philonis ep. sub Sapore. — Comm. Esdrae ss. Librorum editoris.
11. Martyr. Justi, filii imp. Numeriani.
12. Martyr. s. Fabiani ep. Romani.
13. Comm. s. Isidori Pelusiotae. — Martyr. s. Sergii ex Atrib cum Theodoro patre et Maria matre et innumeris sociis.
14. Martyr. Victoris et Eusebii in Aegypto. — Comm. Zachariae proph. — Dedicatio Ecclesiae 40 martyrum Sebastiae.
15. Comm. s. Primi Patr. Alex. — Comm. s. Paphnutii mon.
16. Obdorm. Moysis proph. et Elisabeth matris Joannis Bapt. — Comm. Jonae eremitae.
17. Martyr. s. Mennae in urbe Panopoli.
18. Comm. s. Meletii ep. Antiocheni.
19. Obdorm. s. Petri secundi Patr. Alex. coaevi Papae Damasi.
20. Martyr. ss. Basilii, Theodosii et Timothei in urbe Alexandria. — Martyr. Philemonis citharoedi.
21. Martyr. s. Onesimi discip. s. Pauli.
22. Martyr. s. Isidori alexandrini sub Decio. — Comm. Maronii ep. tempore Theodosii imp.
23. Martyr. s. Eusebii consiliarii, filii Basilidis.
24. Martyr. Agapiti ep. sub Diocletiano. — Comm. s. Timothei martyris Gazensis. — Martyr. s. Mathiae in urbe Cypro.
25. Martyr. ss. Arsenii, Philemonis et Luciae virginis, discip. Pauli ap. — Comm. Jonae diaconi martyris Romae et Mennae martyris Cypri.
26. Martyr. s. Sabini Hermopolitani. Item Sadoch et 128 sociorum sub Sapore. — Obdorm. Oseae proph.
27. Obdorm. s. Eustathii Patr. Antiocheni.
28. Martyr. s. Theodori Romani.
29. Martyr. s. Polycarpi ep. Smyrnae.
30. Comm. s. Pauli Simplicis. — Inventio capitis Joan. Bapt.

---

[1]) Arab. Maruna, h. e., Maruthas, ut patebit cuilibet legenti Assemani, *Acta mart. or. et occ.*, praefat. general. in part. 1, p. 60.

Phamenoth. Martius.

1. Comm. s. Gregorii ep. Romani. — Martyr. Narcissi ep. Hieros. — Item Mercurialis ep. — Item s. Alexandri Romani sub Maximiano.
2. Martyr. s. Macrobii ep. Nicii in Aegypto.
3. Martyr. s. Euphrasiae virginis. — Martyr. s. Porphonii Taneos Aegypti.
4. Martyr. s. Hesychii principis.
5. Comm. Eudoxiae Heliopolitanae.
6. Obdorm. s. Theodoti ep. Ancyrani sub Diocletiano.
7. Martyr. ss. Philemonis et Flavii in urbe Latopoli.
8. Martyr. s. Mathiae Ap. — Comm. s. Juliani Patr. Alex.
9. Martyr. s. Ariani praefecti Latopoleos. — Martyr. Urbani et 40 sociorum.
10. Inventio pretiosae crucis D. N. J. Ch.
11. Obdorm. s. Serapionis ep. Thmuis, confessoris fidei.
12. Martyr. s. Theodori ep. et Irenaei diaconi in provincia Pentapoleos. — Comm. Joseph filii Jacob.
13. Quadraginta Martyres Sebastiae.
14. Obdorm. Dionysii Patr. Alex.
15. Martyr. Senuthii Behnesensis sub Diocletiano. — Item ss. Eugenii, Anodorii, et Elpidii epp. dioeceseos Hieros.
16. Comm. Justi Patr. Alex.
17. Martyr. s. Eusebii ep. et Theodorae virginis. — In Aethiopia comm. abba Garima ex novem Sanctis.
18. Martyr. s. Isidori socii Eusebii, ep. in Aegypto.
19. Obdorm. Aristobuli ex 72 discipulis.
20. Comm. Alexandri Aegyptii, Agapii Gazensis, Nicolai ex Ponto, Dionysii Tripolitani, martyrum sub Diocletiano. — Martyr. s. Stratonicae virginis.
21. Martyr. Theodori et Timothei.
22. Obdorm. Cyrilli ep. Hierosolym.
23. Martyr. Didymi sub Diocletiano. — Obdorm. Danielis proph.
24. Martyr. s. Leonidis sub Severo.

25. Obdorm. Onesiphori ex 72 discipulis.
26. Obdorm. Praxeae virginis Romanae.
27. Obdorm. Macarii Magni, abbatis Scete.
28. Comm. Ambrosii ep. Mediol. — Obdorm. Constantini imp.
29. Annuntiatio Deiparae Virginis. — Martyr. s. Eugenii.
30. Comm. Gabrielis Archangeli. — Comm. Samsonis judicis Israel. — Translatio Jacobi intercisi. — Martyr. ss. Sixti ep. Romani et Laurentii diaconi ejusdem.

Pharemuthi. Aprilis.

1. Comm. Silvani, discip. s. Macarii. — Comm. Aaronis. fratris Moysis.
2. Comm. s. Leonis Magni ep. Romani, columnae fidei. — Martyr. Christophori discipuli s. Mathiae.
3. Comm. s. Abilii Patr. Alex. — Obdorm. Joannis ep. Hierosolym.
4. Martyr. ss. Victoris, Dacii et Irenaei cum sociis sub Juliano.
5. Martyr. s. Justini philosophi. — Obdorm. Ezechiel proph.
6. Obdorm. Mariae aegyptiacae. — Comm. Adami et Evae.
7. Obdorm. Joachimi patris Deiparae virginis. — Comm. Agapes et Theodorae.
8. Martyr. ss. Susannae, Agapes et Irenes, virginum Thessalonicensium. — Comm. 150 martyrum sub Sapore.
9. Martyr. 8000 aegyptiorum in Augustamnica sub Diocletiano. — Obdorm. Sozimi monachi syri.
10. Obdorm. Isaaci monachi, discipuli s. Apollonii Magni.
11. Obdorm. Theodorae alexandrinae. — Comm. Joannis ep. Gazensis.
12. Martyr. s. Alexandri ep. Hieros. sub Decio. — Comm. Antonii ep. Thmuis.
13. Comm. Dionysiae diaconissae. — Martyr. Josue et Josephi eremitarum, discipulorum s. Milii ep. m.[1]).
14. Obdorm. s. Maximi Patr. Alex.
15. Comm. s. Agapii ex 72 discipulis. — Martyr. Alexandrae uxoris Diocletiani.

[1]) Acta videbit, qui volet, apud Assemani l. c.

16. Martyr. s. Antipae, discipuli s. Joannis Ev.
17. Martyr. s. Jacobi filii Zebedaei.
18. Martyr. s. Eusebii servi Susennii.
19. Martyr. Simeonis Armeni Persarum ep. cum 150 sociis. — Martyr. s. Sabinae Romanae virginis.
20. Martyr. Paphnutii Tentyrensis.
21. Obdorm. Hierothei Atheniensis, discipuli s. Pauli ep.
22. Obdorm. s. Alexandri Patr. Alex.
23. Martyr. s. Georgii magni.
24. Martyr. s. Cinnae consocii s. Isidori, cujus commemoratio est 18. Phamenoth. — Martyr. Flaviae Domitillae virginis Romanae.
25. Martyr. Sarae antiochenae cum duobus ejus filiis. — Comm. s. Paphnutii eremitae et s. Theodori et 100 martyrum in Perside. — Martyr. s. Stephaniae.
26. Martyr. s. Hermae. — Item Susennii sub Diocletiano.
27. Martyr. s. Victoris Romani.
28. Obdorm. s. Aristionis ex 72 discipulis.
29. Obdorm. Acacii ep. Hierosolymitani.
30. Martyr. s. Marci Evangelistae, primi sedis alexandrinae Patriarchae.

Pašons. Majus.

1. Martyr. ss. Nerei et Achillei.
2. Obdorm. Theodori, discip. s. Pachomii. — Obdorm. justi Job.
3. Obdorm. Jasonis ex 72discipulis. — Martyr. Catholicae turbae in Ecclesia s. Theonae sub Arianis.
4. Martyr. s. Potamonis sacerdotis in Thebaide sub Diocletiano. — Comm. abbatis Pesei.
5. Obdorm. Jeremiae proph. in urbe Taneos. — Comm. Jacobi Ap. filii Zebedaei.
6. Obdorm. s. Macarii presbyteri Alexandrini. — Martyr. Isaaci Difrensis.
7. Obdorm. s. Athanasii apostolici Patr. Alex.
8. Martyr. Joannis in provincia Atrib. — Item 885 fidelium in urbe Thmui sub Diocletiano.

9. Obdorm. s. Helenae matris Constantini imperatoris.
10. Comm. trium puerorum Ananiae, Azariae et Misaelis. — Martyr. s. Basiliae virginis sub Galliano. — Item s. Plautillae discipulae Petri Apostoli.
11. Martyr. s. Theocliae uxoris Justi. — Item Pancratii et Dionysii Romanorum sub Diocletiano.
12. Obdorm. s. Joannis Chrysostomi.
13. Obdorm. s. Arsenii abbatis.
14. Obdorm. s. Pachomii patris communitatis spiritualis.
15. Martyr. s. Simeonis Zelotae, dicti Nathanaelis. — Comm. 400 martyrum Tentyrensium sub Diocletiano.
16. Martyr. s. Potamionis ep. confessoris fidei. — Comm. praedicationis Joannis Evangelistae in urbibus Asiae. — Comm. Sirach Ecclesiastici.
17. Obdorm. s. Epiphanii ep. Cypri.
18. Martyr. s. Pudentis senatoris et Pudentianae virginis.
19. Martyr. s. Isidori antiocheni sub Diocletiano.
20. Obdorm. s. Ammonii eremitae. — In Aethiopia comm. s. Calebi regis, aliter dicti Elesbaae, vindicis s. Arethae et Nagranensium martyrum.
21. Comm. s. Martyriani. — Martyr. s. Pamphili presbyteri Caesariensis.
22. Obdorm. s. Andronici ex 72 discipulis.
23. Martyr. s. Juliani et ejus matris Alexandriae.
24. Adventus in Aegyptum et Commem. ss. Familiae. — Obdorm. Habacuc proph.
25. Comm. Salome, quae fuit socia Virginis Deiparae, dum morabatur in Aegypto. — Martyr. Coluthi in urbe Latopoli.
26. Martyr. s. Thomae Apostoli.
27. Secunda Lazari obdormitio.
28. Translatio s. Epiphanii ad Cypri insulam. — Comm. s. Agathae virginis.
29. Obdorm. s. Simeonis stylitae.
30. Obdorm. Phori [1]) ex 72 discipulis.

---

[1]) Al. Carpi.

Paoni. Junius.

1. Obdorm. s. Crispi ex 72 discipulis.
2. Martyr. s. Hilarii. — Inventio Joannis Baptistae et Elisaei proph.
3. Obdorm. Marthae poenitentis aegyptiacae.
4. Martyr. Ammonii et Sophiae.
5. Obdorm. s. Jacobi confessoris fidei sub Constantio.
6. Martyr. s. Theodori monachi alexandrini sub Arianis.
7. Martyr. Ischyrionis militis sub Diocletiano.
8. Comm. s. Euphemiae. — Comm. dedicationis Ecclesiae virginis Heliopolitanae et fontis miraculosi [1]).
9. Martyr. Luciani et sociorum sub Aureliano. — Comm. Samuelis proph.
10. Comm. libertatis per Constantinum orbi universo concessae. — Comm. Sophiae et filiarum ejus Trium.
11. Martyr. s. Claudii principis sub Diocletiano. — Dedicatio Ecclesiae Salvatoris Alexandriae.
12. Comm. s. Michaelis archangeli. — Comm. s. Justi Patr. Alex.
13. Martyr. s. Luciae virginis Romanae. — Martyr. Hippocratis, Joannis, Ptolomaei et Philippi.
14. Martyr. s. Potamioenae et sociorum ejus sub Severo.
15. Dedicatio Ecclesiae s. Mennae in Mareotide.
16. Obdorm. s. Onuphrii anachoretae.
17. Comm. Susannae virginis Romanae martyris sub Diocletiano.
18. Martyr. s. Irenaei ep. Lugdunensis.
19. Martyr. Gallicani viri consularis sub Juliano. — Martyr. Pesei, Anub et sociorum sub Ariano praefecto Latopoleos.
20. Martyr. s. Basilidis Alexandrini.

[1]) Synaxarium *Dedicationem ecclesiae Deiparae Virginis in Mataraea, extra moenia Cahirae,* enuntiat, ubi fons aquae dulcis, quem eadem Deipara cum filio et sponso ex Aegypto in Judaeam reversura divinitus elicuisse perhibetur.

21. Obdorm. s. Cerdonis Patr. Alex. — Dedicatio Ecclesiae Virginis Deiparae in urbe Atrib.
22. Obdorm. ss. Cosmae et Damiani cum matre et fratribus.
23. Obdorm. abba Nub presbyteri, confessoris fidei sub Diocletiano.
24. Obdorm. Moysis aethiopis et septem fratrum ejus.
25. Martyr. s. Judae ex 72 discipulis.
26. Comm. Proclae uxoris Pilati [1]). — Comm. Josue et stationis solis. — Comm. dedicationis Ecclesiae s. Gabrielis archangeli.
27. Obdorm. Ananiae episcopi Damasci, qui Paulum baptizavit.
28. Obdorm. s. Pantaeni doctoris scholae alexandrinae.
29. Martyr. abba Hori, Pesei et eorumdem matris Theodorae.
30. Nativitas Joannis Baptistae.

Epip. Julius.

1. Martyr. s. Febroniae et s. Saturninae.
2. Martyr. Thaddaei Apost.
3. Obdorm. Cyrilli patr. Alex.
4. Obdorm. s. Coelestini ep. Romani. — Comm. Sophoniae proph.
5. Martyr. Petri et Pauli, principum Apostolorum.
6. Martyr. Elymae Pauli ex 72 discipulis. — Item s. Theodosiae.
7. Martyr. s. Lini ep. Romani, successoris principis Apostolorum.
8. Obdorm. s. Pesei. — Martyr. Abiromi et Atomi fratrum. — Obdorm. Cyri monachi, fratris Theodosii imperatoris. — Martyr. Pimin.

[1]) In sacris suis fastis Aethiopes maritum et uxorem simul commemorant; *Pilatum* quidem, quod laverit manus in signum innocentiae Christi, *Proclam* vero, quod dehortata fuerit maritum. Graeci *s. Proclam, conjugem Pilati*, in Menaeis honorant d. 27. Octob. Latini eam ignorant. Vid. Ludolf. ad h. d.

9. Martyr. Simeonis Cleophae ep. Hierosolymitani. — Obdorm. Claudiani patr. alex.
10. Martyr. s. Theodori ep. Pentapoleos sub Diocletiano. — Item. s. Theodori ep. Corinthi et sociorum.
11. Martyr. Joannis et Simeonis Alexandriae.
12. Martyr. s. Hori Latopolitani. — Comm. Isaiae monachi.
13. Martyr. s. Apamonis.
14. Obdorm. s. Ephraëmi Syri. — Martyr. Procopii.
15. Martyr. Cyri infantis et Julittae matris ejus.
16. Obdorm. s. Joannis Romani (Calybitae).
17. Martyr. s. Euphemiae sub Diocletiano.
18. Martyr. s. Jacobi ep. Hierosolymitani.
19. Comm. martyrum Latopoleos.
20. Festum s. Theodori principis.
21. Obdorm. Susennii servi Theodosii.
22. Martyr. s. Macarii, filii Basilidis principis, sub Diocletiano.
23. Obdorm. Longini centurionis. — Martyr. s. Marinae Virginis.
24. Martyr. abba Nub. — Comm. martyrum Atribensium.
25. Obdorm. Teclae apostolicae. — Martyr. Isaaci, Epimachi, Hilariae, Teclae et Mogiae. — Dedicatio ecclesiae s. Mercurii.
26. Obdorm. s. Josephi sponsi Mariae Virginis.
27. Obdorm. Timothei, fratris Petri secundi, patr. Alex. — Martyr. Apamonis in Mareotide.
28. Obdorm. Mariae Magdalenae. — Translatio Thaddaei Ap.
29. Martyr. Ammonii et Theophili. — Item Versenuphii et sociorum.
30. Martyr. s. Susannae virginis Romanae sub Diocletiano.

Mesori. Augustus.

1. Obdorm. s. Annae matris Deiparae Virginis. — Comm. Josephi Arimathiae et Nicodemi. — Martyr. Apollinis principis, filii Justi.
2. Martyr. s. Athanasiae viduae et Praxeae virginis.
3. Obdorm. Simeonis Stylitae junioris.

4. Obdorm. Ezechiae proph. — Martyr. Juliae consociae Praxeae.
5. Obdorm. Joannis praefecti militum, confessoris fidei sub Juliano.
6. Martyr. s. Zenonis militis Alexandriae. — Comm. Mariae Magdalenae.
7. Primatus s. Petri Apostoli. — Comm. summi sacerdotii Aaronis.
8. Martyr. Macchabaeorum.
9. Martyr. s. Vari militis sub Maximiano.
10. Comm. Mercurii ascetae.
11. Martyr. Ptolemaei e Menuf superiori.
12. Regnum imp. Constantini [1]. — Martyr. s. Christinae virg.
13. Transfiguratio Domini.
14. Comm. miraculi, ob quod magna Judaeorum turba Alexandriae in Christum credidit [2]. — Martyr. s. Basilici.
15. Obdorm. s. Marinae virginis ac monialis.
16. Assumptio B. Virginis.
17. Martyr. Jacobi cum sociis Joanne et Abrahamo.
18. Obdorm. s. Alexandri ep. CPolitani.
19. Translatio s. Macarii abbatis. — Martyr. s. Adriani et Anatoliae.
20. Septem pueri dormientes.
21. Obdorm. Irenes filiae principis Luciani.
22. Martyr. Damiani Antiocheni. — Obdorm. Micheae proph.
23. Comm. Augustini ep. Hipponensis. — Comm. Martyrum fidei catholicae Alexandriae sub Arianis.
24. Obdorm. s. Thomae ep. Marhesi, confessoris fidei sub Diocletiano [3].

---

[1]) Est proprie *Commemoratio initi a Constantino imperii post devictum Maxentium tyrannum.* In synaxario Constantinus Magnus dicitur anno imperii sui undecimo a s. Silvestro Papa Romae baptizatus.

[2]) In synaxario *ingens hoc miraculum* accidisse refertur sub Theophilo patriarcha Alexandriae, avunculo s. Cyrilli, quum scilicet crux lignea ab apostata quodam in synagoga Judaeorum arundine percussa sanguinem et aquam effudit.

[3]) Apud Mai, tom. cit., p. 120, dicitur episcopus *Germaniciae, unus ex Patribus s. concilii Nicaeni.*

25. Obdorm. s. Bessarionis discipuli Antonii Magni.
26. Martyr. s. Moysis et Sarae sororis ejus. — Comm. Agapii militis martyris et Teclae monialis sub impio Juliano.
27. Martyr. ss. Panamonis et Eudoxiae sororis ejus.
28. Comm. Patrum nostrorum Abraham, Isaac et Jacob.
29. Martyr. s. Athanasii ep. Tarsi. — Translatio Joannis parvi.
30. Obdorm. Malachiae proph.

Epagomene. Mensis parvus.

1. Martyr. Eutychii discipuli Apostolorum. — Carceratio Joannis Baptistae. — Martyr. Pesei, fratris Hori.
2. Obdorm. s. Titi discipuli Pauli Ap.
3. Comm. Raphaelis archangeli, sanatoris morborum. — Comm. Serapionis.
4. Comm. Liberii ep. Romani. — Comm. septem fratrum habitantium in una spelunca.
5. Obdorm. s. Pimin anachoretae. — Obdorm. Amos proph.

Festa mobilia

in Paschalio signari solita.

Sabbatum Lazari, ante Dom. Palmarum.
Dominica Palmarum.
Feria V. in Coena Dom., Novum Testamentum.
Dominica Resurrectionis.
Feria II. — Dies secundus Resurrectionis.
Feria III. — Dies tertius Resurrectionis.
Sabbatum. — Dies septimus Resurrectionis[1]).
Dominica s. Thomae Apostoli.
Feria V. — Dies 40. Resurrectionis. Ascensio D. N. J. Ch.
Dominica Pentecostes. In secundis Vesperis agitur Commemoratio defunctorum.
Feria II. post Pent. — Initium jejunii Apost. in superiori Aegypto.
Feria V. Corporis Christi.

[1]) Apud Coptos festa carent Octava. Ejus loco dies septimus festi celebratur.

APPENDICES.

Appendix ad t. 1. pp. 35—36.

Catalogus festorum

a novissima synodo provinc. Ruthenorum[1]) constitutus (tit. 4, c. 6).

1. Notitia synodi ex literis Leonis PP. XIII.

datis ad RR. DD. Silvestrum Sembratowicz, archiepiscopum Leopolien.- Julianum Pelesz, episcopum Premislien. — Julianum Kuilowski, episcopum Stanislaopolitan. Ruthenorum.

Leo PP. XIII.

Venerabiles Fratres,

Satis verbis exprimere non possumus singularem qua perfusi sumus laetitiam, postquam accepimus, Vos, Venerabiles Fratres, ad fidei catholicae incrementum, ad solidiorem reddendam adhaesionem Romanae Ecclesiae, extra quam non est salus, Provincialem Synodum Leopoliensem primam, Legato Nostro Praesidente, feliciter absolvisse.

Ex illa enim perspeximus, Vos incubuisse sollerti studio, ut opportuna remedia constitueretis, quibus errores temporum calamitate hominumque fraude invecti removeantur, sacerdotes Vestrae curae commissi vitae sanctitatem praeseferant, alumni in sortem Domini vocati optime instituantur in Seminariis ad munia sacri ordinis propria rite gerenda, Liturgiae atque Disciplinae stent certae et securae leges, debita sacrorum antistitibus obedientia

---

[1]) Acta et Decreta synodi provincialis Ruthenorum Galiciae, habitae Leopoli an. 1891. — Romae ex typographia polyglotta S. C. de Propaganda fide. 1896.

firmetur, consistat inter fratres caritas et concordia, populus catholicae professionis et pietatis officiis fideliter inhaereat.

Quapropter post actas Coelesti Pastorum Principi gratias, qui Vobis suo praesidio adfuit, ut communi bono gregis vestri consuleretis, Pontificii nostri muneris esse ducimus, Vobis effusam meritamque tribuere laudem pro iis quae religioso studio gessistis, et vehementer hortamur, ut in sancto proposito firmiter perseverantes Dei et Ecclesiae causae strenue adlaboretis.

Id porro spectantes merita vestra apud Deum augebitis, et totius Nationis Ruthenae, Nobis commendatissimae, veram prosperitatem promovebitis.

Largitorem bonorum omnium Deum O. M. ex corde adprecamur, ut votis a Vobis expressis benigne annuat et imploratam Apostolicam Benedictionem Vobis, Ven. Fratres, et universo populo Rutheno peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 20 Maii Anno 1895, Pontificatus Nostri anno XVIII [1]).

2. Catalogus festorum.

I. Festa immobilia.

Septembri	die	8.	Nativitas B. V. Mariae.
„	„	14.	Exaltatio s. Crucis.
„	„	26.	Metastasis s. Joannis Evangelistae (transfer. in Dominicam).
Octobri	die	1.	Protectio B. V. M. (transfer. in Dom.)
„	„	26.	Festum s. Demetrii martyris.
„	„	31.	Festum s. Josaphati martyris (transfer. in Dom.).
Novembri	die	8.	Festum s. Michaelis Archangeli.
„	„	21.	Praesentatio B. V. M.
Decembri	die	6.	Festum s. Nicolai.
„	„	9.	Immaculata Conceptio B. V. M.
„	„	25.	Nativitas D. N. J. Ch.
„	„	26.	Festum Synaxis B. M. V. et Josephi.
„	„	27.	Festum s. Stephani Protomart.
Januario	die	1.	Circumcisio et s. Basilii M.
„	„	6.	Theophania.
„	„	30.	Festum ss. Basilii, Gregorii et Joannis Chrysost.

[1]) Edit. cit. pp. XLIX.

Februario	die	2.	Hypapante.
Martio	die	25.	Annuntiatio B. V. M.
Aprili	die	23.	Festum s. Georgii mart. (transfer. in Dom.)
Majo	die	8.	Festum s. Joannis Apost. et Evang. (transf. in Dom.).
Junio	die	24.	Nativitas s. Joannis Bapt.
,,	,,	29.	Festum ss. Apostolorum Petri et Pauli.
Julio	die	20.	Festum s. Heliae prophetae (transfer. in Dom.).
Augusto	die	6.	Transfiguratio Domini.
,,	,,	15.	Obdormitio B. V. M.
,,	,,	29.	Decollatio s. Joannis Bapt. (transfer. in Dom.).

II. Festa mobilia.

1. Dominica Palmarum.
2. Dies Parasceve.
3. Pascha Domini per triduum.
4. Dominica s. Thomae.
5. Ascensio Christi Domini.
6. Pentecoste.
7. Festum SS. Trinitatis.
8. Festum Corporis Christi (transf. in Dominicam).

Praeter dies festos de praecepto, quos supra memoravimus, celebrandos semper cum „Vigilia nocturna“, remanet adhuc dies festus ecclesiae titularis, sive mobilis, sive immobilis, qui non solum celebrari debet cum „Vigilia nocturna“ vel eodem die, vel, ubi ita fieri solet, die dominico proximo, verum etiam cum Missa et Officio „de Requie“ die proxime sequenti, secundum piam et universalem consuetudinem nostrarum ecclesiarum [1]).

---

[1]) Edit. cit. pp. 62—63.

Appendix ad t. 2, pp. 467—468.

De festo corporis Christi.

(ex eadem syn. tit. 4, c. 4).

Licet memoria institutionis ejusdem quotannis feria V. in Coena Domini, imo quolibet die in sacrificio Missae recolatur, tamen propter tanti mysterii magnitudinem jam Urbanus PP. IV, saec. XIII. [1]) illud ab universa Ecclesia anniversaria solemnitate sub ratione festi Dominici primi Ordinis cum octava recolendum instituit, scilicet feria V. post Dominicam primam Pentecosten, quae nostrae Dominicae SS. Omnium respondet. Quod deinceps pariter Oecum. Synodus Tridentina laudat dicens: „Pie et religiose admodum in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam et festo die praecelsum hoc et venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, utque in processionibus reverenter et honorifice illud per vias et loca publica circumferretur" [2]). Quapropter huic summae auctoritati ecclesiasticae obsecundantes non solum universae Occidentis, verum etiam omnes ferme Ecclesiae Orientis cum Ecclesia catholica unitae istum diem festum solemniter celebrant; imprimis Ecclesia nostra Ruthena jam inde ab Unione, et quidem officio speciali disposito per totam octavam; similiter hunc diem festum solemniter celebrari reperimus etiam apud Graeco-Italos, Graeco-Melchitas, Armenos, Maronitas, Syros, Chaldaeos et Coptos [3]). Porro quamvis proprie loquendo hic dies festus celebrandus sit feria V., nempe quo die fuerat a Christo Domino instituta SS. Eucharistia, tamen propter translationem dierum festorum de feria ad Dominicam sequentem apud nos fieri solitam, etiam hoc festum ad Dominicam transfertur; quo tamen in casu, scilicet ista Dominica, totum officium et quidem solum celebretur, prouti primo die in Triodio indicatur, cum Vigilia nocturna; reliquis autem diebus servato systemate officii praescripti in rubricis generalibus

---

[1]) 11. Aug. 1264: *Transiturus.* — (V. supra pp. 468—474.)

[2]) Sess. XIII, c. V. *De Euch.*

[3]) Collect. Lacens. passim. — (V. supra p. 468.)

festorum „infra octavam". Ipso etiam die Dominico fiat de more processio cum SSmo. post orationem retro pulpitum recitatam, scilicet de Ecclesia ad quatuor altaria erecta extra Ecclesiam per spatia aeque inter se distantia. Ubi autem hoc impossibile factu fuerit, tunc satis erit processionem quidem ab altari Ecclesiae incipere, et uno circuitu Ecclesiae cum SSmo. peracto, functionem sacram cum benedictione SSmi. in Ecclesia super eodem altari concludere. Quoad quatuor Evangelia, quorum unumquodque super uno ex quatuor altaribus ex more hic in Septentrione adhibito cani solet, disposuit synodus, ut illa seligantur, quae de Ven. Sacramento tractant, ad praescripta ritualis quoad hunc diem festum [1]).

Appendix ad t. 1, pp. 230—231 et t. 2, pp. 456—457.

De observatione jejunii.

(ex eadem synodo tit. 11).

Jejuniorum omnium in Ecclesia nostra praescriptorum accuratam observantiam synodus quidem fidelibus commendat, pluriumqne ex eis tenacem hanc observantiam laudat; injungit quoque animarum pastoribus, ut eorundem praestantiam utilitatemque populo in concionibus saepe diserte explicent; quin immo ipsi exemplo suo observantiam hanc promoveant, ut tali modo propius quantum fieri possit ad praeclarissima majorum nostrorum exempla et primorum Christianorum fervorem accedere valeant. Nihilominus tamen quoniam postremis hisce temporibus fervor plurium Christianorum refriguit, atque corporis valetudo paulatim debilitari videtur, ita ut jejunia ecclesiastica multoties pessumdentur, ideo ne peccata populi multiplicentur propter hujusmodi transgressionem, synodus obtenta a S. Sede facultate judicat in Domino remittere nonnihil de rigore pristino jejunii, et quidem juxta sequentem normam;

[1]) Edit. cit., pp. 49—54.

a) In Quadragesima tum ante Pascha, tum ante Domini Nativitatem necnon ante diem festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, et ante diem festum Dormitionis B. V. Mariae servandum erit jejunium qualibet feria 2, 4 et 6, quibus lacticinia permittuntur; reliquis quatuor hebdomadae diebus dispensatur quoad esum carnium, ita tamen, ut quatuor istis diebus compensent jejunium, clerici quidem per recitationem psalmi 50, reliqui vero per recitationem 5 *Pater* et *Ave*, et hoc tum ante prandium, tum ante coenam.

b) Supra exposita norma de lacticiniorum permissione valeat etiam quoad cetera anni jejunia.

c) Excipi tamen ab hac generali lege debet integra prima hebdomada Quadragesimae, scilicet sex dies a feria 2 usque ad Sabbatum inclusive, atque etiam hebdomada Sancta a feria secunda usque ad Sabbatum ante Dominicam Resurrectionis, quibus omnino prohibetur esus carnium, permittitur tamen lacticiniorum usus diebus Martis, Jovis, et Sabbati, reliquis tribus diebus adhibeantur omnino cibi esuriales, i. e., absque lacticiniis.

d) In hebdomada lacticiniorum dicta casea ita servetur jejunium, ut lacticinia adhibeantur feria 2, 4 et 6, reliquis quatuor diebus indulgetur vesci carnibus post recitationem precum, quas supra indicavimus.

Si quis autem non obstante hac remissione rigoris jejunii, propter aliquam rationabilem causam indigeat ulteriori dispensatione, expositis rationibus tenetur eamdem petere a proprio Ordinario.

Temperata tali modo jejuniorum lege sperat synodus, fideles eorumdem observationi studere non omissuros, praesertim autem animarum pastores operam daturos, ne illa ob aliquam circumstantiam, quae omissionem eorumdem suadere videatur, violentur; ne forte fideles scandalum patiantur, praesertim si ad violationem jejuniorum addantur etiam choreae.

Denique pastores animarum instruant fideles sibi commissos de modo servandi jejunium, ne scilicet ad ciborum abstinentiam limitentur et vitiorum habenas non coarctent: insistant insuper operum salutarium multiplicationi, maxime caritatis, prouti sunt eleemosynae et alia pietatis opera, do-

cente S. Basilio M.: „Jejunii utilitas sola ciborum abstinentia haud metienda est, verum enim jejunium est, ab omnibus vitiis esse alienum; solve vinculum omne iniquitatis, condona injuriam proximo, ac debitum dimitte. Noli ad lites et contentiones jejunare. Carnes non edis, at interim devoras fratrem tuum. Vino abstines, at interim ab iniuriis tibi non temperas. Vae! his, qui ebrii sunt non a vino; ira mentis est temulentia, eam a prudentia non minus excutiens, quam vinum“ [1]).

Appendix ad t. 2, pp. 225—226.

De consecratione ss. Eucharistiae.

(ex eadem synodo tit. 2, c. 3.)

1. Retinentes ea, quae circa materiam et formam hujus Sacramenti scitu et factu necessaria praescripta fuerunt in synodo Zamosc., illud praesertim rursus inculcandum censemus, ut omnes sacerdotes teneant firmiterque credant verba consecratoria hujus Sacramenti non esse alia, quam ipsa et sola verba dominica: „Hoc est corpus meum“ et „Hic est sanguis meus...“ non autem verba invocatoria Spiritus S., quemadmodum in pluribus catechismis et subinde etiam in notis missalium schismaticorum recentioribus contra antiquam Ecclesiae graecae fidem ab imperitis quibusdam affirmari comperimus. De hac veritate sic inter alios docet S. Joan. Chrysostomus: „Adest et nunc Christus mensam exornans: neque enim homo est is, qui facit, ut proposita Corpus et Sanguis Christi efficiantur. Figuram tantum implens stat sacerdos, et supplicationem offert: gratia autem et virtus Dei est, quae omnia efficit. Hoc est corpus meum [2]), inquit. Hoc verbum proposita transformat. Et quemadmodum vox illa: crescite et

[1]) Edit. cit. pp. 163—164.
[2]) Matth. XXVI, 26.

multiplicamini et replete terram [1]) verbum erat, et factum est opus, quod humanae naturae ad liberorum procreationem vim inderet: sic et haec vox prolata semper gratia auget eos, qui digne participant" [2]). Et iterum: „Sicut enim verba, quae Christus locutus est, eadem sunt, quae sacerdos nunc dicit, sic et oblatio ea ipsa est" [3]). S. Irenaeus: „quando ergo et mixtus calix et fractus panis percipit verbum Dei, fit Eucharistia Corporis et Sanguinis Christi" [4]). S. Gregorius Nyss.: „Statim per verbum in Corpus mutatur, ut dictum est a verbo: Hoc est Corpus meum" [5]). Denique hanc veram doctrinam Ecclesia universa in Concilio Florentino solemniter professa est. Instat etiam Synodus, ne sacerdotes in proferendis verbis consecrationis ullo modo discrepent a recepta forma singulorum verborum, quibus eadem consecratio in Missalibus nostris praesentibus exprimitur, quod ideo hic monendum necessarium duximus, quia constat nobis, aliquem sacerdotem hac in re a communi praxi discessisse [6]).

---

[1]) Gen. I, 28.

[2]) Hom. in S. et magna feria V de prod. Judae. In originali praeter alia haec leguntur: *Πάρεστιν ὁ Χριστός, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὴν τράπεζαν διακοσμήσας ἐκείνην, οὗτος καὶ ταύτην διακοσμεῖ νῦν. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός. Σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεύς, τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα· ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἐστι. Τοῦτό μου ἐστι τὸ σῶμα, φησί. Τοῦτο τὸ ῥῆμα μεταῤῥυθμίζει τὰ προκείμενα . . . Ἡ φωνὴ αὕτη ἅπαξ λεχθεῖσα καθ' ἑκάστην τράπεζαν ἐν ἐκκλησίαις ἐξ ἐκείνου μέχρι σήμερον καὶ μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας τὴν θυσίαν ἀπηρτισμένην ἐργάζεται.* Apud Migne, Patr. gr. t. 49, p. 380.

[3]) Hom. II in II ad Cor.

[4]) Lib. V, cap. 2. adv. haer.

[5]) Orat. Cat. c. 37. In archetypo habetur: *καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου μεταποιεῖσθαι πιστεύομαι . . . . ἄρτος εὐθὺς πρὸς τὸ σῶμα τοῦ λόγου μεταποιούμενος, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τοῦ λόγου, ὅτι Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.* Apud Migne, Patr. gr. t. 45, pp. 96—97.

[6]) Edit. cit. pp. 21—22.

Appendix ad t. 1, p. 366 et t. 2, p. 719.

De commemoratione fugae in Aegyptum,

ex epistola Rmi. Agapii Bšai, episcopi Coptorum.

Quae apud Graecos a majoribus instituta die 26. Decembris servatur *σύναξις τῆς θεοτόκου φευγούσης εἰς Αἴγυπτον*, ea recentiori aetate etiam pluribus Kalendariis particularibus Latinorum, plerumque ad d. 17. Februarii, inserta legitur sub titulo *Commemorationis fugae B. M. V. in Aegyptum* [1]), eodemque die praeclarum Officium nacta est in Append. Breviar. rom.

Perantiqua festivitas in Menaeis inscribitur *περὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγῆς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου* habetque proprium synaxarium cum stichis:

Ἥκοντα πρός σε, τὸν πάλαι πλήξαντά σε,
Αἴγυπτε, φρίττε, καὶ θεὸν τοῦτον φρόνει.
Ad te venientem, qui te plexit antea,
Aegypte, metuas, atque credas hunc Deum.

Licet ejus festi rationes undique jam essent a multis egregiis scriptoribus diligenter illustratae, arbitrabar tamen, exercitationes academicas majori utilitatis et delectationis fructu institui posse, si etiam fontes aegyptiaci arcesserentur. Ea de causa episcopum Bšai, benevolentissimi rerum copticarum doctoris officio nunquam non functum, rogavi, ut aliquas notitias de fuga sacrae familiae in Aegyptum ex libris liturgicis atque ex antiqua traditione ecclesiae copticae mecum communicare non dedignaretur. Precibus, more suo, amicissime satisfacturus, Rmus. praesul me epistola beavit, cujus verba ipsa subscribam.

Non è mancanza di volontà, il non avere finora soddisfatto al Suo pio desiderio; ch' anzi con piacere avrei subito risposto, non solo per contentarla, ma ancora per l' interesse, che Ella prende. Ma gli affari e le vicissitudini dei tempi non dipendono da noi! Mi scusi adunque del non voluto ritardo, e tenga per certo, che trovai molto gradita questa sua chiesta . . . Ecco adunque le desiderate notizie.

1. La tradizione costante c' insegna, ch' in Cairo vecchio, l' antica Memfi, dimorò Nostro Signore colla Sua Santissima madre e s. Giuseppe, cioè nella grotta sotterranea della chiesa antica detta dei Martiri. Questa chiesa dei Martiri è in mano dei Copti dissidenti; ma è libero ad ognuno di visitarla, ed i Copti cattolici annualmente ai 24 Pascions celebrano nella predetta grotta una messa: così che non si può negare questa costante tradizione.

[1]) Videatur Holweck, *Fasti Mariani*, pp. 28 et 358.

2. Nel *Δεῖπναρ*, ai 6 di Hator, vè questo passo; „Nel monte di Koskam, ove allogiò [1]) per tre anni e mezzo (fuggendo) dall' aspetto del pessimo Erode". Ora, si domanda, ove è questo monte? è vicino ora a Memfi, ovvero un altro? V' è un villagio nel Faium (Crocodilopolis), che finora chiamasi Koskam [2]).

3. In oltre, ai 28 di Tout, nella vita dei due ss. Martiri *Apa Ter ed Ire* sua sorella (Cod. Vat. Copt. N. 63), s'ha, che Cristo Nostro Signore ancora fanciullo fuggendo colla sua madre e s. Giuseppe „abitava Pšinila, villaggio (vicus) prossimo alla città di Semun." — Ora vi sono due Semun, una nell Egitto medio, detta dai Greci „Hermopolis magna", ed è probabile, che questa sia pure vicina a Koskam, nella Prefettura che chiamasi Faium. (qui il Faium è provincia, nella quale è la citta Faium, Crocodilopolis, di cui sopra); e l' altra Semun è nell' Egitto inferiore, detta dai Greci „Mendes". — Sarà opera dei dotti, di combinare questi testi.

4. Le sia ancora noto, che è pure tradizione, esservi un *albero* detto *della Madonna*, che trovasi non molto lontano dal villaggio ora detto Mattarie, che è l' antico Heliopolis ovvero *ων* della Sacra Scrittura. Dice adunque la tradizione, che passando da colà, bevettero dell' acqua da un fonte che quivi sta, e riposarono sotto quel albero, il quale ha la maravigliosa sua storia, che è in vario modo raccontata dagli antiquarî. Comunque sia, vien narrata la cosa da Copti e dagli stessi Musulmanni. Questa Heliopolis ovvero *ων* dista da Memfi un ora e mezza.

Gradisca adunque questa mia piccola offerta di questi pocchi cenni trovati, per valersene nell' opportunità etc.

Roma, 12. Paopi 1598 die Martiri.

† A. Bšai, V. Copt.

[1]) Il verbo copt. *dšoili*, qui usato, significa peregrinum, advenam esse, in hospitium recipi, habitare.

[2]) Synaxarium ejusdem diei 6. mensis Hator magnam habet cognationem cum historia *divinae consecrationis sacelli B. M. V. Einsiedlensis*, in Helvetia (apud Holweck, *Fasti Mar.*, pp. 145—147); in eo quippe praeter alia haec leguntur: *Convenit Christus Dominus cum discipulis suis in montem Kaskam*, in Aegypto, et puris suis manibus consecravit templum in ecclesiam, quam una cum altari Mariae Virginis genitricis suae nomini nuncupavit. Vasa autem ejusdem altaris manibus Michaelis et Gabrielis archangelorum consecrari voluit: quemadmodum testantur patres Theophilus et Cyrillus, patriarchae Alexandrini. V. Asseman. h. d.

Appendix ad t. 1, pp. XXIV. XXXI. LXXI.

De appellatione ecclesiae orientalis,

ex censura epistolari prioris editionis Kalendarii facta a Rmo. D. Clem. David, archiepiscopo Damascen.-Syrorum, ex an. 1884.

J'ai le plaisir de vous dire, que j'ai lu et presque dévoré les deux volumes de votre précieux Kalendarium tout d'une haleine. Je ne puis vous exprimer le plaisir, l'admiration et le profit que cette lecture m'a causés. C'est un vrai trésor d'érudition de tout genre, de vaste linguistique, de science sacrée dans toutes ses branches... Et si votre mérite n'était pas supérieur à toute félicitation, les meilleures et les plus méritées vous seraient dûes de ma part...

Je me permets pourtant de vous faire observer, que l'usage que vous avez tenu conformément à l'opinion presque commune, de désigner le rit grec par la simple dénomination de *rite oriental*, cet usage, dis-je, n'est pas rigoureusement conforme à la verité. La vraie et exacte dénomination du rite grec actuel est celle de *rite Constantinopolitain*. En d'autres mots: le rite grec, tel que nous l'avons actuellement, soit dans la langue grecque, soit en slave, en roumain, en arabe, ne représente pas le simple rite oriental, puisqu'il n'est qu'un des rites orientaux...

Il[1]) faut donc condamner comme abusive et fausse la dénomination de *rite oriental* donnée d'une manière absolue au rite grec. Car de même que le rite chaldéen, par exemple, qui est sans contestation le plus oriental de tous les rites orientaux, ne peut être appelé le rite de l'Eglise orientale d'une manière absolue, de même et à plus forte raison le rite grec, qui historiquement est le dernier des rites orientaux dans la date de sa réforme, et géographiquement est le moins oriental de ces rites, et dont le lieu de formation est bien éloigné du berceau de l'Eglise chrétienne, ne peut pas être considéré comme le rite oriental par excellence.

C'est un fait digne de remarque, qu'aucun des rites orientaux, y compris le rite grec, ne s'est jamais donné la dénomination absolue de rite oriental, et n'a jamais apposé un pareil titre à ses livres liturgiques. Généralement, les livres liturgiques ne portent dans leur titre que l'indication de la matière qu'ils contiennent, sans mention du rite auquel ils appartiennent. Ainsi l'Euchologe de l'Eglise grecque, par exemple, porte simplement le titre suivant: *Εὐχολόγιον τὸ μέγα*, *Euchologium magnum*, sans la

[1]) Hanc partem epistolae Rmus. auctor ipse postea (1890) publici juris fecit in Actis „Revue des Églises d'Orient", t. 2, pp. 418—420.

mention de rite grec, ni à plus forte raison de rite oriental. De même, le Missel de l'Eglise grecque ne porte que ce simple titre: *Αἱ θεῖαι λειτουργίαι*, *Divinae liturgiae*, sans aucune mention de l'Eglise à laquelle ce livre appartient. L'*Horologion* de la même Eglise présente un titre semblable. Ce n'est que depuis quelques années que les Syriens, les Maronites et les Chaldéens, dans les éditions qu'ils ont faites de leurs livres liturgiques, les ont désignées par le nom du rite auquel ils appartiennent. Il paraît que c'est l'Eglise Romaine qui, la première, a commencé à intituler ses livres liturgiques: *Breviarium Romanum, Missale Romanum*, etc. Il faut le reconnaître, l'usage d'un pareil distinctif est devenu désormais très nécessaire dans les éditions des livres de tous les rites. Le manque de ce distinctif dans les anciens manuscrits des livres liturgiques des Eglises orientales a souvent trompé les savants, qui s'en sont servis (entre autres le célèbre orientaliste français du XVII[e] siècle, Renaudot), et leur a fait commettre bien des erreurs.

Nous savons que de graves auteurs, et même des papes, pour distinguer l'Eglise orientale de l'Eglise occidentale, que l'on appelle l'Eglise latine, lui ont donné le nom d'Eglise grecque. Mais il est clair, que cette dénomination n'est pour ainsi dire qu'*économique*, car la majorité des peuples qui appartiennent au rite grec lui-même, qui est un des cinq ou six rites orientaux, n'emploie pas la langue grecque dans la liturgie, et cela depuis des siècles. Et puis comme on a donné le nom commun de latine à l'Eglise occidentale prise dans son ensemble, il fallait donner un nom commun à l'Eglise orientale prise aussi dans son ensemble; et la dénomination de grecque lui convenait mieux que toute autre: 1° parce que l'Eglise grecque est mieux connue que toute autre Eglise orientale en Europe, où cette dénomination a été adoptée; 2° parce que le rite de Constantinople, qu'on appelle le rite grec, est de beaucoup plus répandu dans le monde que tout autre rite oriental; 3° parce que la langue grecque, dans laquelle ce rite a été composé, a eu la fortune d'être en Orient pendant des siècles la langue de la civilisation et des lumières. Ajoutons à toutes ces raisons la considération, que comme les Pères de l'Eglise ont écrit en Occident dans la langue latine, ceux de l'Orient nous ont légué leurs ouvrages en grec, et le petit nombre des écrivains ecclésiastiques connus en Europe, qui ont écrit en syriaque ou dans une autre langue orientale, est presque nul devant la multitude des écrivains grecs.

Voilà les raisons honorifiques pour lesquelles les Eglises orientales considérées collectivement sont appelées métaphoriquement *grecques*, tandisque si l'on voulait considérer l'ancienneté des temps, et le nombre des rites qui emploient dans la liturgie une même langue, on devrait appeler Syrienne l'Eglise orientale, puisqu'il est historiquement certain, que l'Eglise chrétienne est

née dans la Palestine où la langue dominante était alors le syriaque et que les fondateurs de l'Eglise parlaient cette langue. On sait d'ailleurs qu'aujourd'hui il y a trois rites qui emploient la langue syriaque dans la liturgie: celui des Chaldéens, celui des Maronites, et celui des Syriens proprement dits.

. . . .

Il est vrai, le rite grec conserve beaucoup de choses qui appartiennent au pur rite oriental général, par exemple: l'abstinence du mercredi, la multiplicité des carêmes, certaines fêtes, la disposition des parties de la messe, la communion sous les deux espèces, la permission donnée aux diacres et aux prêtres de rester avec leurs femmes, la prohibition de jeuner tous les samedis de l'année, excepté le samedi saint, la cérémonie du couronnement des nouveaux mariés, la faculté donnée aux prêtres d'administrer le sacrement de confirmation avec le baptême etc. — Mais dans ce pur rite oriental l'église de Constantinople a introduit beaucoup de changements et d'additions, qui rendent le rite grec d'aujourd'hui notablement différent de tous les autres rites du monde, même des églises orientales. Outre les particularités, dont j'ai déjà fait mention [1]), je ne veux dire ici q'un mot sur les cérémonies de la sainte messe.

La liturgie des Grecs a des singularités ajoutées dans la suite des temps, et qui ne se trouvent dans aucune autre liturgie ni orientale ni occidentale. Telles sont, par exemple, la manière de découper le pain eucharistique au commencement de la messe, l'usage de la lance et de l'astérisque, la coutume de mettre sur l'autel une tablette d'étoffe au lieu d'une de pierre ou de bois, le culte liturgique des images comme partie de la messe, le dialogisme entre le prêtre et le diacre, le rôle distingué donné au diacre dans le ministère de la messe, la fonction du diacre accomplie quelquefois par le prêtre, le *zéon* ou l'eau chaude versée dans le calice après la consécration. Ces choses ne se trouvent que dans la liturgie de Constantinople. Aucune autre des liturgies orientales ne connait ces cérémonies: toutes ces liturgies se ressemblent d'une manière admirable, à part quelques changements introduits en quelques-unes d'entre elles dans les temps postérieurs, et ainsi elles laissent la liturgie de Grecs comme étrangère à elles sous le rapport de ces usages particuliers.

La liturgie de Constantinople s'écarte dans certaines choses de toutes les liturgies orientales et même des occidentales. Nous avons ici en vue les lectures de l'Ancien Testament à faire avant celles du Nouveau, le lavement des doigts du célébrant à faire après le *Credo*, la paix ou l'embrassement mutuel proclamé par le diacre à toute l'assemblée. Remarquons enfin que la liturgie

[1]) Ea vide supra p. XVI.

de Constantinople ne prescrit à aucun moment de la messe au célébrant de baiser l'autel: ce qui se trouve cependant prescrit par toutes les liturgies tant orientales qu'occidentales.

. . . .

Vous avez très bien exposé l'année ecclésiastique des Arméniens et celle des Coptes. Seuls les Syriens n'ont pas trouvé fortune chez vous. Ce que vous avez écrit pag. 660 et suiv. du second volume appartient réellement à l'Église nestorienne devenue catholique, et qu'on appelle *Chaldéenne;* et votre exposition est assez exacte. Il vous restait donc de parler ex professo des Maronites et des Syriens purs, comme vous avez fait pour les autres nations orientales. Si la présente lettre arrive avant la publication d'une nouvelle édition et que vous voulez y insérer quelque chose concernant ces Églises, je suis prêt à vous rendre le service dont je serai capable.

Agréez etc.

votre très-dévoué serviteur

† Clem. J. David,

Archevêque Syrien de Damas.

Et haec quidem orientalis Praesul quovis meriti dignitatisque splendore ornatissimus, qui me (utinam merentem) gratiis favoribusque suis adeo dignatus est prosequi, ut etiam in laborum societatem admiserit. Eo monitore igitur in nova editione statim ab initio omnes ritus ecclesiae orientalis uno in conspectu posui t. 1, p. LXXI, et in extrema operis parte singulorum festa accuratiori descriptione ex ordine exhibui t. 2, pp. 553—724.

Quemadmodum autem Rmus. Archiepiscopus praeclarissimis suis operibus in Oriente et Occidente vulgatis id semper egit, ut omnes utriusque Ecclesiae ministri in arctius mutuae benevolentiae nexum ad promovendas solidiores disciplinas traherentur: ita et ego qualicunque hac opella, pro sacrae juventutis commodo bonarumque artium provectu suscepta et elucubrata, id jugiter spectavi, ut omnes ecclesiasticorum rituum studiosi, qui eam cum eodem Rmo. Praelato legere sustinuerint, sociatis laboribus et studiis unius omnium matris altricisque Ecclesiae catholicae decus et gloriam strenue augerent, exornarent, illustrarent.

Index generalis

nominum, rerum, locorum in utroque Heortologii tomo occurrentium

Academiis inserviens.

Abbreviationes et sigla. a. = antiquus, a, um; an. = annus, anno; ap. = apostolus; c. = circa; CP. = Constantinopolis; ep. = episcopus; h. = hodie, hodiernum; h. e. = hoc est; i. e. = id est; m. seu M. = martyr; P. seu PP. = pontifex maximus; s. seu S. = sanctus, sancta; v. = vide; v. i. = vide ibi.

Numerus romanus II. tomum secundum, numerus arabicus paginam indicat.

A.

B.

C.

D.

E.

H.

J.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

U.

V. W.

X.

Y.

Ψ.

Z.

„Le second volume nous donnera l'index général, que nous souhaitons bien complet, afin que nous retrouvions facilement les précieuses indications de toutes sortes semées avec abondance dans un ouvrage qui restera pour être toujours consulté.“

Ita Dom. Parisot, O. S. B., in censura tomi I. Utinam Indice proposito clarissimi censoris „voto spes bona non fallatur suo“!

ERRATA-CORRIGE.

Mendorum typographicorum demissa atque humilis excusatio,

ex priori tomo repetita.

Quum propter diuturnum oculorum morbum curam errorum typotheticorum utcunque emendandorum variis officiosis amicis necesse esset committeremus, quumque facilis sit in peregrinis et ignotis nominibus lapsus, nec ulla quandoque operarum oscitantia, caveri omnia menda non potuerunt. Eorum catalogum tamen hic contexere et inutile et lectoribus fastidiosum existimavimus. Parum profecto interest puncti, commatis, apicis vel alicujus literae aut vocabuli mutatio, quae quidem officinatori facile elabuntur, sed intelligenti lectori nullam de sensu haesitationem nullamve moram afferunt. Confidimus autem non adeo peccatum a typotheta nostro fuisse, ut sensus ullibi sit omnino deturbatus aut in contrarium conversus: quamvis, fatendum, ex ejusmodi erroribus hinc inde factum sit, ut minus limpida evaderet oratio, quemadmodum evenit p. 738. lin. 29 [1].

Enixe propterea amicos lectores rogamus, ut afflictioni nostrae benigne compatiantur, et menda, quae legendo deprehenderint, vel ipsi litura corrigant, vel pro comitate sua dissimulando condonent.

[1]) Ibid. l. 29 (l. 9 ab imo) inter voces *benevolentiae* et *nexum* omissa sunt „*foedus sanctioremque stabilis amicitiae*".

Index synopticus

utriusque tomi.

Synopsis tomi I.

Pag.

Synopsis tomi II.

Liber I.

Τριῴδιον.

Caput I.

De festis mobilibus ante Pascha.

Πεντηκοστάριον.

Caput II.

De festis mobilibus post Pascha.

Ὀκτώηχος.

Caput III.

De festis mobilibus post Pentecosten.

Liber II.

Annus ecclesiasticus aliorum rituum orientalium.

Caput I.

Caput II.

Caput III.

Caput IV.

Caput V.

GRATIA  DEO D. N.

BIBLIOPOLA LECTORI.

Dum alterum hoc Kalendarii volumen novae editionis in benevolam doctorum tutelam conferimus, omnibus et singulis officinae nostrae fautoribus, patronis, promotoribus decentes gratias pro nupera operis commendatione agimus, nominatim vero benignis illis censoribus, quos librum expendissime legimus in publicis hisce actis:

Acta S. Sedis, Romae, 1896 (Carinci).
Al-Bachir, fol. arab., Beryti in Syria, 3. Mart. 1896 (Cheihko).
The American Ecclesiastical Review, Septemb. 1896 (Heuser).
Analecta ecclesiastica seu Romana Collectanea, Romae, Januar. 1897 (Carinci).
Analecta Bollandiana, loco superius indicato p. 640.
Archiv für kathol. Kirchenrecht, t. 74 (Vering).
Bessarione, Romae 1896, pp. 44, 473—479.
Byzantinische Zeitschrift, 1896, pp. 621—626 (Weymann).
Le Canoniste contemporain, Parisiis 1896, pp. 246—251 (Boudinhon).
Časopis Katolického duchovenstva, Pragae, 1896, pp. 123—125 (Tumpach).
Civiltà Cattolica, Romae, 1896, 15. Febr. (Brandi).
Deutsche Zeitschrift für Kirchenrecht, Lipsiae, 1896, p. 120 (Friedberg).
Katolička Dalmacija, Jadrae, 11. Maji 1896.
Katolički List, Zagrabiae, 11. Jun. 1896.
Katholische Kirchenzeitung, Salisburgi, 1897, N. 52.
Literarisches Centralblatt, Lipsiae 1896, N. 30 (Nestle).
Literarischer Handweiser, Monasterii, 1895, N. 20 (Bellesheim) et 1896, N. 7—8 (Hülskamp).
Literarische Rundschau, Juni 1897.
Le Mois bibliographique, Solesmi, 1896, pp. 405—406 (Cabrol).
Oesterreichisches Literaturblatt, Viennae, 1897, N. 3 (Rösler).
Ons Hemecht, Luxemburgi, 1897.
Orientalische Bibliographie, Berolini, 1897, p. 16 (Scherman).
Przeglad Powszechny, Cracoviae, Decemb., 1896 (Arndt).
Revue anglo-romaine, Parisiis, 1896, N. 51 (Boudinhon).
Revue critique, Parisiis, August. 1897 (Dohl).
Revue ecclésiastique de Metz, 1897, N. 1.

Revue de l'Orient chrétien, Parisiis, 1895, pp. 195—196; 1896, pp. 27—28; 1897, pp. 44—45 (Cabrol).
Revue de l'Orient chrétien, Supplément trimestriel, 1896, N. 1 (Baron d'Avril).
Revue des sciences ecclésiastiques, Ambiani, Maj. 1896 (Parisot).
Stamboul, Constantinopoli, 26 April. 1896 (Petit).
Theologische Literaturzeitung, Berolini, 1896, N. 13 (Harnack).
Tiroler Stimmen, Innsbruck, 1896, N. 3 (Rösler).
Univers, Parisiis, 23. Aug. 1896 (Hourat).
v. Maltzew-Goeken, Kniga molebnich pěnij: Bitte-, Dank- und Weihe-Gebete d. o. k. Kirche des Morgenlandes, deutsch und slavisch. Berlin, 1897, p. LXXXV.

Selecta quaedam specimina judiciorum in citatis fontibus publice latorum.

Ex Actis CPolitanis „Stamboul".

On parle beaucoup, surtout depuis quelque temps, de l'union des Églises; c'est, suivant l'expression consacrée, une question à l'ordre du jour. Nous ne pouvons, pour notre part, qu'y applaudir de tout coeur, surtout quand nous voyons d'habiles ouvriers travailler de concert à réveiller tous les souvenirs qui rapprochent, à chercher et à faire valoir les plus petites raisons de s'estimer mutuellement, à opérer, en un mot, une réconciliation d'esprit et de coeur entre le monde oriental et le monde latin. C'est qu'on a besoin de passer par l'estime pour arriver à l'amour. Aussi, ce nous est une véritable joie d'annoncer la publication du premier volume de l'ouvrage, dont nous venons de transcrire le titre. Fruit d'un long et patient labeur, né d'une pensée non moins apostolique que scientifique, le *Kalendarium manuale* du R. P. Nilles est bien et demeurera véritablement le *manuel*, ou, si l'on veut, le guide de quiconque désire parcourir, ailleurs que dans de vulgaires almanachs, le cycle liturgique des Églises d'Orient, de l'Église grecque en particulier. Ajoutons tout de suite que ce n'est pas un ouvrage polémique, mais un ouvrage rigoureusement scientifique, dû a la plume d'un l'homme qui était peut-être le mieux préparé à accomplir cette oeuvre.

Lorsque le R. P. Nilles donna, voilà plus de quinze ans, la première édition de son ouvrage, le monde savant lui fit un tel accueil que le Calendrier devint, au bout de deux ou trois ans, à peu près introuvable; c'est déjà en assez dire tout le mérite. Depuis lors, l'auteur a concentré à parfaire son oeuvre les efforts d'une critique perspicace, au service de laquelle il a mis une vaste érudition et, nous l'avons dit, un immense labeur. Le résultat de ces efforts est l'édition nouvelle, *augmentée et corrigée (auctius atque emendatius)*, que nous sommes heureux de signaler à nos lecteurs. Le premier volume, le seul que nous possédions

encore, comprend les fêtes *fixes* de l'année. L'ouvrage débute par une ample introduction: elle contient d'abord une série de lettres et d'appréciations relatives au *Calendrier,* où l'on voit les hommes les plus compétents du monde savant décerner à l'auteur les plus grands éloges, et les plus mérités. Viennent ensuite la préface même du docte écrivain, un extrait de pièces très graves et très intéressantes sur la situation juridique des rites orientaux, l'indication des sources, véritable catalogue des plus importantes publications hagiographiques et liturgiques concernant l'Orient chrétien, une notice sur les livres liturgiques si exacte et si complète qu'elle peut presque dispenser de recourir à la dissertation spéciale de Leone Allaci, enfin une explication des termes techniques, d'un usage fréquent dans la liturgie, qui risqueraient d'arrêter à chaque pas un débutant, dans la lecture des recueils liturgiques: c'est en dire tout le prix, pour la plupart de nos lecteurs.

Abordons maintenant l'oeuvre même, je veux dire le *calendrier* proprement dit. Le texte grec, renfermant la notice de la fête du jour, y est accompagné de notices plus étendues dont la sûreté égale la concision, et de notes dont beaucoup ont pris la proportion de véritables dissertations scientifiques. La comparaison du calendrier grec avec celui des autres rites, avec le martyrologe romain en particulier, n'est jamais négligée; la moindre divergence y est scrupuleusement relevée. Pour rendre cette comparaison plus aisée, l'auteur, passé maitre dans l'art de joindre l'agréable à l'utile, a réuni, en appendices, les plus importants de ces calendriers. Ainsi, à coté des calendriers serbe, bulgare, ruthène, syrien, maronite, on y trouve le calendrier arabe, pour les cinq chrétientés qui se servent de cette langue dans leur liturgie. Le *Martyrologe romain*, et pas un de nos lecteurs ne songera à s'en plaindre, est l'objet d'une étude à part, en trois paragraphes. Enfin l'auteur, écrivant en Autriche, nous donne, en un dernier appendice, comme le bilan géographique des rites orientaux dans sa patrie; il n'a gardé d'oublier l'intéressante question de l'usage du slavon dans les églises de rite latin, et le lecteur trouvera dans ces quelques pages des renseignements qu'il chercherait vainement ailleurs.

C'est une bonne fortune, on le voit, d'avoir à rendre compte d'un pareil ouvrage; il suffit pour cela de le suivre pas à pas, et selon l'expression de Sainte-Beuve, de l'*extraire.* C'est ce que nous avons essayé de faire, à l'intention de nos lecteurs. L'espace ne nous permet pas, à notre grand regret, de faire comprendre, au moyen de quelques exemples, l'importance des notes qui en font le commentaire et la parure; c'est un trésor, où nos lecteurs puiseront à pleines mains des informations les plus précises. Aussi bien les engageons-nous vivement à prendre directement connaissance de cet ouvrage; ils trouveront, nous en sommes sûrs, nos éloges fort audessous du mérite intrinsèque de l'oeuvre.

Ex Actis „Revue Anglo-Romaine“.

En aucun pays peut-être plus qu'en Angleterre, l'étude des anciennes liturgies n'a trouvé en notre siècle de plus chauds partisans; nulle part les vieux textes qui servaient à la prière publique de nos pères n'ont eu des éditions plus belles et plus soignées. Ce souci des monuments vénérables de l'antiquité ecclésiastique, cette étude passionée des rites de la prière officielle aux siècles qui ont précédé de regrettables séparations, sont à coup sûr des gages précieux d'espérance pour l'union tant désirée. Et ceci n'est pas une vaine formule, mais l'expression d'une intime et chère conviction. Combien de retours à l'unité ont eu pour point de départ l'étude de l'antiquité ecclésiastique, et en particulier de la liturgie! D'ailleurs, n'est-ce pas surtout par la liturgie qu'a commencé et que se poursuit cette évolution d'une partie de l'Eglise d'Angleterre désignée sous le nom de *ritualisme?* C'est que rien n'est plus traditionnel que la liturgie; rien, par conséquent, n'est plus véritablement ecclésiastique, puisque l'un des caractères distinctifs de l'Église est de s'appuyer sans cesse sur la tradition.

Ce n'est pas qu'en Angleterre que les études liturgiques produiront ces consolantes espérances de paix et d'union. La connaissance et l'estime des liturgies orientales est une condition essentielle de succès pour l'apostolat auprès des Églises séparées d'Orient; et réciproquement, il est de la plus haute importance que les Orientaux apprennent à nous connaître par notre liturgie; c'est ainsi qu'ils pourront constater, mieux que par tout autre moyen, la conformité de nos dogmes avec leurs croyances, la similitude de nos pratiques rituelles avec les leurs, l'identité substantielle du culte de part et d'autre. C'est ce que met admirablement en lumière Mgr Stadler, archevêque de Sérajévo (Vhrbosna), dans la lettre qu'il a placée en tête de l'excellent ouvrage du P. Nilles. Ce nous est un motif d'en reproduire intégralement la traduction:

„Lettre circulaire de Mgr Joseph Stadler, archevêque d'Vhrbosna, commissaire apostolique, à tout le vénérable clergé établi dans les limites de son commissariat, en date du 2 février 1895.

„Notre Saint-Père le Pape Léon XIII, qui, du haut de la chaire apostolique, est attentif au salut de toutes les nations et ne néglige aucun moyen d'y contribuer, a daigné appeler notre humble personne, bien que sans mérites de notre part, à coopérer à cette grande oeuvre, en nous confiant la charge de commissaire apostolique pour ramener à la paix et à l'union avec l'Église romaine ces peuples qu'il voit avec tristesse séparés du centre de l'unité. „Pour Nous“, disait Léon XIII dans la lettre qu'il nous adressait le 12 octobre 1894, „pour Nous, qui ne désirons rien „tant que de voir revenir dans le sein de l'Église ceux qui sont séparés „de la communion romaine, qui demandons à Dieu par d'ardentes prières „et travaillons de tout Notre pouvoir à hâter cette unité des peuples „sous la houlette de l'unique pasteur, Nous vous exhortons vivement „à poursuivre de toutes vos forces la réalisation de votre noble entre-

„prise. Bien plus, il Nous plaît de vous confier la mission personelle et „spéciale de promouvoir, parmi les peuples de vos régions, la paix et „l'union avec l'Église romaine. Il vous appartiendra donc, Vénérable „Frère, de prendre tous les moyens que vous suggérera votre zèle, pour „dissiper l'opposition invétérée de ceux qu'une malheureuse discorde tient „séparés de nous. . . Vous devrez aussi rassurer ceux qui craignent de „voir porter la plus légère atteinte, par l'union avec nous, à leurs droits, „à leurs privilèges, à leurs pratiques rituelles. . . Nous désirons enfin, „Vénérable Frère, que vous Nous fassiez connaître avec confiance les pro„jets que vous aurez formés pour promouvoir cette grande oeuvre, dans „la certitude que vous trouverez auprès de Nous le meilleur accueil et tout „le secours possible.“

„Le zèle pour la diffusion de la religion catholique, si naturel à un évêque, l'obéissance religieuse et absolue que nous devons au Pasteur suprême, nous ont aussitôt amené à considérer attentivement les moyens de remplir cette grave mission qui venait de nous être confiée. Or il nous semble que la première condition requise pour amener les dissidents à se rapprocher de nous, consiste en ce que, de part et d'autre, on apporte un désir sincère et loyal à l'union, et avant tout, qu'on apprenne à se connaître et à se comprendre; il faut que, de part et d'autre, la liturgie et tout ce qui s'y rattache, les fêtes, les jeûnes, les cérémonies, toutes les manifestations de la piété, soient l'objet d'une étude approfondie, d'une interprétation bienveillante, d'une juste estime et d'un respect mérité.

„En second lieu, nous estimons nécessaire que l'on écarte absolument toute discussion et toute polémique, et que l'on expose clairement, en un style calme et posé, les opinions divergentes, d'après les textes liturgiques et les livres des Saints de l'Église Orientale; ces documents, d'un accès facile, sont aussi plus intelligibles pour les chrétiens des rites orientaux, et permettront d'atteindre plus aisément les masses populaires.

„Pour obtenir ce double résultat, il est évidemment nécessaire d'avoir un ouvrage spécial où tous les sujets que nous venons d'indiquer soient traités d'une manière brève, mais exacte.

„Cet ouvrage, nous nous félicitons de l'avoir trouvé dans le *Kalendarium utriusque Ecclesiae* publié en deux volumes, il y a une quinzaine d'années, par le R. P. Nilles, S. J., professeur à l'Université d'Innsbruck, pour l'utilité des jeunes clercs des différents rites; cet ouvrage a reçu les approbations unanimes des plus illustres savants, et de nombreux évêques de divers pays l'ont recommandé de la manière la plus élogieuse à leur clergé. La première édition étant épuisée, il était nécessaire d'en imprimer une seconde pour notre usage; nous avons prié l'auteur de vouloir bien donner une seconde édition de son excellent livre et d'apporter ainsi un précieux concours à l'oeuvre qui nous incombait comme commissaire Apostolique. L'auteur a bien voulu accueillir notre demande, soit parce que ce travail rentrait dans le cadre de ses occupations professionnelles, soit surtout parce que la demande du commissaire Apostolique ne tendait, après tout, qu'à exécuter un ordre du Souverain Pontife, dont tout désir est, pour un membre de la Compagnie de Jésus, une loi et un ordre. Il

ajouta même, suivant nos voeux, qu'il se proposait d'augmenter et de perfectionner son ouvrage, en y insérant plusieurs études publiées par lui depuis la première édition et destinées à développer les connaissances liturgiques des jeunes clercs.

„Nous n'avons point l'intention d'augmenter par les éloges que nous lui decernons la renommée de ce *Kalendarium*, qui a reçu un tel accueil de tout le monde savant; il nous reste cependant à recommander instamment l'étude de ce livre à tous les ecclésiastiques qui, dans le territoire de notre Commissariat Apostolique, vivent mêlés aux chrétiens des rites orientaux; ils y puiseront une connaissance exacte des rites orientaux qu'ils sauront prudemment utiliser à l'occasion pour attirer à la sainte union ceux que nous gémissons de voir séparés de nous. Que Dieu daigne bientôt rendre à ces saintes Églises cette paix tant désirée! Demandons-le-lui instamment en répétant chaque jour avec l'Église Grecque: *Περὶ τῆς εὐσταθείας τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς τῶν πάντων ἑνώσεως· τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Pro felici statu sanctarum Dei Ecclesiarum et pro omnium unione: Dominum deprecemur;* ou bien encore, suivant les paroles que chantent dans la sainte liturgie nos frères du rite grec-slave: „O blagostojanii svjatih Božiih cerkvej i sojedinenii vsěh, Gospodu pomolimsja."

„Sérajévo, en la fête de la Purification de la B. V. M., 1895.

Joseph, archevêque.

Il ne nous reste plus, ce nous semble, qu'à donner un rapide aperçu des matières contenues dans ce volume. Il s'ouvre par une série de dissertations liturgiques du plus haut intérêt: voici quelques titres: *De Calendario et praecipuis libris liturgicis Ecclesiae orientalis. De terminis technicis librorum liturgicorum Ecclesiae orientalis*, véritable petit dictionnaire liturgique d'un usage quotidien. La plus grande partie du premier volume est consacrée au calendrier des fêtes fixes: l'auteur y a réuni tous les renseignements fournis par les calendriers des rites syriaque, grec, gréco-slave, slave, gréco-roumain, gréco-arabe; il ajoute des appendices spéciaux pour les calendriers des communautés ruthènes, arabes, serbes, bulgares, syriaques et maronites. A chaque jour, et pour chaque fête, il réunit les renseignements liturgiques, hagiographiques et bibliographiques qui s'y rattachent, d'après les travaux de la plus sévère critique.

Après les calendriers, viennent trois appendices considérables dont le titre seul dira l'intérêt: une statistique des communautés de rite oriental, catholiques et non-catholiques, dans l'empire d'Autriche; une dissertation sur l'usage liturgique de la langue slave dans les Églises de rite latin; une étude sur les alphabets liturgiques.

Ce recueil, on le voit sans peine, est indispensable à tous ceux qui s'intéressent aux études liturgiques; il sera pour eux un excellent instrument de travail.

Ex Actis „The American Ecclesiastical Review".

For a number of years it has been absolutely impossible to obtain a copy of this first volume the original edition of which, published about sixteen years ago, was quickly exhausted after the second volume had appeared. Since that time the importance of the work has grown far beyond the anticipation of author or publisher, and the demand for a complete copy of the book has brought about a new issue of the first part which had become extremely scarce in the book market.

The value of the work — to put it in a nut-shell — consists in this principally, that it gives us a complete and most accurate insight into the condition and mutual relation of the Eastern and Western liturgies. In this respect the work is simply perfect. If we remember that the liturgy of the Oriental churches is intimately bound up with all the doctrinal, historical and social habits and prejudices of the faithful whom the Roman pontiff is commissioned to lead in unity of doctrine and the bond of brotherly charity, we recognize at once the vast importance of a thorough knowledge of this element in bringing about that permanent harmony of action by which the schismatic bodies also will be likely to be brought back to the bosom of the Mother church.

This importance is increased in our own case. If to Americans in general has been assigned the noble mission of harmonizing unto mutually helpful and peaceful activity the various races of God's earth — then our clergy have assigned them in this field a special responsibility. The vast number of well-disposed immigrants from the East seek here an opportunity where, like many of our own kindred, they may found for themselves, in honest thrift, a home secure from oppression, and with prospect of improving the physical, mental and moral conditions of their posterity. This is a Godgiven privilege. None can be more helpful to them in securing it than the Catholic priest — I say the Catholic priest who by reason of his title is justly above all national and sectional lines. The Catholic from Hungary, Sicily, Malta, Armenia and the farther East, has not always within reach of his needs temporal and spiritual, a pastor whose familiar voice can call him by his own name. But he knows that religion does not consist in words, that however sweet his native accent may sound in his ear it is not essential to his receiving the gifts and graces of God through legitimate channels of another kind than that to which he had been accustomed. When we see a man falling within our reach we ask no questions about his country but stretch out our hand to lift him. When we find a child starving we do not waste time to find out its parentage ere we offer him of our own bread. So every priest is bound to aid these pilgrims in a strange land as best he can by the breaking of bread, by the powerful teaching of active charity. If all other voices be dumb this one will speak with convincing force, for „tongues may cease and knowledge shall be destroyed — charity abideth, kind, patient, not seeking its own," and hence Catholic in the widest sense of the word.

But to do this effectually, to arouse our own hearts to interest in behalf of the stranger from the East, we must understand his ways, his traditional peculiarities. If you reach out a pole to a man struggling with the waves and he does not understand the act but thinks that you mean to strike him, he will not meet your proffered help but repel it. To understand the Eastern people we must become familiar with their ways by study of their habits of devotions, their doctrinal views of essential truths, their privileges ad peculiarities of ecclesiastical discipline. All this is gained from a comparison of the Greek and Latin rites as explained in the work before us.

There is another advantage in this study besides that of enabling our charity to be practical and truly Catholic. It broadens the mind. We have suffered much in the quick growth of Catholic influence from narrow views slavishly adhered to and without sufficient reason, which local tradition had impressed on the individual mind. A child will carry the most absurd superstition far into mature life, because it is supported by the authority of parent or teacher. Thus it happens that we measure the practices, the convictions and motives of others differing from our own by the narrow standard of preconceived notions and limited knowledge. A married or bearded priest is taken as wanting in some essential of the sacred order by those who know only celibates and shaven clerics; and so it is in regard to other things which are condemned because misapprehended through ignorance, for which there is no excuse among educated men.

Finally, a familiarity with the ritual observances of the Eastern Catholics will enable us to foster union, union, if not of rite, certainly of sentiment and of zeal for the propagation of the one holy Catholic faith. For the several Churches of the East proclaim one and the same faith, and five or six nationalities unite in the fundamental spirit of their devotions. Thus the Ordo printed in Aleppo in the Arabian tongue is used by the Latins, the Melchites, the Armenians, Syrians and Maronites. In the Taqvîm Beryti translated into Arabian the feasts of the Chaldees are added, so that it serves as the official Kalendar for six nationalities.

Let Whig and Tory stir their blood;
— There must be stormy weather —
But for some true result of good
All parties work together.

(Tennyson— Will Waterpr. Lyr. Monolog.)

P. Nilles, with a diligence and rare exactness of erudition which can only be measured by the broad scope of his enterprise, has arranged a sort of concordance of the various Oriental Kalendaria compared with the Roman. This comparison is illustrated by historical and hagiographical notes which have also in most cases a strictly critical value. Thus many obscure terms and devotional forms of the Eastern Church and their dogmatical sense become clear. In fact separate chapters are devoted to this portion alone, such as the one entitled: *De terminis technicis librorum*

liturgicorum ecclesiae orientalis, and a previous one, *De usu dogmatico testimoniorum ex libris liturgicis ecclesiae orientalis desumptorum.*

Thus the earnest student is enabled to become familiar with the Syriac, Greek, Slavic, Roumanian, Arabic and other liturgies. The explanation of the historic position of the Eastern Church in Hungary opens to his mind the understanding of the tangled relations of Catholics of Greek and Armenian rite who come to this country from the south and east of Europe and the Asian borderland. We learn something of the ways in which the slavic language came to be used in churches of the Latin rite and how the two are often mxied in the same service. The illustrious Archbishop of Vhrbosnia, who fully grasps the significance of this work at the present moment, speaks of it in terms that can hardly be exaggerated. After referring to the desire of Leo XIII. to unite the East and West into the one household of the apostolic faith, he points out how neccessary it is in order to bring about such a union, that the different national elements should know and understand each other — „*ut alter alterius ritum et res omnes, quae eo spectant, dies festos, jejunia, caeremonias omneque pietatis genus, diligenter addiscat, benevole interpretetur, ex aequo aestimet, meritoque honore prosequatur.* Deinde vero necessarium esse judicamus * * variae discrepantes opiniones dilucide explicentur ex textibus liturgicis et ex libris Sanctorum ipsius orientalis ecclesiae: qui ut caeteris solent esse accessu faciliores, sic et christianis orientalibus apertiores sunt ad intelligendum atque inde ad vulgarem popularemque sensum prae aliis accomodati."

„Now such a work," says the illustrious Apostolic Commissary to whom the labor of devising means by which to promote the above mentioned union had been especially entrusted by the Holy Father, „such a work has been prepared for the use of our young clergy by R. P. Nilles, professor at Innsbruck. These two volumes have been considered so excellently adapted to the said purpose that they have received, as is well known, the unanimous and most flattering commendation of the learned men who are judges representing many bishops of different nationalities." In fact it was through Archbishop Stadler's exertions mainly that this first volume has been reprinted, for the expense of getting up a work in which so many different languages are represented, by their particular character of type, is necessarily great. The Archbishop thus concludes his encyclical letter to the clergy under his commissariate: „It is not for us to increase the merited fame which this work everywhere enjoys among the learned of every class, but we would earnestly recommend the assiduous study of it to the clergy who live in contact with Christians of various rites, so that they might attain a correct knowledge of the practices of the Eastern Christians, *and make use of this knowledge* as opportunity affords, for the purpose of fostering sacred union."

The first volume is limited to a discusion of the *immovable* feasts whilst the second volume, of which a new edition is likewise in press, treats of the movable feasts. There is another part (embracing two volumes of altogether over a thousand pages) which is a sort of supplement to the *Kalendarium* and treats historically and in detail what might be

called the dogmatic position of the Greek clergy toward the Roman. It deals with the question of union of the churches, particularly the Roumenian and Servian branches, and opens up countless sources of information regarding a question which is not only dominant now, but likely to ocupy the public mind in various ways for a long time to come.

Ex „Actis S. Sedis“.

. . . Insigne hoc opus itaque utilissimum, immo et necessarium arbitror pro iis, qui s. liturgiae addiscendae scientifica et comparativa methodo incumbunt. (Alphons. Carinci, Caerem. aplicus., s. liturg. in Pont. Coll. Urb. de Prop. Fide professor.)

Ex Actis eruditorum Germanorum.

Das nicht minder praktische als gründlich-gelehrte *„Kalendarium manuale utriusque ecclesiae orientalis et occidentalis“* von Prof. Nilles in Innsbruck hat bei den nächsten Interessenten eine so dankbare Aufnahme gefunden, dass bereits eine 2. Aufl. nöthig wurde, deren I. Bd. bekanntlich vor Kurzem erschien (Hdw. 634, 607). Aber auch die akatholische Fachkritik hat, wie s. Z. die 1. Aufl., so jetzt die 2. summis laudibus geehrt, obwohl der Verf. ein Jesuitenpater ist. Wir verweisen beispielsweise nur auf die in Ausdrücken höchster Anerkennung sich bewegende Anzeige in Zarncke's ‚Centralblatt‘ (1896, 13), besonders aber auf Ad. Harnack's Referat in seiner ‚Theol. Lit.-Ztg.‘ (1896, 13). Er sagt dort u. a.: Ich habe das Werk in seiner 1. Aufl. „häufig benutzt und es stets als einen zuverlässigen, aus den Originalquellen geschöpften Rathgeber erprobt. Schwerlich gibt es einen zweiten Gelehrten, der in diesen Dingen, d. h. in der Festordnung sämmtlicher kathol. Kirchen, sowohl aus eigener Anschauung, wie aus den einschlagenden Büchern, Zeitschriften, Zeitungen und Kalendern der Vergangenheit und Gegenwart so bewandert ist, wie der Verf. Die Festordnung sämmtlicher kathol. Kirchen — das will etwas sagen; denn so einstimmig die Grundzüge dieser Ordnung sind, so verschieden sind doch die Details . . . Von dem I. Bde. liegt nun die 2. Aufl. vor. Der Umfang ist gegen die 1. um 50 Seiten gewachsen. Abgesehen von einigen Umstellungen ist die Anlage dieselbe geblieben; aber überall ist die verbessernde Hand des Verf. bemerkbar: die Lit. der letzten 15 Jahre ist in grossem Umfange beigezogen; die kathol. wahrscheinlich vollständig . . . Den Haupttheil des Buches nimmt der Commentar zum Kalender ein (S. 41—374). Er hat selbständige wissenschaftliche Bedeutung, ganz unabhängig vom Liturgischen; denn hier werden fortdauernd dankenswerthe Nachweise in Bezug auf die Quellen für die Identificirung und Kenntniss der Heiligen u. s. w. gegeben, und ein Heiligenlexikon am Schluss erleichtert den Gebrauch. Bardenhewer's treffliche ‚Patrologie‘ ist in der neuen Aufl. durchweg benutzt . . .“ (Lit. Handw. 645, 220.)

Ex Actis „Revue ecclésiastique de Metz".

. . . Au moment où le Saint-Siège cherche tous les moyens à rapprocher l'Orient, il est utile que le clergé s'initie aux choses de là-bas, intéressantes d'ailleurs sous tant de rapports. Aucun ouvrage n'est plus capable d'y aider que celui du P. Nilles. On devinera facilement, qu'il ne se lit point comme ceux de Dom Guéranger, et qu'il est fait avant tout pour les chercheurs, vu l'immense quantité de renseignements qu'il contient . . .

Ex Actis „Oesterreichisches Literaturblatt".

. . . Die Bedeutung dieses Werkes verdient in zweifacher Hinsicht eine ganz besondere Würdigung; es leistet nämlich einer der grossartigsten Aufgaben der kirchlichen Gegenwart vorzügliche Dienste, und beansprucht sodann vom reinwissenschaftlichen Standpunkt eine hervorragende Stellung . . . Von den Schwierigkeiten, welche der gemischte Ritus und die Sprachenverschiedenheit auch nur in den unteren Donauländern von Oesterreich in Theorie und Praxis bereiten, hat man vielfach ausser Oesterreich kaum eine Idee . . . Der Verfasser hat die diessbezüglichen kirchlichen Verordnungen zusammengestellt und auch als Specimen die Ostertabellen in glagolitischer Schrift mitgetheilt. Desshalb verdient N.'s Werk mit seiner ausserordentlichen Kenntniss und Verwerthung der gesammten einschlägigen, z. Th. seltenen Literatur die grösste Beachtung . . . Dem Commentar zu den doppelten (morgen- und abendländischen) Festkalender sind noch das Kalendarium der unierten Ruthenen (in cyrillischer Schrift), das arabische, welches die Melchiten, die Armenier, Syrer, Maroniten und Lateiner des Orients gemeinsam haben, das serbische, das bulgarische, rein-syrische und syrisch-maronitische beigegeben.

Ex opere „Kniga molebnich pěnij".

Dieses Werk, welches in lateinischer Sprache geschrieben ist und unter Anderm viele griechische Citate aus liturgischen Büchern enthält, giebt eine eingehende vergleichende Darstellung des orientalischen und occidentalischen Kirchenjahres, und ist seines reichhaltigen, übersichtlich zusammengestellten Inhalts wegen für liturgiologische Studien sehr wichtig.

Fasciculus III.

1.

De vocatione ad statum ecclesiasticum. — Accedunt duae quaestiones breviter disputatae: I. De vocatione et officio parochi II. De sacra musica „bene morata“.

2.

De vita et honestate clericorum. — Accedunt notiones juris commercialis ad praesentem materiam spectantes.

Fasciculus IV.


Commentaria in Acta Concilii plenarii baltimorensis tertii, in septem stationes distributa. — Accedunt selecta quaedam documenta de Apostolatu a s. Petro Claver in America, inter nigros praesertim, exercito. (Distract.)

Fasciculus V.

Commentaria in Decreta Concilii plenarii baltimorensis tertii secundum ordinem titulorum, capitum, paragraphorum ipsius Concilii digesta. (Distract.)

Fasciculus VI.

Parerga ad Commentaria in Concilium plenarium baltimorense tertium. — Accedit disputatio de judiciis ecclesiasticis et de sententiis ex informata conscientia latis. (Distract.)


Princeton Theological Seminary Libraries
1 1012 01234 2657